CENTRALE V E II

I. VI. 9. 3
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II ROMA
36
10
E
17
36. 10. E. 17

36.10.E.17

[illegible] o altre [illegible]

# THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS TITVLI S. SIXTI.

In Prædicabilia Porphyrij, Prædicamenta, & libros Poſteriorum Analyticorum Ariſtotelis caſtigatiſsima commentaria, Nunc primum ab innumeris erroribus diligentiſſimè caſtigata.

*Additis annotationibus, & ſcholijs in margine poſitis, Capitum ſummis ac Indice quæſtionum copioſiſſimo.*

Quæ omnia ita diligenti cura ſunt typis excuſa, vt nihil ſuperſit quod deſiderari valeat.




ORD. PRAED.

VENETIIS,
Apud Hæredem Hieronymi Scoti.
M D XCIX.

# INDEX QVAESTIONVM AB EXPOSITORE MOTARVM,

*In Libro Prædicabilium Porphyrij.*


VTrum liber prædicabilium ſit neceſſarius ad prædicamenta Ariſt.pag. 2.
Vtrum genus diffiniatur pro re: an pro intentione. 4.
Vtrum diffinitio generis ſit diminuta. 6.
Vtrum verũ ſit vnum relatiuum poni in diffinitione alterius. 6
Vtrum diffinitio ſpeciei ſit bona, qua dicitur, ſpecies eſt, quę de pluribus, &c. 8.
Vtrum diffinitio ſpẽi cõueniat ſpeciei inquantum ſpẽs. 8.
Vtrum prædicta ſpeciei diffinitio ſit diminuta. 8.
Vtrum prædicta diffinitio competat omni ſpeciei. 8.
Vtrum prædicta diffinitio tm̃ ſpecialiſsimę competat. 9
Vtrúm Phorphy. bene declaret, ſpeciem ſpeciei vnã habere habitudinem tantum. 10.
Vtrũ genus ſit magis collectiuũ in vna natura. q̃ ſpẽs. 12.
Vtrum propoſito oportet ęqua de ęquis prædicari ſit vera. 13.
Vtrum indiuiduum prædicetur de vno tantum vel non prædicetur de multis. 14.
Vtrum diffinitio indiuidui conueniat indiuiduo vago, an ſignato. 14.
Vtrum genus habeat differentias actu. 15.
Vtrum genus habeat differentias poteſtate. ibidẽ
Quare poteſtate genus habeat differentias. ibidem
Vtrum dr̃ia prędicetur de pluribus ſpecie differẽtib. 20.
Vtrum diuiſio accidentis in ſeparabile ; & inſeparabile ſit bona diuiſio, 25.
Vtrum diffinitio accidentis ſit bona. 27.


*Tituli Quæſtionum Thomæ Caietani in Prædicabilia Porphyrij finiunt.*

## Eiuſdem tituli Q in prędicamenta Ariſto.


VTrum diffinitio ipſius eſſe in ſubiecto ſit bona. car. 31. col. 1.
Vtrum cum diffinitur ſubſtantia, prima aliquid commune diffiniatur, an ſingulare. 37.
Vtrum verificari poſſit, ꝙ homo & animal ſint ſecũdæ ſubſtantiæ. 38.
Vtrum primis ſubſtantiis deſtructis, impoſibile ſit aliqd aliorum remanere. 40.
Vtrum indiuiduum ſignificet hoc aliquid. 44.
Vtrum ſecunda ſubſtantia ſignificet quale quid. 46.
Vtrum ſubſtantia habebat contrarium. 46.
Vtrum magnum ſit contrarium paruo. 47.
Vtrum recipere cõtrarium cõpetat ſecũdis ſubſtãtijs. 48.
Vtrum recipere contrariũ alteri à ſubſtantia cõpetat, ibi.
Vtrum oĩa enumerata ab Ariſ. ſint per ſe quantitates. 51.
Vtrum in loco ſit contrarietas. 53.
Vtrum quantitati quæ eſt corporis, ſit contrarium. ibid.
Vtrum ſuſpicere magis & minus conueniat relatiuis ratione relationis, an fundamenti. 55.
Vtrum omnia relatiua ſint ſimul natura. 57.
Vtrum verum ſit, caput eſſe ad aliquid, & hoc caput non eſſe ad aliquid. 59.
Vtrum cognitio relatiui per relatiuum, ſit diffinitiua, an actualis exiſtẽtiæ. 60
Vtrũ habit' & diſpõ ſint duæ, aut vna ſpẽs qualitatis. 62.
Vtrum calor & frigus ſint in prima an in tertia ſpecie qualitatis. 63.
Vtrum naturalis potentia debeat ordine præcedere habitum vel diſpoſitionem. 64.
Vtrum dedita opera an caſu, Ariſ. exemplificans in qualitatibus tertię ſpeciei prætermiſerit qualitates odorabiles, & audibiles. 64.
Vtrum Ariſt. vtatur nomine paſsionis cũ dicit paſſio vel paſſibilis qualitas communiter an propria. 66.
Vtrum calor & frigus ſint in tertia ſpecie qualitatis. 66
Vtrum aſperum & lene ſint ſpecies qualitatis. 66.
Vtrum caliditas ſuſpiciat intenſionem & remiſſionem, an corpus calidum. 69.
Vtrum abſtracta ſuſpiciant magis, & minus. ibidem
Vtrum ſitus ſit vnum de decem generibus. 71.
Vtrum quatuor vltima genera ſignificent abſolutum, an reſpectiuum. 71.
Vtrum oppoſitio dicatur vniuoce. 72.
Vtrum priuatio & habitus ordinate fiaut, an æqualiter reſpiciant ſubiectum. 75.
Vtrum priuatio & priuari ſint idem ſecundum rem. 76.
Vtrum vni bono contrarietur bonum & malum. 80.
Vtrum ſi vnum contrariorum ſit, neceſſe ſit & alterum eſſe. ibid.


*Q. in prædicamenta tituli finiunt.*

In primum poſteriorum Thomæ de Vio Caietani index incipit.


VTrum cum dicitur de ſubiecto præcognoſcitur, quid eſt intelligatur quid rei, char. 84. col. 1.
Vtrum cum dicitur de ſubiecto præſupponitur, quia eſt, intelligatur de eſſe ĩ rerum natura actualiter. 85. ibid.
Vtrum cũ dicitur de paſſione præſupponitur quid, intelligatur quid nobis, an rei. 86. ibidem.
Vtrum ſic ſcientia ſupponat ſuum ſubiectum eſſe ibid.
Vtrum de paſſione præcognoſcatur quia, ideo quod eſſe ipſius partis quæratur per demonſtrationem. 87.
Vtrum de paſſione nõ præcognoſcatur quid rei, ideo q̃a paſſionis ſit ineſſe, & ante demonſtrationem ignoretur ipſam ineſſe, & conſequenter ipſam eſſe cõſequenter quid eſt. ibidem.
Vtrum præcognita ſint tantum quatuor. ibidem.
Vtrum demonſtratio fiat per cauſam quæ realiter diſtinguitur ab eo cuius eſt cauſa, an per ea, quæ eſt ratio formalis, quod illud ſit 88.
Vtrum diffinitio immediate competat omni immediatæ propoſitioni. 90.
Vtrum melius diſpoſitus quam ſciens dicatur, qui intelligit principia. 91.
Vtrũ cũ dicimus, principia cognoſcimus maxime: cũ terminos cognoſcim', intelligatur cũ ſuis rationibus. 92.
Vtrum omnis propoſitio per ſe nota ſecundum ſe ſit nota nobis. 96.
Vtrum demonſtratio circularis ſit poſſibilis. ibidem.
Vtrum quæcunque ponuntur in diffinitione prædicẽtur de diffinito per ſe. 97.
Vtrum propoſitiones in quibus ſpecies prædicatur de genere ſint in ſecundo modo. 98.
Vtrũ quæcunq; neutraliter inſunt accidentaliter ſint. 99.
Vtrũ propoſito p ſe cõuertatur in ꝓpoſitionẽ, p ſe. 100.
Vtrum per ſe & ſecundum quod ipſum ſint idem. 101.
Vtrum in diffinitione vniuerſalis cõmittaſ nugatio. 103
Vtrum diffinitio vl'is explanet totã diffiniti naturã. ibid.
Vtrũ quod cõuenit alicui primo, poſſit inueniri in aliquo in quo eius ſubiectum primo non inueniatur. 104.
Vtrum omne per ſe ſit neceſſarium. 105.
Vtrũm oẽ per ſe ſit neceſſariũ verificetur, & qũo. 106.
Vtrum ſcientia corrumpatur corrupta re ſcita. 107.
Vtrũ concluſio demonſtrationis poſſit eſſe accidẽs. 108.
Vtrum accidens inſeparabile non ſit. eod.
Vtrum committatur fallacia in termino ineſſe neceſſario, ibi.
Vtrũ in diffinitione accidentis inſeparabilis ponatur indiuiduum. 110.
Vtrum accidens inſeparabile ſit accidens per ſe. 111.
Vtrum Ariſt. committat circularem demonſtrationẽ cũ


ſit p eius

ſuperius demonſtrauerit demonſtrationem eſſe ex neceſſariis,quia eſt ex his,quæ ſunt per ſe,nunc autē qđ ſit ex his,quæ per ſe dum dicit eam ex neceſſariis.112.
Vtrū ille proceſſus.ſ.qđ demonſtratio ſit ex neceſſariis, ex hoc quod ſit ex his,q̄ p ſe,ſi vere demōſtratio.113.
Vtrum cū dicitur, media,extrema eſſe eiuſdē generis ſumatur genus,vt eſt vnū de quinq; vniuerſalibus. 114.
Vtrum concluſio non vniuerſalis inferat pręmiſſam alteram non vniuerſalem. 115.
Vtrum propoſitiones in quibus prædicata quidditatiua prædicantur,ſint ęternæ veritatis. 116.
Vtrum poſſibile ſit fieri demonſtrationem paſſione, vel medio per ſe non exiſtente ſubiecto. 117.
Vtrum metaphyſica ſi vere ſcientia. 118.
Vtrum quid paſſionis ſit inter principia ſcientiæ. 119.
Vtrum diffinitio ſit vniuerſalium,an ſingularium. 120.
Vtrum prima principia ingrediantur formaliter demonſtrationem oſtenſiuam. 121.
Vtrū Ariſt. vtatur æquiuoce hoc termino primū principium,cum dicit,nulla demonſtratio vtitur hoc principio,non contingit ſimul affirmare & negare. 123.
Vtrū demonſtratio ad impoſſibile vtatur illo alio principio,ſcilicet contingit ſimul eſſe,& non eſſe. 123.
Vtrum demonſtrator interroget. 125.
vtrum contra propoſitionem demonſtratiuam poſſit fieri inſtantia cum propoſitione inductiua .126.
vtrum ſi eſſet impoſſibile ex falſo cōcludi verum liceret à propoſitione conſequentis arguere. ead.
vtrum poſſibilis ſit demonſtratio circularis. 128.
vtrum propter quid ſit cauſa remota ipſius quia cum pertineat ad diuerſas ſcientias. 130.
vtrum ſint duo,aut tria genera demonſtrationum. 133.
vtrum altero extremorum exiſtente inquodam toto,reddatur propoſito negatiua mediata. 136.
vtrum prædicamenta ſint impermiſta. eod.
vtrum nihil vnius prædicati p̄dicetur de aliquo alterius prædicamenti. eod.
vtrum bene diffiniatur ignorantia diſpoſitionis. 137.
vtrum quando ſyllogizatur affirmatiua falſa cōtraria negatiuę verę mediate per medium extraneum exiſtens ſub primo,minor non eſt falſa, ſumatur pro maiori an pro minori extremitate. 139.
vtrum quando ſubiectum prædicatur de paſſione ſit prædicatio per accidens. 144.
vtrū cū p̄dicatur accidēs de accidēte ſit p accidēs. 145.
vtrum prædicatio accidentis realis de ſubiecto vniuerſali ſit ſecundum ſe. 146.
vtrum vnum accidens poſſit eſſe ſubiectiue alio. eod.
vtrum omnia,quæ ſunt in ſecundo modo perſeitatis ſint conuertibilia. eod.
vtrum proprie an tranſumptiue nomine elementi vtatur Ariſtoteles. 147.
vtrum propoſitiones immediatæ ſint elementa demonſtrationis. eod.
vtrum vniuerſale magis ſit quam particulare. 150.
vtrum habens particulare habeat vniuerſale in actu aut potentia; . 151.
vtrū Ari. deſcēdēs ad particularia ſenſibilia,cū loquit de mōſtratione vl'i & particulari:à ꝓpoſito recedat. 152.
vtrū Ari.qn̄ ꝓbat demōſtrationē ex minorib' abſolute eſſe digniorē,incidat in vitiū figuræ dictionis. 153.
vtrū ſit vni' ſciæ cōſiderare gen'& ei' p ſe partes. 154.
vtrum ad vnitatem ſcientiæ requirantur omnes poſitæ, & expoſitæ particulę. 158.
vtrum vna & eadem cōcluſio poſſit eſſe diuerſarum ſciētiarum. eod.
vtrum demonſtrationes augeantur per media. 159.
vtrum cum dicitur media diuerſorum ordinum non dicūtur adinuicem, & quod neceſſe eſt eidē vtiq; ineſſe, ſit implicatio in adiecto. eod.
vtrum eadem eiſdem ſint eadem. 162.
vtrum ſcientia & opinio differant, quia hoc ſit verum contingens illud neceſſarium. 163.
vtrum de eodem enūtiabili poſſit haberi opinio vera, & falſa. 164.
vtrum vni'& eiuſdē obiecti poſſit eē ſcīa & opinio. 165.
vtrum poſſibile idem opinabile ab eodem opinari & ſciri. 167.

*In primo poſteriorum Thomæ de Vio index explicit.*

Index ſecundi Poſteriorum Thomæ de Vio.

VTrū tot ſint q.quot vere ſcibilia char. 169.col.2.
Vtrū qō quid eſt:ſit qō de ſecundo adiacente.ibi
vtrum an eſt ſit q.de eſſe:an de veritate. ibidem.
vtrum an eſt ſit q.de eſſe ſubiecti an paſſionis ibid.
vtrum quærere de prædicatis quæ ſint partes diffinitionis ſit quæſtionis quid,aut quia. ibid.
vtrū q.quid eſt,ſit qō de cōplexo,vel incomplexo. 170
vtrum oēs quæſtiones à præcognitionibus differāt. 171
vtrū oīs ſcientia ſupponat ſuum ſubiectum eſſe. 173.
vtrum oīs qō quærat mediū ſuiipſius an quæſiti. 175
vtrum quod quid eſt ſit vniuerſale. 176
vtrū intendat Ariſt.ꝙ ſyllogiſmus debens concludere. qđ quid ē,debeat habere terminos tales,ꝙ primū ſit qđ quid eſt medii,& mediū tertii,& hoc ſufficiat. 177
vtrum ſequatur,primum eſt proprium vltimi ſeu tertii,ergo etiam medium. ibid.
vrum ſyllogiſmus qui dicitur peccare ſecundum petitionem principii:ſit ille,qui demonſtrat vnam diffinitionem de diffinito per illam. 178
vtrum medium in demonſtratione debeat conuerti cum paſſione. ibidem
vtrum habita diffinitione circuli,reſtet īquirere propter quid circulus eſt. 182.
vtrum diffinitio dicat diffinitū eſſe vel poſſibile eſſe. ibi.
vtrum quodquid eſt poſſit ſyllogiſmo demonſtratiuo demonſtrari. 183
vtrum de tali proceſſu dictum ſit prius. 186
vtrum demonſtratio conſueta concludens vnū quodquid eſt per aliud ſumptū penes aliud genus cāæ ratione eorum,a quibus ſumuntur diffinitiones,ſit vere & ſecundum ſe demonſtratio. ibidem
vtrum poſſibile ſit de aliquo cognoſcere quid eſt ignorato an ſit. ibid.
vtrum poſſit ſciri propter quid ignorato quia. 186
vtrum ſit verū,ꝙ quorum habetur ſcientia, quia ſm accidēs nullo modo habentur ad quodquid eſt. 187
vtrum cognoſcere rem ſecundum accidens ſit cognoſcere rem ipſam. ibidem
vtrū facile ſit quorū habemus quia,habere q̄a eſt.ibi.
vtrum ſicut per demonſtrationem ſcitur quod quid eſt paſſionis ſciri poſſit quodquid eſt ſubiecti. 188.
vtrum medium in demonſtratione ſit quod quid eſt ſubiecti. 189
vtrum diuiſio facta ab Ariſ.ſ.quædā ſunt,quæ ſiunt ſemper,etiam ſit bona,vel non. eod.
vtrū differat dicere māſuetū aīal,& aīal māſuetū. 199
vtrū facilius ſit ſingulare quā vniuerſale diffiniri. 200
vtrum via venandi quod quid eſt ſit diuiſa, cōpoſita, an demonſtratiua ſecundum Ariſt. 201
vtrum cum Ariſt.dicit vtrum cōtingat eiuſdem effectus eandem cauſam in omnibus,ſed diuerſos eſſe,aut nō, intelligat cauſam in eſſendo,aut communiter cauſam ſiue in eſſendo ſiue in cognoſcēdo 207
vtrum ad generetionē habitus principiorū, præexigatur neceſſario experimentum uel non:ſed ſufficiat cognitio ſenſitiua intentior. 209
vtrum babitus principiorum præexigat experimētum ratione cognitionis terminorum,an ratione complexionis eorumdem. 210

FINIS

# THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS TITVLI S. SIXTI.

## *IN PRÆDICABILIA PORPHYRII.*

### *Et Ariſtotelis prædicamenta, ſubtiliſſima commentaria.*

## P R OE M I V M.

*EXPEDITIS cum diuino auxilio his, quæ demonſtratiuæ doctrinæ neceſſaria viſa ſunt, antequam ad altiora capta me transferam peragenda, rapere tantum temporis decreui, vt Porphyrij, ac Ariſtotelis logicalia principia exponere poſſim; non quin ab illuſtrioribus viris longo ante tempore glorioſe expoſita ſint, ſed quoniã Thomiſtarum, & præcipue noſtræ religionis fratrũ profectui me totum dedi, nullamq; vnquam viderim, aut audiuerim lecturam eſſe, quæ communiter his gratior videatur, fretus Diui Thomæ ſuffragijs, tanto auſus ſum me diſcrimini credere. Non ea autem mihi cupido ineſt, vt aliorum dicta etiam mala arguere, aut illuſtrium expoſitorum dicta omnia compilare, vel neceſſaria reſpuere, aut ſurripere arroganter velim: ſed antiquorum quandoque diuiq; Thomæ indefeſſe veſtigia ſectaturus, eorum nominibus præpoſitis, vbi aliquid ſingulare occurrerit; præſens aggredior opus, ſecundum proprij facultatem ingenij, quæ proficua incipientibus peripateticis videbuntur, diligenter expreſſurus. Vnde & abſtinendum ab omnibus quæſtionibus cenſui, quibus, metaphyſicales, aut phyſicales difficultates cum ſint, nouitiorum intellectus ſuccumberent.*

## INTRODVCTIO PORPHYRII AD PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS.

### Seuerino Boeto interprete.

### Cap. I.

Cap. I. *CVM ſit neceſſarium Chryſaori, & ad eam, quæ eſt apud Ariſt. prædicamentorum doctrinã, noſſe quid ſit genus, quid differentia, quid ſpecies, quid proprium, & quid accidens; & ad definitionũ aſſignationem, & omnino ad ea, quæ de diuiſione, vel demonſtratione ſunt: vtili exiſtenti iſtarum rerum ſpeculatione, compendioſam tibi traditionem faciens tentabo breuiter velut introductionis modo, ea quæ ab antiquis dicta ſunt aggredi: altioribus quidem quæſtionibus abſtinens, ſimpliciores vero mediocriter coniectans.*

QVONIAM, Liber iſte non tam pars Logicę quã via ad Categorias Ariſtot. eſt, ut eius titulus teſtatur. (Iſagoge.n. idem ſonat, q introductio:) iõ dilata tam diuiſione: quam intentione Logicæ uſque ad principium prædicamentorum, ubi facilius dicenda percipi poterũt, ad textum me ſtatim conſero, pręmittens, q Porphyrius a Chryſaoro (ut aiunt) Romano patritii ordinis requiſitus: ut qm Prædicamẽta Ariſt. obſcura ſibi erant, inſtruere ipſum uellet, quatenus ualeret prędictã Ariſt. doctrinam aſſequi pręſens opuſculum edidit. Quod diuiditur primo in procemiũ & tractatum, incipientem ibi. (Videtur autem neq; genus, &c.) Procemium aũt ſecatur in duas partes. In quarum prima reddit auditorem beneuolum, neceſſitatem utilitatemque dicẽdorum oſtendens. In ſecunda aũt incipiente ibi (Mox de generibus &c.) Reddit eum docilem ſimul & attentum, ordinem & fines dicendorum inſinuans. Proponit ergo primo neceſſitatem dicendorum, inculcãs ſimul intentionem operis, & eius cauſam & modum procedendi. Intentionem quidem dupliciter. & primo quo ad exequenda: dicens ſe aggreſſurum ea, q̃ ab antiquis de genere, ſpecie, differentia, proprio, & accidente, dicta ſunt. ſecundo quo ad repellenda dicens, abſtinẽdum fore ab altioribus quæſtionibus. Cauſas autẽ ſuſcepti laboris quatuor aſſignat, iuxta numerum eorum, ad quorum notitiam habendam oportere præcognoſcere ſupradicta, dixit. Eſt ergo prima cauſa, eo q neceſſarium eſt noſſe quid ſit genus, quid ſpecies, &c. ad percipiendam doctrinam traditã in lib. prædicamentorum Ariſt. Secũda, aũt eo q noſſe iſta eſt neceſſarium ad definitionum aſſignationem. Tertia, quia hoc eſt neceſſarium ad artem diuiſiuam. Quarta, quia hoc eſt neceſſarium ad artem demonſtratiuam, &c. Neceſſaria ſiquidẽ eſt horũ notitia ad prædicamenta: quoniam p̃dicamẽtum integratur ex genere, ſpecie, & dr̃ia tanquam partibus, & habet aliqua propria, & aliqua accidẽtia cõia, &c. Ad diffinitiuam uero artem, quoniam diffinitio conſtat ex genere & differentia, ut partibus, ſpecies uero eſt quæ diffinitur, propria autem magnam partem conferunt ad cognoſcendas diffinitiones, & ſæpe loco differentiarum ponuntur. Accidentia autẽ euitari debẽt, incognita autem non niſi caſu cauentur. Ad diuiſiuam autẽ artem, quoniã diuiſio eſt, uel generis in ſpecies per differentias, uel ſubiecti in accidentia propria, uel in accidentia communia, uel econuerſo accidẽtis in ſubiecta, &c. Ad demonſtratiuam artem, quoniã demonſtrationis medium eſt diffinitio, quæ ex genere & differentia conſtat: minor autem extremitas ſpecies eſt, maior uero proprium, quod de ſpecie concluditur. Accidens, autem procul à demonſtrationibus inſpicere oportet. Modum uero procedendi aperit cum ſe compendioſe, & introductorio modo tractaturum promittit, & ſimpliciores quæſtiones mediocriter coniectaturum, &c. ut & breuitate incipientium faſtidium depellat, & claritate eorum rudes intellectus illuſtret, & facilitate tum q̃ónum, tum mediorum eorundem mentes promoueat paulatim ad difficilia & ardua capeſcenda.

Vtilem potius quam neceſſariam eſſe Prædicabilium notitiam ad Categorias Ariſtotelis oſtendit.

CIrca illud uerbum (neceſſarium ad eam, quæ eſt in prædicamentis Ariſtot. doctrinam) dubium commune eſt, an iſte liber ſit neceſſarius ſimpliciter ad Prædicamenta Ariſt. an ſit neceſſarius ad bene eſſe tãtum. Pr mo Top. ca . 4.
Si.n. dicatur, q̃d eſt neceſſarius ſimpliciter, diminutus

apparebit hic Ariſt.& ſuperfluus in Topicis, cũ de his ibi determinauit,quæ determinanda in principio erãt. Si autem dicatur,ꝙ eſt neceſſarius ad bene eſſe; tunc ſequetur,ꝙ aliquis poſſet ſcire Prædicamenta abſque huius operis doctrina:quod impoſſibile vr̃,quia nõ poteſt fieri,vt dicta Ariſt.ibi intelligantur niſi ſciatur quid genus,& quid ſpecies,& quid dr̃ia, &c. Ad hoc dupliciter reſpondetur,primo ſm Albertum,qui intuitus duo inueniri in doctrina Prædicamentorum,ſ.ꝙ prædicabilia ordinantur ibidem, & ꝙ adunantur hæ res ad ſua genera,generaque diuiduntur in ſuas ſpecies,&c.dixit, ꝙ ratione primi neceſſarium ineuitabiliter eſt præſens opus ad prædicamenta:qm̃ hic rõnes prædicabilium ibi ordinandorum exprimuntur:ordinare autem neſcit,qui rationes ordinabilium ignorat;rõne vero ſecundi vtilem eſſe præſentem doctrinam prædicamentis aſſeruit,&c.

Cap.1. Auer.autẽ in principio ſuæ expoſitionis putat hunc librum nõ eſſe aliquo pacto neceſſarium,licet vtilem, & mouetur ex eo ꝙ id,quod per diffinitiones horum prædicabilium hr̃, aut pertinet ad materiam neceſſariam, & ſic pertinet ad artem demonſtratiuam: aut ad materiam contingentem ſeu probabilem, & ſic pertinet ad dialecticam:& hoc mihi magis placet. Et ad obiectionem in oppoſitum dr̃ cum Auerroi,ꝙ hic liber inquantum tradit quid nominis,generis,ſpeciei,&c.eſt neceſſarius, ſed non erat opus ſpecialem edere tractatum pp quid nominis; qm̃ exponendo prædicamenta notũ fit quid nominis terminorum, inquantum aũt cõtinet qd ſit genus,&c.vtilis eſt: & ſimiliter ad rõnẽ:pro Alberto dr̃, ꝙ ſufficit noſſe quid noĩs ordinabilium addiſcenti talem ordinẽ,licet hoc non ſufficiat ſtatuenti illum ordinem.Siquis aũt Albertum ſuſtinere vult facile dicere põt,ꝙ alia rõne traduntur illa hic,& alia in topicis, &

Primo Top. cap.4. ꝙ ſicut Ariſt.non tradidit artem diuiſiuam,nec diffinitiuam,ita nec hæc ſpeciali tractatu dixit. Nec hoc incõuenit,qm̃ non eſt opus eum cuncta complexum eſſe.

*Mox de generibus & ſpeciebus,illud quidem ſiue ſubſiſtant,ſiue in ſolis nudis* † *puriſque intellectibus poſita ſint:Et ſiue ſubſiſtentia corporalia ſint,an incorporalia, & vtrum ſeparata,an in ſenſibilibus poſita; circa hæc conſiſtentia,dicere recuſabo. Altiſſimum enim negociũ eſt huiuſmodi,et altus maioris egens inquiſitionis.Illud vero quemadmodum de his,ac de propoſitis magis probabiliter antiqui tractauerunt,& horum maxime peripatetici.i,tibi nunc tentabo monſtrare.*

†Non habet litera Boeţi verbũ puris.

Reddit auditorem attentũ & docilem,attentum quidem,dum oſtendit in ſpeciali,ꝙ nõ vult inuoluere eius intellectum arduis quibuſdam poſitionibus,q̃ in principio tractandæ occurrerent. Docilem vero, dum peripatetica via ordinate procedendum, à genere & ſpecie inchoando,proponit. Quæſtiones autem,quas omittẽdas cenſet,quoniam de eſſe vniuerſalium ſunt, quod metaphyſici eſt negotii,quod altiſſimum eſt,tres ſunt. Prima eſt,an.ſ.genera & ſpẽs ſubſiſtãt in rerum natura,an potius ſint in ſolis nudis puriſque intellectibus(ſolis)dicit excludendo res extra animam(nudis)vero excludẽdo accidentium indumenta:(puris) autem remouendo materię,phantaſmatumq; admiſtionem:nec eſt ſermo de quocũque intellectu,ſed de intellectu in actu,qui eſt

Tex. cõ. 15. idem cum intellecto in actu,(vt dr̃ in 3.de Aĩa.) Secun

Patet. 1. Meta.tex.c.4.& 5.itẽ.7.Met. tex.cõ.15. da qõ eſt de quidditate eorundem,an.ſ.ſint corporalia, an incorporalia. Tertia qõ autem eſt de ipſis vniuerſalibus in comparatione ad ſingularia, an ſint in ſenſibilibus poſita,an à ſenſibilibus ſeparata: & procedunt hæ qõnes ſecundum diſputationes, quæ erant inter peripateticos,& Platonicos.Platoni.n.aſcribitur,ꝙ naturas rerum ponebat vniuerſales ſubſiſtere extra animam, & vniuerſalia mathematica & conſequenter corporalia, & ſeparata eſſe à ſenſibilibus,& particularibus quæ videmus.Quibus omnibus peripatetici obuiarunt rationibus efficacibus,quæ ſilentio inuoluendæ nunc ſunt.

## De genere & ſpecie. Cap.1.

*Videtur autem neque genus, neq; ſpecies ſimpliciter dici.Genus.n.dicitur,& aliquorum quodammodo ſe habentium ad vnum aliquod, & ad ſe inuicem collectio;ſecundum quam ſignificationem Romanorum dicitur genus,ab vnius,ſcilicet habitudine,(dico autem Romuli,)& multitudinis habentium aliquo modo adinuicem eam,quæ ab illo eſt,cognationem,ſecundum diuiſionem ab alijs generibus dictum.*

TRactatus hic incipiẽs diuiditur in duas partes principales.primo nanque determinat de ſingulis prædicabilibus.ſecũdo in ſexto c.de omnibus ſimul comparatiue.prima pars diuiditur in quatuor c. In quorum primo de genere,& ſpecie,quoniam correlatiua ſunt,ſimul determinat. Diuiditur aũt pręſens capitulum in decem partes principales,quæ in ſuis locis patebũt. In prima ergo parte propoſita multiplicitate horũ nominũ, ſcilicet generis & ſpeciei in illis verbis(vr̃ aũt neque genus,neque ſpecies ſimpliciter).i.vno modo dici, declarat quid ſignificat hoc nomẽ genus, & quoniam plures ſignificationes habet,quatuor facit.Primo ponit vnam eius ſignificationem dicens. Prima ſignificatio generis eſt collectio multorum quodammodo ſe habẽtium ad vnum aliquod,& ad ſe inuicem. Vbi aduerte,ꝙ genus iuxta hanc ſignificationem non ſignificat quancunque collectionem,ſed eam,in qua inueniuntur iſtæ duæ cõnexiones.ſ.ꝙ illa multa quodammodo ſe habeant adinuicem,& ꝙ illamet multa quodam modo ſe habeant ad vnum aliquod:quodammodo aũt ſe adinuicẽ habere nihil aliud ſonat,quam ꝙ inter ſe habeant connectẽtes habitudines,quibus ab aliis differant,vt oẽs, q ſunt de una familia inter ſe coniuncti ſunt,dum ibi ſunt fratres,ſorores,nepotes &c.& ſimiliter conciues ſe mutuo reſpiciunt,dum alii rectores,alii cõſules,alii milites,alii artifices,&c.ſunt. Ad vnũ vero aliud habere ſe quodãmodo, nihil aliud importat quá illa multa originẽ hr̃e ab illo:vt oẽs eiuſdẽ familiæ ex vno primo patre,& genus cõciues ex vna patria oriunt̃. Talis ergo aggregatio genus vocatur uſu ualde frequenti,dum de cognationibus hominũ loquimur,(ut in exemplo textus appatet.)

*Dicitur autem & aliter rurſus genus, quod eſt vniuſcuiuſque generationis principium;vel ab eo qui genuit, vel ab eo loco in quo quis genitus eſt.Sic.n.Oreſtem quidem dicimus à Tantalo genus habere, Hylum autem ab Hercule & rurſus, Pindarum quidem Thebanum eſſe genere,Platonem vero Athenięſem:etenim patria principium quoddam eſt vniuſcuiuſque generationis, quemadmodum & pater.*

Hic ſecundo ponit ſecundã gñis ſignificationem dicens, ꝙ genus qñque vocatur id, quod eſt principium uniuſcuiuſque generationis. Vbi notãdum eſt,ꝙ genus ſignificare principium uniuſcuiuſque generationis põt intelligi dupliciter. Vno mõ,ꝙ generis nomine appellatur id,a quo aliqui trahunt originẽ,puta ꝙ genus Romanorum dicatur Romulus, a quo Romani initium ſumunt:& hoc non ur̃ mihi formaliter dictum; qm̃ non conſueuimus dicere Romulum eſſe Romanorũ genus, neque Tantalum genus Oreſtis;in textu aũt dr̃,ꝙ hæc ſignificatio eſt frequentiſſima in uſu. Alio ergo mõ intelligi poteſt,ut ipſum initium originis quodcunque ſit illud,ſiue ſemen,ſiue uis aliqua, ſiue quodcunque aliud in patre,ſiue patria manens,genus uocetur, & ſic genus uſitata uoce ſignificat principiũ generationis, ut patet in exẽplis:ex intentione dicentiũ Romanos trahere genus a Romulo,& Athen.ab Athenis, intendimus.n.p

hæc

hæc dicere, ꝙ Romani a Romulo initium habent ſuæ generationis & ſimiliter ꝙ Athenienſes ex Athenis initium originis ſumpſerunt. Oſtendunt aũt hanc eſſe intentionẽ Porphyrii duo, primum eſt, quia dixit genus dicitur, quod eſt vniuſcuiuſque generationis principiũ vel ab eo qui genuit, vel ab eo loco, in quo quis genitus eſt: & nõ dixit, vt ille qui genuit, vel locus a quo quis genitus eſt, &c. Secundum eſt, quia exempla ponẽdo ſemper tam patrem quam patriam in obliquo ponit, & nũquam in recto vocat patrem, aut patriã genus. Nec obſtat, ꝙ aſſerat patriã eſſe vniuſcuiuſq; generationis prĩcipium, quoniam hoc dixit, vt ab ipſa genus trahi ſicut à patre doceret, & non ꝙ ipſa ſit genus niſi cauſaliter, aut materialiter, quia. ſ. ab ea, vel in ea genus habetur.

*Hæc autem videtur promptiſſima eſſe ſignificatio. Romani. n. dicuntur qui ex genere deſcendunt Romuli; & Cecropidæ qui ex genere deſcendunt Cecropis, & eorũ proximi. Et quidem primũ appellatum eſt genus vniuſcuiuſque generationis principium; de hinc etiam multitudo eorum qui ſunt ab vno principio, vt à Romulo, quam diuidentes & ab alijs ſeparantes, dicebamus omnem illam collectionem Romanorum genus.*

Hic tertio comparat prædictas duas ſignificationes adinuicem quo ad vſum & ordinem, ſecundum vſum quidem dicens, hanc ſecundã eſſe impropriiſſimam; & conſequenter illam eſſe minus cõſuetã, & declarat hoc exemplo claro, &c. Secundum ordinem vero dicens, ſignificationem ſecundo loco poſitam priorẽ eſſe, & cauſam primæ ſignificationis. Vnde prior eſt & ordine naturæ, & ordine appellationis: prius. n. eſt exordium cognationis, deinde cognatio ipſa: & primo appellatum fuit genus initium illud, deinde ſeparando deſcendẽtes ab vno à filiis alterius, dicta eſt collectio vna genus Romanorum, alia Albanorum &c.

*Aliter autem & rurſus dicitur genus, cui ſupponitur ſpecies ad horum fortaſſe ſimilitudinem dictum. Et enim principium quoddam eſt huiuſmodi genus earum, quæ ſub ipſo ſunt ſpecierũ. Videtur etiam multitudinem continere omnium quæ ſub eo ſunt† ſpecierum.*

†Non habẽt codic. græci ſpecierum.

Hic quarto ponit tertiã gñis ſignificationẽ. Vbi tria ordinate dicit. Primo ſignificationẽ ipſam: dicens, ꝙ ſignificat id, cui ſupponitur ſpecies in recta. ſ. linea prædicamẽtali, tanquã inferius ſuo ſuperiori, vt aĩali ſupponitur homo. Secundo dicit hanc ſignificationẽ ex aſſimilatione ad primas ſupradictas fortaſſe deriuatã. Addit aũt fortaſſe, quoniã eorũ, qui noĩa impoſuerunt, mẽtes certa cognitione neſcimus. Tertio explanat qũo hæc ſignificatio præcedentibus ſit ſimilis, & primo ſecundæ, quoniã genus ſecundo modo ſumptum ſignificat principiũ generationis, id autem, cui ſupponitur ſpẽs, principium quoddam eſt ſuarum ſpecierum, qũo autem principium ſit in c. 2. dicetur. Deinde primæ, quoniã genus primo modo ſumptum ſignificat multitudinem deſcẽdentium ab vno, id autem, cui ſupponitur ſpecies, multitudinem continet ſub ſe ſpecierum, quę ſibi inuicem cognatæ ſunt, & ab uno oriũtur principio, ut exemplis facile eſt manifeſtare. Occurrit autem hic dubitatiuncula, quia vr̃ Porphyrius diminutus, quoniam ſignificationes generis explorans non omnes dixit, habent. n. grãmatici genus in alia ſignificatione, dum unum inter nominum & verborum accidentia genus vocant. Ad hoc dr̃ ſecundum Albertum, ꝙ non eſt intentionis præſentis diſtinguere generis vocabulum in omnes ſuas ſignĩficationes, ſed in eas tantum, quæ habet affinitatem cũ ea generis ſignificatione, qua Logici utuntur, hæ autẽ ſunt quas Porphyrius poſuit, non illæ, quibus Grammatici utuntur, & ideo diminutus non eſt Porphyrius.

*Tripliciter igitur cum genus dicatur, de tertio apud philoſophos ſermo eſt, quod etiam deſcribentes aſſignauerunt genus eſſe, quod de pluribus dicentes, differentibus ſpecie in eo, quod quid eſt prædicatur; vt animal.*

Secũda pars. Hæc eſt ſecunda pars huius capituli. in qua, poſtquã declaratum iã eſt quid nominis ipſius generis, intendit declarare quid rei eiuſdẽ eo modo quo talia entia rationis habent quid rei. Declaratũ eſt. n. quid ſignificat, ſed modo declarabitur qđ eſt id quod ſignificatur. Et ita facit. primo electa tertia generis ſignificatione, qua iã de illa philoſophi ſermonẽ faciunt, generis ſic ſumpti diffinitionem a philoſophis datam ponit dicens, genus eſſe, quod de pluribus differẽtibus ſpẽ in eo quod, quid eſt prædicatur. Vbi tribus conditionibus diffinitum eſſe genus notato. Prima eſt, ꝙ prædicetur de pluribus. Secunda, ꝙ illa plura differant ſpecie inter ſe. Tertia, ꝙ prædicetur de eis in quid. vt animal genus eſſe dicimus, quia prædicatur de pluribus, homine. ſ. & leone, qui differunt ſpecie inter ſe, & prædicatur de eis in quid. Quærenti. n. quid eſt homo, recte reſpondetur, animal, & ſimiliter quærenti quid eſt leo.

*Eorum. n. quæ prædicantur, alia quidem de vno dicũtur ſolo ſicut indiuidua, vt Socrates, & hic, & hoc; alia vero de pluribus; quemadmodum genera, & ſpecies, & differentia, & propria, & accidentia cõmuniter, ſed nõ proprie alicui; eſt autem genus quidem, vt animal; ſpecies vero, vt homo, differentia, vt rationale; proprium, vt riſibile, accidens, vt album, nigrum, ſedere. Ab his ergo, quæ de vno ſolo prędicantur differũt genera; eo quod hæc de pluribus prædicantur. Ab his autem rurſus quę de pluribus: à ſpeciebus quidem, quoniam ſpecies, & ſi de pluribus prædicatur: non tamen de differentibus ſpecie, ſed numero, homo. n. cũ ſit ſpecies, de Socrate, & de Platone prædicatur, qui non ſpecie differunt, ſed numero ſolum; animal vero cum ſit genus de homine, equo, & boue prædicatur, qui differunt à ſe inuicem ſpecie, non numero ſolum. A proprio vero differt genus; quoniã proprium quidem de vna ſola ſpecie, cuius eſt propriũ prædicatur, & de his quæ ſub ipſa ſpecie ſunt indiuiduis: quemadmodum riſibile de homine ſolo, & de particularibus hominibus; genus aũt non de vna ſpecie prædicatur, ſed de pluribus & differentibus. A differentiis vero & ab his, quæ cõiter ſunt accidentia, differt genus; quoniam & ſi de pluribus, & differentibus ſpecie prædicãtur differentiæ, & cõiter accidentia, nõ tamẽ in eo quod quid eſt prædicantur, ſed in eo quod quale. Interrogantibus. n. aliquibus, quid eſt illud, de quo prædicantur hæc, genus reſpondebimus, differentias autem & accidentia non reſpondebimus, non. n. in eo quod quid eſt prædicantur de ſubiecto, ſed magis in eo quod quale quid eſt. Interroganti. n. qualis eſt homo? dicimus rationalis: qualis eſt coruus? dicimus quod niger eſt; eſt autem rationale differentia, nigrum vero accidens, quando autẽ quid eſt homo interrogamus, animal reſpondemus; eſt aũt genus hominis animal. Quare de pluribus prędicari diuidit genus ab his, quæ de vno ſolo dicũtur, ſicut indiuidua; hoc vero de differentibus ſpecie, ſeparat genus ab his, quæ ſicut ſpẽs prædicantur, vel ſicut propria; in eo quod quid eſt prædicari, diuidit a differentijs & communiter accidentibus, quæ nõ in eo quod quid eſt prædicãtur, ſed magis in eo quod quale quidem, vel quomodo ſe habet vnũquodque prædicatur de his, de quibus prædicatur.*

Vide. 1. Topic. c. 2.

Hic ſecundo diffinitionẽ datam declarat adeo manifeſte, ut non ſit opus explanatione, ſed directione tantũ oſtendente, ꝙ artificioſe declarat; Primo diuidendo primã partẽ diffinitionis, ſ. quod prædicatur ſeu ꝑdicabile, in duo mẽbra & ſubdiuidendo, deinde genus in alterũ mẽbrum diuiſionis, & ſubdiuiſionis ſemper ducit, oſtendendo qũo a compari mẽbro differat, qđ artis nõ modicæ fuit. Colligitur aũt talis diuiſio ex textu. Et ſm ſingula membra ex uno latere diuiſionis ſingulas particulas in diffinitione poſuit, ut in textu clare declaratur, & adunatur. Illud tñ prætereundum non eſt, ꝙ prædicari in quid contingit dupliciter. Vno mõ cõpletiue ita

ꝙ prædicatũ actualiter dicat totã quidditatem eius, de quo ꝓdicatur: & hoc mõ non loquimur hic de prædicatione quidditatiua; ſola.n. diſſinitio illo mõ prædicat̃ in quid. Alio mõ contingit prædicari in quid incõplete, i. ita ꝙ prædicatum dicat quidem quidditatẽ eius de quo prædicatur: & per modum, ſubſtantiæ, non ꝑer modum qualitatis, (vt de dña dicetur) ſed non explicet totam illius quidditatem; & iſto mõ genus dr̃ prædicari in quid de ſpeciebus: qm̃ ſignificat eſſentiam vniuſcuiuſq; ſuæ ſpeciei per modum ſubſtantiæ, non tñ complete. aĩal.n. non perfecte ſignificat quid eſt homo, licet ſignificet quid eſt homo: perfecte autẽ ſignificat quid eſt homo, animal bipes: ſi hæc ſit hominis diſſinitio.

*Nihil igitur ſuperfluum, neque minus continet generis dicta deſcriptio nationis.*

Hic tertio ex dictis concludendo probat, ꝙ ſupradicta diſſinitio fuerit bona, tali rõne: deſcriptio nihil ſuperflui aut diminuti habẽs eſt bona: qm̃ altero illorum modorũ vitiũ accidit in diſſiniẽdo, vel. ſ. cũ non neceſſaria admittuntur, vel cum neceſſaria dimittũtur, ſupradicta autem diſſinitio eſt huiuſmodi: qm̃ nõ continet niſi neceſſarias conditiones, quib. ab alijs differt genus, & nullam prætermittit, vt patet ex dictis. igitur &c.

Nomine diſſiniti generis non rem naturæ, vel ex re & intentione aggregatum, ſed ipſam generis ſecundam intẽtionem genus denominatam, hic diſſinitam fuiſſe oſtendit, quæ formaliter prædicari, res vero formaliter ſiue denominatiue de pluribus dicitur.

Quã neceſſaria eſt hæc doctrina: qp pe quod totius logicæ ſcopus eſt.

Circa ſupradicta occurrit dubium, an cum diffinitur genus ſumat̃ genus pro ipſa generis intẽtione, an ꝓ re ſubiecta, aut pro vtraque, hinc.n. & inde rationes ſunt. Quod.n. diſſiniatur genus pro re ſubſtrata, ex eo vr̃, quia id diffinitur, cui conuenit diſſinitio, ſed rei ſubſtratæ conuenit iſta diſſinitio, & non intentioni, neque aggregato ex vtraque, probatur; quoniã id qđ prædicatur de ſpeciebus in quid non eſt intentio generis. ſecunda.n. intentio non prædicatur in quid de rebus, nec eſt aggregatũ ex re & intẽtione, quocũque.n. mõ aggregetur, ſemper falſa eſſet prædicatio in quid talis aggregati de ſpẽbus, ex eo ꝙ altera pars illius pertinet ad quidditatem alicuius ſpeciei, ſed res ipſa ſubſtrata generis intentioni eſt, q̃ prædicatur de ſpeciebus. animal.n. quod generis intentioni ſubiicitur, prædicatur de homine & boue in quid, & non aĩal genus, neque genus. Quod aũt intentio ipſa diſſiniatur, ex eo haberi poteſt, ꝙ Logica diſſinitio ad intentiones directe tendit, & non ad res. Quod vero totũ aggregatũ diſſiniatur ex eo ſuadetur. quia Logica eſt de ſecundis intẽtionibus adiunctis primis (ſm̃ Auic.) & nõ de primis abſolute, neq; de ſecundis abſolute. Ad euidentiã huius dubitationis (quoniã ianua eſt diſputatio hæc ad Logicales diſſinitiones, & tractatus) tria faciẽda ſunt. Primo declarabimus terminos poſitos in q̃one. Secundo q̃oni reſpondebitur. Tertio ſatisfiet argumentis in oppoſitũ. Intentio idẽ ſonat ꝙ attentio, & diuiditur in primã & ſecundã. Cuius diuiſionis ratio ſumitur ex eo ꝙ rei, quę intelligitur, dupliciter aliqua conueniũt. Quędã conueniũt ei etiamſi nunquam intellectui præſentarẽtur. vt homini cõuenit eſſe riſibilem, & album, & hmõi; & q̃dam conueniũt illi rei non niſi ex hoc ꝙ intellectui pręſentãtur, vel ex hoc ꝙ circa illã intellectus negociatur, ut hoĩ cõuenit ꝙ ſit ſubiectum vel prædicatũ in aliqua ꝓpoſitione, & hmõi. hæc.n. & ſimilia non inueniuntur in homine in rerum natura exiſtente, ſed tantum in eo vt in intellectu eſt. Ex his itaque ſic ꝓ nũc creditis, ſciẽdũ eſt, ꝙ prima intẽtio vocatur illa intellectus attẽtio qua inſpicit in reb. ſibi oblatis ea, q̃ conueniunt illis in rerum natura. Secũda aũt intentio dr̃ illa intellectus attentio, qua in rebus ſibi oblatis intuetur ea, quæ conueniunt illis ex intellectus adinuentione. Verũ quia occultiora ex notioribus nominamus, & id, qđ ſcđa intentione concipitur, debiliſſimæ entitatis eſt, extenſum eſt intentionis vocabulũ ad id cui attenditur, & vocatur ſcđa intentio, id qđ intellectus concipit ſcđa attẽtione, qđ nihil aliud eſt quã quoddã ens rõnis. Ens aũt rõnis cũ ſufficienter diuidat̃ ſm̃ doctrinã S. Tho. in q. 21. de veritate, in negationem & relationẽ, hmõi entia, q̃ ſecundas dicimus intentiones, inter relationes rõnis annumeranda eſſe ſupponatur. In de veritate. q. 21. ar. 1. Intentionis ergo ſecundę nomine, licet poſſimus intelligere duo, ſ. attẽtionẽ ſecundã intellectus, q̃ eſt ſecũda intentio formaliter, & id, quod illa attentione concipitur, (ꝙ eſt ſecunda intentio obiectiue) cõis tñ vſus intelligit id quod concipitur. i. relationẽ rationis factã ꝑ intellectum in rebus vt in eo ſunt. Nomina aũt ſecũdæ intentionis vocamus ea, q̃ mediante ſecũda attentione intellectus, iſtas relationes ſignificant: vt ſubiectum, ꝑdicatum, ſyllogiſmus & hmõi. Nomina vero primæ intentionis reliqua ſunt, quæ mediante prima intellectus attentione ad ſua referuntur ſignificata; vt homo, bos, leo ſignificant ſiquidem vt 1. Periherme. dicitur, nomina ſignificata ſua mediis conceptibus animæ. Cap. 2. Aduertẽdum quoque eſt quòd, quia hmõi intentiones ſecundę, ſeu relationes fundantur in rebus vt intellectis, & denominant eas: ſicut, ly ſubiectũ, denominat hominẽ, & ly prædicatũ, denominat aĩal, cũ dicimus hõ eſt aĩal: in huiuſmodi noĩbus ſecundarum intentionum duo conſiderantur, ſ. intentio, q̃ relatio eſt, & res ſubiecta intentioni, q̃ denominatur ab illa relatione, ſed hæc duo nõ vniformiter importantur à talibus nominibus: ſed relatio ipſa ſignificatur, res vero ſubſtrata copulatur, ſicut albũ ſignificat purã albedinem, (vt in prędicamentis dr̃:) copulat aũt ſubiectum, quod denominatur ab albedine album. In c. de ſubſtantia. Vñ, quia genus nomen ſecundæ intentionis eſt: in eo põt cõſiderari id qđ ſignificat, & illud eſt relatio generalitatis, q̃ intentionem generis vocant. Et id, qđ copulatur generis nomine, & illud eſt res ſubſtrata, quę à genereitate genus denominatur, q̃ rẽ ſubiectã intentioni vocãt: & ſic pateãt ſuperficietenus nouiſius termini in q̃one ſumpti. Ad euidentiã autẽ quæſitæ veritatis incipere oportet à notitia illius termini (prædicatur:) quod in diſſinitione generis ponitur. Prædicari.n. cum ſit terminus ſecundæ intentionis duo in ſe claudit, ſ. intentionẽ & rẽ ſubiectã, & vt de cætero prolixitas & obſcuritas vitetur, dicemus, ꝙ oẽ nomen ſecundæ intẽtionis ſumitur dupliciter. Vno modo formaliter, & hoc eſt cũ ſumitur pro illa intentione. Alio modo fundamentaliter, & hoc eſt cum pro re ſubſtrata ſumitur. Prædicari igitur dupliciter ſumitur. i. formaliter; & ſic nihil aliud eſt quam relatio quædã adinuẽta ab intellectu inter extrema cõplexionis verbalis, & fundamẽtaliter, & ſic nihil aliud eſt, quã cõnexio ipſorũ extremorũ orationis. Imaginandũ.n. eſt, ꝙ intellectus vidẽs Sortẽ habere albedinẽ, prima ſua attẽtione format hanc propoſitionẽ mentalẽ. Sor. eſt albus, in qua ꝓpoſitione tot terminos ponit, quot videt extra aĩam res: tria ſiquidẽ ibi videt. ſ. Sortẽ, albedinem, & inhæſionẽ albedinis in Sorte: & tribus terminis propoſitionẽ format, dicẽs Sortes eſt albꝰ ly eſt nãque ſignificat compoſitionẽ, vt in 1. Periherm. dr̃. Cap. 3. ſ. Hac igitur propoſitione formata intellectus ſecundo attendit ſuo iã operi, & Sortẽ ſubiecti, albũ prædicati, & (eſt) prædicationis relatione donat: fundamẽtaliter: ergo prædicari eſt coniunctio rei prædicatæ cum re ſubiecta, formaliter autem eſt relatio fundata ſuper ipſa verbali copula. His ergo prælibatis reſpondetur q̃oni tribus concluſionibus. Prima eſt, genus non diſſinitur hic pro re ſubſtrata: probatur, quoniã aut ꝑdicari in qd de pluribus, &c. ſumitur formaliter, aut fundamẽtaliter, ſi formaliter, cum conſtet ꝙ relatio rõnis, non cadit in diſſinitione rei extra aĩam, ſequitur ꝙ genus non diſſiniatur pro re ſubſtrata. Si materialiter, cum etiam conſtet, ꝙ connexio rei, quæ denominat genus cum ſpeciebus, non ſit de ratione illius rei: quoniã de ratione ani-

malis

malis non eſt eſſe in ſuis ſpeciebus, quia animal abſtrahit ab eſſe in homine & equo, & omnibus ſpeciebus, ſequitur idem ꝙ prius: & ſic quocunque mō ſumatur: ly prædicatur, non ſaluatur ꝙ genus pro re ſubſtrata diffiniatur. Secunda concluſio eſt, genus non diffinitur pro aggregato ex re, & intentione: probatur, tū qm̄ totū aggregatū non eſt diffinibile: complexorum.n.nō eſt diffinitio, (vt dicitur. 7. Meta.) ſed oportet id ꝙ diffinitur eſſe vnum in vna aliqua natura. Tum quoniā nō facile eſſet fingere, quō ſumitur (ly pdicatur) in tali diffinitione. Tertia concluſio eſt, genus diffinitur pro ipſa intentione ſcd'a: probatur hæc concluſio: primo authoritate S. Tho. hoc expreſſe dicentis in Tract. de ente & eſſentia c.4. vbi & hoc declaramus. Secūdo ratione adducta, quia, ſ. diffinitio Logica id reſpicit, ꝙ directe eſt Logicæ conſiderationis: hoc eſt autem ipſa intentio ſecūda: ergo &c. Tertio, qm̄ niſi ad hoc veniatur quibuſcunq; verbis oppoſitum palliari videatur, impoſſibile eſt ſaluare, ꝙ diffinitum ſit vere vnum: ſiue.n. dicatur ꝙ diffinitur res ſub intentione, ſiue intentio in cōcreto ad hoc oportet venire, ꝙ ipſa intentio ſit id ꝙ diffinitur ſi error vitari debet. Sicut ſiquis diceret niuem diffiniri inquantum eſt alba, aut albedinē in niue & hmōi. Ad primam aūt rationē in oppoſitū dr̄, ꝙ quia diffinitio debet conuenire diffinito non qualitercunque, ſed quidditatiue, maior illa, illud diffinitur, cui conuenit diffinitio, modificanda eſt cū hac conditione, cui quidditatiue cōuenit diffinitio. Sed tunc falſa eſt minor: qm̄ diffinitio generis rei ſubſtratæ non conuenit quidditatiue, ſed denominatiue: ipſi autē intentioni generis, quia conuenit qdditatiue, iō ipſa intētio diffinitur; & hęc ſit quarta ꝓbatio tertiæ concluſionis, & potiſſima. Et ut ꝙ dicimus clare percipi poſſit, pſupponere oportet, ꝙ (vt. S. Tho. loco allegato dicit) prædicare in diffinitione gn̄is poſitum, ſumitur formaliter pro ipſa intentione prędicationis, ita ꝙ relatio prædicationis in quid de pluribus, &c. cadit in diffinitione relationis quam ſignificat genus. Hoc aūt præſuppoſito ſciendum eſt, ꝙ diffinitio alicuius accidentis aliter conuenit ipſi accidenti, & aliter cōuenit eius ſubiecto: ipſi ſiquidem accidenti conuenit quidditatiue, vt ei qđ formaliter eſt tale, ſubiecto vero eius denominatiue, vt qđ ſubiectiue vel denominatiue eſt tale. v.g. ſi diffiniatur albū, & dicatur, ꝙ eſt diſgregatiuū uiſus: talis diffinitio cōueniet albedini quidditatiue & ut ei ꝙ formaliter eſt diſgregatiuū uiſus, eadē uero diffinitio cōueniet niui denominatiue, & ut ei, qđ ſubſternitur illi; ita diffinitio generis conuenit intentioni generis qdditatiue, rei aūt ſubſtratæ denominatiue: ita ꝙ illa propoſitio, genus prædicatur de pluribus, &c. eſt quidditatiua, iſta aūt, aīal prædicatur de pluribus, &c. ē denominatiua. Rurſus ſciendum eſt, ꝙ ſicut accidens, cui formaliter conuenit aliquid, habet in ſe duo. Primū eſt, qđ ipſum poteſt uocari tale, ut quod, formaliter tn̄, & ſic dicimus, qđ albedo diſgregat viſum. Secundū eſt quòd ipſum eſt id quo ſubiectū dr̄ tale, & ſic dicimus, ꝙ albedo eſt id, qua nix diſgregat uiſum. Ita intētio generis habet in ſe hæc duo: & nanque dicimus, ꝙ genus eſt quod prædicatur, intelligētes per hoc genus eſſe, qđ formaliter prædicatur: & dicimus, ꝙ genus eſt quo res ſubſtracta prædicatur, &c. Sicut.n. nix diſgregat, qa eſt alba, ita aīal prædicat̄ de pluribus differentibus, &c. qa eſt genus &c. Poſtremo curandū eſt, ut in hac & ſimilibus dubitationibus homo ſit ualde attentus, ne fallatur ex identitate uocabulorū, q̄ obſcuritatē in re hac parit, oportet ſiquidē pſpicaciter aduertere, ꝙ prædicati qn̄que ſumit̄ fundamētaliter pro ineſſe, qn̄que aūt formaliter ꝓ illa relatione, & ꝙ licet prīmū alterius fundamētū ſit, maxima tn̄ inter ea diuerſitas eſt: & conſequēter cū in iſta & ſimilibus diffinitionibus, formaliter ſumatur, (ut dictū eſt) nō exigit̄ ut id cui quidditatiue conueniat illa diffinitio, quod prædicetur.i.inſit illis, de quibus prædicari dr̄, ſed requirit̄ & ſufficit ꝙ prædicetur, i. referatur ad illa: ei aūt, cui diffinitio conuenit denominatiue exigitur, ꝙ prædicari fundamētaliter ſumptum. i. in eſſe conueniat: vn̄ aīal eſt id quod prędicatur. i. ineſt homini & equo: intentio aūt gn̄is eſt id, quod prædicatur in quid. i. tali prædicationis relatione refertur ad ipſas ſpēs &c. Et ſic patet reſponſio ad primā rationē in oppoſitū, cuius, quia tota vis ex pdicatione fundamentaliter ſumpta pēdebat, & diffinitio de pdicatione formaliter loquitur, ideo merito ruit. Ad ultimā uero rationē, qua probabat̄, ꝙ diffiniatur totū aggregatū. dr̄, ꝙ procedit ex malo intellectu authoritatis Auic non.n intēdit Auic. ꝙ Logica ita ſit de ſcd'is intentionibus adiunctis primis, ita ꝙ ex ęquo conſideret utraſque, aut ꝙ de aliquo ex utriſque aggregato ſit; ſed ꝙ ſit de ſecundis intētionibus non abſolute, ut entia ſunt, qm̄ homo Metaph. ſpeculationis eſt, ſed adiunctis primis, i. ut fundantur in primis, & denominant eas, ita ut per earū applicationē rerū, q̄ primis attentationibus offerūtur, cognitio habeatur, ex diffinitione.n generis nūc habita, non innotuit abſolute qd res illa, q̄ genus eſt, ſit, ſed quid ſit ut denominat rē primæ intētionis; didicimus.n. ex data diffinitione, quæ res primæ intentionis generis denominationē habeat, & q̄ non, & quæ exigātur ad hoc ut res aliqua talem denominationem ſortiatur. Volumus autem hæc pauca in hac quæſtione dicta ſufficere omnibus diffinitionibus ſecundarū intentionum, & ideo ſunt diligenter notanda & applicanda cæteris.

CIRCA eandē gn̄is diffinitionē eſſet dubitandū ex eo ꝙ diminuta ur̄, quia aliquid eſt ꝙ prædicatur de pluribus differētibus ſpē in eo ꝙ quid, & tn̄ non eſt genus. Tū quia ens prædicatur taliter. Tum quia aīa ſenſitiua prædicatur de pluribus differētibus ſpecie, puta anima bouis & leonis in eo quod quid, ut patet; tn̄ non eſt genus. Sed qm̄ prima inſtantia metaph. eget diſcuſſione, omittēda hic eſt. Veritas tn̄ eſt ꝙ ens nō prædicatur in quid. Secunda aūt inſtantia inferius in hoc capitulo, qn̄ ſpēi diffinitionem examinabitur, excludetur, quoniam par eſt de genere, & ſpecie difficultas quo ad hoc.

CIRCA diuiſionem in textu factam eſt dubium an recte diuidatur prædicatum in id, quod de uno ſolo, & id quod de pluribus prædicatur, quia indiuiduū de nullo prędicatur. Sed quoniam hoc indiuidui diſcuſſionem exigit, inferius in hoc capitulo (cum indiuidui diffinitio examinabitur) patet ſolutio.

*Species autē dicitur quidem & de vniuſcuiuſque forma, ſecundum quam dictum eſt †Priami quidē ſpecies digna eſt imperio. Dicitur autem ſpecies & ea, quæ eſt ſub aſsignato genere ſecūdum quam ſolemus dicere hominē quidem ſpeciem animalis, cum ſit genus animal; album autem coloris ſpeciem, triangulum uero figuræ ſpeciem.*

Hæc eſt tertia pars huius capituli, in qua declarat qd ſignificat hoc nomē ſpecies, ponens duas eius ſignificationes, prima eſt forma, à qua formoſi dicūtur, qui corporis cōmenſuratione à natura donati ſunt, hi nanque ſpecioſi quoq; a ſua dūr ſpecie, & ſm hanc ſignificationem ſpecies Priami imperio digna dicta eſt. Secunda aūt ſignificatio eſt id, quod ponitur ſub aſſignato genere, ſecundum quam dicimus hominē eſſe animalis ſpeciem, eo quòd ponitur directe ſub animali. Aduertēda ſunt hoc in loco quatuor. Primū eſt, ꝙ Porphyrius (ſecundum Albertum) contempſit ſignificationes oēs ſpeciei ponere, vtuntur ſiquidem Grammatici ſpecie primitiua & deriuatiua. Motus autē eſt eadem, qua ſupra, ratione, illam.n. ſignificationem poſuit, ex qua deriuata creditur ſignificatio, qua philoſophi vtuntur, ea autē (vt Aui. dicit) eſt prima ſignificatio in textu poſita. I. x eo.n. ꝙ ſpecies formoſitatem ſignificat, deriuatū eſt, n[illegible] ſpecies nūcupetur id quod pulchritudo generis eſt [illegible] nus enim ſm ſe informe & imperfectum, & [illegible]

Margin notes: Tex. cō. 13. — Cap. 4. — De ente & eſſentia c. 4. — Lege inferius in libello de ente & eſſentia: de entis vniuocatione. — †Al. ſic, Prima quidem ſpecies digna è imperio. — Tertia pars. — Eſt autē hęc cā menſuratio debitorū corporū dimēſiones ꝓximis qualitatib. diſpoſitæ ſecūdum debitam omniū partium cōmmēſurationē conueniens: i[illegible] ciū ſ[illegible]

eſt & appetit ſpecificū eſſe tanquam formale perficiēs & diuinæ pulchritudinis imitationē. Secundū eſt, ꝙ (ly aſſignato) poteſt dupliciter accipi. Vno mō aſſignato .i. prædiſinito à nobis genere .i. genere tertio modo ſumpto: & hic ſenſus licet præſenti non obſtet literæ, ſequēti tamen, vbi hoc repetit, conſonus non eſt: alio modo aſſignato .i. determinato, non vago, & hic eſt verus ſenſus: ſpecies .n. quælibet neceſſario ponitur ſub genere determinato, & impoſſibile eſt, ꝙ ponatur vage ſub genere ꝙ actu includit in ſe genus, quod vage fieri nō poteſt: ſecus aūt eſſet ſi includeret ipſum in potentia. Tertium eſt, ꝙ ly ſub (ſm Albertum) notat duplicem ordinem, ſ. naturalis poſitionis & participationis: quoniam ſpecies naturaliter eſt inferior genere, & genus naturaliter eſt ſuperior ſpecie. Et ſimiliter ſpecies generis poteſtatem participat. Coarctatur .n. genus, & ſuę amplitudinis pars per dr̄iam ad ſpeciem trahitur. Quartū eſt, ꝙ ſimul Porphyrius quid nominis, & quid rei ipſius ſpēi aſſignauit in prædictis verbis, & de quid nominis non eſt dubium, de quid rei vero patet, tum ex dubitatione ſtatim mota, in cuius reſpōſione expreſſe dicit hāc fuiſſe ſpeciei rōnem. Conſtat aūt quòd qō locum non haberet ſi quid nominis tātum aſſignatio fuiſſet. Tum ex eo ꝙ ſubdens deinde alias ſpeciei diffinitiones notam copulationis apponit dicens, aſſignant ergo & ſic ſpēm &c. inſinuans ex ly, & iam, ꝑceſſiſſe aliā diffinitionem.

*Quod ſi etiam genus aſſignātes ſpeciei meminimus dicentes, quod de pluribus & differentibus ſpecie in eo, quod quid eſt prædicatur, & ſpeciem dicimus id, quod ſub aſſignato genere eſt.*

Quarta pars

Hæc eſt quarta pars huius c. iam inchoata in parte ꝑcedenti inquantum in ea anticipatum eſt, quid ſit ſpēs: intendit ergo pars iſta declarare quid ſit id quod ſignificat ſpecies: & quoniā hoc inchoatum eſt vt diximus, ideo à dubitatione incipiens; quatuor facit, primo dubitat circa diffinitionem adductam tali modo. In diffinitione generis poſita eſt ſpecies, cū dictum eſt: genus eſt quod prædicatur de pluribus differētibus ſpecie, & modo in diffinitione ſpeciei ponitur genus cū dicitur, ſpecies eſt quæ ſub aſſignato genere ponitur; ergo circularis diffinitio commiſſa eſt, quæ ab arte aliena eſt.

*Noſſe oportet quòd quoniam & genus alicuius eſt genus & ſpecies alicuius eſt ſpecies, vtrunq; vtriuſque; idcirco neceſſe eſt in vtrorumq; rationibus vtriſq; vti.*

Hic ſecundo ſoluit dubium motum dicens, ſꝙ quia genus & ſpecies ſunt correlatiua; genus .n. ſpeciei eſt genus, & ſpecies generis eſt ſpecies. Ideo non fuit incōueniens, ſed neceſſariū vnū poni in diffinitione alterius & e conuerſo. Notandū eſt hic, ꝙ genus & ſpecies dupliciter accipiuntur. Vno modo formaliter. Alio modo fundamētaliter, vel ſub aliis verbis, pro his, quæ ſignificāt, aut pro his quæ denomināt, vel ſub aliis verbis: pro intentionibus, aut pro rebus ſubiectis, hæc .n. omnia æquiualēt. Si ſumantur fundamētaliter, ſic nō ſunt correlatiua, animal .n. & hō non ſunt correlatiua, ſed ſunt ſubſtātiæ, & ſimiliter color & albedo, &c. nec hoc mō accepit genus & ſpēm Porphyrius. alio mō ſumuntur formaliter, & ſic, ſunt correlatiua, ſicut pater & filius, dominus, & ſeruus &c. genus .n. & ſpecies formaliter ſumpta entia rōnis, & relatiua ſunt, & adinuicem referūtur (vt hic dicitur) & ſic de genere, & ſpecie loquitur Porphyrius.

Cum relatiuorum eſſe in vnius ab altero dependentia eſſentialiter non conſiſtat, per reliquum diffiniri alterum, non contingit, ſed ad reliquum.

CIrca hanc reſponſionem occurrit dubium. An verum ſit, ꝙ vnum correlatiuorum debeat poni in diffinitione alterius. Videtur .n. quòd non, quia cū diffinitio detur cauſa innoteſcendi, (vt in 6. Topico. dr̄) aut vnum correlatiuum eſt notius altero, aut nō; ſi ſic ergo [illegible]erit notius & ignotius reſpectu eiuſdem: quoniā mutua eſt eorum diffinitio; ſi non, ergo talis diffinitio non facit innoteſcere diffinitum: oīs nanq; notitia diffinitiui ex notioribus ꝑcedit. Præterea, ſi vnū correlatiuū diffinit reliquū, ſequeť ꝙ idē poneretur in diffinitione ſuiipſius, quod eſt magnum peccatum in arte diffinitiua, tenet cōſequentia ex doctrina Ariſt. in 3. Topicor. vbi dr̄, quòd loco nominis poſiti in diffinitione alicuius licet ponere eius rōnem. Si .n. loco correlatiui diffinientis alterum ponatur diffinitio eius, cum in diffinitione iſtius correlatiui diffinientis, (ſecundum hāc doctrinā) debeat poni alterum correlatiuum, qđ diffinitur, ſequetur neceſſario, quòd idē ſeipſum diffiniet. v. g. ſi genus & ſpecies mutuo ſe diffiniunt, & diffinitio ſpeciei eſt illa, ſpecies eſt, q̄ ponitur ſub aſſignato genere: loco ly genere, ponetur generis diffinitio, & dicetur, ſpecies eſt q̄ ponitur ſub aſſignato prædicabili de pluribus differentibus ſpē in eo quod quid, vbi apparet ſpēm in ſpēi diffinitione cadere. In oppoſitum eſt Porphyrii authoritas. Hæc quæſtio, quoniā metaphyſicalis eſt, ſuccincte tractabitur, ne incipientium mentes ignorantiam prauæ diſpoſitionis edoctæ veritati obicem ponant. Multiplex in quæſtione hac eſt opinio. Quidam dicūt, quòd correlatiua non ſe mutuo diffiniūt diffinitione qđ rei, ſed quid nominis. Quidam uero, quòd nec quid rei, nec quid nominis. Quidā uero, qđ & quid nominis, & quid rei. Primarum opinionum, rationes ſunt illæ, quas adduximus. Vltimæ uero opinionis rō eſt: quoniam unumquodque ſecundū modū ſui eſſe quidditatiui diffiniendum eſt, relatiuū aūt eſſe quidditatiuū hoc ipſum quod eſt alterius, .i. ſui correlatiui eſt, (ut in ꝑdicamentis dr̄) ergo diffiniendum nō eſt ſine ſuo correlatiuo. Maior eſt euidens ſcientibus, quòd non eſt quęrenda uniformiter oīum rerū diffinitio, ſicut nec eſſentia, ſubſtantiarū .n. completarum diffinitio abſque addito fit, quia earū eſſentia abſoluta omnino eſt, formarum uero tam ſubſtātialium quam accidentalium diffinitio aliquid additū recipit, ſubiectum .ſ. quia abſoluta à ſubiecto entia non ſunt. Et ſimiliter relatiuorum diffinitio additum terminū recipere debet, quia ens abſolutū a termino nō eſt. Et hæc ratio eſt demonſtratiua, & eos tantum non conuincit, qui nō capiunt ipſam. Sed diligenter notādū eſt ſcđm Albertum, qđ aliud eſt diffiniri per reliquum, & aliud eſt diffiniri ad reliquum: ly nanque per cauſalitatem quandam denotat, quam neutrum correlatiuorum formaliter ſumptum habet reſpectu alterius, & iō unū correlatiuum non debet diffiniri per reliquum: ly uero ad, cauſalitatem aliquam nō denotat, nec ēt formaliter loquendo dependentiam, ſed tantum habitudinem, & reſpectum ſonat ad aliquid, ut terminum, & hoc modo intelligitur, quod unū relatiuorū ponitur in diffinitione alterius, ita quòd relatiuū non diffinitur per reliquū ſed ad reliquū. eſſentia .n. propria relatiui, ut ſic in ipſo ad, conſiſtit (ut in ꝑdicamētis dicetur,) & iō ut diximus, ſecundum modum ſui ſubſtantialis eſſe diffiniēdū eſt. Et hoc abſque dubio credendum eſt ab his, qui ſunt debilitoris ingenii, & eſt ſententia conformis Ariſt. & expreſſa à Porphyrio, Boetio, Auicenna, Alpharabio, Alberto & S. Tho. Nec mihi obiicias, ꝙ de relatiuis, nō de relatione rationes procedunt: relatiua autē non ſunt in genere, relationes aūt per proprium genus & dr̄iam diffiniendæ ſunt: puerilia ſunt hæc: de rebus ipſis abſolute ſermo noſter eſt, non de eis vt ſignificātur in abſtracto vel in cōcreto, (vt patet ex vi rationis adductæ,) nec eſt poſſibile diffinire relationē per propriū genus & dr̄iam abſque termino: ſicut nec accidens abſque ſubiecto: & hæc ſupponere nunc oportet. Ad primam rōnem in oppoſitum dr̄ dupliciter, primo cum Auicenna, & Alpharabio, ꝙ vnum eſt notius altero, & qđ non inconuenit vnū correlatiuū eſſet notius & ignotius altero diuerſimode vtendo ipſis. Vnū .n. relatiuum diffinitur ad reliquū vt terminū: terminus aūt vt ſic notior eſt eo, ꝙ ad

ipſum

Cap. 3.

In prædicamento relationis.

Vbi ſupra

ipſum terminaẽ, vt ſic, quoniã interminatũ, vt ſic, ignotum eſt, & ſic vtrunq; correlatiuorum eſt notius altero vt terminus, ignotius vt terminatur, & quia diffinitur, vt tendit ad aliud, diffinit vt terminat, ideo non eſt inconueniens vnum ad aliud mutuo diffiniri. Si adduceretur ad confirmationem, ꝙ relatiua ſunt ſimul natura, & intellectu, dicatur concedendo, ꝙ ſimul cognoſcũtur, vnum tñ accipitur, vt notius altero, aliud eſt.n. ſimul cognoſci, & aliud eſt magis cognoſci. Secundo mõ dr̃, ꝙ vnum relatiuorum, neque aſſumitur in diffinitione, vt prius notum, nec vt magis notum, ſed vt neceſſario connotum, & quod ſtat diffinitionem dari cauſa innoteſcẽdi, & notificare rem, & ſi non quælibet pars diffinitionis ſit notior diffinito. Diffinitio.n. (vt dictum eſt) ẜm diffinibilium naturas proportionabiliter requirẽda eſt. Cum.n. conſtat, ꝙ diffinitio exigit duas conditiones, ſ. ꝙ ſit ex notioribus, & ꝙ ſit ex prius notis; quoniã omnis diſciplina ex præexiſtente fit cognitione, & ſecũda conditio nõ exigatur ad oẽs partes diffinitionis vniuerſaliter loquendo, vt apparet ex verbis Auicennæ, qñ dicit, ꝙ dicẽtes ꝙ vnum relatiuum diffinitur per reliquũ, non aduertunt ꝙ aliud eſt cognoſci cũ reliquo, & aliud eſt cognoſci per reliquum, & ex S. Tho. expreſſe dicente, ꝙ relatiua ſunt ſimul natura & intellectu, conſequẽs eſt, ꝙ nec prima conditio vniuerſaliter reqratur ad omnes particulas diffinitionis propter eãdem cauſam. Vnde dicitur ſecundum hãc reſponſionem, ꝙ diffinitio illa facit notitiã diffiniti, tum quia aliæ particulæ diffinitionis ſunt notiores, tũ quia connotitia correlatiui ad hoc cooperatur. Nec eſt mirabile ſi ſingulare genus entium ſingularem ſibi modũ diffinitionis, & notitiæ vendicat. Ad ſecundã rõnem dicitur negãdo conſequentiã eius.n. deductio procedit ex malo intellectu doctrinæ Ariſt. cum.n. dr̃, ꝙ loco nominis diffiniẽtis licet ponere eius rationem, intelligitur quo ad ea, quæ intrinſece cadunt in illius nominis ratione, & non quæ cadunt, vt additũ. Correlatiuũ aũt conſtat, ꝙ in diffinitione alterius cadit vt additũ, & ideo nõ ſequitur, ꝙ idẽ diffiniat ſeipſum. Et vt oẽs poſſint iſtã gloſſam percipere pono exẽplum, ſi diffiniatur homo & dicatur, homo eſt animal rationale: loco ly animal, poteſt poni tota ſua ratio quia nihil habet in ſua ratione vt additũ, & dicetur, homo eſt ſubſtãtia animata ſenſibilis, vbi prius dicebatur animal: loco vero ly rationale non poteſt poni tota ſua ratio. quoniã ſua ratio aliquid includit vt intrinſecum, & aliquid vt additũ, quo ad ea q̃ includit intrinſece, puta potens vti ratione, licite poni poteſt ratio loco nominis: quo ad id vero, quod includit, vt additum, puta animal, poni non poteſt ratio loco nominis, quia ſequereẽ nugatio in diffinitione: in ratione nanque differentiæ clauditur genus vt additum, & ideo ſi loco dr̃iæ liceret ponere totã eius rõnem, genus bis poneretur in diffinitione, ſemel rõne ſui, & ſemel ratione differentiæ, & ſic patet tam gloſſa q̃ eius ratio memoriæ commendanda.

*Aſſignat ergo & ſic ſpẽm, ſpecies eſt, quæ ſub genere ponitur, & de qua genus in eo quod quid eſt prædicatur.*

Hic tertio ponit ſecundã ſpeciei deſcriptionẽ dicẽs. Species eſt quæ ponitur ſub genere, & de qua genus in eo quod quid eſt prædicaẽ. Vbi notandũ eſt, ꝙ quia ſpecies dupliciter reſpicit genus, ſ. & ut inferius, in recta linea prędicamentali ſuũ ſuperius, & vt ſubiicibile ſuum quidditatiuũ prædicabile: ideo iſta deſcriptio utrãque habitudinẽ complectitur, primã quidem cum dr̃, ſpẽs ẽ quę ponitur ſub genere, ſecundã uero cũ ſubditur, & de qua genus in eo ꝙ quid eſt prædicatur. Et quoniã prima connexio eſt cã ſecundæ: ideo.n. de ſpẽ genus prædicatur, in quid, quia ſpecies ei ſubiecta eſt in linea recta, propterea hic ordinata eſt deſcriptio, vt primo declaretur prima habitudo, & deinde ſecũda. Nec mireris, ſi in iſta diffinitione includitur prima ſicut pars in toto (qm ex diuerſis Peripateticorum dictis) adunat Porphyrius deſcreptiones iſtas, quemadmodum contingit illos perfectius vel minus perfecte deſcripſiſſe.

Id omne ſpecies eſt, quod ita directe ſub genere ponitur, ꝙ nihil includit, quod à genere non oriatur.

CIrca hanc diffinitionẽ dubitatur, quia vr̃ illa diffinitio diminuta, quoniam conuenit alteri à diffinito. conuenit.n. indiuiduo. Sortes.n. ponitur directe ſub genere, quod eſt animal, & de Sorte prædicatur animal in eo quod quid. Quærenti.n. quid eſt Sortes conuenienter reſpondebitur animal. Si dicatur, ꝙ diffinitio intelligitur non de quacunque poſitione ſub genere, ſed directa & immediata: mõ licet indiuiduum ponatur ſub genere directe, non tñ ponitur immediate, quoniã inter indiuiduũ, & genus mediat ſpecies. Cõtra, quia hæc reſponſio non ſufficienter ſaluat, ꝙ diffinitio ſit cõpleta; habetur.n. inſtantia in promptu de indiuiduo gn̄is. tale.n. ponitur directe & immediate ſub genere, & tñ non eſt ſpecies. Indiuiduũ aũt generis dicimus hoc animal, hoc corpus, hæc ſubſtãtia & hmõi, &c. hoc animal namque continetur ſub aĩali abſque aliqua media ſpẽ, quoniam non eſt maior rõ, ꝙ vna ſpẽs mediet q̃ alia.

AD hoc dubium dr̃ cum Alberto & ſatis ſubtiliter ꝙ qñ dr̃, ſpecies eſt quæ ponitur ſub genere, ly ſub, non denotat tãtum ordinẽ poſitionis & participationis: ſed etiã denotat principium totius poſitionis eſſe genus, aliter.n. indiuiduum & aliter ſpecies ponitur ſub genere principium poſitionis ſpeciei ſub gn̄e eſt ipſum genus, quoniã id, quod addit ſpẽs ſupra genus, dr̃ia, ſ. q̃ conſtituit & ponit ſpẽm ſub genere, ex ipſo gn̄e oritur. Differẽtiæ.n. ſunt uelut q̃dam proprietates eius, vnde & qualitates eius dicuntur. Principiũ aũt poſitionis indiuidui ſub genere non ex ipſa generis eſſentia, ſed materia ſubiecta accidentibus eſt, ad quam Plato deſcendere prohibebat. Negandũ eſt ergo ꝙ indiuiduũ generis ponaẽ ſub genere eo mõ quo ſpecies & intelligenda eſt diffinitio de poſitione directa, quæ tota à genere oritur.

*Amplius aũt ſic quoq; ſpecies eſt quæ de pluribus et differentib. numero *tm̃ in eo, quod quid eſt prædicatur.*

* Non legimus in emẽdatis, cod. verbũ tantũ:

Hic quarto ponit tertiã ſpeciei deſcriptionem dicẽs, ꝙ ſpecies eſt, quæ de pluribus differentibus numero in eo ꝙ quid ſit prædicatur. Aduerte hic, ꝙ quia ſpẽs multipliciter accipi põt, iõ multipliciter diffinitur. primo diffinita eſt ẜm ꝙ genere ſubeſt in linea ꝑdicamentali, ſecundo prout generi ſubeſt in propoſitione, & nũc tertio diffinitur ſecũdum ꝙ prædicabile eſt ab aliis diſtinctum. Huius autem diffinitionis termini omnes clari ſunt ex dictis, niſi vnus, ſ. differentibus numero. Differẽtia numero dñr quæcunque conueniunt in conditionibus ſpecificis, & diſtinguuntur materialibus conditionibus & proprietatibus, vt Sortes & Plato conueniunt in his, q̃ ſunt cõia toti ſpeciei humanę, uterque.n. eſt hõ & admiratiuus & riſibilis, &c. diſtinguuntur aũt ex conditionibus materialibus, quia Sortes hẽt has carnes, & hæc oſſa, Plato uero hẽt hæc altera oſſa, & has alias carnes. Vocãtur aũt hmõi dr̃ia numero, quia numerus cauſatur ex diuiſione continui, cuius diuiſio materialis eſt non formalis, vt patet, qñ diuiditur lignum. Ponuntur aũt ſingulæ particulæ ad dr̃iam aliorum prædicabiliũ. nam ly prædicatur de pluribus, ponitur ad dr̃iam indiuidui, ꝙ dr̃ de vno ſolo. ly autem differẽtibus numero, ponitur ad differentiã generis, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. ly vero (inquit) ad differentiam cæterorum, quæ in quale prædicantur.

Species non eſſentialiter, ſed ſecundum quandam eius proprietatem, inter prędicabilia annumeratur.

CIrca diffinitionem occurrit dubium, quia omnis diffinitio debet conuenire diffinito inquantum huiuſmodi. Diffinitio.n. hominis cõuenit homini inquantum homo, & diffinitio circuli conuenit cir-

culo inquãtum circulus:& ſic de aliis: Iſta aũt diſſinitio non conuenit ſpẽi inquantũ ſpẽs: ergo &c. Declaratur minor, quia ſpẽs, vt ſpẽs, genus reſpicit, reſpectu aũt generis non eſt vniuerſale, neq; prædicabile, ſed inferius ſubiicibile: definitio vero iſta explanat ſpẽm vt reſpicit indiuidua: ergo &c. Nec poteſt dici, ꝙ ſpecies vt ſpecies reſpicit & genus & indiuidua: qm̃ relatiuum ſemel tantum refertur, licet poſſit plures terminos ex eadem cã, ſeu via reſpicere ſicut filius eadem filiatione refertur ad patrem & matrem ꝑ eandem generationem: ſpẽs aũt diuerſis viis reſpicit genus, & indiuidua, & expreſſe à Porphyrio dr̃, ꝙ eius correlatiuũ eſt genus: ergo &c.

AD hoc dubium dicitur, ꝙ quia ſm omnes fere antiquos (Alberto teſte) ſpecies inquantum reſpicit genus non habet, ꝙ ſit vniuerſale & prædicabile, & ſpecies in quantum ſpecies reſpicit genus, conſequens eſt, ꝙ iſta diſſinitio non conueniat ſpeciei in eo ꝙ ſpecies, ſed cõuenit ſpeciei ſm quandam eius proprietatem, q̃ ſequitur ad eſſe ſpeciem: cum.n. ſpecies, vt ſic ſit ſub genere, ita quòd ſuppoſitio eius tota ex genere oritur, neceſſario ex hoc emanat, ꝙ ſpẽs aliqua ſub ſe reſpiciat, quorũ ſuppoſitio aliunde oriatur; hoc aũt eſt reſpicere indiuidua, vt prædicabile in quid, &c. Vnde præſens diſſinitio deſcriptio eſt ſpeciei ſecundum quandam eius proprietatem: & non eſt eius quidditatiua diſſinitio. Poteſt tamen concedi, ꝙ conueniat ſpeciei in eo ꝙ ſpecies non quidditatiue, ſeu vt diſſinitio, ſed concomitatiue ſeu vt proprietas. Nec turbetur quiſpiam ſi de ſpecie inquantũ ſpẽs eſt, loquimur in hac diſſinitione, cũ tñ de ſpecie ſpecialiſſima loqui deberemus, qm̃ hæc claritatis cauſa fecimus. Eadem.n. difficultas emergit circa ſpeciem, & circa ſpecialiſſimam: qm̃ neutrum eorum ad indiuidua dicitur, vt patet ex eorũ rationibus; & euidenter doctrina fit de ſpẽ loquendo. Remanet tñ hic difficultas vna propter ſui difficultatem omittenda: qũo vniuerſale diuiditur in quinque vniuerſalia, de quibus tractamus, & ſpecies ex eo, ꝙ ſpecies, non habet, ꝙ ſit vniuerſale, &c.

*Speciei, & generis nomine illud dignum eſt, quod de pluribus ſpecie, ſiue numero differentibus prædicatur: ita quod plura illa differencia entia ſint perfecta, nõ autem partes, vel principia, quæ ſpecifica, ſeu generica prædicata dicuntur.*

CIrca eãdem diſſinitionem occurrit dubium aliud: quia etiam iſta videtur diminuta, & conuenire alteri à diſſinito. Anima.n. humana vel equina, & ſimiliter punctum prædicatur de pluribus differentibus numero in eo ꝙ quid: & tñ nihil horum eſt ſpecies, cum nihil horum ſub genere aliquo directe ponatur. Aſſumptum patet, quia anima humana prædicatur in quid de anima Sortis & de anima Platonis, quæ numero differunt: quærentibus.n. quid eſt anima Sortis, reſpondetur recte, eſt anima rationalis, & ſimiliter quærentibus qd eſt hoc punctum, recte reſpondetur eſt punctum, ſicut quærentibus quid eſt Sortes, reſpondetur homo, &c.

AD hoc dicitur, ꝙ ſpeciei nomine dupliciter vti poſſumus, ſ. proprie pro eo, quod eſt vere ſpecies, & cõiter pro omni prædicato ſpecifico: ſi de ſpecie proprie loquimur, ſic ſpecies tantũ eſt id ꝙ ſub genere in recta linea ꝑdicamentali ponitur modo ſuperius declarato: ſi autem ſpeciei uocabulum extendere uolumus, ſic ſpecies dicetur omne, ꝙ de pluribus dr̃ per modũ ſpeciei. Vnde ſermo Porphyrii dupliciter intelligi poteſt. Si.n. accipiamus ipſum loqui de ſpecie proprie, tunc diſſinitio gloſſanda eſt ſic, ſpecies eſt quæ prædicatur in quid de pluribus differentibus numero, non quocunque, ſed numero naturæ completæ: & ſic fugantur omnes dubitationes, quoniam hęc anima & illa, & ſimiliter hoc punctum & illud, & ſimilia non differunt numero naturæ completæ, quoniam non ſunt entia completa in ſpecie, ſed principia entium completorum. Et ſi inſtetur, ergo ſecundum iſtam expoſitionem Porphyrius non ſufficienter declarauit omnia prædicabilia uniuoce, qm̃ dereliquit hæc omnia, quæ prædicãtur in quid de entibus incompletis. Dicitur, ꝙ quia iſta prædicabilia extra rectam lineam prædicamentalem exiſtentia, quæ nullum nomen horum quinque prædicabilium proprie ſubintrant, imitantur iſta quinque, de quibus determinatur, ſicut in propoſito videmus punctum prædicari de hoc & illo puncto per modum ſpeciei, quia prædicatur de eis ut differentibus numero & in quid, & ideo ſat fuit determinaſſe de his, ad quorum ſimilitudinem cætera prędicantur. Si uero accipiamus Porphyrium locutum eſſe de ſpecie extenſo vocabulo ad omne prædicatum ſpecificum, ſic diſſinitio nulla eget gloſſa: & concedendum eſſet, ꝙ illa diſſinitio conuenit etiam illis, quæ proprie non ſunt ſpecies, quare ſecundum hoc non datur illa diſſinitio de ſpecie proprie ſumpta. Mihi magis placet prima uia, qm̃ ſubtilior & dignior tanto uiro & tot Peripateticis eſt. Et per hæc patet reſpõſio ad ſimilem quæſtionem motam de genere, pariformiter.n. diſtingui poteſt de genere proprie & communiter, & cætera facile applicari poſſunt. Cõclude ergo quòd huiuſmodi prædicata, quæ entium completorum principia ſunt, ut formæ, materiæ, motus, priuationes, &c. nec ſpeciei, nec generis appellatione digna ſunt, nec eis conuenit diſſinitio eorum, ſed prædicata generica, uel ſpecifica, ideſt ad modum generis & ſpeciei nuncupentur.

*Species in eo quod ſpecies, neque actu, vel aptitudine naturali plura indiuidua neceſſario habet. ſed ſecũdum quod intellectui obiicitur indifferens eſt ad vnum, vel plura indiuidua.*

CIrca eandem diſſinitionem adhuc aliud eſt dubiũ, quia non uſ conuenire omni ſpeciei: multæ ſi quidem ſunt ſpecies, quæ non prædicantur de pluribus, qa non habent plura indiuidua nec ſimul, nec ſucceſſiue, nec actu, nec aptitudine, ut patet de omnibus ſpeciebus corporumq; cœleſtiũ & intelligentiarũ: non.n. poſſunt eſſe plures Soles, nec plures Lunę ſm ueritatem: ſimiliter non poſſunt eſſe plures intelligentiæ unius ſpeciei.

AD hoc dubium, pro quanto logici negotii eſt, ꝑ ſupponendo ea, quæ dicta ſunt arguendo eſſe uera, qm̃ (vt alibi probabitur) ita ſe habet ueritas. Dicitur, ꝙ omnis ſpecies prædicabilis eſt de pluribus non ideo, quia actu uel aptitudine ſua habeat plura indiuidua, ſed iõ quia res illa, quæ denominatur ſpecies, ſecundum conditiones quas ſortitur ex hoc, ꝙ obiicitur intellectui noſtro, unde & habet, qđ ſpecies denominetur, abſtrahit ab uno & pluribus indiuiduis, & indifferenter reſpicit unum & plura, eo, ꝙ repræſentatur nobis ad modũ iſtarum rerum, quas intelligimus per abſtractionem a conditionibus indiuidualibus. Denominari nanque ſpeciẽ non conuenit rei ſecundum ſe ſumptæ, neque ſecundũ eſſe, quod habet in ſingularibus, ſed ſecundum eſſe, qđ habet in intellectu: ita quòd proximum fundamentum talis denominationis non eſt res abſolute, nec ut eſt in ſingularibus, ſed res ſic obiecta intellectui noſtro. Et quia hoc conuenit omni naturæ, ſiue cœleſti, ſiue angelicæ, ideo nihil prohibet eas ſpecies denominari, & prædicabiles eſſe de pluribus, & uniuerſales, quemadmodũ nihil prohibet eas intellectui noſtro offerri. Non ergo exigitur ad ſpeciem, ꝙ actu aptitudine phyſica natura illa ſit in pluribus, ideſt ꝙ poſſint eſſe plura indiuidua illius ſpeciei in rerum natura ſimul uel ſucceſſiue, ſed ſufficit ꝙ ut in intellectu eſt, plura reſpiciat, de quibus, ut ſic prædicabilis intelligitur (in quid) aptitudine logica, quæ nihil aliud eſt quam indifferentia naturę in eſſe cognito ad unum & plura, & eſt aptitudo hęc negatiue exponenda, ita ꝙ ſenſus eſt, ſpecies eſt prædicabilis de pluribus .i. ſpecies, ut ſic nõ magis de uno q̃ de pluribus habet ut dici poſſit, ut de ſubiecto inferiori, qa æqualiter abſtrahit ab uno & infinitis in eſſe obiectiuo reſpectu intellectus noſtri, cui res ſic obiiciũtur ut diximus. Supra de ente, & eſſentia, c. 5. q. 9.

*Sed hæc quidem aſſignatio ſpecialiſſima, & quæ ſolũ ſpecies eſt; alia vero erunt etiam non ſpecialiſſimarum.*

Hæc

Quinta pars. Hæc eſt quinta pars huius capituli, in qua ſimul declarantur.ſ.differentia inter adductas diffinitiones ſpeciei,& quid ſit generaliſſimum, quid ſpecialiſſimum, quidve ſubalternum. Facit autē ob hoc ſex. primo ponit differentiam inter diffinitiones dicens, quod hęc vltima deſcriptio conuenit tantum ſpeciei ſpecialiſſimę, aliæ vero priores diffinitiones conueniunt & ſpecialiſſimis ſpeciebus & nō ſpecialiſſimis. Appellatur autem vt ſubdit ſpecies ſpecialiſſima infima ſpecies in tota linea prædicamentali, ſub qua nihil eſt niſi indiuidua, vt homo, ſub quo Sortes,& plato ſunt. Nō ſpecialiſſimæ vero ſpecies dicuntur omnes ſpecies ſuperiores, quę & genera ſunt, vt animal, corpus animatum,&c.

Specialiſſima ſpecies eſt, quæ tantum per ſeipſam de pluribus differentibus numero prædicatur.

Circa hanc partem occurrit dubium, quia nō videtur verum, quod vltima ſpeciei definitio conueniat illi ſpeciei ſpecialiſſimæ: quoniā conuenit ſpeciei ſubalternæ, ſiue generi, puta animali, animal enim prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid, qm̄ prædicatur de differentibus ſpecie, quęcunque autem differunt ſpecie, differunt etiam numero. Si dicatur (cum Aui.) quod intelligitur de differētibus numero ſolo. Adhuc habetur propoſitum, quia animal ꝑdicatur de Sorte & Platone, qui differūt ſolo numero, & tamen animal nō eſt ſpecies ſpecialiſſima: ergo gloſſa nulla eſt. Ad hoc dicitur dupliciter; primo cum Auicen. cuius gloſſam credo ob ſcriptorum vitium male legi: legitur ſiquidem ſolo,& debet legi ſolū. Sed diligēter aduertendum hic eſt quod ly ſolum, poteſt cadere ſupra illud participium differentibus:& ſic in idem redit, ac ſi diceretur numero ſolo. eſt enim ſenſus qđ ſpecies eſt, quæ prædicatur de his quæ differunt tantū numeraliter,& hic ſenſus non eſt ad propoſitum: quoniā vt probatum eſt, ſtante hoc ſenſu iſta diffinitio conuenit generi. Poteſt quoque cadere (ly ſolum) ſupra illud verbum prædicatur,& ſic eſt ſenſus, quod ſpecies eſt q̄ ſolum prędicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid,& ſecundum hūc ſenſum clare patet ꝙ illa definitio nulli cōuenit niſi ſpeciei ſpecialiſſimę. genus enim omne,& ſi de differentibus numero prædicetur, non tamen prædicatur ſolum de illis, ſed etiam ꝑdicatur de differentibus ſpecie. Et hoc modo intelligēda eſt diffinitio illa cum gloſſa Auic. Secundo dicitur cum Alberto, quod illa definitio intelligenda eſt de ꝑdicatione per ſeipſum,& non de ꝑdicatione per aliud; ſpecies autē per ſeipſam prædicatur de indiuiduis qm̄ per ſeipſam participatur ab eis, genus vero ſicut mediāte ſpecie participatur ab indiuiduis, ita per ſpeciem & non per ſeipſum prędicatur de eis. Et iō diffinitio hęc, quæ de prædicatione per ſeipſum intelligenda eſt, generi ſeu ſpeciei ſubalternæ non conuenit. Vtraque reſponſio gratioſe ſuſcipienda eſt,&c.

.5. Metaph. ca. de diuerſo.

*Planū autem erit quod dicitur hoc modo. In vnoquoque prædicamento ſunt quædam generaliſſima, & rurſus alia ſpecialiſſima, & inter generaliſſima & ſpecialiſſima ſunt alia quæ genera & ſpecies dicuntur eadē. Eſt autem generaliſſimum quidem, ſupra quod nō ſit aliud ſuperueniens genus. Specialiſſimum autē eſt poſt quod non eſt alia inferior ſpecies. Inter generaliſſimum aūt & ſpecialiſſimum alia, quæ genera & ſpecies ſunt eadē ad aliud tamen, & ad aliud ſumpta.*

Hic ſecundo qm̄ ſpecialiſſimi meminerat, vt planā reddat & apertam diuerſitatem inter hæc, ſternit ordinem prædicamentalem:& inter tres ordines omnia diſtribuit, ſ. generaliſſimorum, ſpecialiſſimorū, & inter mediorum: generaliſſimumq; in ſupremo collocat, ſpecialiſſimū in imo, intermedia vero in medio ſita hinomia eſſe dicit: vocarique & genera & ſpecies, reſpectu tamen diuerſorū: ſumpta.n. vt reſpiciunt inferius, genera, vt vero ſuperius, ſpecies nuncupantur. Attende, qđ cum in litera dicitur, in vnoquoq; prędicamento ſunt quædam generaliſſima, collectiue accipiendum eſt, ita quod dicatur in omnibus prædicamentis, quædā ſunt quę generaliſſima vocantur, non quod in ſingulis prædicamētis plura ſint generaliſſima, nec quod in aliquo eorum vnum generaliſſimum deerit, ſed quia in ſingulis prædicamentis ſingula ſunt generaliſſima.

*Fiat autem manifeſtum in vno quidem prædicamento quod dicitur. Subſtantia eſt quidem, & ipſa genus: ſub hac autē eſt corpus: ſub corpore animatum corpus, ſub quo animal: ſub animali vero rationale animal, ſub quo homo, ſub homine vero Sortes, Plato, & qui ſunt particulares homines.*




*Sed horum ſubſtantia quidem generaliſſimum eſt, & quod genus ſolum, homo vero ſpecialiſſimū, & quod ſolum ſpecies, corpus autem ſpecies eſt ſubſtantiæ, genus vero corporis animati: ſed & animatum corpus ſpecies quidē eſt corporis, genus vero animalis, rurſus animal ſpecies quidem eſt corporis animati, genus vero animalis rationalis, ſed rationale animal ſpecies quidem eſt animalis genus autem hominis, homo vero ſpecies eſt rationalis animalis, non aūt genus particulariū hominū, ſed ſolū ſpecies, & oē, quod ante indiuidua propinque prædicatur, ſpecies erit ſolum, non etiā genus.*

Hic tertio exemplariter in vna prædicamentali coordinatione declarat ordines ꝓpoſitos & ſermo eius eſt valde clarus. Duo tamen hic notanda ſunt. Primum eſt, quod hic Porphyrius poſuit generaliſſimū primi prædicamenti eſſe ſubſtantiam, quod Auer. interpretatur dictum, exempli gratia, quoniam putat, quod ſecundum veritatem ſubſtantia nō ſit genus generaliſſimū, eo quod intelligentias in prædicamento reponi non credit. Et in hoc qdem loco dicit, ꝙ generaliſſimū huius prædicamenti eſt corpus. In cōm. vero.49. ſuper ſecundo cœli remouet corpus cœleſte a prædicamēto,& cōſequenter generaliſſimū apud eū nō eſt corpus, ſed corpus generabile. Verum, qm̄ ſm̄ veritatē intelligentiæ omnes citra primā in prædicamento ſunt,& omnia corpora cœleſtia, in hoc audiendus non eſt, ſed generaliſſimum primi prædicamenti ſubſtantiam eſſe fatendum

Ca.3.ſ.

2. Cœ. com. 49.ſ.

dum eſt cum Porphyrio. Secundum autem notandum eſt, quod Porphyrius ſtoicos in hoc ſequens animal rationale genus hominis & Dei poſuit, intelligẽs Dei nomine (vt arbitror poſt Albertum) animalia quædã aerea quæ Apuleius Platonicus deſcribit, dicens ea eſſe corpore aerea, mẽte rationalia, tempore ęterna, animo paſſiua &c. huiuſmodi autem animalia ponere peripatetici figmentum putant, & ideo ſecundum pręſentem doctrinam animal rationale genus uon eſt, ſed exempli gratia ſuſcipiatur.

*Quemadmodum igitur ſubſtantia, cũ ſuprema ſit eo quod nihil ſupra eam ſit genus eſt generaliſſimum, ſic & homo, cum ſit ſpecies, poſt quã non eſt alia ſpecies, neq; aliquid eorum, quæ poſſunt diuidi in ſpecies, ſed ſolum indiuidua, (indiuiduum enim eſt, Sor. & Plato, & hoc album, ſpecies erit ſolum, & vltima ſpecies & (vt dictum eſt,) ſpecialiſſima. Quæ vero ſunt in medio, eorum quidem, quæ ante ipſa ſunt ſpecies erunt, eorum autem, quæ poſt ipſa ſunt, genera.*

Hic addit vnde occaſionẽ ſumpſit ſermo ille ad declarandũ, ſ. diſtinctionem inter ſpeciem ſpecialiſſimã quæ ſolum ſpecies eſt & ſubalterna, & regreditur concludendo ex proportionali ſimilitudine inter ſpecialiſſimum & generaliſſimum inuenta quid ſupradictorũ appellatione dignum ſit, & ait, quod ſicut ſubſtãtia in ſummo ſita generaliſſimi nomine vocatur, eo ꝙ nullum ſupra ſe genus habeat: ſic hõ in imo poſitus ſpecialiſſimæ ſpeciei denominationem habet, eo quod ſub ſe nullam habet ſpeciem, nullumque inferius, qđ poſſit amplius diſtingui, ſed ſunt tantum ſub homine indiuidua, vt Sor. & Plato, quæ omnino diuiſionem eã, qua ſuperius in inferiora ſecatur, non patiuntur. Infimũ ergo eſt ſpecies ſpecialſſima, ſicut primum eſt genus generaliſsimũ. Quæ vero in medio ſunt, & ſpeciei & generis appellationem habent: genera quidem inferiorũ ſpecies autem ſuperiorum.

*Quare hæc quidem duas habent habitudines, illam quæ eſt ad ſuperiora, ſecundum quam ſpecies dicuntur eſſe ipſorum, & eam quæ eſt ad poſteriora, ſecundũ quã genera ipſorũ eſſe dicuntur. Extrema vero habent vnã habitudinem. Nam & generaliſſimum ad ea, quæ poſteriora ſunt, habet habitudinẽ, cum genus ſit omnium id, quod eſt ſupremum, eam vero, quæ eſt ad ſuperiora, non habet, cum ſit ſupremum & principium primum, & vt diximus, ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus. Specialiſſimum autem unam habet habitudinem, eam quæ eſt ad ſuperiora, quorum eſt ſpecies, eam vero, quę eſt ad poſteriora, non diuerſam habet habitudinem, ſed eandem & indiuiduorum ſpecies dicitur, ſpecies quidẽ indiuiduorum velut ea continens, ſpecies vero ſuperiorum velut ea quæ ab illis continetur.*

Hic quinto habitudines proprias cuiuſq; trium ordinum dictorum concludendo numerat & diſtinguit: dicẽs, media duabus fulta eſſe habitudinibus, altera ad ſuperiora, quæ ſpeciei nomine deſignatur, altera vero ad inferiora, quam generis denominatio importat. dicuntur. n. oĩa media ſpecies, & genera: extremos aũt ordines ſingulas habere dicit habitudines, differẽter tñ qm̃ generaliſsimum ad inferiora tm̃ reſpectum habet, qui generis nomine denotatur: ſpecialiſsimum vero ad ſuperiora tm̃ habitudine gaudet, quæ ſpeciei vocabulo ſignificatur. Verũ, qm̃ dubitationi locus relinquit̃, quomõ, ſ. ſpecies ſpecialiſima ad inferiora habitudine carere dicatur, cum ex dictis conſtet ipſam reſpicere indiuidua inferiora, de quibus prædicatur in eo quod quid ideo ſolicite Porphyrius addidit, ꝙ habitudo quã ſpecies ſpecialiſsima hẽt ad indiuidua, non eſt diuerſa ab habitudine importata ꝑ ſpeciei nomẽ, qm̃ ſpecies, dr̃, & generis & indiuiduorum ſpecies, licet diuerſimode, quoniã illius eſt vt continentis, horum vero eſt contentorũ, & ꝓpterea, qa ſermo noſter diuerſitatẽ habitudinum inquirit, merito in ſpecie ſpecialiſima vnam tãtum habitudinem induxit, intermediis uero duas.

Quæ nam ſit habitudo ſpeciei ad indiuidua.

Circa hanc partem occurrit dubium nõ diſſimulandũ: quia Porphyrius male videtur declarare quo ſpecies ſpecilisima unam tantum habet habitudinem. declaratio enim ſua, vt patet ex dictis, conſiſtit in hoc quod quia habitudo ſpeciei ad indiuidua nõ eſt diuerſa ab habitudine ſpeciei, ideo vnam tantum hẽt habitudinem. Aut. n. loquitur de diuerſitate habitudinum ſm vocem; aut ſm rem. ſi ſm vocem veritatem quidẽ dixit, affirmans eãdem eſſe habitudinem ſpeciei ad indiuidua, & ipſius ſpeciei, qm̃ non differunt prędictę habitudines vocaliter; quia eadem vox. ſ. ly ſpecies vtranque ſignificat, ſed ridiculoſa ſolutio dubitationis logicalis eſt hæc. Si autem loquitur de diuerſitate habitudinum ſm rem, falſum dixit, quod non ſit diuerſa habitudo importata nomine ſpeciei ab habitudine ipſius ſpeciei ad indiuidua. Clare. n. liquet ex dictis, ꝙ habitudo, per quam ſpecies ſignificat̃, generis eſt correlatiua. Habitudo autem ad indiuidua ad genus non terminatur, ſed ad indiuidua. & conſequenter diuerſa eſt ab illa, q̃ ad genus terminatur: non recte ergo vr̃ ſoluiſſe dubitationẽ, q̃ tñ facile ſoluere potuiſſet dicendo, ꝙ licet ſpecies ſpecialiſima habeat duas habitudines, nõ tñ habet has duas, de quibus eſt ſermo, ſ. importatas nomine ſpeciei & nomine generis. vtrãq;. n. horũ inter media tm̃ habẽt, extrema vero ſingulis contẽta ſunt. Ad hoc dubium dr̃, ꝙ Porphyrius licet potuiſſet modo dicto dubitationem ſoluere, interius tñ ſpeculatus maius aliquid ſua ſolutione inſinuauit. Conſiderandum eſt nanque, qđ habitudo generis, & habitudo ſpeciei non ita coeunt in unum ſubalternum, qđ una ex alia oriat̃, ſed uelut extranea quędam inter ſe adunantur in unius denominatione. Ex hoc. n. quod aliquid genus denominatur non oritur quod ſpecies ſit, aliter generaliſimũ cum genus ſit ſpecies quoque eſſet, & ſimiliter ex hoc quod aliquid ſpecies appellatur generis denominatio in eo non prouenit, aliter ſpecialiſsimum cum ſpecies ſit genus quoq; eſſet. Habitudo autem ſpeciei, & habitudo ad indiuidua, licet inter ſe diſcrepent ita tñ coeũt in unius denominationem, ut altera ex altera oriat̃. Ex hoc nanq;, quod aliquid eſt ſub genere poſitum poſitione ſuperius declarata. ſ. q̃ tota originatur a genere, neceſſario in illo pullulat habitudo ad indiuidua, qm̃ impoſſibile eſt aliquid ita generis participare naturã, & indiuiduis carere ſaltem in eſſe obiectiuo apud noſtram cognitionem, ſuper qua huiuſmodi intentiones fundantur. Quia ergo (ut etiam ſuperius diximus) relatio ſpeciei ad indiuidua proprietas quædam emanans ex ſpeciei relatione eſt, & conſequenter non oĩno extranea eſt ab ea; ideo Porphyrius dixit, quod habitudo ſpeciei ad inferiora indiuidua non eſt diuerſa ab ipſius ſpeciei habitudine, non quia diuerſa ſecundum rẽ ſit, ſed quia non ita diuerſa eſt, quod extranea ſit ab illa. pullulat enim ab ea, propter quod & idem nomen ſortita eſt. Ex his patet quid dicendum ſit ad obiecta, quia neque de diuerſitate uocabuli, neq; de quacũq; diuerſitate reali, ſed de diuerſitate extraneitatis loquebatur, q̃ inter generis & ſpeciei habitudinẽ ĩuenerat &c.

*Determinant ergo generaliſſimũ genus iſa, quod, cũ genus ſit, nõ eſt ſpecies, & rurſus ſupra quod nõ eſt aliud ſuprauenient genus. Specialiſſimã vero ſpeciẽ q̃ cum ſit ſpecies, non eſt genus, & quæ cum ſit ſpecies, nunquam diuiditur in ſpecies, & quæ de pluribus differẽtibus numero in eo quod quid eſt prædicatur. Ea vero, quæ ſunt in medio extremorum, ſubalterna vocant genera & ſpecies, & vnumquodque eorum ſpeciem eſſe, & genus ponunt ad aliud quidem, & ad aliud ſumptum. Ea vero, q̃*

*ſunt*

*unt ante ſpecialiſſima vſque ad generaliſſimum aſcendeat, & genera dicuntur, & ſpecies, & ſubalterna generi, vt Agamemnon, & Atrides, & Pelopides, & Tantalides, & vltimum Iouis.*

Hic ſexto ex dictis concludit deſcriptionem cuiuſcunque ordinis, & ponit duas generaliſſimi deſcriptiones, & tres ſpecialiſſimi, & vnam ſubalterni. In diffinitionibus autem generaliſſimi, & ſpecialiſſimi attendendum eſt, quod quia vtrunque eorum ſuperlatiuũ eſt ꝓ & poſitiue & negatiue exponitur, ideo diuerſa tanguntur in deſcriptionibus iſtis: vt a prima exordiamur cũm dicitur generaliſſimum eſt, quod cum ſit genus nõ poteſt eſſe ſpecies. In prima particula tangitur habitudo, quam ponit. In ſecunda autem habitudo, qua caret. Altera vero deſcriptio negatiue expoſitum ipſum determinat. Specialiſſimi quoque tam prima deſcriptio quã ſecunda ſimilis primę deſcriptioni generis eſt; differũt autem inter ſe, quia in prima habitudo negatur generis. In ſecunda quædam generis proprietas. ſ. diuiſio in plures ſpecies, tertia vero ad indiuidua ipſam trahit. Subalterni autem deſcriptio per poſitionem vtriuſque habitudinis datur; qm̃ neutrius negatio illi ineſt. Subdit poſtremo clarum exemplũ quo innoteſcat tã ordo quam ordinatorũ rõ. ſicut. n. in vna familia Iouis aliqs eſt pater tantum, vt primus parens Iuppiter, & aliquis eſt filius tantum: vt vltimus hæres Agamemnon; & aliquis eſt filius & pater, vt intermedii genitores, Atreus, Pelops & Tantalus. Sic in vna coordinatione prædicamentali ſummum eſt genus tantum; infimum eſt ſpecies tantum: media vero ſunt genera & ſpecies &c.

*Sed in familijs quidem plerunque reducuntur ad vnum principum. v. g. ad Iouem, in generibus autem & ſpeciebus non ſic ſe habet. neque enim vnum commune genus omnium eſt ens, nec omnia eiuſdem generis ſunt, ſecundum vnum ſupremum genus, quẽadmodum dicit Ariſto. ſed ſunt poſita quemadmodũ dictum eſt in prædicamentis, prima decem genera quaſi decem prima principia, & ſi omnia quis entia vocet, æquiuoce, inquit, nuncupabit, non vniuoce, ſi enim eſſet commune omnium genus ens, vniuoce omnia entia dicerentur: cum vero ſint decem principia prima, commune ens omniũ ſecundum nomen eſt ſolum, non autem ſecundum diffinitionis rationem, quæ ſecundum nomen eſt. Decẽ igitur quidem generaliſſima ſunt.*

Sexta pars. Hæc eſt ſexta pars huius capituli, in quo agitur de numero generum & ſpecierum & indiuiduorum; vnde duo facit, quoniam primo numerum generaliſſimorũ determinat duabus concluſionibus, quarum prima eſt, nõ eſt vnum genus generaliſſimum, in quo ſint oĩa genera. Secũda eſt, genera generaliſſima ſunt decem. Primam concluſionem ex diſſimilitudine ad exemplũ datum in familiis probat ex Ariſto. auctoritate: & ratione. Ex diſſimilitudine quidem, qm̃ licet ſit ſimilis dicta coordinatio prædicamentalis vni familiæ, quo ad ordinem ſuccedentium in ea; non tñ ſimilis eſt quo ad reductionem plurium familiarum ad vnum primũ patrem. plures. n familiæ ex Ioue deriuatę diuerſis viis eũdem patrem habent, in quo omnes conueniũt, plures autem ordines prædicamentales, non deriuanſ ex vno capite, quod ſit genus & principium dictum de omnibus & ideo non reducuntur ad vnũ genus omniũ &c. Ex auctoritate vero Ariſt. quoniam dicit omnia nõ eſſe eiuſdem generis ſecundum vnum ſupremum genus. Ratione autem tali, ſi eſſet vnum genus omnium illud maxime eſſet ens: ſed ens non eſt genus; ergo probatio deſtructionis conſequentis. Si ens eſſet commune omnium genus eſſet vniuocũ, ſed ens non eſt vniuocũ qm̃ Ariſt. dicit, ꝙ ſi quis oĩa entia vocet, ęquiuoce nuncupabit. & qm̃ vniuocum eſt cõe ſm vocem & rationẽ quæ eſt ſm illud nomen: ens autem eſt cõe ſm nomen ſolum & non ſecundum rationem, probatur, quoniam prima principia in prædicando ſunt decem prędicamẽta: & ſi ens eſſet cõe ſm nomen & rationem illa non eſſent prima, ſed ens eſſet primum principium in prædicando. Secunda autem concluſio Ariſt. auctoritate ꝓbatur, & cõcluditur &c. Aduetre quod cum dicitur prima principia eſſe decem, & non vnum, quod nõ eſt ſermo de quibuſcunque principiis, ſed formalibus, q̃ ſunt notiones totius. principiũ. n. dicitur multipliciter, & de principiis extrinſecis. ſ. efficiente & finali & de his nõ eſt ſermo nunc, quoniam vnum eſt omnium agens ẽt, ad quod omnia tendunt, Deus glorioſus: & de principiis intrinſecis materiali. ſ. & formali, & de materiali q dem etiam nunc ſermo non eſt. Formale autem ſecatur in principium quod eſt forma partis, & de hoc quoque non eſt ſermo; & quod forma, & notificatio totius eſt, & de tali loquimur nunc cum dicitur, quod decem ſunt prima principia: omnia ſiquidem prædicata notificantia totum eſſe rei reducuntur ad decẽ prima ꝓdicata cæteris ſuperiora ex quibus cætera oriuntur tanquã a primis elementis poteſtate omnia continẽtibus &c.

*Metaphy. § 2. 7.*

CIRCA hanc partem dubium eſt an ens ſit vniuocum: & an ſit ſecundum nomen ſolum cõmune, an ſit ambiguum ſeu analogum &c. Sed quoniam hæc logicales tranſcendunt metas ſi ſubtiliter tractanda ſunt, differantur vſque ad Metaphyſicam &c.

*Specialiſſima vero in numero quidem quodã ſunt nõ tamen infinito. Indiuidua autem, quæ ſunt poſt ſpecialiſſima infinita ſunt, quapropter vſque ad ſpecialiſſima a generaliſſimis deſcendentes iubebat Plato quieſcere, deſcendere autem per media diuidentes ſpecificis differentijs. infinita vero, inquit, relinquenda ſunt. neque. n. eorum ſcientiam poſſe fieri.*

Hic ſecundo numerum ſpecierum & indiuiduorum ſimul aſſignat, dicens ſpecies eſſe in quodam certo quidem numero, ſed nobis incerto, ſicut magnus exercitus non numeratus determinatum habet hominum numerum licet videnti incertus ſit numerus illorum. Indiuidua autem & infinita ſunt in ſeipſis, & nobis propter continuam ſucceſſionem eorum in potentia. actu, n. licet ſemper finita ſunt, nunquam tamen tot facta ſunt, aut fient, quin adhuc alia producẽda ſuperſint & ideo infinita dicuntur in potentia. Propter quod Plato iubebat duo: deſcenſus. ſ. quiete in ſpecialiſſimis; & quibus mediis deſcendendum erat. volebat enim quod a generalimis deſcendere incipiens vſque ad ſpecialiſſima ueniat. ſed ibi quieſcat; quoniam infra ſpecialiſſima indiuidua infinita ſunt; infinita autem ab arte relinquenda ſunt, eo quod de eis diſciplina ſuſcipi non poteſt obſtãte eorum infinitate & mutabilitate &c, Media autẽ qbus deſcendendum erat quaſi ſemitis quibuſdam, differentias dicebat eſſe ſpecificas, quibus genera in ſpecies trahuntur; huiuſmodi autem differẽtiis ſpecies ſpecialiſſimę carent; quoniam (ut dictum eſt) non poſſunt amplius diuidi ſpecieficis differentiis, ſed atomæ ſunt, participantur tamen ab indiuiduis per differentias materiales, q̃ quoniã infinitę ſunt, ſemitę certe eſſe nõ poſſuat, ꝑ quas a ſpecialiſſimis ad indiuidua ueniatur &c.

*Deſcendentibus igitur ad ſpecialiſſima neceſſe eſt diuidentes per multitudinem ire: aſcendentibus vero ad generaliſſima neceſſe eſt colligere multitudinem in unũ, collectiuum enim multorum in vnam naturam ſpecies eſt, & magis id quod eſt genus: particularia vero & ſingularia econtrario in multitudinem ſemper diuidũt quod vnum eſt. Participatione enim ſpeciei plures homines, vnus homo: particularibus autem & ſingularibus vnus homo, & communis plures. diuiſiuũ enim eſt ſemper quod ſingulare eſt, collectiuũ autem & adunatiuum quod commune eſt.*

Hæc

Septima pars.

Hæc eſt ſeptima pars huius capituli, in qua modus aſcendendi & ẽt deſcendendi in p̄dicamentali ordine declaratur duabus concluſionibus. Prima eſt deſcenſus fit diuidendo vnum in multa. Secunda eſt: aſcenſus fit colligendo multa in vnum. Declaratur vtraq; ex proprietatibus terminorũ vtriuſq; viæ: qm̃ terminus aſcenſus ab indiuiduis eſt ſpecies, & a ſpecieb. eſt genus. ſpecies aũt collectiua & adunatiua eſt multorũ in vnũ, & ſimiliter genus, Immo genus magis eſt collectiuum & adunatiuum q̃ ſpecies: terminus vero deſcenſus a genere in ſpecies ſunt particularia. i. partes ſubiectiuæ, & a ſpecie in indiuidua ſunt ipſa ſingularia, particularia autem & ſingularia vnum ſuperius diuidunt & partiũtur in multa. Exemplũ aũt, quod ſuperius, quod aſcenſum terminat, ſit collectiuum, eſt quia oẽs particulares homines, qui valde multi ſunt, inquantum participant ſpeciei humanæ naturam, non retinent ſuam pluralitatẽ, ſed adunantur, & ſunt vnus homo ſecundum ſpeciem. Exemplum vero quod inferiora, quæ deſcẽſum terminant, diuiſiua & multiplicatiua ſint, eſt, quia hõ vnus ſecundum ſpeciem & communis per condiciones materiales multiplicatur in particulares homines &c.

Genus extenſiue magis collectiuum eſt quam ſpecies, quæ intenſius plura continet.

Circa illud dictum, genus eſt magis collectiuum in vnam naturam quam ſpecies; dubitatur, quia oppoſitum dicere debuiſſet. illud.n. eſt magis in vnã naturam vniuũ, quod in ſe eſt magis vnum, & cuius naturæ vnitate retenta minorẽ diſtinctionẽ res illius naturę inter ſe compatiuntur. Sicut illud eſt magis calefactiuum, quod in ſe eſt magis calidũ, & a quo res calefactæ minus compatiuntur frigoris, cæteris paribus &c. Species aũt in ſe eſt magis vna q̃ genus: quoniã ſpecies dicit naturam omnino indiuiſibilem formaliter, vnde & atoma dicitur, genus vero naturam formaliter diuiſibilem importat: & ſimiliter res ſm ſpeciẽ adunatæ minorẽ diſtinctionẽ compatiũtur. non.n. poſſunt diſtingui niſi numeraliter: quæ vero in genere tantum conueniũt, formaliter diſtingui neceſſe eſt, magis ergo collectiua eſt ſpecies in vnam naturam quam genus. Ad hoc breuiter dicitur quod eſſe magis collectiuũ multorum poteſt intelligi dupliciter. Vno modo intenſiue, & ſic ſpecies eſt magis collectiua, qa magis vnit adunata, vt ratio adducta probat. Alio modo extenſiue & ſic genus eſt magis collectiuum, quia multo plura ſub ſua adunatione cadũt quam ſub ſpeciei ambitu. Vnde ſpecies & genus ſe habent ſicut duo duces, quorum alter habet exercitum paruũ, ſed valde vnanimẽ, alter exercitum magnum, ſed diuerſarum factionum. ille.n. magis colligit intenſiue, hic extenſiue. Porphyrius autem loquebat̃ hic de extenſiua collectione, & ideo dixit genus eſſe magis collectiuum.

Participatione ſpeciei plures homines qua ratione ſunt vnus homo.

Circa illud verbũ, participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo. Notandum eſt, quod Porphyrius non abſolute dixit plures homines ſunt vnus homo, ſed cũ illa conditione. ſ. participatione ſpeciei iſta autẽ conditio, eſt conditio diminuens ly vnus homo: quoniã, cũ abſolute dicitur vnus hõ, intelligitur de vnitate numerali, quæ eſt maxima vnitas, cum autem adiungitur ſibi, ly participatione ſpeciei, iam diſtrahitur quodammodo præiacens prædicatum: & de homine vno ſm ſpeciẽ, qui non eſt homo vnus, accipi oportet: & ideo non valet, plures homines ſunt unus homo participatione ſpeciei, ergo ſunt vnus homo. ſicut nec valet bos & leo ſunt idem genere: ergo ſunt idem &c. Idem enim eſt dicere, participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo, & dicere, plures homines ſunt vnum in homine denominato ſpecies: ex quo clare patet non ſeq, ergo ſunt vnus homo, vel ſunt vnum. Modus aũt, quo plures homines vnitatem in homine ſpecie habent, logicum excedit negotiũ; & ideo ſat ſit p̃ nunc ſcire, ꝙ ideo vniuerſaliter loquendo inferiora, q̃ plura ſunt inter ſe, in ſuperiori adunantur, & participatione illius unum dicuntur, quia ut ſunt & conueniunt in illo ſuperiori, differentiarum quibus illud ſuperius diuiditur, & ex quibus eorum pluralitas oritur, expertes ſunt, pluralitate autem ſublata neceſſe eſt remanere unũ id quod reſtat. ſicut in propoſito Sor. & Plato: ideo ſunt unum in homine: quia non diſtinguuntur niſi per proprietates indiuiduales; & vt ſunt in homine carent p̃prietatibus indiuidualibus, quibus homo deſcẽdit ad Sor. & Pl. ablatis aũt per intellectum a Sorte & Plato. eorum proprietatibus, non habent per qđ diſtinguantur: ac per hoc id ꝙ remanet, puta natura humana, non diſtinctum eſt: quoniã in eo diſtinctiua nõ ſunt actu, & ſimiliter homo & leo participatione animalis unum animal ſunt; quoniã ut ſunt in animali differentias proprias, qbus diſtinguuntur p̃ueniũt quoniã animal non includit actu rationale, aut rugibile; amotis aũt per intellectũ ab homine & leone rationabili & rugibili non habent per quid diſtinguantur; & conſequenter remanent unũ, & quia remanent animal, ideo debent eſſe unum animal inquantum animal ſunt.

*Aſſignato autem genere & ſpecie quid ſit vtrunq; eorum, & genere quidem vno exiſtente, ſpeciebus vero pluribus (ſemper enim diuiſio generis in ſpecies plures eſt,) genus quidem ſemper de ſpeciebus prædicatur, & omnia ſuperiora de inferioribus, ſpecies autem neque de proximo ſibi genere, neque de ſuperioribus, neque, n. conuertitur. Oportet enim aut æqua de æquis prædicari, vt hinnibile de equo, aut maiora de minoribus, vt animal de homine, minora vero de maioribus minime, neq; enim dices animal eſſe hominem, quemadmodum dices hominem eſſe animal.*

Octaua pars.

Hęc eſt octaua pars huius capituli, in qua ordinatur prædicatio exercẽda in ipſa p̄dicamẽtali coordinatione tribus regulis, quarũ primæ ſimul ponuntur, & ſunt illæ. genus de ſpeciebus & uniuerſaliter oẽ ſuperius de inferioribus p̄dicatur. Altera eſt, ſpecies de genere & uniuerſaliter inferius de ſuperiori nõ p̄dicatur &c. Ad ponendas aũt has regulas ex p̄dictis continuationẽ dicendorum aſſumit; commemorans ꝙ ex diffinitione iam generis & ſpeciei habita & numero ſpecierũ ſemper numerum generum excedẽte; quoniam genus unũ non poteſt diuidi in ſpecies pauciores duabus: conſequens eſt, ꝙ ponatur prima regula. ſ. ꝙ genus prædicatur de ſpecieb. &c. patet aũt ſequela ex diffinitione ipſius generis, in qua dictum eſt, ꝙ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Secunda aũt regula ſtabilitur a Porphyrio ex quadam fundamentali propoſitione dicente, ꝙ oportet æqua de ęquis, aut maiora de minorib. p̄dicare, minora uero de maiorib. minime. ſpẽm.n. conſtat eſſe minorẽ genere & uniuerſaliter oẽ inferius eſt minus ſuo ſuperiori, & loquitur de maioritate, minoritate, & æqualitate ambitus eorum, q̃ continentur ſub eis; ſm q̃ dictũ fuit, ꝙ genus magis eſt collectiuũ quam ſpecies, ita quod illud eſt maius, ꝙ continet oĩa quæ continet alterum, & ultra illa aliqua alia, ſicut animal eſt maius homine; illud uero minus, quod non continet quicquid alterũ ambit, ut homo reſpectu animalis: illud autem eſt æquale quod adæquat alterũ, & adęquatur ab illo ſecundum contenta ſub eis; ita quod de quocunque unum dicitur, dicitur & reliquum, & econuerſo, ut homo eſt riſibile &c.

Quæcunque per ſe prædicantur, æqua de æquis, vel maiora de minoribus prædicari oportet.

Circa hanc partem occurrit dubium de qua prædicatione intelligẽda ſit Porphyrii hæc propoſitio oportet æqua de æquis, uel maiora de minoribus prædicare

dicare

dicare:qm̄ vniuerſaliter non eſt vera. Clarum eſt.n.qđ illa eſt aliqua p̄dicatio, aĩal eſt hō: & tñ ibi minus de maiore p̄dicatur. Ad hoc dr̄, ꝙ p̄dicatio eſt duplex:directa & indirecta. prædicatio directa eſt, qñ prædicatũ ſe habet vt forma ſubiecti:qm̄ prædicata tenentur formaliter, ſubiecta vero materialiter. Prędicatio autem indirecta, eſt qñ ſubiectũ eſt potius forma prædicati qua econuerſo, tunc.n.ordo rectus prædicationis non ſaluatur:vt ſi diceretur, albũ eſt hō. Et quia ſuperius ſe habet vt forma inferioris, & inferius vt materia quędã ſuperioris eſt, ideo dicitur ꝙ illa propoſitio intelligenda eſt de prædicatione directa. medium.n.tale prędicationem oportet vel prædicatum eſſe ſuperius:vt cũ dicitur, homo eſt animal:vel æquale, vt dicendo homo eſt riſibilis &c. Sed hæc reſponſio dubitationem non fugat; qm̄ admittendo deſcriptionem prædicationis directæ clarũ eſt, ꝙ multæ directæ fiunt prædicationes, in quibus minus de maiori prędicatur vt patet dicẽdo, naſus eſt ſimus; numerus eſt par; & huiuſmodi, ſubiectum.n.in omnibus huiuſmodi enuntiationibus minoris eſt ambitus quam prædicatum; & prædicatum forma eſt ſubiecti; cum eius accidentalis quædam forma ſit. Nec poteſt fugiendo dici, ꝙ Porphyrius intendit loqui de prædicatione, quæ committitur inter terminos eiuſdem prædicamenti tantum.ſ.genus, ſpeciem, differentiam, & indiuiduum. Et primo; quia ſecundum doctrinam præſentis operis non inuenitur prædicatio æqualis de æquali in vno prædicamento; quoniam ipſa nullam ponet differentiam conuertibilem cum ſpecie ſpecialiſſima. Secundo quia hic expreſſe dicit prædicationem æqualis de æquali eſſe prædicationem proprii de eo cuius eſt proprium; vt hinnibilis de equo. Dicendum eſt ergo ꝙ illa propoſitio intelligitur de p̄dicatione per ſe, & nõ de quacunq; p̄dicatione. p̄dicationem per ſe voco eam, quæ in primo poſteriorum diſtincta
Cap.9. eſt in modos perſeitatis &c. Secundum,n. omnem prædicationem per ſe oportet aut æqua de ęquis, aut maiora de minoribus prædicari. Minora nãque per accidẽs prædicantur de maioribus. accidit.n. naſo ꝙ ſit ſimus, & numero quod ſit par, licet nõ accidat numero quod ſit par vel impar; & naſo, quod ſit ſimus vel aquilinus &c. & ideo illæ quamuis directæ; per accidens tamen p̄dicationes ſunt. & ideo non eſt mirum ſi præſens propoſitio in eis locum non habet &c.

*De quibus autem ſpecies prædicatur, de his neceſſario & ſpeciei genus p̄dicabitur & generis genus vſque ad generaliſſimum. ſi enim verum eſt dicere Socratem hominem, hominem autem animal, animal vero ſubſtãtia, verum eſt, & Socratem animal dicere, atque ſubſtãtiam. ſemper enim cum ſuperiora de inferioribus prædicentur, ſpecies quidem de indiuiduis prædicabitur, genus autem & de ſpecie, & de indiuiduo, generaliſſimũ autem vel de genere, & de generibus, ſi plura ſunt media & ſubalterna, vel de ſpecie, & de indiuiduo. dicitur enim generaliſſimum quidem de omnibus ſub ſe poſitis generibus, ſpeciebus, & indiuiduis. Genus autem quod ante ſpecialiſſimũ eſt, de oĩb. ſp̄aliſſimis & indiuiduis.*

Hic ſecundo ponitur tertia regula quę talis eſt; de quibuſcunque ſpecies prædicatur de his neceſſario & ſpeciei genus prædicabitur; & generis genus; vſque ad generaliſſimum; & ſatis clare declaratur; atque ſummarie colligitur de quibus quodlibet quod in prædicamento eſt prædicatur. nec opus eſt expoſitione.

*Indiuiduum autẽ de vno ſolo particulari. Indiuiduũ enim dicitur Socrates. & hoc albũ, & hoc veniens, & Sophroniſci filius ſi ſolus ſit ei Socrat. filius. Indiuidua autẽ dicuntur huiuſmodi, quoniã ex proprietatib. conſiſtit vnũquodque eorum, quarum collectio nunquam in alio eadem erit. Socratis enim proprietates nunquã in aliquo alio particularium erunt eædem, hæ vero q̃ ſunt hominis proprietates (dico autem eius qui eſt communis) erunt eædem in pluribus, magis autem in omnibus particularibus hominibus in eo quod homines ſunt.*

Hęc nona pars huius capituli, quę licet p textus ſeriẽ ſuperioris potius ſit terminus quam alia pars ſeparata, quia tamen nouam ingreditur materiam, ſeparata fit ab illa. Agitur ergo in hac parte de indiuiduo, & quo ad quid ſit, & quot modis ſit; & quare dicatur indiuiduum. Quid.n.ſit indiuiduum pſuadetur cum dicitur, quod indiuiduum de vno ſolo prædicatur. Tripliciter autem indiuiduum ſignificari tradit.ſ.termino diſcreto, ut Socrates; & termino communi cum pronomine demonſtratiuo, ut hoc album; & circunlocutione ut filius Sopronifci, ſi unicus eſt &c. Quare autẽ indiuidua uocentur huiuſmodi entia ſubdit dicens. hoc ideo eſſe, quia ex proprietatibus cõſtat, quæ diuidi non poſſunt, ita ꝙ in hoc & in illo inueniri poſſint. ſicut proprietates ſpeciei inueniũtur in pluribus, hæ carnes nanque & hæc oſſa & hi nerui cum hac complexione non niſi in hoc uno ſunt. Carnes autem & oſſa & nerui, quæ pertinent ad ſpeciem in pluribus partita ſingularibus inueniũtur; ita ꝙ ſicut plures homines (ut ſuperius dictum eſt) ſunt unus homo, inquantum conueniunt in ſpecie humana, ita conueniunt in hoc quod eſt habere eaſdẽ carnes ſecundum ſpeciem; & ſimiliter eadem oſſa ſm̄ ſpeciem, & reliqua, quæ ad ſpeciei naturam pertinent. omnia enim huiuſmodi eadem ſunt ſecundum ſpeciẽ in omnibus particularibus, ſecũdum autem indiuiduales proprietates multa eſt inter ea diuerſitas &c. — Nona pars.

Indiuiduum artificioſa prædicatione de nullo. neq; de multis prædicatur. naturali vero de vno ſolo.i.ſeipſo prædicatur.

Circa illam indiuidui deſcriptionem (indiuiduum eſt quod de uno ſolo prædicatur) dubium occurrit; quia Ariſt. (in primo perihermenias) dicit ſingulare eſt quod non prædicatur de multis, multum autem refert dicere non de multis & de uno. ex hoc. n. quod dicitur indiuiduum non prædicari de multis non ſequitur, ergo de uno ſolo; quia ſtat ꝙ de nullo prædicetur. Ex eo uero quod dicitur, de uno ſolo, recte ſequitur, ergo nõ de multis. deſcriptio ergo Porphyrii, q̄a reſtringit dictum Ariſtotelis, ſub dubio cadit, quoniã aliqua indiuidua ſunt, quæ de nullo prædicantur.ſ. indiuidua prædicamenti ſubſtantię; ut Sortes & Plato. à prima nãque ſubſtantia (ut in prædicamentis dicitur) nulla eſt p̄dicatio. non eſt ergo deſcriptum ipſum indiuiduũ. Ad hoc dubium dicit Auerrois in hoc loco, quod aſſignatio indiuidui data a Porphyrio non eſt uera indiuidui aſſignatio, quia nõ conuẽnit omni indiuiduo, ſed indiuiduis accidentium tantum, quæ prædicantur de ſubiectis ſuis denominatiue, ut cum dicitur Sor. eſt hoc albũ &c indiuidua enim ſubſtantiæ, neque denominatiue, neque quidditatiue de aliquo prædicantur, ut Ariſtot. in prædicamentis dicit; & propterea inquit Auerroris, quod uera aſſignatio indiuidui eſt illa. Indiuiduum eſt quod non dicitur de multis &c. Sed quoniam Pophyrium communis ſchola ſuſtinet & merito, ideo aliter dicendum eſt; utriuſque dictum ſuſtinendo, ſcilicet qđ prædicatio eſt duplex. quædam eſt artificialis, quædã uero naturalis. prędicationem artificialem uoco ab arte nõ effectiue, quoniam omnis prædicatio artis opus eſt, ſed finaliter, q̄a ſcilicet artis fini directe ſeruit. Naturalem autem prædicationem uoco, quæ artis fini nõ eſt directe proficua, ex natura tamen rei ſignificatę ueriſſima exiſtens naturam imitatur, quæ ad unum determinata eſt. Cũ igitur finis logicalis artis ſit inſtrumẽta edere, quibus incognita innoteſcant, prædicatio artificialis illa erit, qua aliquid ignotum notum fit. hæc autem eſt, quę duo qualitercũque diſtincta adunat, ut ho

[Margin notes, right column: Cap.5. (beside "rit; quia Ariſt."); In prędicamento ſubſtantiæ. Cap.3.ſi. (beside "dicatię.non eſt ergo … tio indiuidui data"); Vbi ſupra. (beside "neque quidditatiue")]

mo

mo eſt animal, vel reſibilis &c. prædicatio autem naturalis erit illa, qua nihil notificatur ignotum, hæc autẽ eſt, in qua omnino idem de ſeipſo p̄dicatur; vt homo eſt homo. nullam.n. quæſtionẽ dubitabilem terminat enunciatio dicẽs, a, eſt a, b, eſt b, &c. veriſſima tamẽ eſt adeo, quod Boetius dicit ea nullam eſſe veriorem. De artiſiciali igitur prædicatione loquẽs Ariſt. dixit, quod à prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio; & quod nõ dicitur de multis indiuiduũ, & Auerrois dixit, quod Porphyrii aſſignatio non eſt vera. De naturali autem prædicatione loquebatur Porphyrius dicens, indiuiduum de vno ſolo prædicari, quoniam prædicatur de ſeipſo dicendo, Sortes eſt Sortes &c.

Indiuiduum vagum prædicatur de pluribus, ſed in quale, cui non obſtat indiuiduum prædicari de vno ſolo.

Circa eandem deſcriptionem dubitatur, an conueniat indiuiduo vago, an indiuiduo ſignato tãtũ. Dicitur autem indiuiduum vagum aliquis homo, aliquis bos & huiuſmodi; indiuiduum vero ſignatum hic homo, hic bos, &c. Sortes &c. Eſt autem ratio dubitandi, quia communiter dici videtur, quod indiuiduum vagum de uno ſolo prædicatur, & tamen exercitium prædicationis conuincit, quod de pluribus prædicatur: Sor. n. eſt aliquis homo; ſimiliter Plato eſt aliquis hõ, & ſic de aliis. Ad hoc dubium dicitur, q̄ iſta deſcriptio conuenit etiam indiuiduo vago, & conſequenter quod indiuiduum de vno ſolo prædicatur ſecũdum rem, licet ſecundum vocem prædicetur de pluribus. vnde, q̄a cũ dicitur aliquis homo eſt Sor. & Pla. nulla res cõis Sorti & Platoni prędicatur niſi natura humana importata p̄ ly hõ, & ly aliquis homo importat naturam non abſolute, ſed particularizatam: ideo ſola illa vox, aliq̄s homo, eſt communis vtrique ſicut ſi plures homines vocentur Sortis nomine, quod importat naturam humanam determinatã ad hoc, ſola vox cõmunis eſt vtriſq; Sorti. Sed huic reſponſioni, cui communiter ab omnib. aſſentiri videtur, obſtat S. Tho. doctrina, quæ peripateticis plurimum conſentanea eſt, habetur ſiquidem ab ipſo in q. diſputata de potentia Dei. q. 9. ar. 2. quod indiuiduum vagum prędicatur de pluribus non ſolum ſecundum vocem, ſed ſecundum rationem ſignificatam. Fundatur autẽ doctrina ſua ſuper hoc; quia in Sor. tria poſſunt conſiderari, quæ in eo ſunt; natura, ſ. humana, & mod⁹, quo illa natura eſt in Sor. q mod⁹ nihil aliud eſt quam particulariter exiſtere. eſt enim in Sorte natura humana non vniuerſaliter, ſed particulariter; & principium, quo illa natura determinatur ad Sortem, puta materia ſignata. Horum autem trium natura ipſa communis eſt, & prædicabilis de multis; modus quoque naturæ communis eſt omnibus indiuiduis illius naturæ ſicut, & natura ipſa, ſicut in quolibet homine eſt natura humana, ita eſt etiam in quolibet homine natura humana particulariter. nullus enim homo eſt qui non ſit homo, & qui non ſit homo particularis; niſi ſecundum Platonicos ponentes hominem vniuerſalem &c. Principium autẽ, quo natura ad hoc determinatur, p̄priũ eſt ita huic quod nulli alteri conuenit. Quemadmodũ ergo, quia ſpecies naturam abſolute ſigñat, de pluribus prædicatur, ita indiuiduum vagum, quia modum naturæ non determinatum ad hoc, ſeu naturam ſub mõ nõ determinatam ad hoc, importat, de pluribus prædicabile eſt; indiuiduum vero ſignatum, quia hoc ſingulare ſignificat de multis nullo pacto dici poteſt. Non ergo æquiuoce dicitur indiuiduũ vagum de pluribus, ſed ſecundum nomen & rationem. Et licet contra doctrinã hanc obiici poſſit, pro nunc tñ tripliciter inſtari poteſt logicaliter, Primo; quia ſecundum hoc Porphyrius diminutus eſſet determinans de prædicabilibus, & tacẽs de indiuiduo vago. Secũdo, quia ſuperius poſita eſt diuiſio prædicabilium, & non apparet ſub quo illorũ mẽbrorum claudatur indiuiduum vagum; quia non prędicat in quid (eſſet .n. ſpecies) nec in quale. ergo &c. Tertio: quia præceptum Platonis quo quieſcendum iuſſit in ſpecialiſſimis, non eſſet implendum; quoniam deſcẽdere adhuc poteſt diuiſio; indiuiduum vagum mediũ eſt inter ſpeciem & particularia. Ad primum horũ dicitur, quod arguendus non eſt, quia ea quę non promiſit nõ ſeruauit. Porphyrius autem nunquam pollicitus eſt ſe de omnibus prædicabilibus tractaturum, ſed tantum de illis quinq; ab ipſo enumeratis in proœmio (vt ibi patet) & ideo non eſt mirum ſi de indiuiduo vago non tractauit, ſicut nec de diffinitione tractauit, quam conſtat ſpeciale eſſe prædicabile Ad ſecũdum dicitur, quod indiuiduum vagum prædicatur in quale, & non in quid, per ly quale, uero intelligitur oĩs modus aliud à quid. ſ. quantum quotum &c. proprium autem interrogatiuum de indiuiduo uago videtur eſſe hoc q̄d dico cuiuſmodi. Quod ſic p̄ſuadetur: de, a. puta Sorte poteſt triplex quæſtio formari. prima de quidditate eius, & ſic quærimus per ly quid eſt, & reſpondetur homo; terminata hac quęſtione per hanc reſponſionem communem Peripateticis & Platonicis reſtat inquirẽdum cuiuſmodi homo eſt, vniuerſalis an particularis, per ſe an participatione. multum enim refert quid horum reſpondeatur. Platonici enim de aliqua re exiſtente in rerum natura, quam dixerunt eſſe hominem, quærentib. cuiuſmodi homo eſt; reſpondent, per ſe, & vniuerſalis. de aliqua vero puta Sorte, reſpondent, quod nõ eſt homo p̄ ſe; ſed eſt homo aliquis ideſt particularis &c. Peripatetici autem quęrentibus cuiuſmodi homo ſit, uel cuiuſmodi bos ſit, ſemper reſpondent quod eſt aliquis homo, & aliquis bos; quoniã naturas rerum per ſe non credunt ſubſiſtẽtes. terminata autem ſecunda q̄ſtione per indiuiduum uagum quærimus quis, & reſpondetur hic, quod importat indiuiduum ſignatum, prædicatur ergo indiuiduum uagum in cuiuſmodi, & conſequẽter non in quid, ſed in quale. Ad quartum dicitur præceptum Platonis implendum eſſe, ſed ſane intellectum, loquitur enim de ſenſu per diuiſionem formalẽ, & nõ de quacunque diuiſione, poſt ſpecialiſſimam autẽ ſpeciem nullam dicimus eſſe diuiſionẽ formalem; nec & dicimus proprie loquendo indiuiduum uagum eſſe medium inter ſpeciem, & ſingularia; quoniam medium coordinationis p̄ntalis res ipſa, cuius eſt eſſe, debet eſſe non modus rei. ut patet de generibus & ſpeciebus & ſingularibus. Indiuiduum autem uagum ut diſtinctum a ſpecie & ſingularibus modum tantum rei dicit, & iõ medium illum dicitur eſſe inter ſpeciem & ſingularia, licet quo ad aliquid medii rationem habere uideatur. Dicendũ eſt ergo, quod diffinitio indiuidi hic aſſignata indiuiduo ſignato tñ conuenit, in cuius ſignũ, Porphyrius ſignata tantũ indiuidua in textu expreſſit &c.

*Continetur igitur indiuiduum quidem ſub ſpecie, ſpecies autem ſub genere. Totum enim quiddam eſt genus, indiuiduum autem pars. ſpecies vero & totum eſt & pars, ſed pars quidem alterius, totum autem non alterius, ſed in aliis. in partibus enim totum eſt aliis. De genere quidem & ſpecie, & quid ſit generaliſſimum, & quid ſpecialiſſimum, & quæ genera eadem & ſpecies ſint, & quæ indiuidua, & quot modis genus & ſpecies dicantur, ſufficienter dictum eſt.*

Hæc eſt decima pars huius capituli, in qua comparãtur ordinata in prædicamentali linea ſecundum totalitatem & partialitatem; & dicitur, quod genus eſt tãtũ totum, indiuiduum eſt tantum pars. ſpecies autem eſt totum & pars, quoniam genus continet ſub ſe ſpeciem & non continetur ſub ea, indiuiduum uero continetur ſub ſpecie, & non continet eam ſub ſe. ſpecies autem & continetur ſub genere; & ideo pars eius eſt: & continet ſub ſe indiuidua; & ideo totum in illis eſt &c.

Potẽtia Dei q. 9. ar. 2. ad primum.

Decima pars.

Genus

**Genus totum vniuerſale tantum eſt, indiuiduum vero pars ſubiectiua, ſpecies vero totum, & pars eſt ſubiectiua, quamuis totum diffinibile ſit, genus uero pars illius.**

Circa hanc partem notandum eſt, quod totum dicitur dupliciter ſ. totum vniuerſale, & totum diffinibile; & ſimiliter pars dicitur dupliciter, ſ. pars ſubiectiua & pars diffinitiua. Totum vniuerſale vocatur ſuperius reſpectu inferiorum, quæ partes eius ſubiectiuæ dicũtur. Totum autem diffinibile vocatur id, quod diffinitur reſpectu partiũ ſuæ diffinitionis quæ partes diffinitiuæ dicũtur. Differt autem tantum altero iſtorum modorũ dicere aliquid totum, aut partem, vt id quod totum vno modo eſt, pars ſit eiuſdem altero modo, & econuerſo. Superius enim reſpectu inferioris eſt totum vniuerſale, quia continet in poteſtate ſua illud & alia, & prædicatur de eis: & eſt pars diffinitiua eiuſdem, quia continetur actu & intrinſece in diffinitione illius: & cõſequenter inferius reſpectu ſuperioris totum eſt diffinibile et pars eſt ſubiectiua. Quãdo ergo in textu fit ſermo de totalitate & partialitate, & dicitur, genus totum tantum eſt &c. intellige quod de toto vniuerſali & parte ſubiectiua locutio eſt. Poſſet quoque negari ſimpliciter quod genus ſit pars formaliter loquendo, ut patet ex dictis in capitulo tertio de ente & eſſentia. Sed quia hoc altioris negotii eſt, vide ibi: conſiderando, q̃d genus, vt ſic, eſt totum vniuerſale, & vnde habet quod ſit totum; & vnde quod ſit pars diffinitionis. Vltimo Porphyrius epilogum facit eorum quę de genere & ſpecie dicta ſunt. Oſtenditur autem ex epilogo quod vnicum tantum capitulum de genere & ſpecie ſimul fecit &c.

Super de ente, & eſſentia ca. 3.

## De differentiarum variis acceptionibus, & quidnam ſit ipſa differentia vt prędicabile eſt, oſtendit. Cap. 2.

*Differentia vero & communiter, & proprie, & magis proprie dicitur. Communiter quidem differre alterum ab altero dicitur, quod alteritate quadam differt quocunque modo, vel a ſeipſo vel ab alio. Differt .n. Socrates a Platone alteritate, & ipſe à ſe ſene vel iam puero vel iam viro, vel iã faciente aliquid vel quieſcẽte, & ſemper in aliquo modo habendi ſe alteritatibus Proprie autem differre alterum ab altero dicitur, quãdo inſeparabili accidente ab altero differt. Inſeparbile vero accidens eſt, vt naſi curuitas: cæcitas oculorum, & cicatrix cum ex vulnere occaluerit. Magis autem proprie alterum differre ab altero dicitur, cum ſpecifica differentia differt, quemadmodum homo ab equo ſpecifica differentia differt, rationalis qualitate.*

Hic incipit ſecundum cap. huius operis, in quo tractatur de differẽtia, & diuiditur in tres partes prĩcipales. In prima declaratur quid nominis ipſius differentiæ. In ſecunda diuiditur. In tertia diffinitur. Aſſignans ergo quid ſignificet differentiæ nomẽ, dicit, q̃d in triplici ſignificatione inuenitur. Quãdoque enim ſignificat diſparitatem, quæ in rebus fit à cõmuniter accidentibus, & dicitur differentia communiter. Quãdoque autem ea, quæ in rebus fit a propriis accidentibus, & dicitur differentia proprie. Quandoque autem eam, quæ in rebus fit ab eſſentialibus & propriis conſtitutiuis, & tunc dicitur differentia magis proprie.

**Generis & ſpeciei notitia, cum ſint relatiua, differentiæ cognitionem iure præceſſit, quæ eſſentialiter ſpecie priore eſt, & analogum tum ex noſtra, tum ex rebus ipſis in tria analogata diſtinctum, quorum differentia magis proprie prædicabile eſt.**

Circa hanc partem notanda ſunt quatuor. Primo, quod ordo p̃poſterus à Porphyrio ſeruatus eſt, dũ differentiã poſtponit ſpeciei. nã differẽtia prior eſt ſpecie, ſicut principium prius eſt principato: ſed quia iõ permutatus eſt, vt generis notitia compleretur quoniam genus & ſpecies ſunt correlatiua; legitima excuſatione id factum eſſe non eſt dubium: vnde ſtatim poſt eorum notitiam ante reliqua de differentia ſermonem inchoauit. Secundo notandum eſt, quod diſtinctio differentiæ in ſupradictas tres ſignificationes nõ eſt ſicut diſtinctio generis, aut ſpeciei in ſua ſignificationes. Cũ enim diuiſum fuit genus, aut ſpecies, fuit diuiſio æquocæ vocis in ſuas ſignificationes, ſicut ſi diuideretur canis in piſcem marinum, & cœleſte ſydus, & animal latrabile. Cum autem diuiditur differentia in ſua ſignificata, eſt diuiſio vocis aliquo modo analogæ in ſua partialia ſignificata. Fuit autem neceſſaria talis diuiſio in hoc loco, licet æquiuocum non eſſet differentię nomẽ: quia differentia non ſecundum totum ambitum ſuum eſt unum de quinque vniuerſalibus, ſed tertio tantum modo ſumpta. Tertio notandum eſt, quod differentiã vocari communiter proprie & magis proprie ex duob. ortũ eſt. ſ. ex cognitione noſtra, & ex rebus ipſis: ex cognitione quidem noſtra vocata eſt differentia communiter illa, q̃ fit ex rebus, per quas communiter homines apprehẽdunt diſtinctionem & diſſimilitudinem inter entia mundi huius. Res autem communiter cadentes ſub apprehenſione hominum, quia ſunt ſenſibilia accidentia, ſecundum quæ non differt hoc ab illo niſi alteritate quadã, ideo differentia communiter dicitur, qua res differunt abinuicem alteritate quadam. Differẽtia vero proprie dicta eſt qua diſcernimus aliqua occurrẽtia, proprietates eorum inſpiciendo: velut quoſdam eorum characteres. vt patet cum luſcum aliquẽ aut à natura, vel caſu ſignatum aliquem ab aliis differentem dicimus: & quoniam huiuſmodi differentiæ ſecũdum accidentia inſeparabilia fiunt, ideo Porphyrius dixit, q̃d differentia proprie dicitur quando alterũ ab altero differt accidente inſeparabili. Magis proprie autem differentia dicta eſt, quæ ſapiẽtibus innotuit; quod nihil ea magis intime differre facit, quæ conſtituit. hæc autem, quia per eſſentialia principia, non quæcunque ſed propria fit: ideo Porphyrius dixit, q̃ differentia magis proprie dicitur, quando alterum ab altero differt ſpecificã differentia. Ex rebus vero nominum hæc diuerſitas robur maximum habet: quoniam differentia communiter dicitur, quæ cauſatur ex rebus, quæ non ſunt p̃priæ huic, vel illi, ſed multis communiter accidunt & adueniunt & recedunt. Differentia vero proprie dicitur quæ cauſatur ex his rebus, quę proprietates ſunt aliquarum rerum, vt ridere, & mugire, vel partium earum, ut cæcitas & ſurditas &c. Magis proprie autem ideo dicitur, quia ex his, quæ maxime propriæ rebus ſunt, cauſatur, ex cõſtitutiuis ſcilicet eſſentiarum ſuarum. Quomodo autem membra diſtinctionis huius non coincidant, in expoſitione ſequentis literę declarabitur, quoniam tũc facilior erit intellectus.

*Vniuerſaliter ergo omnis differentia addita alteratum facit alicui. ſed ea quæ eſt communiter, & proprie alteratum ſolum facit, illa autẽ quæ eſt magis proprie, aliud. Illæ quidem quę faciunt aliud ſpecificæ vocãtur, illæ vero, quæ alteratum ſimpliciter differentiæ. Animalis enim rationalis differentia adueniens aliud facit, & ſpeciem animalis facit. Illa vero, quæ eſt mouẽdi, alteratum facit ſolum à quieſcente. quare illa quid & aliud, illa vero alteratum ſolum facit. Secundũ igitur aliud facientes, diuiſiones fiunt a generib. in ſpecies, & diffinitiones aſſignantur quæ ſcilicet ſunt ex genere & huiuſmodi differẽtiis, ſecũdũ aũt eas, quæ ſolũ alteratum faciunt, alteratio ſola conſiſtit, & in aliquo modo ſe habentis permutationes.*

Hæc eſt ſecunda pars huius capituli, in qua differentiam diuidere intendens tria facit. Primo primam differentiæ diuiſionem affert introducens eam ex prædictarum ſignificationum conuenientia, & diſconueniẽtia; unde dicit, commune eſſe omni differentiæ facere alteritatem; ſed inter differentiam communiter, & pro

prie

prie ex vna parte, & differentiam magis propriæ ex altera parte, tanta eſt diſtantia, ꝙ illæ alteratum tantum faciūt id, quod per eas differre dicitur, iſta autem aliud facit id, quod per ipſam differt &c. Et hinc ſtatim differentiæ primam diuiſionem extrahens, ait differentiarum aliæ alteratum faciunt, aliæ aliud: & ſubdit tria, in quibus inter ſe prædictę diuiſionis membra diſcrepāt. Primum eſt, ꝙ facientes alterum differentiæ vocātur ſimpliciter, facientes vero aliud, differentiæ ſpecificæ dicuntur. Secundum eſt, ꝙ facientes aliud diuidunt genera, non autem facientes alterum. Tertium eſt, quod facientes aliud ſunt illæ, ex quibus cum genere fit diffinitio, facientes autem alterum diffinitiones non ingrediuntur, ſed permutationes & alterationes ſecūdū eas fiunt: alterationes quidem, ſicut aqua frigida poſt modum per calefactionē differt a ſe, & ab altera frigida, & ecōuerſo, permutationes vero, ſicut cum aliqs mutatur ſecundum differentias poſitionis; vt qui ſedebat ſtat, vel de vno loco tranſit ad alium, vel ſm quaſcunque alias prædicamentales denominationes variatur.

*Differentiæ omnes alteritatem, ſeu diuerſitatem aliquam facere formaliter, vel virtualiter dicuntur, ſed diſſimiliter, nā communiter & proprie differencia alteritatem ſolam formaliter facere, aliud vero virtualiter inferre dicuntur, magis autem propria aliud formaliter. alteritatem vero, quā inferre, poteſt, non niſi virtualiter facit.*

CIrca hanc partem duæ terminorum cōbinationes declarādæ occurrunt, ſ. ly alterum, ſeu alteratū, & aliud ly facere alterum & facere aliud. Aliud, cum ſit relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ, nihil aliud ſonat in propoſito, niſi diuerſitatem ſubſtantialem, ſeu quidditatiuam. Alterum vero, quia relatiuū diuerſitatis accidētis apud philoſophos eſt, quod multifariam ſumi poteſt, dupliciter in propoſito accipi poteſt. Primo vt ſonat diuerſitatem in communi, quæ ob ſui abſtractionē ab imperfectiori nomē ſumat, & alteritas dicatur. Secūdo vt ſonat diuerſitatem accidētalem, quæ proprio nomine alteritas vocetur. Facere alterum, & ſimiliter facere aliud dupliciter intelligi, in propoſito pōt. Vno modo formaliter, ſicut albedo facit albū formaliter, Alio modo virtualiter, ſicut albedo facit diſgregationem viſus, quia ad ipſam ſequitur naturaliter talis proprietas, &c. Duplex ergo ſenſus verborum Porphyrii eſſe pōt. Primus eſt, quod loquatur de alteritate. i. diuerſitate in communi: & de facere alterum ꝙ aliud formaliter: & tunc eſt ſententia valde clara, ꝙ omnis differētia facit alteritatem, i. diuerſitatem aliquam, aliter differētia nō eſſet: ſed differentiæ communiter, & proprie faciunt tātum alteritatem. i. diuerſitatem aliquam, non tamen talem, quæ mereatur aliud nomen ſpeciale, qm̃ vere non niſi alteritatē faciunt. Differentia vero magis propria aliud facit, i. diuerſitatem non qualemcunque, ſed potiſſimam, quā ly aliud ſignificat: ita ꝙ ly aliud importat duo. ſ. diuerſitatem ſubſtantialem, & ratione ly diuerſitatem, dicitur facere alteritatem, ratione ly ſubſtantialem dicitur facere non ſolum alterum, ſed aliud & iuxta hunc ſenſum clarum eſt, quod differentia magis propria facit & alterum & aliud formaliter. Alter autē ſenſus eſt, quod loquatur de alteritate. i. diuerſitate accidētali & de facere alterum & aliud formaliter, vel virtualiter. Et iuxta hunc ſenſum clara quoque ſententia eſt, quod omnis differentia alteritatem. i. diuerſitatem accidentalem facit, licet diſſimiliter, quia differentiæ cōmuniter & proprie faciunt eam formaliter, magis propria autem facit eam virtualiter, vt dicetur. Sed differētiæ communiter & proprie alteritatem. i. diuerſitatem accidentalem tm̃ faciunt, differentia autem magis proprie facit aliud, quia facit formaliter diuerſitatem ſubſtātialem: dum diſtinguitur ſpecifice ſpeciem a ſe conſtitutam ab alia, & facit alterum: quia facit virtualiter diuerſitatem accidentalem: qm̃ ex differentiis eſſentialibus ſpecierū fluūt paſſiones & proprietates ſm quas fit diuerſitas accidentalis. Aduerte aūt hic diligenter ꝙ multū refert dicere facit aliud, & dicere, infert aliud: ſicut non parua differentia eſt inter facere, & inferre. Inferre ſiquidem diuerſitatem ſubſtātialem poteſt effectus eius, facere autem illam non poteſt: & ideo differētia ꝓprie, licet cōq; inferat differētiā magis ꝓpriā, & conſequēter inferat aliud. i. diuerſitatem ſubſtantialē, quia quæ differunt in paſſionibus propriis differunt etiam ſpecificis differentiis, ſicut differentia ſm riſibile & riſibile infert differētiam ſm irrationale; & rationale: non tamen ꝓpter hoc ſequitur, quod differentia ꝓprie faciat aliud: qm̃ infert aliud a poſteriori vt eius effectus, & non facit: econuerſo vero differentia magis proprie & facit & infert alteritatem. i. diuerſitatem accidentalem, quia cauſat illam & concludit eandem.

*Diuiſum fuit a Porphyrio differentiæ nomen abſolute in intētiones, non autem res, cūm eandem rem contingat et communiter, ꝓprie, & magis proprie rebus diuerſis differentiam eſſe, in ordine autem ad vnum, rerum forte fuit diuiſio illa.*

CIrca ſupradicta aduertendum eſt, ꝙ quia differentia ſicut poteſt accipi dupliciter, ſ. formaliter & materialiter, ita poteſt diuidi dupliciter: & conſequenter harū diuiſionum duplex ſenſus eſſe poteſt. Primus eſt, ꝙ differentia diuidatur materialiter, i. in res, q̃ denominantur differentiæ ita quod iſtæ diuiſiones ſint rerum diuiſiones, & altera res differētia communiter, altera proprie, altera magis proprie, & ſimiliter altera res differentia faciens alterum tantum, & altera res differentia faciens aliud: & iſte ſenſus oīno eſt erroneus; & qm̃ vnamet res relata ad diuerſa, denominatur oīb. iſtis denominationibus. v. g. congregatiuū viſus eſt differentia communiter reſpectu ligni lapidis & ſimiliū, quibus nigredo ineſt, vt accidens ſeparabile, & eſt differentia proprie reſpectu corui & carbonis, quibus nigredo ineſt vt accidens inſeparabile; & eſt differentia magis ꝓprie reſpectu ipſius nigredinis, q̃ in ſpecie cōſtituit, & facit aliud inter nigredinem & albedinē, & facit alterum tm̃ lignum a lapide; non ergo eſt diuiſio rerum. Secundus ſenſus eſt, quod differentia ſumatur formaliter, & diuidatur in intentiones; ita ꝙ ſit diuiſio intentionum differentialium, & hic eſt ſenſus verus & dignus peripateticis, qm̃ ſermonem formalē explanat. Diſtinguuntur. n. intentiones differentiæ vel ſecūdum modos, quibus vnū ab alio differre contingit, & ſic quia tales modi ſunt tres, qm̃ res aut differūt per eſſentialia, aut per proprietates, aut per accidētalia, & vnamet res huic eſt eſſentialis, illi eſt proprietas, alii uero accidēs, ideo primo differentia diſtincta eſt in tres intentiones ſ. communiter, proprie & magis proprie; uel ſm ſuos effectus, & ſic quia tales ſunt duo; qm̃ aut eſt alteritas; aut alietas: & ſimiliter, quia unamet res in hoc, facit alietatem, & in illo alteritatem, ideo data eſt ſecunda diuiſio differentiarum vel ſm connexionem cum his, quorum differentiæ dicuntur; & ſic, quia connexio vel eſt ſolubilis, vel inſolubilis, dabitur tertia diuiſio bimēbris quoq;, & diuidentur differentiæ in ſeparabiles & in inſeparabiles. In omnibus. n. his diuiſionibus rerum diuiſio nunq̃ fit, ſed intentionum; diuerſimode tñ, qm̃ prima fundatur ſupra diuerſum modum, quo res denominata differentia ineſt alicui, ſecunda ſupra diuerſum effectū in diuerſis, tertia ſupra diuerſam connexionem cum diuerſis; & quoniam loquendum eſt formaliter (ſi Peripatetici eſſe volumus) ideo ſimpliciter aſſerendū eſt quod differentia proprie non eſt differentia magis proprie, neque communiter; neque econuerſo; et ſimiliter faciens aliud non eſt faciens alterum tm̃; neq; econuerſo; et ſimiliter ſeparabilis, nō eſt inſeparabilis, neq; ecōuerſo; licet vna res oīb. iſtis denominationibus ſubiaceat. Poteſt aūt cōtra hanc determinationem obiici-

quia

quia impoſſibile eſt vnũ & idem differre ab vno vel pu ribus cõmuniter proprie et magis proprie per eadem rẽ; qm̃ impoſibile eſt, ꝙ eadẽ res, alicui vni ſit eſſentialis, et proprietas, et accidẽs. Videtur ergo ꝙ diuiſio prima dr̃iæ non ſit tm̃ intentionum, ſed rerum et ſimiliter põt argui de ſecunda et tertia; qm̃ impoſſibile eſt vnum et idem ab eadem re habere alietatem et alteritatẽ tm̃, et eſſe ſeparabile et ĩſeparabile ab illa. etc. Et cõfirmatur, quia qua ratione dicitur ꝙ iſta eſt diuiſio intẽtionum, ꝓpterea quia una res põt omnes iſtas ſuſcipere denominationes in ordine ad plura, eadẽ ratione dici debet, ꝙ eſt etiam diuiſio rerũ propterea, quia in ordine ad vnũ nõ poſt res vna ſuſcipere oẽs iſtas denominationes, ſed oportet eſſe plures res ſubſtratas denominationibus talibus; quę.n. maior ratio ibi q̃ hic eſt, &c. Huic obiectioni ſatisfit dicẽdo ꝙ qa dr̃ia diuiditur abſolute & nõ in ordine ad vnũ vel plura, & abſolute loquendo oĩa mẽbra harũ diuiſionũ adunãtur in vna re, & non in vna intentione, iõ nulla earũ eſt diuiſio rerum. Ad confirmationẽ vero dr̃, ꝙ non eſt par ratio vtriuſq; partis; qm̃ cũ hic ſint duo. ſ. res differens puta hõ differens a leone, & res qua differt, q̃ differentia denominatur puta rationale vel riſibile, vel albedo &c. qñ dr̃ia abſolute diuiditur non eſt reſpicienda rei differentis vnitas, vel pluralitas, qm̃ hęc differẽtia a lõge reſpiciuntur, ſed attendendum eſt potius rei, q̃ dr̃ia nominat̃ quot modis actũ differendi habeat, quot effectus, quomodo cõnexa &c. Vnde diuiſiones iſtæ (vt dictum eſt,) non ſupra vnitatem vel pluralitatem rei differentis fundantur, vt obiectio ſupponit, ſed ſupra diuerſos modos differendi & effectus & cõnexiones, & qm̃ omniũ horum diuerſitas (abſolute loquẽdo) ab vna fluit re, quæ differentia denominatur, ideo rerum diuiſio non eſt; quamuis ſi non abſolute ſed in ordine ad hoc, puta vnum quid differentiam ſecare voluerimus diuiſionem rerum neceſſario oporteat fieri &c.

Cum differentia faciens alterum ſolum differre faciat, ſimpliciter dicta eſt. aliud vero faciens, cum ſpecifice differre faciat non appellata eſt differentia ſimpliciter.

Circa primam differẽtiam aſſignatã in textu inter membra huius ſecundæ diuiſionis, notãdũ eſt qđ differentia faciens aliud ideo differẽtia vocat̃, quia ſpeciem conſtituit, & ſpecifice diſtinguit eã ab aliis: differentia vero faciens alterũ, non iõ ſimpliciter differentia dicit̃, quia faciat differre ſimpliciter, qm̃ hoc eſt falſum: quia non facit differre niſi ſm̃ quid, ſed ideo differentia ſimpliciter dicit̃, quia nõ facit ſimpliciter & cõplete differre. Intelligendũ. n. eſt, ꝙ cũ in textu dr̃ qđ faciens alterũ ſimpliciter dr̃ia dr̃, nõ eſt ſenſus, ꝙ dr̃ia faciens alterũ habẽt ꝓ nomine totũ. hoc. ſ. differẽtia ſimpliciter, ſed eſt ſenſus, ꝙ habeat pro noĩe hoc, ſ. differẽtia: abſq; aliqua alia perfectiua additione, ly. n. ſimpliciter idẽ ſonat ꝙ abſq; additione aliqua. Dr̃ia ergo faciens aliud in hoc diſcrepare dr̃ a faciẽte alterũ, quia faciens aliud ſpeciale nomen habet, & vocatur differẽtia ſpecifica, faciens vero alterum cõe nomen retinet abſq; additione. Sed accidit hic non immerito dubitatio, qm̃ qñ ſunt duo contenta ſub aliquo cõi, & vnum eorum ſortitur nomen illius cõis abſq; additione, & alterum cum additione, id quod ſortit̃ illud ſine additione ſapit nobilius rationem illius nominis, vt patet de ſubſtantia & accidente reſpectu entis, ſubſtantia enim ideo ens abſque additione dicitur, accidẽs vero non niſi cũ additione dr̃ ens ſecundum quid, quia ſubſtantia perfectius eſt ens quam accidens. In propoſitio autẽ clarum eſt quod differentia faciens alterum nõ habet perfectius differentiæ rationẽ, quam differentia faciẽs aliud, immo eſt ecõuerſo, quia perfectius differre facit differentia faciens aliud q̃ faciens alterum tantum; nõ ergo recte dixiſſe videtur Porphyrius aſſerẽdo differẽtiam facientẽ alterum dici differentiẽ ſimpliciter &c.

Ad euidentiam huius eſt ſciendum, quod ſuſipere aliqđ nomen ſine additione aliqua oritur nõ ex vna tm̃ cauſa, ſed pluribus. Qñq;. n. hoc oritur ex ꝑfectione; quia. ſ. illius nominis ratio perfecte ſeruat̃ in illo et nõ in aliis, ſicut Sortes dicitur homo abſq; additione, Sortes vero pictus nõ dicitur homo, ſed homo pictus et hoc modo ſubſtãtia dicitur ens ſine additione, accidens vero cũ additione ſm̃ quid. ſed ex hac radice nõ pullulauit in dr̃ia faciente alterum, differentiæ nomen ſimpliciter. i. ſine additione, vt ratio adducta ꝓbauit. Qñq; aũt hoc oritur ex imperfectione; quia. ſ. illud cõtentum adeo modicam perfectionem addit reſpectu alterius membri, vt non mereatur habere ſpeciale nomen, ſed commune retineat, quaſi nihil adderet, ſicut bruta abſque additione dicere cõſueuimus aĩalia, homini aũt iniuriã fieri æſtimamus ſi aĩal ſimpliciter vocaretur. Ex hac prodiit radice, ꝙ dr̃ia faciens alterum à Porphyrio differẽtia ſimpliciter vocaretur, quaſi nihil amplius dignitatis haberet, q̃ quod differre faciat, differentia vero faciens aliud, differẽtia ſpecifica vocata eſt, quoniam perfectius differre nõ inuenitur quam ſpecifice; & propterea nomẽ ſibi ſingulare vẽdicauit.

*A ſuperioribus ergo rurſus inchoãti dicendum, differentiarum alias, quidẽ eſſe ſeparabiles, alias vero inſeparabiles. moueri. n. & quieſcere & ſanũ eſſe, & ægrũ & quęcunq; his proxima ſunt, ſeparabilia ſunt. at vero aquilinum eſſe vel ſimum, vel rationale vel irrationale inſeparabilia ſunt. Inſeparabilium autem aliæ quidem ſunt per ſe aliæ vero per accidens. nã rationale per ſe ineſt homini & mortale, & diſciplinæ eſſe ſuſceptiuũ: at vero aquilinum eſſe vel ſimũ per accidens & nõ per ſe. Illæ igitur, quæ per ſe ſunt in rõne ſubſtãtiæ accipiũtur & faciunt aliud: illæ vero quæ ſecundũ accidẽs, nec in ſubſtantiæ ratione accipiũtur, nec faciũt aliud. ſed alteratum. quæ quidem igitur per ſe ſunt non ſuſcipiunt magis & minus, quæ vero per accidẽs (& ſi inſeparabiles ſint) intẽſionem accipiunt & remiſſionẽ. Nam neque genus aut magis & minus prędicatur de eo cuius fuerit genus, neq; generis differentię, ſecundũ quas diuiditur. ipſæ. n. ſunt, quæ vniuſcuiuſq; rationem complẽt, eſſe aũt vnicuiq; vnum et idem, nec intenſionẽ nec remiſſionẽ ſuſcipiens eſt. aquilinum autem eſſe, vel ſimũ, vel coloratum aliquo modo & intenditur & remittitur.*

Hic ſecundo differentiarum ſecũdam diuiſionẽ affert cũ ſubdiuiſione & triplici differentia inter mẽbra ſubdiuiſionis. Diuiſio eſt; differẽtiarum aliæ ſunt ſeparabiles, aliæ inſeparabiles; ſubdiuiſio eſt, differentiarũ inſeparabilium aliæ ſunt per ſe, aliæ ꝑ accidens. Triũ autem differẽtiarum inter mẽbra ſubdiuiſionis huius prima eſt, ꝙ differentiæ ꝑ ſe accipiũtur in ratione ſubſtantiæ. i. ingrediunt̃ diffinitionẽ ſubſtantialem rei: differentiæ vero per accidens manent extra. Secũda eſt, quod differentiæ per ſe faciunt aliud, differentiæ vero per accidens faciunt alterum. Tertia eſt, quod differentiæ per ſe non ſuſcipiũt magis & minus, differẽtiæ per accidens ſuſcipiunt magis, & minus, ſeu intenſionẽ, & remiſſionem, qđ idem eſt. Probat autem hãc tertiam diſparitatem quo ad vtranque partem. & primo quo ad primam innuens duas rõnes ad hoc. prima eſt, quia genus non prædicatur magis & minus de eo cuius eſt genus, & ſimiliter differentiæ generis diuiſiuæ non debent magis & minus prædicari de eis quorum ſunt differentiæ, & tenet ſimilitudo cũ ſequela ex eo ꝙ vtrunque eſt prædicatum ſubſtãtiale. 2. eſt: quia id, quod cõplet rei rationem, intẽſionem & remiſſionem non recipit. probatur; quia tale complet eſſe quidditatiuum rei, quod omnino vnum eſt non ſuſcipiens intenſionem nec remiſſionem; differentiæ autem per ſe ſunt, quæ vniuſcuiuſque rationem complent; ergo &c.

**Differentias inſeparabiles per ſe oportet eſſe & generis diuiſiuas & per ſe ſpecierum, id eſt non extra eſſentias, ſed illarum eſſentialiter conſtitutiuas.**

CIrca ſubdiuiſionē notandū, eſt ꝙ dr̃ia pōt dici ꝑ ſe & ſimiliter per accidens duplici reſpectu. Pōt quidē dici per ſe vt reſpicit genus, quod diuidit: & vt reſpicit ſpeciē ꝗ conſtituit: & ſiquidem dicatur ideo ꝑ ſe, qa reſpicit per ſe ſpeciē, oportet accipere ly ꝑ ſe ſtri-
T.c.9. ctiuis (vt Albertus dicit) ꝗ accipietur in lib. 1. Poſt. qm̃ ibi vocatur reſpicere ſpeciē ꝑ ſe tā ꝑ̃dicatū quidditatiuū, ꝗ propriū, hic vero dr̃ia, quæ fundaẽ ſupra proprio per accidens dr̃ accipitur ergo hic per ſe vt idem eſt ꝙ eſſentialiter, & per accidens vt ſonat id ꝙ extra eſſentiā rei eſt: ita ꝙ ſenſus eſt, dr̃iarum inſeparabilium quædam ſunt eſſentiales his, quorum ſunt dr̃iæ, ꝗdā vero ſunt extra eſſentias eorū, ꝗ differre faciunt. Si autem dr̃ia ideo dicatur per ſe, quia genus ꝑ ſe reſpicit, altior ſenſus eſt. & ly per ſe alio modo accipere oportet. Differentia. n. iuxta hunc ſenſum non ideo dr̃ per ſe, quia per ſe prædiceẽ de genere, aut quia eſſentialis ſit generi, ſed quia per ſe diuidit ipſum genus &c. genus n. puta aīal, pōt diuidi differentiis per accidens, vt ſi diuidatur aīal per nauigatiuū & volatiuū, aut per maſculinū & fœminum & huiuſmodi, quæ ſunt animalium accidentia, & poteſt diuidi dr̃iis per ſe, vt ſi diuidatur animal in rationale & irrationale, quæ ſunt animaliū nun proprietates nec accidētia, ſed principia formalia. nec parui refert qualibus genus dr̃iis diuidatur per ſe, an per accidens: abſque dr̃iis. n. ꝑ ſe nec diſſinitiones nec ſcientia rerū haberi poſſunt, & multi errores eueniūt. quia non diſcernitur quando aliquid diuiditur, an per ſe differentiæ ſint ſumptæ, an per accidens, &c. Quid autem exigatur ad hoc quod dr̃iæ ſint per ſe differētiæ alicuius generis altioris eſt negocii; in 10. nanque Metaphyſi. tractanda potius eſt res hæc. Sat ſit in hoc loco noſſe ꝙ dr̃iæ per ſe, de quibus Porphyrius loquitur vtranque perſeitatem habere debent; & reſpectu. ſ. generis & ſpeciei. Verum ne nouitii turbentur, attendendum eſt, ꝙ licet perſeitas differentiarum, & genus & ſpeciem reſpiciat, inſeparabilitas tamen ſolam ſpeciē attingit; vnde ſenſus ſubdiuiſionis eſt differentiarum inſeparabilium ab his, quæ differre faciunt, aliæ ſunt ꝑ ſe, aliæ ſunt per accidens.

**Per ſe differentiæ intentionaliter modo magis vel minus, genus & ſpēm reſpiciunt diuidendo vel conſtituendo, differētiæ vero per accidēs nonnunquā magis & minus ſuſcipiūt.**

CIrca tertiā dr̃iā aſſignatā in textu inter dr̃ias ꝑ ſe & per accidens duo notanda ſunt. Primū eſt ſenſus illius. Senſus aūt orationis quia ex terminis dependet, a terminis inchoandum eſt. Suſcipere magis & minus nihil aliud ſonat pro nunc quā rē illam quæ dr̃ ſuſcipere magis & minus, magis & minus participari vel ab eodē in diuerſis tēporibus, vel a diuerſis ſimul, vel ſucceſſiue; ſicut calor ſuſcipit magis & minus, qa eadē aqua modo eſt minus calida, modo magis; & iſta aqua eſt magis calida, quā illa &c. Dr̃ia ꝑ ſe (vt ſuperius di-
In hoc c. ctū fuit) pōt accipi dupliciter. Vno mō ꝓ re, ꝗ eſt dr̃ia, & ſic cū talis res ſit ēt dr̃ia ꝑ accidens, de ea verificabitur & ꝙ ſuſcipit magis & minus; & conſequenter in hoc loco nō eſt ſermo de dr̃ia ꝓ re abſolute. Alio mō accipiẽ pro re, vt induit intentionē dr̃iæ ꝑ ſe, & ſic de ea eſt hic ſermo; & de ipſa verificaẽ ſermone formali ꝙ non ſuſcipit magis & minus. Ad hoc. n. ꝙ dr̃ia ꝑ ſe nō ſuſcipiat magis & minus, nō exgiẽ ꝙ res illa careat intēſione & remiſſione, ſed requiritur & ſufficit ꝙ res illa inquātū eſt dr̃ia ꝑ ſe, nō ſuſcipiat magis & minus. Et qm̃ res in illa non denominatur per ſe dr̃ia, niſi in ordine ad ſpeciem, quā conſtituit & genus, ꝙ diuidiẽ, conſequens eſt, ꝙ ideo dr̃ia per ſe, non ſuſcipit magis & minus, quia actum dr̃iæ. ſ. conſtituere ſpeciem, & diuidere genus non exercet cum magis & minus, ita qđ modo magis modo minus cōſtituat aut diuidat, aut diſtinguat ab aliis &c. Cuius fundamentum eſt; quia res denominata dr̃ia per ſe, ei reſpectu cuius dr̃ per ſe dr̃ia non ineſt ſm magis & minus; cuius ſignum eſt, qa non prædicatur dr̃ia de genere, aut ſpecie cum magis & minus, differentia vero ꝑ accidens ideo dicitur ſuſcipere magis & minus quia cum magis & minus, cōmunicatur his, quorum eſt differentia per accidens. Nec æquali ſorte accidiſſe credas differentiæ per ſe, non ſuſcipere magis & minus, differentia, ꝑ accidēs ſuſcipere qm̃ differētia ꝑ ſe vēdicat ſibi hoc neceſſario, & vniuerſaliter. neceſſe eſt ſiquidē, vt diceẽ, cōſtitutiuā ſpeciei vt ſic carere latitudine, dr̃ia vera ꝑ accidens non vēdicat ſibi neceſſario ſuſcipere magis & minus, ſed ꝑmiſſiue & particulariter. Ex eo. n. quod aliquid eſt differentia per accidens non prohibetur ſuſcipere magis & min⁹, & in multis hoc ſeruatur: puta in differentiis ſecūdum calidum & frigidum, album & nigrum, ſimum aquilinum &c. non autem in omnibus, vt patet in differētiis ſecundum numeralia accidētia; duo, ſ. & tria &c. patet ergo ex dictis ſenſus differentiæ huius, & conſiſtit in hoc quod differentia per ſe vt ſic, caret neceſſario magis & minus, differentia aūt ꝑ accidens, vt ſic, non prohibetur ſuſcipere magis & minus. Secundū aūt notandum eſt rō ſecunda in textu ad hoc adducta; oportet ſiquidē & hic aduertere ꝙ eius termini formaliter intellecti perſpicuā illā reddunt, conſiſtit nāq; in hoc; ꝙ qa eſſe quidditatiuū rei vt ſic, conſiſtit in indiuiſibili, T.c.14.
qm̃ ſpecies rerum (vt dr̃ in. 8. Meta.) ſunt ſicut numeri; quib. non poteſt adeo parum auferri aut addi quin varieẽ ſpecies, quia ſic inquam eſſe quidditatiuū conſiſtit in indiuiſibili, oportet ꝙ careat magis & minus; qm̃ magis & minus latitudinem & diuiſibilitatē ſupponūt in re ſuſcipiente illa; ſi aūt ſic eſt oportet vlterius ꝙ differentia conſtitutiua & cōpletiua ipſius eſſe qdditatiui conſiſtat in indiuiſibili, aliter cōſtitutiuū eſſentiale haberet latitudinē & conſtitutū non, qđ eſt impoſſibile. ex proprio ergo effectu ipſius per ſe differentiæ declarauit ſubtiliter Porphyrius, ꝙ ipſa non ſuſcipit magis & minus. hæc aūt, qm̃ mediocriter coniectātes tangemus alibi, diffuſius diſcutienda, relinquamus. &c.

*Cum igitur tres ſpecies differentiæ conſiderentur, & hæ quidem ſint ſeparabiles, illæ vero inſeparabiles: & rurſus inſeparabiliū, hæ quidem ſint per ſe, illæ vero per accidēs, rurſus earum, quæ per ſe ſunt, differentiarum, aliæ, quidem ſunt, ſecundum quas diuidimus genera in ſpecies, aliæ vero ſecundum quas ea, quæ diuiſa ſunt, ſpecificantur. vt cum per ſe differentiæ oēs hmōi animalis ſint animati, & ſenſitiuum, rationalis & irrationale, mortalis & immortale, ea quidem quæ animati & ſenſibilis differentia cōſtitutiua eſt ſubſtātiæ animalis, (eſt. n. animal ſubſtantia animata ſenſibilis.) ea vero, quæ eſt mortalis & immortalis differētia, & rationalis & irrationalis diuiſiuæ ſunt aīalis differentiæ; per eas. n. genera in ſpecies diuidimus. Sed hæ quidem, quæ diuiſiuæ ſunt differentiæ generū, completiuæ ſunt & conſtitutiuæ ſpecierū. diuiditur. n. animal rationalis & irrationalis differentia, & rurſus mortalis & immortalis differentia. ſed ea quæ eſt rationalis differentia & mortalis conſtitutiuæ ſunt hominis, rationalis vero & immortalis, Dei, illæ vero quæ ſunt irrationalis & mortalis irrationalium animalium. ſic etiā ſuprema ſubſtantia cum diuiſa ſit animati & inanimati differentia, ſenſibili & inſenſili, animata & ſenſibilis congregatæ ad ſubſtātiam, animal perfecerunt, animata vero & inſenſitiua perfecerunt plantam Quoniam ergo eædem alio modo acceptæ fiunt conſtitutiuæ, alio quo modo autem diuiſiuæ, omnes ſpecifica dicuntur; & his maxime opus eſt ad diuiſiones generum & diffinitiones ſpecierum. ſed non his, quæ ſecundum accidēs inſeparabiles, nec magis his, quæ ſunt ſeparabiles.*

Hic

Hic tertio, vt cõpleat diuiſionẽ immediate antecẽptã, re aſſumit eã cum ſubdiuiſione; & ſubdiuidit alterũ mẽbrum ſubdiuiſionis. ſ. differentiaſ per ſe, declarat que mẽbra vltimæ ſubdiuiſionis: tota ergo diuiſio eſt. Differẽtiarũ aliȩ ſeparabiles, aliȩ inſeparabiles. Inſeparabiliũ aliæ per ſe, aliæ p accidens. Per ſe: aliæ diuiſiuæ generũ, aliæ conſtitutiuæ ſpẽrũ; quæ per generis diuiſionẽ acceptæ ſunt; declaratio huius vltimæ diuiſionis ante oculos ponit pdicamentalẽ arborẽ ſupra pictã, vt inſpiciant differẽtiæ, q̃ in vtroq; poſitȩ ſunt latere, hac aũt arbore pſentata, primã declarationẽ aggredit. ante q̃ aduertendum eſt, qđ mẽbra huius ſubdiuiſionis. ſ. differentiarũ p ſe, aliæ ſunt diuiſiuæ, aliæ conſtitutiuȩ; dupliciter ſumi poſſunt. Vno modo abſolute, & ſic iſta ſubdiuiſio nec eſt diuiſio rerũ, nec differẽtiarũ proprie loquẽdo; ſed potius actuũ ipſius differẽtiæ; vna. n. met res & vnica differentia (vt dicit ipſe Porphyrius) eſt diuiſiua & cõſtitutiua; qa hẽt vtrũq; actũ reſpectu diuerſorũ. Alio mõ poſſunt ſumi in ordine ad aliquod vnũ ſubalternũ; & ſic eſt diuiſio differẽtiarũ, & rerũ eo mõ quo alia res eſt differentia inferiori a ſuperiori; qm̃ aliæ ſunt differentiæ diuiſiuæ aĩalis, aliæ ſunt differẽtiæ conſtitutiuæ eiuſdẽ. iſtæ. n. ſunt inferiores aĩali, iſtæ vero ſunt eo ſuperiores, vt patet in arbore. Quia ſic ergo dupliciter intelligi põt diſtinctio inter huius ſubdiuiſionis mẽbra, Porphyrius primo declarat quõ ſint aliȩ differentiæ diuiſiuæ a conſtitutiuis; ſumẽdo eas in ordine ad aliqđ ſubalternũ: & in obiecta arbore oſtẽdit, q reſpectu aĩalis, aliæ ſunt differentiæ conſtitutiuæ, & aliæ diuiſiuæ; qm̃ conſtitutiuæ aĩalis ſunt aĩatũ & ſenſibile; diuiſiuæ vero rationale & mortale. Scđo declarat quõ ſint aliæ dñæ diuiſiuæ a conſtitutiuis abſolute loquendo de eis; & oſtẽdit in eadẽ arbore, q nõ ſunt aliȩ dñæ cõſtitutiuæ a diuiſiuis, ſed eædẽ ſunt diuiſiuȩ ſuperioris generis & cõſtitutiuæ inferiorũ ſpẽrũ. Declarat aũt hoc primo in illis dñis, quas diuiſiuas tm̃ aĩalis dixerat, oſtendendo q illæ ẽt conſtitutiuæ ſunt non aĩalis, ſed ſpẽrũ eius; deinde in illis, quas conſtitutiuas tm̃ aĩalis dixerat, oſtendendo eas eſſe ſupremæ ſubſtantiæ diuiſiuas, cõſtitutiuas vero ſpẽrum ſubalternarũ eius. Et ſic completa declaratione, tertio declarat membra huius diuiſionis a nomine eorũ dicens; q iſtæ ſunt dñȩ illæ, quæ ſpecificȩ vocantur; de quibus ſuperius meminimus. quarto declarat eorũ vtilitatem dicens, q talibus dñijs opus eſt, cũ diuidere genera, & cũ diffinire volumus ſpẽs; & propterea cæteris relictis, de iſtis tractãdũ eſt &c. Nota hic quod licet iſta vltima ſubdiuiſio abſolute non ſit diuiſio rerũ, ſicut nec aliæ diuiſiones ſupra poſitæ; iſta tñ ſola peculiari quadam ſorte obtinuit vt ab aliis explanata ſit; q ſit diuiſio dñæ ſm diuerſos actus, & non ſm diuerſas res. Hoc aũt non ideo accidiſſe putandũ eſt, quia latuerint tot ingenia aliæ ſupradictæ diuiſiones, ſed quia cȩterȩ diuiſiones, & ſi non rerũ tem dñarũ diuiſiones erãt: alia. n. dña eſt, q̃ ſeparabilis eſt, & alia q̃ inſeparabilis, & ſic de aliis; qm̃ alio & alio mõ differre faciunt, vt dictũ eſt ſuperius hȩc vero ſubdiuiſio neq; ẽt dñarũ diuiſio eſt, qm̃ vnica res vnica intentione dñæ duo ſimul operatur; diuiſionẽ. ſ. generis & cõſtitutionem ſpeciei oſtenditur aũt unica intentio dñæ; & ex eo q dña eodẽ mõ facit differre ſpeciem & genus; qm̃ æq; diſtinguit vtrunq; ſpecifice. ſ. rõnale. n. non ſolũ hominẽ ab aſino differre facit ſpecifice, ſed ẽt aĩal in homine ſpecifice diſtinguit ab aĩali in aſino T.c.14. (vt in. 10. Met. habetur) & ex eo quod non qualicunq; ſimultate illos duos actus in ſe vnit, ſed tali & tanta vt vnus alterius rõ ſit, & alter ſine altero fieri nequeat.

*Quas etiam determinantes dicunt. Differentia eſt, qua abundat ſpecies a genere. homo enim plus habet quam animal rationale & mortale; animal enim nihil horum eſt.*

Hȩc eſt tertia pars huius capituli, in [illegible] q̃ vnũ eſt quinq; prædicabilium, i. dñæ per [illegible] diffinitiones aſſignant iuxta numerũ ſuarũ p[illegible]tatũ, ſeu operationũ, q̃ ſuis locis patebũt; Ponit autẽ primo diffinitionẽ primam, & deinde dubitationem quandam mouet: Determinant ergo diffiniendo dñiam Peripatetici primo ſic, dña eſt, qua ſpecies abundat a genere. Vbi nota q ly qua, nõ ſolũ denotat illud plus qđ hẽt ſpẽs, & qua caret genus eſſe dñiam, ſed ẽt denotat dñiã eſſe cauſam quare ſpecies plus habeat in ſe q̃ genꝰ. Vñ ſenſus diffinitionis eſt, dña eſt, qua & vt cauſa abundãtiæ, & vt re abundante, vel redundante ſpẽs abundat à genere. vtroq;. n. mõ ſpecies abundat a genere p dñiã & non altero tm̃; qm̃ ſpecies nihil includit, quo careat genus niſi dña: & proxima cã, q ſpecies plus includat q̃ genus, eſt ipſa dña, q̃ ex natura ſua hẽt q extra genꝰ ſit & ſpẽ ingrediatur. Abũdare aũt licet diſtingui poſſit in abundare in potentia & in actu, & genus abundãtia potentiali a qualibet ſpecie abundet, ſpecies autem abundantia actuali a genere abundet; qa tñ abundare in potentia non eſt abundare, ſicut nec diues in potentia eſt diues, iõ abſq; diſtinctione dictũ eſt, q ſpecies abũdat a genere; qa actualiter plus hẽt in ſe q̃ genus in ſe actualiter habeat: ſpecies. n. hẽt in ſe actu differẽtiã, q̃ genus actu nõ habet, vt patet in exemplis textꝰ &c.

*Nam vnde haberent ſpecies differentias? nec vero omnes oppoſitas habet, quoniam idẽ ſimul habebit oppoſita ſed quemadmodum probant, poteſtate quidẽ habet omnes differentias ſub ſe, actu vero nullam, ac ſic, nec ex his quæ non ſunt aliquid fit, nec idem ſimul habebit oppoſita.*

Hic dubitat, quia dixerat, dñã haberi a ſpecie & propterea abundare a genere, dubitatio non exprimitur in textu integre, ſed in reſponſione inſinuat. Et qa ſoluere neſcit, q neſcit nodũ (ut dr̃ in 3. Metaphy.) iõ pro- T.c.1. ponenda eſt iſta dubitatio. Quæritur, ſi ſpecies abũdat a genere dña, vnde habet ſpecies differentias; aut a genere, aut a nullo; nam ante differentias nihil eſt niſi genus non a genere; qm̃ cum nihil det quod non habet, ſequeretur qđ genus haberet omnes ſuas differentias, quibus diuiditur, cum non ſit maior ratio de vña q̃ de altera; & cũ tales differentiȩ ſint oppoſitæ, ſequetur q idẽ ſimul habebit oppoſita, q videt impoſſibile, licet. n. vnum & idem ſucceſſiue habere oppoſita videamus (dum aliquid prius frigidum fit calidum) ſimul tñ habere oppoſita impoſſibile omnino cenſetur. Si aũt ſpecies habere dicantur differentias a nullo, ſequetur, qđ ex nihilo fiet aliquid; hoc autem eſt cõtra omnes phi- 1. Phyſic. t. Comm. 38. loſophos dicentes, quod ex nihilo nihil fit. Huius dubitationis primam partem Porphyrius ponit, & ſtatim ſubdit ſolutionem queſtionis dicens, Sed quemadmodum probant &c. & cõſiſtit reſponſio in hoc, q ſpecies habent dñas a genere habente differentias in ſe non actu, ſed poteſtate; & hoc ſufficit, qm̃ ſic euitamus utrunque inconueniens in quæſtione adductum; qa nec dicimus dñas venire ex nihilo, ſed oriri ex genere, nec dicimus in eodem eſſe oppoſita, quoniam oppoſita eſſe in potentia in eodem, non eſt oppoſita eſſe in eodem, ſicut nec hominem eſſe calidum in potentia eſt hominem eſſe calidum.

Cum idem numero ſubiectum impoſſibile ſit informari duobus contrariis, & idem genus & ſpecies in ſui ratione non includit oppoſita, ſeu oppoſiti alterius rationem, genus non includere oppoſitas differentias actu dictum eſt, licet in eodem genere ſint actu oppoſita.

CIrca ea, quæ hic dicuntur, triplex dubium eſt, quo modo. ſ. genus non habeat differentias actu & quo modo habeat poteſtate, & qua poteſtate illas habeat. Rõ primæ dubitationis eſt: quia videmus, q genus actu ſimul hẽt differẽtias oppoſitas. aĩal. n. genus

actnaliter & ſimul eſt rõnale,& irrationale:qm̃ actualiter eſt ſimul coniunctum homini & bruto. Nec põt ſubterfugi dicendo, ꝙ non eſt idẽ aĩal quod eſt rõnale,& irrationale,qm̃ Porphyrius ĩ textu nõ ſolũ reputat inconueniẽs idẽ numero habere actu duo oppoſita ſimul,ſed etiam idẽ genus,vt patet.Conſtat aũt ꝙ aĩal vnũ & idẽ gen⁹ exiſtẽs,actualiter,& ſimul eſt rõnale & irrationale. Ad hoc breuiter dr̃,ꝙ hęc duo oppoſita ſimul in actu cõtingit dupliciter.ſ. per modũ coniũctionis,& ꝑ modũ incluſionis.Per modũ cõiunctionis oppoſita haberi dico,qñ oppoſita cõiũgũtur alicui,ſicut accidẽtia ſubiecto,vel formæ materię, vel quouis alio modo quæcũq; extra naturã alicuius, illud per modũ informationis determinãt; & hoc modo oppoſita nõ poſſe eſſe in eodẽ actu,& ſimul intelligẽdũ eſt in eodẽ numero tm̃:qm̃ impoſſibile eſt vt vnum & idem numero ſit ſimul calidum,& frigidum &c.idem aũt ſpecie,ant genere poſſibile eſt hoc modo ſuſcipere ſimul cõtraria,vt ratio adducta probat. Per modũ aũt incluſionis tũc haberi dico oppoſita,qñ oppoſita includuntur in ratione illius; & hoc mõ impoſſibile eſt idem ſiue numero,ſiue ſpẽ,ſiue genere includere actu ſimul duo oppoſita,qm̃ unũ deſtruit reliquũ,& non ſe compatiunt in una natura:& iuxta hunc ſenſum eſt dictũ a Porphyrio;qđ genus non habet actu differentias eius diuiſiuas,qm̃ eas non includit in ſua ratione. Spẽs aũt actu eas continet;quia ſingularũ diffinitiones ſingulæ ingrediunt,& ꝑ hæc patet reſponſio ad obiectum;qm̃ primũ ſenſum impugnat,quẽ non approbamus.Secundum aũt & tertium dubiũ,qm̃ metaphyſicali egẽt ſpeculatione,indiſcuſſa relinquant;ſatq; ſit ſcire nunc, ꝙ genus iõ poteſtate dr̃ continere differentias,quia differentiæ ex eo naſcuntur;non ita qđ in eo prius latitantes ꝓdeant,ſed ſic vt inchoatæ in ipſa forma generica indiſtincte,ad proprias actualitates diſtincte & ꝑfecte ſortiendas ex eo originem trahant;ꝑ ꝑ qđ genus principiũ ſuarum ſpecierũ dictũ eſt,ſicq; poteſtas hæc generis ad actum reducitur,vt differentiarũ omnium, & ſingularum,quæ poteſtate in genere continentur, omnes indiuiduis actualiter & ſimul ipſum gen⁹ efficiat.

*Diffiniunt aũt eam,& hoc modo.Differentia eſt quæ de pluribus differẽtibus ſpecie in eo,quod quale quid eſt prædicatur.rõnale enim & mortale de homine prædicatu in eo quod quale quid eſt,homo dicitur;ſed nõ in eo quod quid eſt,quid eſt hõ interrogatis nobis conueniẽs eſt dicere animal; quale autẽ inquiſiti, quoniã rationale,& mortale cõueniẽter aſſignabimus.Rebus.n.ex materia & forma conſtantibus,vel ſecundum proportionẽ ad materiam et formam; conſtitutionẽ habentibus,quẽadmodum ſtatua ex materia eſt æris,forma autẽ figura,ſic & hõ communis & ſpecialis,ex materia quidem ſimiliter proportionabiliter cõſiſtis ex genere,ex forma autem differentia; totum autem hoc ſcilicet animal rationale mortale,homo eſt,quemadmodum illic ſtatua.*

Declarata iam differẽtia inquãtum a genere in ſpẽm deriuat,per primã diffinitionem,ſecundã ponit diffinitionem,in qua declarat differentia,inquãtum prędicabile eſt,diſtinctũ ab aliis quatuor. Vñ diffiniſſe ait Peripateticos differentiã etiam ſic,Differentia eſt qđ ꝑdicat de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale,& ſtatim declarat vltimam particulã,ſ.in eo qđ quale dupliciter.primo ex notis interrogationum,qm̃, q̃rentibus quid eſt homo;reſpondemus generis nomine puta aĩal,ac per hoc aĩal prædicatur in quid:quærentibus autem deinde quale animal eſt ;reſpondemus differentiæ nomine,puta rationale,& ſic differentia prædicatur in quale;quia reſpondetur interrogantib. quale.ſecundo declarat hoc ratione tali,quãdo aliquid cõſtituit ex duobus,materia.i.& forma,uel ſe habentib. ſicut materia & forma,id,quod ſe habet vt forma, ꝑdicat in quale;ſpẽs cõſtituit ex genere & differẽtia ,ita qđ genus ſe hẽt vt materia,& differentia vt forma;ergo differentia ꝑdicat in quale &c. Minorem declarat exemplo in artificialib.nobis notiorib.quemadmodũ enim ſtatua Cæſaris eſt quid compoſitũ ex ære & figura Cæſaris,ita ꝙ æs eſt materia ſtatuæ,figura vero Cęſaris eſt forma, & ſtatua eſt totũ cõpoſitum ex ære,& figura; ſic hõ,(non hic vel ille,ſed cõis, )q denominat ſpecies,eſt quid cõpoſitũ ex aĩali tanq̃ materia ; & rõnali tanq̃ forma.Maior aũt non declarat in textu ,nec alię particulę diffinitionis aſſignatę;oportet ergo hæc oĩa ordinate facere,incipiendo a prioribus particulis.

Differentia vltima quæ eſt vere differentia eſt,quæ non repugnanter,ſeu negatiue de pluribus differentibus ſpecie prædicetur,& ſi conuertibilis cum ſpecie ſit.

OCcurrit aũt primo antiquũ dubiũ circa illam particulam,pluribus differẽtibus ſpecie. Quoniã differentia vltima ſm veritatem conuertibilis eſt cũ ſpecie ſpecialiſſima,& conſequenter non ꝑdicat de pluribus differentib.ſpecie,ſed vna ſola ſpecie;& ſic iſta diffinitio non conuenit oĩ contento ſub diffinito . Hanc dubitationem licet multipliciter diuerſi ſe ſoluere credant,vt diffuſe Albertus recitat,duæ tñ ſolutiones mihi dignæ viſæ ſunt vt in medium adducant.Prima eſt, quod quia differentiæ vltimæ ſunt nobis ignotæ , eas drĩas diffinierunt Peripatetici,quas habemus,& quib. 1e.co 7. vtimur in diffinitionibus tales aũt ſunt(ut in 2.Poſteriorum dr̃) quæ in plus ſe habent quam ſpecies . Non ergo ideo diffiniendo differentiã,dr̃ ꝙ ꝑdicat de pluribus differẽtibus ſpecie,q a oĩs differentia ſit talis ;ſed quia oĩs differentia nobis nota prædicat de plurib.drĩbus ſpecie.Nec obſtat ſi de nouo cognoſceret aliqua differentia vltima;quoniam quod in pluribus inuenit logica probabilitate ſum intuitu:hæc reſpõſio,licet ab Alberto ridiculoſa iudicetur,ꝓpterea q a nõ ſaluat diffinitionẽ conuenire oĩ contento ſub diffinito, & quia oppoſitũ iſtius diffinitionis cõuincit conuenire alicui contento ſub diffinito,i.drĩæ vltimæ,quia non de plurib.ſed de una tm̃ ſpecie ꝑdicat,ego tñ a riſu abſtinendũ cenſeo;eo ꝙ S.Th.in 2.Poſteriorũ; aſſerit iõ Ariſtotelẽ dixiſſe drĩas oẽs eſſe in plus quã diffinitũ, quia Lect.13. proprijs differentijs caremus.Et ipſemet Albertus ibi aſſerit dici poſſe,ꝙ Ariſt.loquit de differẽtijs nominatis,q̃ ſunt cões,qm̃ ꝓprias nõ habemus. Vñ iuxta hoc rõnes eius facile ſoluunt,dicendo, qđ diffinitũ nõ eſt hic differentia abſolute,ſed drĩa nominata,& ſic conuenit oĩ,& nulli conuenit oppoſitũ &c.Altera reſponſio eſt,qđ hic non diffinitur q̃cunq; differentia,ſed ea tm̃,q̃ eſt uere drĩa;uere aũt differentia non eſt differẽtia ultima conuertibilis cum ſpecie,ſed ſuperiores ; & ideo optime dictũ eſt,qđ differentia ꝑdicatur de plurib.differẽtib.ſpecie. Qđ aũt ultima differentia & cõuertibilis non ſit uere differentia,declaratur ſic. Differentia vltima habet tria in le.ſ.ꝙ diuidat genus;& qđ conſtituat aliquid ſub genere;& qđ ad unicã & indiuidualẽ naturã determinet;ꝑrimi duo actus cõueniũt differentiæ inquantũ differentia eſt,ita qđ differentia hẽt,ꝙ ſit differentia ex primis duobus,quia diuiſio ſeparatio eſt;ex hoc ipſo aũt ꝙ aliquid ſeparat differre facit ſeparata,& contrahit,& coarctat id ꝙ diuidit ad partem,quam ſeparando conſtituit &c. Tertius vero actus differentiæ naturam non ingreditur aliter oporteret quod omnis differentia hunc haberet;ſicut oĩs differentia habet primos,duos actus ſ.diuidere,& conſtituere;ſed accidit alicui differentiæ ille tertius actus ex eo,quod res aliqua denominata differentia ex propria natura habet ꝙ nõ inueniatur niſi in una natura,& indiuiſibilis ſit formaliter &c. Sic ergo,quia ultima & cõuertibilis differentia uere differẽtia non eſt,ſub diffinita differẽtia hoc loco nõ cõprehendit:& conſequẽter uniuerſaliter uerificatur quod differentia, q̃ uere diffe-

r tia eſt, prædicat ur de pluribus ſpeciebus. Hæc eſt re
ſponſio Alberti ab Auicenna Alpharabio & Auer. ſū
pta(ſm ipſum)& Ariſtoteli attributa. Appellat quoq;
vere differentiam, differentiam ſimplicis virtutis diffe
rentiæ, eo quod habeat ſimplicem differētiæ efficaciā
ſ. diuidere, & cōſtituere: dr̃iam aũt non vere differen
tiam non ſimplicis virtutis termini diffinitiui, eo ꝙ vl-
tima & conuertibilis differentia cōtineat in ſe omnes
ſuperiores ſicut tetragonū trigonum &c. Hæc ſolutio,
qm̃ ex limpido fonte emanat & ad quæſtionis propo-
ſitæ veritatem ducit, diſcutienda aliqualiter eſt. Poteſt
ſiquidem dupliciter intelligi. Primo ſecundū ꝙ ſonat,
vt. ſ. differentia hic non diffiniatur ſimpliciter ſm totū
ſuum ambitum ſed diffiniatur tm̃ differentia non vlti
ma, quia talis. tm̃ vere differentia eſt, & ſimpliciter vir-
tutem differentiæ habet. Hic ſenſus licet prima facie ab
eis intētus videatur quo modo vel voluntarius vel con
tra rōnem non ſit, non video: contra rōnem quidem,
quia cum dr̃ia vltima habeat oēs actus vere differētiæ,
ſ. diuidere & cōſtituere, quare diffinitio veræ differētię
ſibi cōuenire non debet. Nec ſufficit dicere, ꝙ hoc iō
accidit, qa vltra actus verę dr̃iæ habet ꝙ determinet
ad atomam naturam. Hoc. n. tertium non eſt conditio
diminuens rationem dr̃ię: dato ꝙ eſſet extranea cōdi
tio, & cōſequenter diffinitio veræ dr̃iæ ſibi repugnare
nō debet. ſicut oīs diffinitio nō repugnat forti nec ho-
mini albo, licet repugnet homini picto. Quod aũt ille
tertius actus nō ſit cōditio diminuens ex eo certū eſt,
quia cōparitur ſimul ſecum oēs actus veræ dr̃iæ exple-
ri. Voluntarius aũt non minus q̃ prima reſponſio, quæ
deſpicitur, ſi fugiendo dicatur pro vere differentia nō
abſolute diffinitur ſed cum pręciſione cuiuſcūq; poſte
rioris actus aduenientis, ita ꝙ diffinitum eſt differētia
ꝑciſe, & propterea nō clauditur hic ſub diffinito diffe-
rentia vltima: quia licet ſit vere dr̃ia, nō tñ eſt ꝑciſe dif
ferētia ſed addit aliquid vltra. ſ. determinationē ad ato
mam naturā. Hęc. n. gloſſa qua rōne magis, q̃ prima re
ſponſio fulciti poſſit, libēter audirē(præſertim quia li
cet conſueuerint philoſophi de rebus abſtracte & præ
ciſe diſcutere, q̃ debeant illis ex rōnibus formalib. non
tñ in diffinitione poſitiue ponere cōſueuerūt, id quod
nō rei rōnē, ſed ꝑciſionem ſequitur) prædicati aũt de
plurib. ſpeciebus ſequitur non dr̃iæ rōnem: quia ſic in-
ueniretur vbicunq; inuenitur dr̃iæ rō: ſed differentiæ ꝑ
ciſionem, quia ſi res præciſe dr̃iæ rōnem hēt, de pluri-
bus ſpeciebus prædicatur ſm iſtā viā. Alio mō poteſt
intelligi ꝑdicta ſolutio, vt diffinitum ſit differentia ab
ſolute & formaliter ſumpta inquantum dr̃ia eſt, & qđ
ly prædicari de pluribus differentibus ſpecie, nō ſuma
tur poſitiue, ſed non repugnanter, & ſit ſermo forma-
lis cuius ſenſus ſit, differētia eſt ꝙ ꝑdicatur. i. vniuerſa-
le, cui inquantum differentia eſt, non repugnat ꝑdica-
ri de pluribus differentibus ſpecie &c. Et hic ſenſus eſt
valde ſubtilis & ꝓfundus: qm̃ formaliter differētię rō-
nē rimatur, differentia. n. (vt ex dictis patet,) ex eo qđ
diuiſiua & conſtitutiua eſt, hēt ꝙ ſit differentia, ex his
aũt non vendicat ſibi dr̃ia, ꝙ prædicetur de plurib. ſpe
ciebus: quoniam oporteret(vt dictū eſt) ꝙ oē, cui con-
ueniunt iſti duo actus, ex qbus dr̃iæ rō integratur, præ
dicaretur de pluribus ſpeciebus, qđ manifeſte apparet
falſum in vltima differentia, q̃ conuertibilis eſt cū ato
ma ſpecie. Sed ex his non rpugnat dr̃æ, ꝙ prædicetur
de pluribus ſpeciebus, quoniā ſi ex his repugnaret, nul
lū cui hi actus inſunt ꝑdicaretur de plurib. ſpecieb. qđ
manifeſte apparet eſſe falſum in differētiis ſubalterno
rum. Iuxta hunc autem ſenſum oportet ſoluere obie-
ctionem factā vtendo illa regula(qñ aliquid non repu
gnanter conuenit ſuperiori abſolute, & repugnat infe
riori ex propria ratione, vel ex quacunq; alia additio-
ne, illud tale ſimpliciter non pōt enunciari de inferio-
ri, ſed cum ſpecificatione ſuperioris, (v. g. quātitati nō
repugnanter cōuenit diuidi in infinitū, qđ tñ non pōt
abſolute verificari de oī quanto, vt patet in quantita
tibus phyſicis ſed verificatur de oībus quantis cū iſta
ſpecificatione in eo qđ quantū, quantitas. n. humana
non eſt diuiſibilis in infinitum, quia ſi in medio ſecare
tur ſtatim deſineret eſſe humana, ſed quantitas huma-
na inquantum quantitas, eſt diuiſibilis in infinitū. Ex
hac inq̃ regula tradita a S. Tho. in phyſicis ſoluit pn̄s r. Phyſico. Lec. 9. & 10. comm. 16.
quæſtio, dicendo cum Auic. & cæteris ſupradictis, qđ
dr̃iæ vltimæ non conuenit iſta diffinitio abſolute, nec
oportet ꝙ ſibi conueniat abſolute, quoniā differentia
vltima taliter contrahit dr̃iæ rationem, ꝙ ex illo addi-
to repugnat ſibi, ꝙ non repugnat dr̃iæ rōni, & hoc eſt
dicere, quoniā differentia vltima non hēt ſimplicē vir
tutem dr̃iæ, & ꝙ nō eſt differentia vere. i. pure, ſed cō
uenit dr̃ię vltimę iſta diffinitio cū ſpecificatione dr̃iæ.
iſta. n. eſt vera, Differentia vltima(inquantū differen-
tia eſt,) eſt prædicabilis de pluribus differētibus ſpecie
quocunq; mō præexpoſito: licet iſta ſit falſa dr̃ia vlti-
ma eſt ꝑdicabilis de pluribus differentibus ſpecie, quo
cunq; mō exponatur. Et quoniā hic ſenſus differentiæ
naturā formaliter explanat, negatiue tñ: magis dignus
tot Peripateticis cenſeatur, ſi placet. Eo præſertim qđ
hic modus exponendi conformis eſt Ariſtotelicæ do-
ctrinę in 6. & 7. Phyſico. Tres ergo ſuſtentabiles expo
ſitiones collige nouitie. prima eſt ꝙ differentia nomi-
nata hic diffinitur. Secunda eſt quod dr̃iæ præciſe ſeu
pure. Tertia eſt quod differentia formaliter ſeu vt ſic:
ſm primas duas expoſitiones ly prædicabile de pluri-
bus differentibus ſpecie poſitiue intelligitur: iuxta ter
tiā vero negatiue, ſeu non repugnanter. prima facilior
& intentioni diffinientium forte conformior. ſecunda
ſupradictorum virorum illuſtrium verbis magis cōſo-
na, tertia ipſi rei naturæ magis propinqua videtur.

Differentiæ fundamentalis ratio, ſecundum quam differentia prædicatur in quale eſſentiale, non autem accidentale.

CIrca alterā vero particulam(. ſ. in eo quod quale)
notanda ſunt tria. Primū eſt, quod cum prędicari
in quale dupliciter contingat. ſ. accidentaliter, ſicut al-
bum dr̃ de homine cigno, & eſſentialiter: ſicut rōnale
dr̃ de hoīe: differentia non prædicatur in quale accidē
taliter, ſed eſſentialiter: quoniam res denominata dr̃ia
per ſe, de qua loquimur, eſt eſſentialis, & intrinſeca ip-
ſi ſpeciei, & nō eſt extra ipſam ſpēm aliquo pacto, nec
ſ. ſm rem, nec ſm intellectū, quemadmodū ſunt illa,
quæ prædicantur in quale accidentaliter. Non eſt aũt
explicata particula hæc in diffinitione differentiæ, qm̃
hoc tanquam per ſe notum relinquebat. Auic. aũt inte
gram diffinitionem adunauit dicēs, dr̃iam eſſe vniuer
ſale prædicatum eſſentialiter de pluribus differentib.
ſpecie in eo quod quale. Secundum eſt, quod differen-
tia ideo ꝑdicetur in quale eſſentialiter, qa eſt qualitas
eſſentialis generis & ſpeciei, licet diuerſimode. quali-
tas. n. idem ſonat quod formalis determinatio. deter-
minatur autem non ſolum ſubiecti potētia ſm eſſe ac-
cidentale, per formas accidentales, & materiæ potētia
ſm eſſe ſubſtātiale, per formas ſubſtantiales, ſed & ge-
neris potētia ſm eſſe quidditatiuum per dr̃ias, ſicut. n.
æs eſt in potētia vt fiat talis vel talis figuræ, & poſtmo
dum figuratum per operationem artis Cæſaris ſimili-
tudine iam determinatum eſt per illam figuram, ac ꝑ
hoc ſit Cæſaris ſtatua: ita genus puta animal ſm ſe in-
determinatum eſt, & eſſe poteſt rationale & irrationa
le, ſed cum aīali coniungitur rationale; iam poſſe eius
determinatur ad hoīem. Generis ergo qualitas eſt dr̃ia,
quia determinat eius potentiam & quale ſit ſignificat.
Speciei autem qualitas non prædicta ratione eſt: quo-
niam non eſt in potentia ad differentiam, ſed quia con
ſtituendo ſpeciem ipſam vt formale eius principiū de
terminat. forma enim(vt declarauimus, & in textu di-
citur,) qualitas vocatur, & eius rōnem habet inquan-

tum formaliter determinat. Eſſentialis quoq; qualitas generis & ſpeciei differẽtia difformiter eſt: qm̃ ſpeciei iõ eſſentialis eſt, qa eius eſt determinatiua. vt formale principiũ & intrinſecũ determinat cõpoſitum; generis aũt iõ eſſentialis, quia ipſum non ſpecificatũ ſupponit ſed ita qualificat, vt ad eſſe ſpecificũ trahat; accidentales ſiquidem qualitates rei aduenientes ipſam in ſpecie completã præexigunt; nec reponunt rem ſubiectam in propria ſpecie; differentia vero genus ipſum determinando diuerſificat ſic, vt in ꝓpria ſpecie reponat eius ſubſtantiã; aĩal n. rõnali determinatum in ſpecie hominis eſt, adeo vt ſpecie differat ab aĩali in leone per irrõnale poſito &c. Tertiũ eſt, ꝙ Porphyrius hanc particulam declarando notanter ſub diſiunctione dixit; rebus n. ex materia & forma, vel ad ſimilitudinẽ proportionemq; materiæ & formæ, cõſtitutionẽ habẽtib. &c. Videbat n. ſq; ꝙ genus nec differentiæ nec ſpeciei materia eſt; & ſimiliter, ꝙ differẽtia nec generis nec ſpẽi forma eſt; qm̃ tã materia q̃ forma pars eſt rei; pars aũt de toto, cuius eſt pars non prædicatur in recto; non. n. dicimus ꝙ hõ eſt aĩa; tã vero genus q̃ differentia de ſpecie prædicatur, & ſm veritatẽ genus & differentia vna res ſunt, ꝙ a partib. alienũ eſt. Diligẽter itaq; intuitus eſt, ꝙ genus materiæ ſimile proportionaliter eſt, & differẽtia formæ, & ſpecies toti compoſito; qm̃ ſicut materia ſubiectum determinabile eſt, & forma eius informitatẽ amouendo determinat, & ex eis reſultat cõpoſitũ, ſic genus ſubſtratũ quid dicit eſſentialiter formabile, & dr̃ia adueniens ipſũ determinat, ſicq; ſpecies vtrũq; cõplectens conſtituitur, & ſic patet tota diffinitio cum eius declaratione. Maior. n. q̃ a Porphyrio declarata non fuit, ex dictis iam clara eſt. Nec fallaris putans Porphyriũ voluiſſe dicere, ꝙ forma ꝑdicatur in quale, non hoc. n intendebat, ſed ꝙ ſicut forma eſt qualitas materiæ, quia determinat eam formaliter, ita ꝑdicatũ, ꝙ ſe habet vt forma, prædicatur in quale, quia actũ formæ participat. ſ. formaliter determinare. Illud poſtremo ꝑtermittendũ non eſt, ꝙ dr̃ia vt ꝑdicabile ab aliis diſtinctũ, nec genus, nec inferiora aliqua per rectam lineam reſpicit, ſed ſpẽs: de gñe n. nõ ꝑdicat niſi ꝑ modum accidentis vel proprii. De indiuiduis vero ſuis, puta hoc rõnali, & illo rõnali per modum ſpeciei dr̃. De ſpecie aũt vt dr̃ia ꝑdicatur, & ꝓpterea hic, vbi dr̃ia vt vnum ſpeciale ꝑdicabile diffinitũ ẽ, ĩ ordine ad ſpẽs diffinitionẽ ſumpſit, & vt ex dictis facile declarari põt, ſingulæ particulę ad differẽtiã alicui⁹ ꝑdicabiliũ poſitæ sũt &c.

De hoc vide in de ente & eſſen. cap. 4.

*Diſcribunt autem huiuſmodi differentiã & hoc modo. Differentia eſt quod eſt aptũ natũ diuidere ea, quæ ſub eodem genere ſunt. rõnale enim & irrationale hominẽ & equum, quæ ſub eodem genere ſunt, diuidunt.*

Hic ponitur tertia diſcriptio differentiæ, qua diffinitur ſm primũ ſuũ effectum diuidere. ſ. & dicitur, qđ differentia eſt ꝙ aptũ natũ eſt diuidere ea q̃ ſub eodẽ gñe ſunt. i. ſpecies, quas ſuperius dictũ eſt eſſe ea, q̃ ſub gñe ponuntur. Vbi notandum eſt primo, ꝙ differẽtia dicitur eſſe id ꝙ eſt aptũ natũ diuidere, & non ſimpliciter dicitur, differentia eſt q̃ qualitercunq; cõuenit ipſi dr̃iæ, ſed ex rõne ſibi propria, ita ꝙ differentia inquãtũ dr̃ia eſt, adeo ſibi appropriauit diuidere, vt ab ipſa inſeparabile ſit, & alteri cõicari non poſſit, vt ex præcedentibus patet. Quia igitur non ex aduentitio accidente, aut alterius adminiculo, ſed ex propria natura apta eſt dr̃ia vt diuidat ſub genere illius ſpẽs, iõ diffiniendo dictum eſt, ꝙ eſt aptum natum diuidere. Scđo notandum eſt, ꝙ differẽtia diuidit non ſolum ſpecies ſub genere, ſed & ipſum genus (diuerſimode tñ) diuiſio. n. aliquid reſpicit, vt terminum a quo, & hoc eſt illud vnũ, quod diuidendo ſcinditur, & aliquid vt terminum ad quẽ, & hoc ſunt partes illius diuiſi, ad quas diuiſio terminatur, incipiens ab vno: qa vnitas principiũ multitudinis naturaliter eſt: vt in materiali diuiſione ligni apparet: dr̃ia ergo genus diuidit vt terminum a quo, diuidendo incohat ſpẽrum ſeparationem, ad quas diuiſio vltimo terminatur.

Differentia non diuidit genus ſecundum id quod eſſentialiter eſt, ſed poteſtatis eius partes ſecare dicitur.

SEd ſi ſic eſt, inquirendum eſt cur in diffinitione iſta differentiæ a Peripateticis ꝑtermiſſum ſit, qđ differentia ſit diuiſiua generis, & explanatũ tm̃ eſt, ꝙ ſit diuiſiua ſpecierũ, vtrunq; n. complectendum erat, & primum magis, qm̃ rõ ſecundi eſt. Ad hoc quidem etſi facile dici poſſet, ꝙ quia in poſteriori includitur prius explicite ponendo poſterius. i. diuiſionem ſpẽrum, implicite perſuaſum eſt prius i. diuiſio generis. Ego aũt ipſam diffinitionẽ, & Peripateticos, a quib. emanauit, intuitus, altiori id factum conſilio arbitror. Ad cuius manifeſtationem ſcire oportet, ꝙ oẽ qđ diuiditur, cũ in partes diuidatur, totum aliqđ eſt: genus aũt, ſicut duplicem totalitatem hẽt, ita dupliciter diuidi poteſt, eſt ſiquidem totum eſſentiale, & eſt totum poteſtatiuum; inquantũ totum eſſentiale eſt, non diuiditur per dr̃ias in ſpẽs, qm̃ partes eſſentiæ eius non ſunt ſpecies, ſed diuiditur per reſolutionem in partes ſuæ rõnis, genus. ſ. ſuperius, & dr̃iam eius conſtitutiuã ſi hẽt &c. Inquãtũ vero eſt totum poteſtatiuum, per differẽtias in ſpecies diuiditur, quoniã partes potentiales eius, ipſæ ſunt ſpecies, q̃ non niſi poteſtate in genere ſunt. Et qa genus ſm ꝙ totũ eſſentiale eſt non diuiditur ꝑ dr̃ias, ideo eſſentia generis eſt tota in oĩb. ſpecieb. & tota in ſingulis non. n. pars eſſentiæ aĩalis trahitur ad hominem ꝑ rationale, & pars ad brutũ per irrationale, ſed tota ad vtrunq;. Quia vero genus ſm ꝙ totũ poteſtatiuũ eſt, diuiditur per dr̃ias, & ꝙ diuiditur poſt diuiſionẽ non vnum remanet, ſed partitum; ideo poteſtas generis nõ ſeruatur tota in qualibet ſpecie, ſed pars poteſtatis ei⁹ ad unam ſpẽm & altera pars ad aliam deuenit per differentiam. aĩal. n. cum poteſtate ſua ſe extendat ad rõnales & irrationales qdditates & proprietates &c. cõtractum ad hoĩem ambitum ſuæ poteſtatis amittit, ꝑ hoc, ꝙ poteſtas ſua ad vnã partem eius coarctata eſt, & non niſi rõnali quidditate & proprietate & operatione gaudere põt, & ſimiliter contractum ad bouem, bouinæ quidditatis arctatur terminis, merito aũt ſpecies ipſæ partes poteſtatiuæ generis appellantur, nõ iõ quia poteſtas generis componatur ex ſpeciebus, ſicut totum integrale ex ſuis partibus, qm̃ poteſtas generis in eo, ipſa ſua eſſentia ſm rẽ eſt, quæ ex ſpeciebus non cõponitur, ſed vel ideo, qa partes ſunt poteſtatis eius ex parte obiecti, quia. ſ. quælibet ſpẽs eſt pars eorũ, ad quę poteſtas generis terminatur, poteſtas. n. generis ad oẽs ſub ſe extenditur ſpecies, oĩum autem ſpecierum quælibet eſt pars. Vel ideo & ſubtilius, quia nulla ſpẽs poteſt perficere totum id quod in generis natura radicaliter initiatum eſt; quoniam nulla res adæquat generis potentiam, ita quod ſicut partes poteſtatiuæ aĩæ dicuntur vires ſenſitiuæ & uegetatiuæ, quia ex ea oriuntur, & nulla earum perficere poteſt oĩa, ad quæ radicaliter vis animæ, ſe extendit; ita quidditates ſpecificę, qa ex genere naſcuntur velut ex formali inchoatione earũ, vt alibi declarandum eſt, & nulla ſpecies poteſt ſe extendere ad omnia ad quæ natura generis radicaliter ſe extendit, partes poteſtatiuæ generis dicũtur. Et quãuis non ſit ſimilitudo ſimpliciter inter iſta, quia ab anima vna numero effluunt potentiæ effectiuæ, & nõ ſic oritur ſpecies a genere, eſt tamen ſimilitudo ꝓportionalis, quia ſicut ab anima vna numero effluunt effectiuæ potẽtiæ, ita a natura generis, vna ſm genus effluũt formaliter quidditates ſpecificæ, quarum quælibet partem poteſtatis illius perficiendo ſuſcipit: animalitas. n. (vt dictum eſt,) ad oĩum naturarum ſenſitiuarum per-

ſectiones, proprietates & operationes illimitata, & formale initium oĩum earum ſm ſe eſt, in boue aũt poſita velut ad partẽ ſuæ poteſtatis arctata, ad bouina tñ ſe extendit, & ſimiliter eſt in alíis &c. Qm̃ igitur (vt ad quæſitum redeamus,) differentia non eſt diuiſiua generis inquãtum eſt totũ eſſentiale, ſed eſt diuiſiua eius inquantũ eſt totũ poteſtatiuum: & aliter diuidere ipſum nihil aliud eſt q̃ ea, quæ ſub ipſo ſunt diuidere: qm̃ talia partes ſuæ poteſtatis ſunt; & nihil aliud eſt diuidere aliqđ totũ q̃ eius partes ſeparare. ideo Peripatetici diffiniendo differentiã, vt diuiſiuã, non dixerunt ꝙ differentia diuidit genus, & ea, q̃ ſub genere ſunt, q̃a putaſſes ꝙ dĩa ipſam generis eſſentiã ſcinderet, & ſpecies eius ſepararet: ſed dixerunt, ꝙ differentia diuidit ea, q̃ ſub eodẽ genere ſunt, vt intelligeres ꝙ differentia partes poteſtatis generis ſecat: & conſequenter ꝙ ipſum genus ſm ꝙ totum poteſtatiuum eſt diuidat. vnde nõ ſimpliciter dixerunt differentia eſt ꝙ diuidit ea q̃ ſunt ſub genere, ſed appoſuerunt, ly eodem, dicentes ſub eodem genere ſunt: adiectio .n. illa &, denotat ꝙ differẽtia non diuidit ſpecies diuerſorum generum: rõnale .n. non diuidit hominẽ ab albedine, ſed à bruto: & denotat, ꝙ differentia diuidendo ſpecies genus ipſum in ſua vnitate relinquit, & idẽ perſeuerare pmittit. Notanter aũt dico in vnitate ſua: quoniã vt ſupra tactũ eſt; differentia ipſam generis eſſentiã diuerſificat ſm vnitatẽ & diſtinctionem ſpecificam, ad q̃ trahit, generis naturam; ſed generis propriam vnitatẽ, q̃ generica eſt, non violat &c. Et ſic patet ſolutio q̃ſtionis, & q̃uo intelligẽdum ſit cõe dictum, qđ genus diuiditur per differẽtias non ſecundũ eſſentiam, ſed ſecundum poteſtatem, q̃a ſ. nõ diuiditur in partes ſuæ eſſentiæ: aliter tota eſſentia generis nõ eſſet in qualibet ſpecie, ſed diuiditur in partes poteſtatiuas, quæ ſpecies ſunt; & ideo non tota poteſtas eius: id eſt poteſtas eius, non ſecundum totũ ſuũ poſſe, eſt in ſingulis ſpeciebus &c.

*Aſſignãt etiam hoc modo. Differẽtia eſt qua differũt à ſe ſingula: nanq; equus & homo ſecundũ genus non differunt, ſumus .n. animalia nos & irrationabilia, ſed additũ rationale, diſiunxit nos ab illis, & rationales ſumus nos & Dii, ſed mortale appoſitum nobis, diſiunxit nos ab illis.*

Differre qd nam ſit.

Hic ponitur quarta diffinitio dĩæ, qua deſcribitur ſm effectum eius proprium ex ſuo nomine, quẽ ponit in ſingulis per differentias diuiſis .i. differre. Vbi notandũ eſt qđ ſonat ly differre (vt habetur ex 5. Meta.) oẽ cuicunq; cõparatũ eſt, idẽ vel diuerſum, non aũt idem vel differens .i. diuerſitas ſonat alietatẽ inter q̃cũq; diſtincta; differentia aũt non importat alietatẽ inter q̃cunq; diſtincta, ſed inter illa tantũ, q̃ ita ſunt diſtincta, vt tñ in aliquo vno cõueniant; & iõ differre nõ dicunt proprie loquendo, niſi illa, q̃ vnũ diuerſimode ferunt; talia aũt ſunt, q̃ ſub vno genere ſunt; & iõ res diuerſorum generum vt lignum, & albedo nõ differunt, ſed diuerſæ ſunt; & licet in frequenti vſu differentiæ nomen non ita proprie aſſumamus, ſed extendamus ad omnẽ alietatem. in hoc tñ loco proprie ſumit. Vnde Porphyrius volẽs declarare, ꝙ dĩa eſt id, quo ſingula differũt, incępit a conuenientia ſingulorum; dicens, ꝙ conuenimus ſm generis naturam cum brutis, ſed differimus ab eis ꝑ differentias additas. ſ. rationale & irrationale; & ſimiliter conuenimus cum Diis ſm ſubalternum genus. ſ. aĩal rationale; ſed differimus per mortale & immortale: intellige autem per Deos animalia illa Platonica. Dicitur ergo quod differentia eſt qua differunt a ſeinuicem ſingula; q̃a ſingula cõtenta ſub genere naturam generis diuerſimode ferunt rõne differentiarũ: nõ .n. ex genere eſt, puta aĩali, ꝙ natura ſenſitiua ſit diuerſimode in homine & equo, ſed hoc ex differẽtiis eſt, rõnali. ſ. & irrationali; quæ generis naturam ſm proprias modificantes, differentes conſtituunt ſpecies &c.

*Exactius autem perſcrutantes & ſpeculantes quæ ad differentiã pertinent, dicunt non quodlibet eorum, quæ ſub eodẽ ſunt genere diuidentiũ eſſe differentiam, ſed quod ad eſſe conducit, & quod quid erat eſſe quod eſt pars rei. Neq; .n. quod aptum natũ eſt nauigare erit hominis differentia, & ſi proprium ſit hominis. Dicere .n. poſſumus, animalium hæc quidem apta nata ſunt ad nauigandũ, illa vero minime, diuidentes ab aliis, ſed natum eſſe & aptũ ad nauigandũ non erit completiuũ ſubſtantiæ, nec eius pars, ſed aptitudo quædam, idcirco non eſt talis differentia quales ſunt differentiæ quæ ſpecificæ dicũtur. Erunt ergo ſpecificæ differentiæ quæcunque alteram faciunt ſpeciem, & quæque in eo quod quid erat eſſe accipiuntur. Et de differentiis quidem tot ſufficiant.*

Hic ponitur quinta diffinitio differẽtiæ tali ordine; primo ꝓponitur eius ſubtilitas quia ad interius ꝑſcrutantibus, & modificãtibus ſupradictas diffinitiones data dr̃. deinde ipſa diffinitio recitatur, differentia inquit eſt, ꝙ cõducit ad eſſe, & eius quod eſt eſſe rei pars eſt. ꝓfunditatẽq; eius declarat, exemplo ab oppoſito, quo ſupradictæ diffinitiones diminutæ inſinuantur; & hæc perfecta cõprobatur. Vltimo concludit q̃ ſpecificæ differentiæ ſint. Vbi quoniã textus clarus eſt, non niſi tria notanda occurrunt. Primum eſt, comparatio illius diffinitionis ad alias, quoniã aliud ſuperficies verborum Porphyrii oſtendit, & aliud intentio eorundem ſupprimit. Ex verbis quidem inſinuatur ꝙ præcedentes diffinitiones & ſpecialiter tertia, fuerint diminutæ, & qđ conueniant etiam his, quæ non ſunt ſpecificæ differentiæ; hoc .n. inſinuant illa verba, non quodlibet diuidentium eorum, quæ ſub genere ſunt, differentiam eſſe; & exemplaris declaratio, q̃ poſtmodũ ſubdit, quaſi illa diffinitio dixerit, oẽ diuidẽs ea, q̃ ſub eodẽ genere ſunt, differẽtiam eſſe, læditur & pari ratione prima & quarta; quoniam nec quodlibet, quo ſpecies abundat a genere, nec quodlibet, quo vna ſpẽs differt ab alia, differentia eſt ſpecifica. proprietas .n. & diuidit genus, vt in textu declaratur, de aptitudine ad nauigandum; & eſt qua ſpecies abundat a genere, & per q̃ vna ſpecies differt ab alia. Intentio autem Porphyrii alio tendit, diffinitiones ſiquidem has labefactare non intendit; quoniam ipſemet dixerat has eſſe deſcriptiones differentiarum ſpecificarum non a quibuſcunq; ſed peripateticis aſſignatas. Nec latebat ipſũ ꝙ ſicut in ſecũda diffinitione ſubintelligebatur ly eſſentialiter, ita in oĩb. his diffinitionib. ſubintelligebatur, ly primo, quo ſubintellecto conſtat ꝙ dĩis ſpecificis tantũ conueniunt diffinitiones iſtæ. differẽtia .n. magis ꝓprie & ꝑ ſe eſt, qua primo ſpẽs abundat a gñe ſunt, & qua primo diuidũtur ea, q̃ ſub eodem genere, ſicut & qua primo differunt inter ſe ſingulæ ſpecies. Sed intendit magnificare & præponere hãc quintam diffinitionem oĩbus aliis, quia cũ diffinitio ad hoc inuenta ſit, vt id quod diffinitum implicite importat, explicite ſignificet, cæteræ dĩæ diffinitiones non explicite attigerint vſq; ad dĩæ naturam quoniã aliquo ſubintellecto egebant, iſta aũt immergat ſe vſq; ad ipſs differentię intima, explicite, ideo hęc diffinitio aliis merito anteponitur: & ab interius ꝑſcrutantibus & ſpeculantibus data eſt. Scd̃m eſt, ly conducit ad eſſe appropriato quippe vocabulo dĩę naturam declarauit: qui .n. aliquid conducit aliquo, non præſupponit illud conductum eſſe illuc, ſed ipſe eſt qui aliunde illud ducit illuc vſque: proprietates autem ſpẽrũ, puta nauigatiuum & volatiuum, q̃ ſunt proprietates hoĩs & auis, & ſi genus ipſum, ſcilicet animal diuidãt, & partitum exigant, non tamen conducunt ipſum ad hoĩem & auem, ſed conductum præſupponunt, quoniã fluũt a naturis ſpecificis iam conſtitutis. Differentiæ vero ꝑ ſe, puta rõnale, & irrationale, genus ipſum ſcilicet animal ad ſpecies conductum non ſupponunt, neque ſup-

Potior eſt diffinitio aſſignata quã cæteræ.

Differentia conducit ad eſſe propria vero ſupponunt ſpẽm & genus eſſe.

ponere poſſunt, ſed cõducunt ipſum ad eſſe earum, ita quod abſq; differentiis conducentibus impoſſibile eſt genus trahi ad ſpecificum eſſe. conducit autem differẽtia ipſum genus non ad eſſe, tale, vel tantũ, ꝙ eſt eſſe ſecũdũ quid, ſed ad eſſe ſimpliciter, id eſt ad eſſe quidditatiuum; quoniã vt pluries dictũ eſt, genus non accidẽtaliter ſubit eſſe ſpecificum, ſed eſſentialiter. Tertiũ notandum eſt (ly & eius quod eſt eſſe rei pars eſt) poteſt ſiquidem nomine eſſe rei, intelligi vel ipſum eſſe eſſentiale ſpeciei, vel ratio eius. Si per eſſe rei intelligatur eſſe eſſentiale rei, tunc non eſt accipiendum ꝙ differentia ſit pars illius eſſe ſm rẽ; quoniã formale ſignificatũ differentiæ, puta rõnale, eſt totum eſſe ſpeciei ſm rem. ſi eſſet nanq; pars nõ prædicaretur de ſpecie niſi in obliquo &c. ſed accipiendum eſt ꝙ differẽtia ſit pars ſm rationem, id eſt partialiter explicans ipſum eſſe eſſentiale rei; ſignificat nanq; differentia totum eſſe ſpeciei, ſed partialiter, vt alibi declarauimus. Si vero ꝑ eſſe rei intelligatur cum Alberto ratio rei ſimpliciter, verificatur, ꝙ differentia eſt pars eſſe rei .i. diffinitionis rei. Diffinitio .n. ipſa componitur ex genere & differentia. Appellari autem non incõgrue potuit eſſe rei ipſa diffinitio; quoniam diffinitio nihil aliud eſt ꝗ oratio explicatiua illius. Quo mõ aũt hæc intelligenda ſint, ꝗ profundior ſnĩa in hac diffinitione lateat diffuſe in cõmentariis de eſſe & eſſentia ꝓſecuti ſumus. Tangit igitur diffinitio iſta naturam differentiæ intuitiue, quia eam cõducere genus ad eſſe quidditatiuum dicit non extrinſece, ſed ita quod eſt pars ipſius eſſe rei, &c.

Differentia quõ ſit pars diffinitionis

Super de ente. & eſſentia. c. 4.

## De proprio quatuor modi ponuntur Cap. 3.

*Proprium verò quadrifariam diuidũt. Nam & id quod ſoli alicui ſpeciei accidit, & ſi non omni, proprium dicitur: vt homini eſſe medicum, vel geometram. Et quod omni accidit & ſi non ſoli, quemadmodum homini eſſe bipedem. Et quod ſoli, & omni & aliquando: vt hõini in ſenectute caneſcere. Et quod ſoli, & omni et ſemper: quemadmodum homini eſſe riſibile. nam & ſi non ſemper rideat, tamen riſibilis dicitur, non quod ſemper rideat, ſed quod aptus natus ſit ad ridendum. hoc autem ei ſemper naturale eſt quemadmodum & equo hinnibile, Hac autem nominãtur vere propria, quoniã etiam conuertuntur. quicquid. n. eſt equus, hinnibile eſt, & quicquid eſt hinnibile eſt equus*

IN hoc tertio c. de proprio determinat, ꝙ quartũ locũ inter ꝑdicabilia iure retinet, eo ꝙ ex principiis ſpeciei, genere .ſ. & differentia poſt conſtitutam ſpeciẽ immediate emanat. Determinat aũt de eo diuiſiue tãtum. neſcio vero cur non diffinitiue cũ eius diffinitio a peripateticis non ſit omiſſa, vt patet in 1. Topicorum. Diuiſio autem conſiſtit in ſeparatione trium conditionum ſimul requiſitarũ ad id ꝙ eſt proprie proprium. Exigit ſiquidem ꝙ conueniat oĩ ſoli & ſemper: oĩ indiuiduo illius ſpeciei, cuius dicitur proprium, & ſoli illi ſpeciei, & ſemper. ex harum .n. ſeparata participatione tripliciter aliquid proprium fit. Primum ꝙ cõuenit ſoli ſpeciei, ſed non oĩ eius indiuiduo, vt habere actualiter artẽ medicinæ. hoc .n. ſoli homini conuenit, ſed nõ oẽs homines habent hoc, vt patet. Secundum eſt quod cõuenit oĩ indiuiduo ſpeciei, ſed non ſoli, vt habere duos pedes. hoc .n. & aliis cõuenit animalibus. Tertiũ eſt qđ conuenit ſoli ſpeciei & oĩ eius indiuiduo, ſed non ſemper; vt canos habere. hoc .n. in ſenectute cõiter accidit. hæc aũt tria cum eo quod proprie ꝓprium eſt quadrifariam proprium faciunt vt in textu dicitur. Hoc in loco notandum eſt, quod vt ex 1. Topic. colligitur, proprium non ſm totum ſuum ambitum quartum eſt prędicabile, ſed quarto tantum modo ſumptum; Probatur autem hoc primo ex diffinitione proprii ibi aſſignata, quæ eſt iſta, proprium eſt quod non indicat quid eſt eſſe, ſoli autem ineſt, & cõuerſim de re prædicatur. Vbi tres particulas poſuit; primam ad differentiam diffinitionis & generis, & conſequenter differentiæ, quæ indicant eſſentiam rei. Secundam ad differentiam accidentis & proprii ſecundo modo, ꝗ non ſoli inſunt. Tertiam vero differentiam proprii primo & tertio modo quorum neutrum conuertibiliter prædicatur de eo cuius eſt proprium. Conſtat autem quod ibi diffinitur ꝓprium vt prædicabile diſtinctum ab aliis: ergo. Secundo patet ex refutatione iſtorum triũ modorũ proprii. ibi nanque Ariſt. dicit, ꝙ proprium ſimpliciter .i. abſq; additione aliqua, nõ eſt niſi quod diffinitum nunc eſt. illud vero, quod non ſoli ineſt, & quod etiam quandoque ſoli ineſt, proprium non eſt ſimpliciter, ſed eſt ꝓprium quando, vel ad aliud, ideo eſt prop[r]ium cum aliqua temporis, vel reſpectus additione. Nec eſt dubium quin ſub iſtis verbis compræhenderit tria prima membra diuiſionis Porphyrii: proprium enim tertio modo eſt proprium quando, ideſt ſecundum tẽpus, propriũ autem tam primo quam ſecundo modo eſt proprium ad aliud, quia non eſt proprium illius abſolute, ſed reſpectu eorum, qui illo carent. v. g. eſſe bipedem eſt proprium homini reſpectu quadrupedum: & eſſe medicũ reſpectu eorum, qui non ſunt medici, &c. vnde eſt coincidẽtia proprii ſecundum tres primos modos cũ accidente: inquit ibidem Ariſtot. quod accidens nihil prohibet denominari proprium quando, vel ad aliud; vt cum aliquis ſolus ſedet ſedere illi vt proprium reſpectu non ſedentis eſt. Eſt igitur proprium ſimpliciter id quod quartum præ[dic]abile eſt proprie loquendo: relliqui autem proprii modi reductiue huc accedũt. ſicut & differentiæ per accidens cum differentię per ſe aliquo modo coordinentur; ſimpliciter tamen reperiũtur &c.

Cap. 4.

Cap. 4.

## De accidentis variis acceptionibus, & quid ſit. Cap. 4

*ACcidens eſt quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Diuiditur aũt in duo: in ſeparabile & in inſeparabile. Separabile. n. accidens eſt dormire, nigrũ vero eſſe inſeparabiliter coruo & Aethiopi accidit poteſt autẽ ſub intelligi & coruus albus, & Aethiops* nitens candore, præter ſubiecti corruptionem.*

* abiiciẽs colorem.

IN hoc quarto capitulo intendit Porphyrius tractare de accidente, quod ultimum remanſit, eo quod extraneum & aduentitium eſt. Determinat autem diffiniendo primo ipſum deinde diuidendo & tertio iterũ duas alias diffinitiones ponendo. Sed quoniam Auicenna Porphyrium reprehendit, quod ad diffinitionem proceſſerit accidentis, non ꝑdiſtincta æquiuocatione eius, ideo primo declarandum eſt quid nominis ipſius accidentis. Accidens .n. dupliciter ſumitur. Vno modo vt diuiditur contra ſubſtantiã, in diuiſione, qua diſtinguitur ens in ſubſtantiam & accidens: & ſi accidens eſt nomen p[ri]mæ impoſitionis, & ſignificat naturas nouẽ ꝓdicame[nt]orum ſcilicet quantitatem, qualitatem, relationem, &c. Alio modo vt diſtinguitur contra genus, ſpeciem, differentiam, & proprium in diuiſione, qua prædicabile diuiditur in quatuor, vel quinque prædicabilia; & ſic accidens eſt nomen ſecundæ impoſitionis, & nõ ſignificat naturam aliquam, ſicut nec genus, nec ſpecies, &c. ſed ſignificat quandã relationẽ rõnis, ſicut & cætera prędicabilia antedicta. Vocatur aũt cõplexo vocabulo relatio iſta prædicatum accidentale. hoc igitur in loco nõ ſumitur accidens ſm primam ſignificationem: quoniam ſequeretur quod nulla natura in prędicamentis accidentium eſſet genus, aut ſpecies &c. ꝙ eſt manifeſte falſum. patet ſequela, quia ſecunda diffinitio accidentis dicet, quod accidens neque eſt genus, neque ſpecies, neque dña, neque proprium, ſed accipit iuxta ſecundam ſignificationem; qm̃ de ſecundis intẽ-

tionibus

tionibus adiunctis primis ſermo hic habetur, & nõ de Cap. 4. rerum naturis. Vnde & in 1. Topicorum Ariſto. dicit, quod omnia iſta prædicabilia in quolibet ſunt prædicamento. res. n. non ſolum prædicamenti ſubſtantiæ habet aliquod prædicatũ vt genus, & aliquod vt propriũ, & vt accidens, &c. ſed ẽt res in prædicamento quantitatis & qualitatis & cæterorũ hæc omnia habet. Et hinc eſt, quod accidens, de quo modo tractamus, nullam naturam ſignificat, ſed ſub eo omnia prædicamenta comprehendit; quoniam ſicut res prędicamentorum accidẽtium, puta qualitatis & vbi, &c. accidentale prędicatum denominatur reſpectu ſubſtantiæ, puta hominis, cum dicitur, homo eſt pallidus, vel eſt in foro, &c. ita e conuerſo reſpectu prædicamenti ſubſtantiæ denominatur prædicatum accidentale reſpectu rei exiſtentis in prędicamento accidentium, vt patet cum dicitur, quod triangulus eſt ligneus: ſecundum veritatem ergo a S. Thom. quoque approbatam in quæſtione vltima de ſpiritualibus creaturis, accidentis quintum prędicabile ſignificat hoc, quod dico prædicatum accidentale: accidentale autem vt diſtinguitur contra prædicatum eſſentiale, non ſolum intrinſece vt genus, ſpecies, differentiam & diffinitionem, ſed extrinſece vt proprium; eſt enim propriũ prædicatum eſſentiale, quia a principiis & eſſentialibus ſubiecti fluit. Nec putet quiſpiam hanc accidentis ſignificationem nouam aut cõtrariam antiquis eſſe: propterea, quia communiter ab eis dicitur, quod accidẽs quintum prædicabile importat accidens indiuidui, propriũ vero accidens ſpeciei. Bene nanque eos dixiſſe fateor: tum quia accidentia indiuidui accidentalia prædicata ſunt ſpeciei, quæ ſubiectum in omni problemate eſt; tũ quia ab accidentibus indiuidui ortum habuit diſtinctio inter hoc prædicabile, & alia, quoniam manifeſtũ valde eſt, ea neque vt genus, neque vt ſpeciem, neque vt differentiam, neque vt proprium, de his, quibus poſſint ineſſe, & non ineſſe, prædicari, ſed vt accidentales denominationes: poſſet igiť ex dictis excuſari Porphyrius a diſtinctione non præmiſſa, eo quod in logica ſcribens, logicaliter intelligendos terminos tanquam per ſe notos dimiſit.

Tho. de ſpiritualib. creaturis: q. vlt. in c. circa m. edium.

**Accidens, ideſt accidentale prędicatum, id eſſe dicitur, quod indifferenter affirmari & negari contingit abſque hoc, quod ſubiecti ratio deſtruatur.**

POſtquam igitur declarauimus quid importet accidentis nomen, ad diffinitionum declarationem ꝓcedendum eſt. Prima diffinitio eſt iſta, accidens eſt qđ adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionẽ. Vbi primo declarandi ſunt termini. deinde dubia ſoluenda. Adeſſe & abeſſe poſſunt accipi dupliciter vno modo pro eſſe, quod eſt actus eſſendi. i. pro adeſſe reali & abeſſe reali: ſicut aquæ adeſt caliditas ſecundum realem inexiſtẽtiã, quando eſt calida, & abeſt quando non eſt calida: & ſic non ſumitur hic: tum quia intentio non debet diffiniri per eſſe reale, tum quia impoſſibile eſt oĩ prædicato accidentali conuenire talem inexiſtentiam, cũ multa ſint ꝑdicata accidẽtalia, quæ ſunt entia rationis. Alio modo poteſt accipi pro eo, quod ſignificat veritatem propoſitionis, i. pro affirmatione & negatione; ita ꝙ adeſſe importet compoſitionem, quæ fit per affirmationem, & abeſſe diuiſionem, quę fit per negationem, & ſit ſenſus, accidẽs eſt quod adeſt & abeſt, i. quod affirmatur, & negatur, &c. & ſic ſumitur in hoc loco adeſſe & abeſſe, vt Cap. 6. ex textu & dicendis in eius expoſitione & gloſſa. Auer. euidenter habetur. gloſſat nanq; Auerrois ſic, accidens eſt quod adeſt, i. exiſtimatur adeſſe, & abeſt, i. exiſtimatur abeſſe: idem autẽ eſt dicere, exiſtimari adeſſe, & abeſſe, & dicere, ꝙ affirmetur & negetur: qm̃ affirmatio non niſi in exiſtimatione intellectus eſt, & econuerſo, exiſtimatio non niſi in affirmatione vel negatione exiſtit. Ly &, nota eſt copulationis, non ſimul, ſed ſucceſſiue, non ordine aliquo, ſed indifferẽter: ita ꝙ denotat indifferenter affirmari & negari accidens de ſubiecto, & non quod ſimul affirmetur & negetur, quia hoc implicat. Ly præter ſubiecti corruptionem, dupliciter accipi poteſt. ſ. pro corruptione ſm rem, & de tali non eſt hic ſermo: alio mõ pro corruptione ſecundum intellectum eius. i. pro defectu rationis ipſius ſubiecti, & ſic ſumitur hic; ita ꝙ idem eſt dicere præter ſubiecti corruptionẽ, & dicere abſque hoc, ꝙ ſubiecti ratio, ſeu diffinitio deficiat, vel vtendo verbis Auer. abſque hoc quod exiſtimetur ſubiectum corrumpi. Et aduerte hic diligenter, quòd ly præter ſubiecti corruptionem, poteſt dupliciter conſtrui. ſ. cum ly ſubiecto, quod ſubintelligitur: & eſſet ſenſus, accidens eſt quod adeſt & abeſt ſubiecto, præter ſubiecti corruptionem. i. manenti, & hoc modo non eſt cõſtruenda dicta diffinitio: qm̃ ſuperflue addita eſſet illa particula, præter ſubiecti corruptionem: In omni. n. vera affirmatione & negatione de aliquo ſubiecto ſubintelligitur illius ſubiecti rationem manere, aliter non de ſubiecto, ſed de alio affirmatio aut negatio verificaretur. Alio ergo modo pôt conſtrui cũ ly adeſt & abeſt, tãquam copulæ verbalis modificatio, vt ſit ſenſus: accidẽs eſt quod de ſubiecto affirmatur & negatur, non quocunque modo, ſed tali modo. ſ. non deſtruendo eius rationem, & hic ſenſus eſt in propoſito: & ponitur illa particula, &, ad differentiam aliorum prędicabilium, quorum negationes ſubiectorum ſuorum rationes deſtruunt: & ad includendum omnia prædicata accidentalia; omnibus ſiquidem eis cõuenit indifferenter de ſubiecto affirmari & negari, abſque ſubiecti deſtructione, non tñ omnibus indifferenter affirmari & negari de ſubiecto, vt patet de accidentibus inſeparabilibus quæ conſtat non ſine additione aliqua a ſubiectis negari poſſe. Poſita eſt igitur particula illa, ſ. præter ſubiecti corruptionem, ut intelligeres, ꝙ nõ in hoc conſiſtit natura prædicati accidentalis, ſ. ꝙ ſubiecto adſit & abſit ſimpliciter, ſed in hoc ꝙ ſubiecto adeſt & abeſt cũ iſta modificatione, ſ. abſque eius deſtructione; eſt ergo ſenſus totius diffinitionis, accidens. i. accidentale prędicatũ eſt, quod adeſt & abeſt. i. indifferenter affirmatur & negatur præter ſubiecti corruptionem. i. abſque hoc ꝙ deſtruat ſubiecti rõnem, quod ſub aliis verbis breuius dici poteſt ꝙ accidens eſt, cuius nec affirmatio, nec negatio ſubiecti rationem tollit. Et quoniam ſermo diffinitiuus ſoluit omnes difficultates accidentes in re, ex eo magnificabitur iſte intellectus diffinitionis, ꝙ ſecundũ ipſum omnia ſoluantur dubia, quę etiam aliqui Arabũ, ut Albertus, dicit ſoluere neſcientes, hanc Porphyrii diffinitionem reprehenderunt.

**Accidens inſeparabile contingit abeſſe, & adeſſe ideſt affirmari & negari ſtante ſubiecto, & e[illegible] ra iune.**

PRimum dubium eſt illud quod Porphyrius in textu poſt diuiſionem tangit, diuidit ſiquidem accidens diffinitum in accidẽs ſeparabile, & inſeparabile, & ſtatim dubium tangit dicens, poteſt autem ſubintelligi, & coruus albus, & intendit talem ſoluere obiectionem, nullum membrum alicuius diuiſionis debet repugnare diffinitioni rei diuiſæ, ſed huius diuiſionis alterum mẽbrum, ſ. inſeparabile, repugnat diffinitioni accidẽtis diuiſi, quia in diffinitione eius dr̃, qđ poteſt adeſſe & abeſſe. ſi n. eſt inſeparabile, abeſſe, non poteſt, & ſi abeſſe pôt, inſeparabile non eſt: ergo uel diffinitio, uel diuiſio mala eſt, &c. Huic inquam obiectioni reſpondet Porphyrius nõ aliter quam dicendo, ꝙ poteſt ſubintelligi coruus albus & æthiops candore nitens, præter ſubiecti corruptionem, ac ſi dixiſſet, ꝙ licet accidẽs aliquod ſit inſeparabile ſecundum rem, poteſt tamen abeſſe ſm intellectum. Et inſinuauit per hoc formalem reſponſionem, ſ. ꝙ biformiter accipitur eſſe in diffinitione, & in diuiſione, cum enim diuiditur accidens in ſeparabile, & in inſeparabile, eſt ſermo de ſeparabilitate, & inſeparabi-

parabilitate ſecundum rem, vel quia omnino ſit inſeparabile, vel quia valde difficile ſit ſeparabile: vtroque.n. modo inſeparabile dr, ſicut & inuiſibile dicitur, vel qđ omnino non poteſt videri, vel quod difficile videri poſſit. Cum vero in diffinitione accidentis dicitur adeſt, & abeſt, intelligitur de eſſe & abeſſe ſm intellectum: & iõ licet coruus non poſſit ſecundum rem fieri de nigro albus, poteſt ſubintelligi albus, qa rationi diffinitiuę corui nõ repugnat albi denominatio: & ſic patet ꝙ gloſſa ſuprapoſita ex textu ſumpta eſt, & ꝙ ex illo ſenſu difficultas hæc ſoluta eſt. Et forte ꝑ p inaduertentiam illius ſenſus repreheoſus eſt ab Arabibus Porphyrius: dicētibus eum in æquiuocationem lapſum, dum de inſeparabilitate accidentis diſputans, ad ſeparabilitatem ſm intellectũ confugit, qm̃ æquiuoce dr̃ eſſe, de eſſe ſm rem, & eſſe ſm intellectum: ꝓcedit.n. hæc obiectio ex malo intellectu diffinitionis accidentis, quia creditum eſt, ꝙ ibi eſſet ſermo de adeſſe & abeſſe ſcđm rem: reſoluitur ergo primum dubiũ ex diffinitione modo ſupradicto expoſita, &c. Sed aduerte hic duo. Primum eſt, ꝙ nullũ inconueniens eſt accepiſſe biformiter eſſe in diffinitione & in diuiſione: quinq potius neceſſarium eſt ſic feciſſe: quoniã ſi vniformiter eſſe acceptum fuiſſet, vel diffinitio, vel diuiſio mala fuiſſet. Si.n. inſeparabile eſt ſecũdum rem, abeſſe non poteſt ſecundum rem: & ſi abeſſe non poteſt ſm intellectum, inſeparabile erit ſecundum intellectum, biſformiter autem accipiendo omnia conſona inueniũtur, vt ex dictis patet. Secundum notãdum propter importunitates arguentium eſt, ꝙ ſubiectum intelligi ſine albedine, aut nigredine, vel quocunq; alio prædicato poteſt intelligi dupliciter. Vno mõ ſecundũ primam operatiooem intellectus. Alio modo ſm ſecũdam operationem intellectus, intelligi ſubiectum ſine tali prædicato per primam operationem intellectus, nihil aliud eſt quam ipſum ſubiectum intelligi, prædicato nõ intellecto, ſicut color pomi videtur non viſo eius odore, & ſic non accipitur hic cum dicitur, ꝙ coruus poteſt intelligi abſque nigredine: ſic nanque ſubiectũ põt intelligi non ſolum ſine accidente, ſed etiam ſine proprie proprio, vt patet quando diffinitur homo: ſufficit enim tunc intelligere genus & differentiam eius, & nõ oportet intelligere proprium. Intelligi autem ſubiectũ ſine tali prædicato per ſecundam operationem intellectus, eſt formari propoſitionem negatiuam illius prædicati de illo ſubiecto. v.g. dicendo, coruus non eſt niger, & hoc modo accipitur hic, cum dicitur, ꝙ ſubiectum poteſt intelligi ſine accidente inſeparabili, & cum eius oppoſito, quia ſcilicet poteſt formari enuntiatio negatiua vera, in qua accidẽs inſeparabile negatur à ſubiecto, vt dicendo coruus non eſt niger, & poteſt formari affirmatiua vera, in qua oppoſitum accidentis inſeparabilis prædicatur de ſubiecto, vt dicendo coruus eſt albus, aut coruus non eſt niger. Nec inuadet te dubium qũo iſtæ propoſitiones ſint veræ, & tamen in rerum natura nullus inuenitur coruus albus, aut non niger ſi memor eris eorum, quæ diximus gloſſando diffinitionem accidentis; ex dictis ſiquidem habetur, ꝙ dupliciter contingit dicere aliquam ꝓpoſitionem eſſe veram. ſ. ſimpliciter, vel ſic. i. cum alia additione, & conſtat ꝙ iſta nõ eſt ſimpliciter vera, coruus non eſt niger, quia ab eo ꝙ res eſt, vel non eſt oratio dicitur vera vel falſa ſimpliciter. Eſt tñ vera ſic. i. præter ſubiecti corruptionem. i. non prohibetur eſſe vera ex ſubiecti corruptione; non.n. ideo eſt falſa iſta, coruus non eſt niger; quia negatio nigredinis inferat negationem naturæ coruinæ, ſed aliunde, puta quia cuilibet coruo coniuncta eſt ſecundũ rẽ nigredo. Vñ non intendunt Peripatetici dicere, coruum vere intelligi nigrum, & non nigrum ſimpliciter, ſed cum iſta clauſula Præter ſubiecti corruptionem, ac per hoc, vt dictum eſt, valde ſubtiliter naturam accidentis diffinierunt, tradendo accidens eſſe id, quod vere affirmatur, & negatur de aliquo præter illius corruptionem. i. accidẽs eſt cuius, nec affirmatiua compoſitio, nec negatiua diuiſio, ſi ponatur vera, cum ſubiecti deſtructione exercet, quod nulli alii prędicabili conuenit, vt patet inducẽdo, propter quod ſignanter Porphyrius nõ dixit poſſe ſubintelligi coruum album ſimpliciter, ſed addidit, præter ſubiecti corruptionem, intellectione ſiquidem complexa & uera, de qua loquebatur, non intelligitur coruus albus abſolute, quoniam albus non eſt, ſed ſic, ideſt abſq; hoc quòd ſequatur ſubiecti negatio, ſeu abſque repugnantia intellectuum.

Mors & combuſtio, & quæcunque ab his denominatiua non accidentia, ſed inter repugnantia prædicata annumerantur, & iure ab accidentis ratione hic tradita excluduntur.

SEcũdum autem dubium principale eſt hoc, mors & combuſtio, ſiue denominatiua ab his ſumpta ſunt accidentia, & tñ non adſunt præter ſubiecti corruptionem, ergo diffinitio mala. Soluitur nãque hoc dubium ex intellectu diffinitionis accidentis ſupradicto duabus viis, ex quid nominis. ſ. accidentis, & ex illa particula, ꝑter ſubiecti corruptionem. Ex quid nominis accidentis quidem, quoniam huiuſmodi denominatiua noo ſunt prædicata accidentalia reſpectu eorũ, quæ morti, uel cõbuſtioni ſubiacent, ſed ſunt prædicata oppoſita ſubiectis, vt declarabitur. Ex illa vero particula, ſ. præter ſubiecti corruptionem, quia hic non eſt ſermo de quocũque ſubiecto, ſed de ſubiecto prædicationis, nec de quacunque eius corruptione, ſed ea, qua rõ eius non poteſt ſtare, cum prædicato, iſta aũt denominatiua à morte, & combuſtione & hmõi deriuata talia ſunt, ꝙ ſubiecta illa, puta hominẽ uel bouem, de quibus in propoſitionibus prædicantur, deſtruunt: ita ꝙ diffinitio eorum non eſt cõpoſſibilis diffinitioni talium ſubiectorũ nec e cõuerſo: & conſequenter ꝑdicata hæc non ſunt accidentalia, ſed remota. Ad cuius euidentiã eſt ſciendũ ꝙ ꝓpoſitionum triplex eſt materia. ſ. neceſſaria, cõtingens, & remota; in materia neceſſaria ſunt oẽs propoſitiones, in quibus genus, ſpecies, dña, diffinitio, & proprium prædicaĩ de ſuis ſubiectis. In materia aũt contingenti ſunt illæ, in quibus accidens prædicatur de eo cuius eſt accidens. In materia uero remota ſunt, in quibus repugnantia alicui enuntiãtur de illo. Ad uidendum aũt, quę ſint prædicata neceſſaria, & quæ cõtingentia, & quæ remota non oportet uagari, ſed ſufficit rõnes terminorũ intueri: ex ipſorum n. rõnibus conſurgit connexio, & modus connexionis & repugnãtia inter ſe, ad hoc qđ adueniuntur in uno. Conſtat aũt ex rõnibus mortui, & hominis, uel cuiuſq; alterius rei uiuæ, qđ impoſſibile eſt eorũ rõnes in unum tertium ſimul conuenire: qm̃ ſi aliquid homo eſt, corpus animatum eſt: & ſi corpus animatum eſt, iam mortuum non eſt, & econuerſo, ſi aliquid mortuum eſt, corpus animatum non eſt, & ſi corpus animatum non eſt, homo non eſt; & ſimilis rõ eſt de combuſto & domo, ut patet: & conſequenter deoominatiua a morte, & hmõi ſumpta non ſunt accideotalia prædicata ſed repugnantia. Et ſi contra hoc inſtetur, quia lex ꝓpoſitionum in materia remota hæc eſt, ꝙ affirmatiua ſemper eſt falſa, & negatiua uera: in huiuſmodi autem, & affirmatiua, & negatiua ẽ uera: ſunt enim ambæ iſtæ ueræ, homo eſt mortuus, & homo oon eſt mortuus. Reſpondendum eſt, quòd illa regula intelligitur ſeruata identitate ſubiecti, non ſecundum uocem, ſed ſecundũ rem: cuius oppoſitum in oppoſito accidit; quoniam ly mortuus, in affirmatiua propoſitione non denominat hominem, ſed ratione ampliatur uis quam habet, quia eſt participium præteriti tẽporis uerificatur de eo qui fuit homo, & in negatiua uerificatur de eo qui eſt homo: ampliat. n. ad eos, qui ſunt, uel fuerunt homines. Et ſi ulterius inquiratur (eo modo, quo ueræ ſunt huiuſmodi affirmationes quid prædicant, accidentale prędicatum an proprium.) Dicendum eſt, quòd prædicationes

Propoſitiones ſunt in triplici materia de qua in libr. Periherm.

tiones huiuſmodi in ſenſu vero ſunt per ſe pertinentes ad quartum & ſm modum perſeitatis reductiuæ, ideo prædicant proprium & non accidens; ꝙ autem huiuſmodi propoſitiones in ſenſu vero ſint per ſe patet ex ipſo ſenſu: cum.n. dicitur homo eſt mortuus, ſubiectum pro quo verificatur, eſt hoc, quod dico, olim homo, ſeu homo præteritus eſt mortuus. Conſtat autem ꝙ fuiſſe hominem ratio eſt, ꝙ mortuus ſit, quoniam ex præteritione vitæ cauſatur mors. Nec obſtat, ꝙ ſubiectum talis propoſitionis eſt totum diſiunctum. ſ. qm̃ eſt vel fuit homo: de quo nõ prædicatur per ſe mortuum eſſe, hoc inquam non obſtat: quoniam non ſimpliciter diximus eam per ſe, ſed diximus eam in ſenſu vero. i. comparando prædicatum ad illam partem ſubiecti ratione cuius verificatur propoſitio: ſunt ergo denominatiua à morte & combuſtione, & hmõi ſumpta reſpectu eorũ q̃ viuentia ſunt, &c. non prædicata accidẽtalia, ſed repugnãtia abſolute loquendo. Nec diminutus fuit propterea Porphyrius non ponens ſextũ prædicabile, ſ. repugnãs; tum quia prædicabilia, quæ vera affirmatione enuntiari poſſunt, tradebat: tum quia oppoſitorum eadem eſt diſciplina, repugnantia autem alicui ſunt oppoſita, vel generi, vel differentiæ, vel ſpeciei, uel proprio eius: & ꝓpterea ſat fuit de illis dediſſe cognitionem; præſertim quia priuatio per habitum, & malum per boni ratione̕ cognoſcitur naturaliter. Et ſic patet ſolutam dubitationem hanc eſſe ex ipſa accidẽtis expoſitione, Ne me putes tu Thomiſta immemorem doctrinæ. S. Thom. in 2. contra Gentil. c. 8 t. dixiſſe, ꝙ in iſta diffinitione ly ſubiecti, ſumitur non pro quocunque ſubiecto, ſed ſubiecto propoſitionis. Noui. n. ꝙ ipſe ibidem gloſſat ꝙ accidens eſt, quod adeſt & abeſt præter corruptionem ſubiecti. i. compoſiti ex materia & forma; & quod ſubdit per ſubiectum non poſſe intelligi materiam primá, quę principium ſubiecti compoſiti eſt. Sed mens eius contraria noſtris dictis non eſt, quia non intendit ibi gloſſare hanc diſſinitionem ad literam, ſed quoniam arguendo diffinitio hæc applicata eſt ad realem vnionem formæ in ſuo ſuſceptiuo, propter proportionalem ſimilitudinem, quæ eſt inter prædicationem predicati accidẽtalis de ſubiecto, & unionem formæ accidentalis cum ſubiecto, iõ reſpondendo, acceptata applicatione iſtius diffinitionis ad formam accidentalem gloſſat modo ſupradicto, & cauſam aſſignat, ut patet ibi. Vnde gloſſa ſua optima eſt applicata hac diffinitione ad diſcernendas formas, quæ accidentaliter uniuntur, & noſtra, immo ſua, quę diffinitionem ipſam ſimpliciter reſpicit, vera nihilominus eſt, &c.

2. contra Gentil. c. 51.

*Diffinitur etiam ſic quoq;. Accidens eſt quod cõtingit eidem ineſſe & nõ ineſſe. Et quod neque genus neque ſpecies, neque differentia, neque proprium. ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens.*

Hic ponuntur duæ reliquæ diffinitiones accidentis, circa quarum primam notádum eſt de ly ineſſe, poteſt dupliciter accipi, ſicut in prędicta diffinitione diſtinctú eſt. ſi accipiatur ineſſe pro affirmatione, & non ineſſe pro negatione, hæc diffinitio in hoc differt a prima, ꝙ hęc magis explicite accidentis naturá declarat, qa potẽtiam logicam explicat in ly contingit, quam, diffinitio præcedens non explicauit. Si autem ly ineſſe, ſumatur ſecundum rem, tunc iſta diffinitio differt a prima, quia illa conuenit accidenti tam ſeparabili quam inſeparabili, iſta autem ſeparabili tantum, & hoc placet Auerrol; mihi autem magis placet primum, quoniam iſta diffinitio eſt ſumpta ex 1. Topic. de verbo ad uerbum, ubi expreſſe Ariſt. diffinit vniuerſaliter accidens, prout eſt ꝓdicabile ab aliis diſtinctum, ſub quo claudi etiam accidens inſeparabile non eſt dubium. Et confirmatur, qa ibi Ariſt. duabus accidentis diffinitionibus datis. ſ. hac

Cap. 4.

& ſequente, hanc laudat. Circa ultimam uero diffinitionem nihil notandum occurrit, niſi quòd ultima particula. ſ. ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens, non ſolum ea ratione addita eſt, quia diffinitio per puram negationem dari non debet, ſed etiam ad differentiam prædicatorum repugnantium, quæ in ſubiecto nunquam ſubſiſtunt, ſed ſemꝑ procul a ſubiectis, quibus repugnant, ſunt, intelligendumque eſt accidens ſemper in ſubiecto non inhæſionis uniuerſaliter, ſed prædicationis oportere ſubſiſtere, qm̃ ſicut accidens ſecundum rem non niſi ſubiecto inhæſionis ſubſtentatum inuenitur, ita prædicatum accidentale, ut ſic, ſubſtentante eget ſubiecto, aliter accidentale non eſſet ſicut adiectiuum, ſi ſubſtantiuo non egeret, adiectiuum non eſſet, &c.

## Quæ communitates & differentiæ ſint generis, ſpeciei, differentiæ, proprij, & accidentis. Cap. 5.

*Omnibus igitur determinatis, quæ poſita ſunt (dico autem genere ſpecie, differentia, proprio, & accidente) dicendum eſt, quæ eis propria ſunt, & quæ communia.*

*Commune quidem omnibus eſt pluribus prædicari, quemadmodũ dictũ eſt. Sed genus quidem de omnibus ſpeciebus & de indiuiduis; et differẽtia ſimiliter prædicatur. ſpecies quidem de his, quæ ſub ipſa ſunt, indiuiduis. At vero propium de ſpecie cuius eſt propriũ, & de his quæ ſub ſpecie ſunt, indiuiduis. Accidens aũt & de ſpeciebus & de indiuiduis. Nanque animal & de equis & bobus, & canibus prędicatur, quæ sũt ſpecies & de hoc equo & hoc bove, quæ ſunt indiuidua. Irrõnale vero de equis & bobus, & de his, quæ ſunt particulares prædicatur. Species autẽ, vt homo, de inferioribus & de his, qui ſunt particulares, prędicatũ. Propriũ aũt quod eſt riſibile, de homine & de his, qui ſunt particulares, prædicatur. Nigrum autẽ de ſpecie cornorũ & de his, qui ſunt particulares, quod eſt accidens inſeparabile; & mouere de homine & de equo, quod eſt accidens ſeparabile; ſed principaliter quidem de indiuiduis, ſecundario vero & de his, quæ continent indiuidua.*

Quæ nã in omnibus ꝓdicabilibus cõia ſint.

*Commune eſt autem generi & differentiæ continentia ſpecierum; Continet enim differentia ſpecies, & ſi non omnes quot genera; rationale.n. & ſi non continet irrationabilia, vt genus quemadmodum animal; tamen continet hominem & Deum, quæ ſunt ſpecies. Et quæcũque prædicantur de genere, vt genus, & de his, quæ ſub ipſo ſunt ſpeciebus, prædicantur; & quæcunque de differentia prædicantur, vt differentia, & de his, quæ ſub ipſa ſunt ſpeciebus, prædicabuntur. Nã cum genus ſit animal non ſolum de eo prædicantur vt genera, ſubſtantia & animatum, ſed etiam de his, quæ ſub animali ſunt ſpeciebus omnibus prædicantur vſque ad indiuidua. Cumque ſit differentia rationale, prædicatur de ea, vt differentia id quod eſt ratione uti, & non ſolum de eo quod eſt rationale, ſed etiam de his, quæ ſub rationali ſunt ſpeciebus, prædicabitur ratione uti. Commune autem eſt, et perempto genere, vel differentia, ſimul perimi quæ ſub ipſis ſunt. Quemadmodum enim ſi non ſit animal, nõ eſt equus, neque homo, ita ſi non ſit rationale, nullum erit animal, quod vtatur ratione.*

Quæ cõia ſint generis & differẽtię.

*Proprium aũt generis eſt de pluribus prædicari quã differentia, & ſpecies, & proprium & accidẽs; animal enim de homine & equo, et aue, & ſerpẽte prædicatur; quadrupes vero de ſolis quatuor pedes habẽtibus, homo vero de ſolis indiuiduis, & hinnibile de equis, & de his qui ſunt particulares: & accidens ſimiliter de paucioribus. Oportet autem differentias accipere, quibus diuiditur genus, non eas, quæ complent ſubſtantiam generis, ſed quæ ſunt diuiſiuæ. Amplius, genus continet differentiam*

Quę ſint differentiæ generis, & differentiæ.

rentiam

rentiam poteſtate. (animalis enim hoc quidē rationale eſt illud vero irrationale.) differētiæ vero nō continēt genera. Amplius genera quidē priora ſunt his, quę ſub ſe ſunt poſitę differētiis: propter hoc quidem ſimul eas auferunt, non aūt ſimul auferuntur: ſublato.n. aīali aufertur rōnale & irrationale. Differentiæ vero non auferunt genus, nam ſi omnes interimantur, tamen ſubſtātia animata ſenſibilis ſubint. intelligi poteſt, quæ eſt aīal. Amplius quidē genus in eo quod quid eſt, dr̄ia vero in eo quod quale eſt prædicatur, quemadmodum dictū eſt. Amplius genus vnum quidē eſt ſecundū vnamquanq; ſpēm, vt hominis id, quod aīal, differētia vero plurimę, vt rōnale, mortale, mentis & diſciplinæ perceptiuum, quibus ab alijs aīalibus differt. & genus quidē cōſimile eſt materiæ, forma vero dr̄iæ. Cū autem ſint & alia cōia & propria generis & dr̄iæ nunc iſta ſufficiant.

Quæ cōmunia ſint generis & ſpēi.

Genus autem & ſpecies commune quidem habēt de pluribus prædicari, quemadmodum dictū eſt. Sumatur autem ſpecies, vt ſpecies, non aūt vt genus, ſi fuerit idē ſpecies & genus. Cōe aūt his eſt & priora his eſſe, de quibus prædicantur. Et totum quoddam eſſe vtrunque.

Quæ ſint ipſorum differentiæ.

Differunt autem eo quòd genus quidem ſpecies continet, ſpecies vero continetur, & non continet genera: in pluribus.n. eſt genus quā ſpecies. Genera quidē præiacere oportet, & informata differētijs ſpecificis perficere ſpēc: vnde & priora naturaliter ſunt genera, & ſimul interimētia, ſed ſimul quæ non interimuntur, & ſpecies quidē cum ſit eſt genus, genus vero cum ſit, nō omnino erit ſpecies. Et genera quidē vniuoce de ſpeciebus prædicātur, ſpecies vero de generibus minime. Amplius genera quidem abundant earum, quæ ſub ipſis ſpecierum ſunt cōtinentia, ſpecies vero de generibus abundāt proprijs differentijs. Amplius nec ſpecies fiet vnquam generaliſſimum, nec genus fiet vnquam ſpecialiſſimum.

Quæ cōmunia ſint generis & pprij.

Generis autem & proprij cōe quidem eſt ſequi ſpecies. Namque ſi hō eſt, animal eſt, & ſi homo eſt riſibile eſt. Et æqualiter dicitur prædicari genus de ſpeciebus, & proprium de his, quæ participant illo: æqualiter.n. & hō & hoc aīal eſt, & Cicero & Cato ſunt riſibiles. Cōe autem eſt his vniuoce prædicari; genus de proprijs ſpeciebus, & proprium de his, quorum eſt proprium.

De ipſorum differentijs.

Differt autem genus à proprijs. quoniā genus prius eſt, poſterius vero proprium. oportet.n. eſſe prius aīal, dehinc diuidi differentijs & proprijs. Et genus quidē de pluribus ſpeciebus prædicatur, propriū vero de vna ſola ſpecie, cuius eſt propriū. Et proprium quidē cōuerſim de eo cuius eſt propriū prædicatur, genus vero de nullo cōuerſim prædicatur. nam nec ſi animal eſt, homo eſt, nec ſi animal eſt, riſibile eſt. ſi vero riſibile eſt, homo eſt, & è conuerſo. Amplius omni ſpeciei ineſt propriū, cuius eſt proprium & ſoli, & ſemper, genus vero omni quidē ſpēi ineſt, cuius fuerit genus, & ſemper, non autem ſoli. Amplius autem ſpecies quidem interemptę non ſimul interimunt genera, quorum ſunt ſpecies, propria vero interempta interimunt ea, quorum ſunt propria, & his interemptis, ipſa ſimul interimuntur.

De cōitate generis, & accidentis.

Generis vero & accidentis commune eſt de plurib. quemadmodum dictum eſt, prædicari, ſiue ſeparabilium ſit accidēs, ſiue inſeparabilium: etenim moueri de pluribus, & nigrū de coruis, & de æthiopibus & aliquibus inanimatis prædicantur.

Quæ illorū differentiæ.

Differt aūt genus ab accidente: quoniam genus ante ſpecies eſt, accidētia vero ſpeciebus poſteriora ſunt. nā & ſi inſeparabile accidens ſumatur, tū prius eſt illud, cui accidit, quā accidens, & genera quidem, quę participant æqualiter participant, accidentia vero nō æqualiter. Intenſionē vero & remiſſionem ſuſcipit accidētiū participatio, generū vero minime. Et accidentia quidē in indiuiduis principaliter ſubſiſtunt, genera vero, & ſpecies naturaliter priora ſunt indiuiduis ſubſtantijs. Et genera quidē in eo quòd quid ſit prædicātur de his, quæ ſub ipſis ſunt, accidentia vero in eo quòd quale aliquid eſt, vel quomodo ſe habet vnūquodque. qualis eſt enim æthiops interrogatus, dicis, niger, & quomodo Socrates ſe habet, dicis quoniam ſedet vel ambulat.

Genus ergo quō ab alijs quatuor differat, dictū eſt.

Contingit autem ēt vnumquodque aliorum differre ab alijs quatuor, ut cum quinq; quidem ſint, vnūquodq; aūt ab alijs differat, quater quinque viginti ſiunt oēs differentię, ſed non ita ſe habet, ſed ſemper poſterioribus enumeratis, & duobus quidem vna dr̄ia deficientibus (propterea quia ſumpta eſt,) tribus vero duabus, quatuor vero tribus, quinque vero quatuor, decē ſunt omnes quatuor, tres, duę, vna. Genus etenim differt à differentia & a ſpecie, & proprio, & accidēte. quatuor ergo ſunt omnes differentiæ. Differentia quo differt à genere dictū eſt, qn̄ quo differret genus ab ea, dicebatur, relinquitur ergo quo differat differentia à ſpē, proprio, & accidēti dicere, & ſunt tres. Rurſus ſpecies quo quidē differat à differentia dictū eſt, quando quo differret à ſpecie differentia dicebatur. Quo aūt differat ſpecies a genere dictū eſt, quādo quo differat genus à ſpecie dicebatur. Reliquum eſt igitur, vt quo differat ſpecies à, proprio & accidenti dicatur, & ſunt duæ. Quo aūt differt propriū ab accidēti relinquitur. Nā quo à genere & ſpecie differat prædictū eſt in illorū ad ipſum differētijs. Quatuor igitur ſumptis generis differētijs ad alia, tribus vero dr̄iæ, duabus aūt ſpeciei, vna autē proprij ad accidens; decem erunt omnes, quarum quatuor, quæ erant generis ad reliquas ſuperius demonſtrauimus.

Numerus differentiarum quinque prædicabilium.

| Genus. | Species. | Differentia. | Proprium. | Accidens. |
| --- | --- | --- | --- | --- |
| I | I | I | I | |
| | I | I | I | |
| | | I | I | ▼ |
| | | | I | |

Quę cōmunia ſint differētiæ, & ſpeciei.

Commune igitur eſt dr̄iæ & ſpeciei æqualiter participari. Homine.n. æqualiter participāt particulares homines, & rationali dr̄iæ. Cōe vero ē ſemper adeſſe his, quæ eis participāt. ſemper.n. Sor. rationalis eſt, & ſemper Sor. homo eſt.

Ipſorum differentiæ.

Proprium aūt eſt differentiæ quidē in eo quod quale ſit prædicari, ſpeciei vero in eo quòd quid eſt. Nam ſi homo velut quale quid accipiatur, nō tamen ſimpliciter quale, ſed ſecundū id quod generi aduenientes dr̄ię eum conſtituerunt. Amplius differentia quidem ſæpe in pluribus ſpeciebus conſideratur, quemadmodum quadrupes in pluribus animalibus ſpecie differentibus, ſpecies vero in ſolis his, quæ ſub vna ſpecie ſunt, indiuiduis. Amplius, differentia quidem prior eſt ea ſpecie, quæ eſt ſecundum ipſam, ſimul.n. ablatum rationale interimit hominem, homo vero interemptus nō aufert rationale, cū ſit † Deus. Amplius differentia quidem componitur cūm alia differentia (rationale enim, & mortale compoſitum eſt in ſubſtantia hominis) ſpēc vero ſpecie non componitur, vt gignat aliquam aliam ſpeciem: quædam enim equa cuidam aſino permiſcetur ad muli generationem, equa autem ſimpliciter aſino cōpoſita nunquam perficiet mulum.

† Angelus.

De cōitatib. dr̄iæ & proprij.

Differentia vero & proprium cōe quidem habent æqualiter participari ab his, quæ eis participāt. æqualiter

*ter.n.rationalia, rationalia ſunt, & riſibilia, ſunt riſibilia, & ſemper et omni adeſſe cõe vtriſque eſt. ſi.n.curtetur qui bipes eſt, nõ ſubſtãtia perit, ſed ad id, ad quod natum eſt ſemper dicitur: nam & riſibile ad id quod natũ eſt ſemper dicitur, ſed non in eo quod ſemper rideat.*

De ipſorum differentijs.

*Proprium autem differentia eſt, quod hæc quidẽ de pluribus ſpeciebus dicitur ſæpe, vt rationale de homine & de Deo, propriũ vero de vna ſola ſpecie cuius eſt proprium. Et differentia illis eſt conſequẽs quorum eſt differentia, ſed non conuertitur: propria vero conuerſim prædicantur de his quorum ſunt propria.*

Quæ cõia differentiæ, & accidentibus.

*Differentiæ aũt, & accidenti commune quidem eſt de pluribus dici: commune vero ad ea quæ ſunt inſeparabilia accidentia ſemper & omnibus adeſſe. bipes enim ſemper adeſt omnibus coruis, & nigrum ſimiliter.*

Ipſorum differentiæ.

*Differunt autem, quòd dfia quidem continet, & nõ continetur, continet.n.rationale, hominem, & Deum, accidẽtia vero quodammodo continent, eo quod in pluribus ſunt, quodãmodo continentur, eo quod non vnius accidentis ſuſceptibilia ſuat ſubiecta, ſed plurimorum. Et differentia quidem intenſibilis & irremiſſibilis eſt, accidentia uero minus & magis recipiunt, & impermiſta ſant quidem contrariæ dfiæ, miſta vero contraria accidẽtia. Huiuſmodi quidem communioaes & proprietates differentiæ, & cæterorum ſuat. ſpecies vero quo quidem differant à genere & differentia dictum eſt in eo quod dicebamus, quo genus differat à cæteris, et quo differentia differt à cæteris.*

Communia ſpẽi & proprij.

*Speciei vero & proprij commune eſt quidẽ de ſe inuicẽ prædicari. Nam homo riſibile eſt, & riſibile homo eſt. riſibile vero quoniam ſecundum id quod notum eſt dicitur, ſæpe iam dictum eſt. Aequaliter.n ſunt ſpecies his, quæ eas participãt, & propria quorũ ſunt propria.*

Quæ ipſorũ ſint differentia.

*Differt autẽ ſpecies à proprio, quoniã ſpecies quidẽ poteſt & alijs eſſe genus, proprium vero aliarum ſpecierum eſſe impoſſibile eſt. Et ſpecies quidem ante ſubſiſtit quam proprium, propriũ vero poſt fit in ſpẽ, oportet.n. hominem eſſe, vt ſit riſibile. Amplius, ſpecies quidẽ ſemper actu adeſt ſubiecto, proprium vero aliquãdo actu, poteſtate vero ſemper, hõ.n ſemper actu eſt Sor. nõ vero ſemper ridet quãuis ſit natura ſemper riſibilis. Amplius, quorum termini differentes ſunt, & ipſa ſunt differentia. Eſt autem ſpeciei terminus eſſe ſemper ſub genere, & de pluribus differentibus numero in eo quod quid eſt prædicari, & cætera huiuſmodi, proprij vero eſt & ſoli & ſemper & omni adeſſe.*

Cõitates ſpeciei, & accidentis.

*Speciei vero & accidentis commune quidem eſt de pluribus prædicari. Raræ vero aliæ ſunt cõmunitates, propterea quoniam quamplurimum diſtãt à ſe accidẽs, & id cui accidit.*

Differentiæ.

*Propria vero vtriuſque ſunt, ſpeciei quidem in eo quod quid eſt prædicari de his, quorũ eſt ſpecies, accidentis autem in eo quod quale quiddam eſt, vel quõ ſe habens, & proprium eſt vnamquãque ſubſtantiã vna quidem ſpẽ participare, pluribus autem accidẽtibus & ſeparabilibus, & inſeparabilibus. Et ſpecies quidem præintelliguntur accidentibus, & ſi ſint ſeparabilia, (oportet.n.ante eſſe ſubiectum, ut illi aliquid accidat,) accidentia vero poſterioris generis ſunt, & aduentitiæ naturæ. Et ſpeciei quidem participatio æqualiter eſt, accidens vero, vel ſi inſeparabile ſit non æqualiter. æthiops.n.cum alio æthiope habebit colorem vel intenſum, vel remiſſum ſecundum nigredinẽ. Reſtat igitur de proprio & accidente dicere. quo.n.proprium à ſpecie, & differentia, & genere differt dictum eſt.*

Cõitates proprij & accidentis.

*Commune aũt proprio & accidenti inſeparabili eſt, quòd præter ea nunquam conſiſtat ea, in quibus conſiderantur; quemadmodum enim præter riſibile non ſubſiſtit homo, ita nec præter nigredinem ſubſiſtit æthiops. Et quemadmodum ſemper & omni adeſt proprium, ſic & inſeparabile accidens.*

Differentiæ ipſorum.

*Differũt autem, quoniam proprium vni ſoli ſpeciei adeſt, quemadmodũ riſibile homini, inſeparabile vero accidens, vt nigrum, non ſolum æthiopi, ſed etiã coruo adeſt, & carboni, & ebeno, & quibuſdam alijs. Amplius, proprium conuerſim de eo cuius eſt proprium prædicatur, & æqualiter; inſeparabile vero accidens conuerſim non prædicatur. Et propriorum quidem æqualis eſt participatio, accidentium vero hæc quidem magis, illa vero minus. Sunt quidem, & aliæ communitates, vel proprietates eorum, quæ dicta ſunt, ſed ſufficiant quidẽ hæc ad deſcriptionem eorum, quæ dicta ſunt, communitatiſque traditionem.*

## THOMAE DE VIO CAIETANI

### Sacræ Theologiæ profeſſoris, & Card. S. Sixti in Categorias Ariſt.

### PRAEFATIO.

In princip.

CONSVETVM inquit Auerro. (in proœmio phyſicorũ,) vt expoſitores in principio librorum octo prælibent. ſ. intentionem, vtilitatẽ, ordinem, diuiſionem, proportionem, viam doctrinæ, nomen libri, & nomẽ authoris: & ideo morem hunc ſeruare intendentes hoc in loco, vbi principium doctrinæ peripateticæ eſt, ab operis huius intentione exordiamur: quoniam autem difficile admodum eſt finem proprium tractatus huius clare inſpicere, ex totius Logicæ fine tentandum eſt inuenire illum.

Intentio huius operis.

Logica cum nihil aliud ſit quam ars actuum rationis directiua, ordinatur ad ipſum rationis opus, ut proprium finem, ita ꝙ logici negotii intentio primaria eſt reddere operationes rationis rectas faciliter & prõpte, ſicut finis effectus artis cuiuſque eſt, rectitudinem in operationibus ſuis ponere, faciliter & ꝓmptẽ: operationes aũt rõnis cum tres ſint. ſ. ſimplex apprehẽſio, cõpoſitio & diuiſio, & diſcurſus: tres quoq; eſſe partes Logicæ neceſſe eſt, vt vnaquæque operatio recte exerceri poſſit. Ad regulandum autem diſcurſum inuenta eſt ars tradita in libro Priorum, & conſequentibus uſque ad finem Logicæ. Ad compoſitionem uero & diuiſionem ars tradita in libro Perihermenias inuenta eſt. Ad dirigendam autem primam operationem, quæ indiuiſibilium intelligentia dicitur, prædicamentorum liber nunc exponendus, inuentus aſſeritur, ſufficienter tamẽ id per hoc opus fieri nequaquam affirmatur. Quia uero in prima operatione intellectus nec falſitas, nec ueritas inueniri poteſt, qm̃ intellectus tunc nõ affirmat aut negat, & operatio rationis, ideo regula eget, quia à propria perfectione, quæ ueritas eſt, deficere poteſt, non facile eſt intelligere, quõ operatio prima intellectus regulatur a Logica. Singularis etiam difficultas eſt, quomodo ab arte hic tradita dirigatur. Sciendũ igitur eſt, quòd prima operatio intellectus, & ſi ad incomplexum terminetur, quod vt ſic nec uerum, nec falſum eſt, multipliciter tamen contingit admiſceri ſibi uerum uel falſum, ac per hoc dupliciter de ea loqui poſſumus. Vno modo per ſe. i. in ſua puritate. Alio modo per accidẽs. i. ut ei admiſcetur aliquid alterum, puta cõpoſitio, uel applicatio. ſi loquamur de prima operatione intellectus per ſe, ſic ex parte ſui regula non eget dante ei rectitudinem, qua ad obiectũ abſque errore pertingat, quoniam intellectus ſcd'm primam operationem aut totum, aut

nihil

nihil attingit, q̃m ad incomplexum vt ſic, quod indiuiſibile ſonat, tendit; **Tex.c.vlt.** ſimplicia autem vt in 9. Metap. dr̃, aut non attingitur, aut ſecundum totum attinguntur: & cõſequenter cum omnis error in cõponendo, vel diuidendo, vel diſcurrendo, &c. contingat, prima operatio intellectus per ſe expers eſt erroris, eget tamẽ regula ex parte obiecti, dante ipſi intellectui facilitatem, & promptitudinem ad attingendum ſuum obiectum, & hoc fit per librum iſtum. Erat ſiquidem ens incomplexum, quod eſt obiectum primæ operationis, confuſe diſperſum & obſcurum in vniuerſo, ita vt ſi ſimplex, puta albedo præſentata eſſet, ꝙ quid eſt eius intueri difficilimum foret: quoniam confuſione quadam albedinis natura cum figuris, cum quantitate, cum ſubſtantia, cum relatione mixta eſt: modo autem diſtinctis rerum ordinibus, & adunatis cuiuſque ordinis rebus ad decẽ incomplexa, inſignita ſuis proprietatibus, velut quibuſdam figuris, facile ac prompte circa quodcunque incomplexum, audemus intellectus aciem figere. Tollitur ſiquidem ex adunatione omnium incomplexorum ad decem capita vagatio intellectus ad incomplexorum notitiam habẽdam: ita quòd ſicut diſcurſus argumentationis finibus concluditur: & ſic intellectus, cum diſcurrendo aliquid quæritur, certis modis diſcurrendi aſſumptis, ſecurus incedit, ita cum ſimpliciter aliquod apprehendere volumus, decẽ hæc incomplexa circumſpicimus, & non oportet nos vagari per partes diuerſas in toto vniuerſo cum infinitate quo ad nos, & conſequẽter incertitudine. Tollitur quoque ex diſtinctione & ordinatione horum decem incõplexorum confuſio, qua limpide inſpici ab intellectu prohibeantur. Tollitur vltimo ex aſſignatione proprietatum eorundem obſcuritas, qua occultata manebant, dũ quæ ea præferrent ſigna non haberent; certe igitur & faciliter ac prompte ſimplicis apprehẽſibilia fiunt à nobis per prædicamentorum doctrinam. Si autem loquamur de prima operatione intellectus per accidẽs, ſic regula eget; & eius regula eſt ars diffinitiua, ſicut regula diſcurſus eſt ars ſyllogiſtica. Ars autem diffinitiua adhuc ab antiquis, vel tradita non eſt, vel ad nos non peruenit: eſſet autem illius artis determinare quid ſit diffinitio, & ex quibus cõſtat, & qualibus, & de paſſionibus eius, & partibus ſubiectiuis, ſicut de demõſtratione tractatur in lib. Poſteriorum. In hac quoque arte determinandum eſſet quid genus, & quid ſpecies, &c. quoniam diffinitionis natura ſine his intelligi non poteſt, & ante librum Topicorum hæc ars locum habet; quoniam regulatiua eſt intellectus ad notitiam incomplexi: dialectica vero regulat ad notitiã complexorum problematum, &c. Et quamuis hæc ars non habeatur, præſens tamen liber eius inchoatio quædam eſt: quoniam cũ tri- **Triplex error in diffiniendo committitur.** pliciter errare contingat diffiniendo. ſ. in applicatione partium diffinitionis ad diffinitum: & in coniunctione partiũ diffinitionis ad diffinitũ: primus error ex hoc libro quõ vitandus ſit habetur inchoatiue, q̃m hic docemur cui prima pars cuiuſcunque diffinitionis recte, aut nõ recte applicetur, dum per proprietates cuiuſque generaliſſima diſcernimus oĩa contenta ſub vno genere, à contentis ſub alio genere. Eſt ergo præſentis operis intentio adunare ad decẽ genera omnia entia diſperſa, & infinita, ordinateque diſtinguere, ac ſigillata ſuis proprietatibus clariſicare, vt ſic primam operationẽ intellectus & per ſe, & per accidens ſumptam dirigere queat. Sed dirigere primam operationem puram eſt finis proprius & adeptus. Dirigere autẽ eam admiſtam eſt finis cõis etiam arti diffinitiuæ, & hic tantum modo inchoatus cõſummandus in arte diffinitiua. Et q̃m res incõplexæ non adunantur & diſtinguuntur cũ conditionibus, quas habent in rerũ natura, ſed vt ſic acceptæ per intellectum. i. vt ſtãt ſub ſimplici apprehẽſione intellectus, ideſt, vt obiectæ ſimplici apprehenſioni intellectus: & res ſic acceptæ nihil aliud ſunt quam res dictæ verbis interioribus; vel (quod idem eſt) quam res conceptæ cõceptibus ſimplicibus: & res huiuſmodi nihil aliud ſint, quam res ſignificatæ vocibus incomplexis, quando voces ſunt ſigna conceptuum, & conceptus rerum: ideo dicitur etiam ab illuſtribus viris, ꝙ intẽtio huius libri eſt tractare de vocibus incomplexis, vt ſignificatiuæ ſunt rerum incomplexarum, idem. n. eſt tractare de rebus vt conceptis ſimplici apprehenſione, & de vocibus vt ſignificant illas ſic cõceptas, quoniam quicquid attribuitur vni, attribuitur reliquo, ſeruata tamen proportione, quia rei ſic conceptæ & ſignificatæ attribuitur vt rei, voci vero vt ſigno: homo enim reponitur in prædicamento ſubſtantiæ, ut res ibi poſita, hæc vero homo, vt ſignum illius rei, quæ eſt homo. Quamuis autẽ ſic intellecta intentio iſta ſuſtinenda ſit: memores tamen eſſe oportet eius ꝙ optime ab Auic. in principio ſuę Logicę dicitur, ſcilicet quòd conſiderare de vocibus non eſt logici negotii ex intẽtione, ſed neceſſitas ad hoc compulit, quoniam res ſic conceptas non niſi uerbis exprimimus, docemus, adunamus, & ordinamus. Si enim abſque uerbis exteriorib. hęc omnia explere poſſemus, ſ. ſolo ſermone interiori cõtenti, aut aliis ſignis hæc fierent, de uocibus tractandum non eſſet. Et propterea ſi quæratur de uocibus, an de rebus principaliter hic tractaretur: Reſpondendum eſt, ꝙ de rebus non abſolute, ſed incomplexe conceptis, & conſequenti neceſſitate ſignificatis. Cum autem audis res ſic cõceptas adunari & reponi prædicamentis, non arbitreris ꝙ aggregatum ex re, & ſic concipi, ſit id quod adunatur & reponitur, &c. ſed intelligas, quòd res habentes ſecum ſic concipi, ut conditionem ſine qua non eſt id quod reponitur colligitur, & ſignificatur, ſicut cum audis, ignis approximatus comburit, nõ intelligas quòd aggregatum ex igne, & approximatione comburat, ſed ꝙ ignis non comburit, niſi ſit approximatus. Eſt enim incomplexe concipi conditio rei ad ſupradicta, ſicut approximatio eſt conditio ignis ad cõburendum. Et ſic patet intentio operis, & quod conuenientius ponitur ſubiectum huius libri (ſi ſubiectum aliquod ſibi aſſignandum eſt) ens proponibile primę operationi interius quam ens ordinabile ſecundum ſub & ſupra, hoc enim ad ſecundam ſpectat operationem, ad quam hic liber non primo ordinatur. **Huius libri ſubiectũ cæteris altius explanatũ notato.**

Vtilitas autẽ ex eo proueniens ualde magna eſt; non enim ſoli Logicę prodeſt doctrina hęc, ut pars eius, ſed aliæ ſcientiæ ſiue doctrinæ abſq; hac expleri non poſſunt: quoniam demonſtrationum principia ſunt diffinitiones, quas abſque hac cõgnitione perficere eſt impoſſibile. Vnde in tertio Phyſicor. Ariſtot. quærens, quod quid eſt motus, ad prædicamenta recurrit, & in ſecundo de Anima quærens, quod quid eſt animæ idem facit; niſi enim eſſet doctrina prædicamentorum, cum quæritur alicuius, quod quid eſt, oporteret uagando per totum uniuerſum diſcurrere, quod illius genus primum ſit: nunc autem, ut dictum eſt, limites poſiti ſunt, infra quos omnia diſtincte continentur inſignita proprietatibus ſuis, ut ſtatim collatis proprietatibus eius, cuius quæritur, quod quid eſt cum proprietatibus cuiuſque decem generum, reponere & applicare ſciamus ſingula ſingulis. Sumit quoque Perihermenias doctrina, & ſyllogiſtica hinc utilitatem nõ paruam: quoniam hinc habetur eſſentialis ordo terminorum incomplexorum, ex quibus fiunt propoſitiones, & procedũt demonſtrationes, &c. **Vtilitas huius artis.** **Tex.com. 3.** **Tex.com. 2.**

**Ordo.** Ordo huius operis inter alia logica eſt, ꝙ ſibi debetur primus locus ſimpliciter; ita ꝙ non ſolum præcedit artem enunciatiuam & ſyllogiſticam, ſed etiam diffinitiuam, quoniam id, quod eſt per ſe, prius eſt eo quod eſt per accidens. Dictum eſt autem, ꝙ præſens opus ordinatur ad perfectionem primæ operationis per ſe ſumptæ, ars aũt diffinitiua ordinatur ad perfectionem eius admiſtæ. Et quia, ut ex dictis patet, diffinire genus, ſpe-

ciem,&c.diffinitiuæ artis opus eſt: ideo liber iſte naturaliter præcedit librum Porphyrii,p.p ꝙ conſulto princeps philoſophorum logicá ab hoc opere inchoauit.

Diuiſio operis. Diuiſio præſentis operis in tres tractatus fit in Ante prædicamenta,prædicamenta, & Poſt prædicamenta, quorum ratio cũ ad textus expoſitiouem peruentum fuerit dicetur.

Proportio. Proportio huius libri ad ipſam Logicam eſt proportio partis ad totum,ad alios vero libros Logicæ eſt proportio ianuæ ad intrinſeca domus.

Via doctrinæ. Via doctrinæ non eſt demonſtratiua,ſed potius diffinitiua & inductiua: vt & modus docendi rei quam docemus conſonet.

Nomẽ libri. Nomẽ libri eſt categoriæ.i.prædicamẽta.i.coordinationes decem generũ,vel ipſa decem genera,quæ capita ſunt coordinationum;de his enim tractat liber hic.

Nomen authoris. Nomen autem authoris eſt Ariſtotelis Peripateticorum pater,qui non ſolum author, ſed inuẽtor huius mirabilis doctrinæ fuit,vt Themiſtio & Auerroi placet,licet Iamblicus,(vt teſtatur Boetius)Architæ tarentino, hunc deferat honorem,&c.

## ANTE PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS.

*Cum Thoma de Vio Card.acutiſſimis commentarijs.*

### De æquiuocis,vniuocis,& denominatiuis,& eorum,quæ dicuntur,diuiſio. Cap.1.

*AEquiuoca dicuntur,quorum ſolum nomẽ commune eſt,ſecundũ nomen vero ſubſtantiæ ratio diuerſa: vt animal, homo, & quod pingitur:horum.n.ſolum nomẽ commune eſt, ſecundum nomen vero ſubſtantię ratio diuerſa.Si quis enim aſſignet quid ſit vtrunque eorum quo animal eſt, propriã aſſignabit vtriuſque rationem.*

DIcẽdum eſſet hic, quare incæperit librum iſtum ab iſtis diffinitionibus & diuiſionibus, & regulis ſequentibus Ante prædicamenta, & quis inter hæc ordo ſit.Sed quoniã ratio ordinis abſq; ordinatorum notitia non percipitur,& nouitiis loquimur:iõ differemus hæc vſque ad finem huius primæ partis, interim autem ſingula exponere ſufficiat.Et quoniã à tanto Philoſopho diffinitiones iſtę datæ ſunt,ſingula notanda ſunt verba antiquos expoſitores imitando. Aequiuoca ergo diuerſis reſpectibus & nomina,& res ſignificare dicũtur.Dicitur enim nomen aliquod æquiuocum, quia ſignificat plura ſm diuerſas rationes,vt ly canis, ſignificat cœleſtem,marinum,atq; terreſtrem canem,ipſæ vero res ſignificatæ dicuntur æquiuocæ, non quia ſignificant,ſed quia ſignificantur,vnico vocabulo diuerſis rationibus: vt ſydus illud,& piſcis,& aĩal latrabile æquiuoca appellantur.Vnde ipſum nomẽ appellare cõſueuit ęquiuocũ æquiuocans,res vero æquiuoca ęquiuocata,& qa Ariſt. res eſt adunaturus,vt ſtant ſub incomplexis conceptib. vt dictum eſt,ideo à rebus incæpit,intendens per æquiuoca,æquiuoca æquiuocata, vnde & coactus eſt in numero plurali æquiuoca diffinire,eo ꝙ res vna ęquiuocationis capax nõ eſt ſine altera;oportet.n.ad minus duas res ſignificari vno nomine, vt æquiuocatio eſſe poſſit. Signanter quoque dixit,dicunt, & non dixit ſunt,quia rebus non conuenit æquiuocari,vt ſunt in rerum natura,ſed vt ſunt in vocibus noſtris. Aequiuocari.n.præſupponit vocari,quod rebus ex nominibus accidit. Ly nomen,non accipitur hic prout eſt vna pars orationis diſtincta cõtra verbum,participium,&c. quoniam etiam in uerbis & participiis, &c. æquiuocatio inuenitur,ſed ſumitur nomẽ pro voce ſignificatiua ad placitum, quæ dicitur nomen,quaſi notamen,i.mentis nota. Verbum enim & vniuerſaliter omnis hominis vox, inquantum abſolute ſignificat rem aliquã,nomen dicitur ab Ariſt. in 1.Periherm. Ly ſolum non excludit omnia alia à no- Cap.3. mine,ſed ratione eius tãtum, de qua ſubdit ꝙ eſt diuerſa,nihil ſiquidem obſtat æquiuocis, ſi eis & nomen cõmune,& multa alia communia ſint, dummodo rationẽ nominis communem non habeant.Ly ratio,licet multipliciter ſumi poſſit,hic ſumitur non pro diffinitione, quoniam res generaliſſimæ,ęquiuoca dici non poſſent, eo ꝙ diffinitione carent, ſed ſumitur pro conceptu ſignificato per nomen, qui in habentibus diffinitionem eſt diffinitio ipſa, in non habentibus vero diffinitionẽ ratio,quam ſignificat nomẽ vocatur, & nihil aliud eſt, quam id quod directe ſignificatur per nomen.Ly ſubſtantię,ſumitur pro quidditate:ita ꝙ idem eſt dicere ratio ſubſtantiæ,& ratio quidditatis. Ly ſecundum illud nomen,determinat ly ratio ſubſtantiæ:quoniam nõ de quacunque ratione ſubſtantiæ ipſorum æquiuocorum ſermo eſt,ſed de ea ratione ſubſtantiæ,quę ſignificatur in eis per illud nomen commune, in quo æquiuocãtur: & quoniam illa eſt,quę reſpondetur ad interrogationẽ factam per quid,eſt quæuis illarum rerum, ut ſignificatur nomine illo communi.v g. quid eſt animal latrabile,inquantum canis,quid eſt piſcis ille inquãtum canis, &c.ideo talis ratio dicta eſt ratio ſubſtantiæ,ideſt quidditatis illorum æquiuocorum non abſolute, ſed ſecundum illud nomen.Reſponſio nanque ad quid quidditatis ratio recte dicitur,ly diuerſa, non coarctatur ad diuerſitatem ſimpliciter,ſed communiter accipitur & cõprehendit ſub ſe diuerſitatem ſimpliciter;uel ſecũdum quid,totaliter uel partialiter,ita ꝙ æquiuoca dicuntur; & illa quorum ratio ſecundum illud nomen commune eſt penitus diuerſa;& illa, quorum ratio ſecũdum illud nomen commune eſt aliquo modo diuerſa.Et propter hoc caue ne dixeris hic eſſe diffinita tantum pure æquiuoca,quæ alio vocabulo dicuntur æquiuoca à caſu, ſed dicito,æquiuoca in communi, ut comprehendunt analoga,quæ æquiuoca a cõſilio ſunt,& pure æquiuoca diffiniri, & ꝙ pure æquiuocis conuenit habere rationem ſubſtãtiæ diuerſam penitus, analogis uero diuerſam aliquo modo.Suadetur autem hanc eſſe mentem Ariſ.tũ ex exemplo ſubiũcto,qm̃ homo uerus & homo pictus, modo pure æquiuoce dicũtur animal. Sed æquiuocatione a conſilio ſeu analogice, ut patet ex rationibus eorũ ſm illud nomen,quoniam nõ ſunt penitus diuerſæ, ſed aliquo modo eædem.Quærenti.n.quid eſt homo ſecundum ꝙ animal? reſpondetur ꝙ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis.Quærenti autem quid eſt homo pictus ſecundum ꝙ animal?reſpondetur ꝙ eſt imago ſubſtãtiæ animatæ ſenſibilis,ubi expreſſe apparet rationes non eſſe penitus,ſed aliquo modo diuerſas. Tum ex intentione operis, quoniam ad quodcunque ordinetur communiter aſſeritur ꝙ intẽdit diffinire hic res,ut adunãtur ſub uocibus tranſcendentibus, quas conſtat non pure æquiuocas,ſed analogas eſſe. Quot autem modis contingat uariari analogiam & quomodo, nunc quoniam ſummarie loquimur,ſilentio pertranſibimus, ſpecialem de hoc tractatum ſi Deo placuerit, cito confecturi. Eſt igitur ſenſus totius diffinitionis, quòd æquiuoca æquiuocata dicuntur illa entia, quæ ſignificantur uno quidem nomine, ſed ſecundum illud unum nomen non habent unum conceptum,ſed diuerſos ſimpliciter, uel ſecundum quid,&c.

*Vniuoca dicuntur,quorũ nomen commune eſt,& ſecundum nomen eadẽ ratio ſubſtantia; vt animal homo, atque bos:communi enim nomine vtraq; animalia nũcupantur,& eſt ſubſtantiæ ratio eadẽ.Siquis enim aſſignet*

vtriuſque

*vtriuſque rationem quid vtrunque ſit, quo animal eſt, eandem aſſignabit rationem.*

Tota iſta diffinitio intelligenda eſt ſicut præcedens, excepta vltima particula. Eſt ſiquidẽ duplex vniuocũ, ſcilicet vniuocãs vniuocatũ, & de vniuocatis eſt modo ſermo: & in numero plurali, &c. ſicut ſuperius expoſuimus: vltima autem particula (.ſ. ly eadẽ) non dicit identitatem ſimpliciter, vel ſecundum quid; ſed idẽtitatem ſimpliciter, ita quod licet ad æquiuocationem ſufficiat qualiſcunque diuerſitas rationis ſecundum illud nomẽ ad vniuocationem tñ non ſufficiat qualiſcunque identitas rationis ſecundum illud nomen, ſed exigitur quòd ratio vniuocatorũ, quæ attenditur penes illud nomen, in quo vniuocãtur, ſit totaliter eadem, & nihil plus aut minus includat vnum quam reliquum in ratione illius nominis. Fundamentalis vero ratio huius eſt, quia malum cõtingit omnifariam ex particularibus defectibus, bonum autem vno modo ex cauſa integra; vt Ariſt. & Dionyſ. docẽt. Ad pulchritudinem ſiquidem hominis requiritur: ꝙ omnia membra conſonent, ad turpitudinem vero ſufficit vnius membri, puta oculorum deformitas: ęquiuocatio autem ex parte mali ſe tenet, quoniã diuerſitatem ſequitur, quæ in alloſtogia malorum eſt: & ideo ſiue ſit diuerſitas ſimpliciter, ſiue aliquo modo, Patet primo Metap. ęquiuocatio fit. Vniuocatio vero, quoniam vnitatem ſequitur, quæ in bonorum coordinatione eſt, non conſurgit niſi omni diuerſitate ablata, totaliter eadem ſit ratio vniuocatorum ſecundum vniuocum nomen, vt animal nomen commune, & vniuocum eſt homini & boui, quoniam tam homo quam bos animal uocatur, & ratio eorum inquãtum animalis nomen habẽt, eadem totaliter eſt. Quærenti .n. quid eſt homo ſecundum ꝙ eſt animal, reſpondetur ſubſtantia animata ſenſibilis. Quęrenti quoque quid eſt bos ſecundum ꝙ eſt animal, reſpondetur ſubſtãtia animata ſenſibilis. Vbi apparet omnino eandem redditam rationem ſecundum uniuocum nomen. Aduerte hic ne imbuaris ignorantia prauæ diſpoſitionis, ꝙ gloſſa iſta, quæ unde uenerit neſcio, ſcilicet uniuoca dicuntur, quorum ratio eſt eadem, & æqualiter participata, deſtruit textum; quoniam uere uniuoca ſub æquiuocis ponit, & à logica ueritate aliena eſt: quoniam ad uniuocationem ſecũdum ueritatem, & Albertum hic & S. Tho. 4. Meta. lect. prima. ſufficit omnimoda indiſtinctio uniuocatorum in conceptu nominis uniuoci: & in hoc oẽs antiqui, quos uidi, conſentiunt, nec puto aliunde ortam gloſſam hanc quam ex incomprehenſione unitatis analogicæ. Dicito ergo tu analoga ſub æquiuocis comprehendi, & his chimeris mentem ne impleas. Aduertendum quoque diligenter eſt, ꝙ ſtantibus omnibus ſupradictis, adhuc diffinitio illa habet duplicem habitudinem, quæ intelligi poteſt eſſe inter uniuocata, & ly ſubſtãtiæ, poſitum in diffinitione eorum. Poteſt enim intelligi primo, ut ly ſubſtantiæ denotet ſubſtantiam .i. quidditatem ipſorum uniuocatorum: ita ꝙ ad uniuocationem requiratur, ꝙ ratio ſignificata per illud nomen commune, ſit ratio id eſt conceptus non eorum quæ ſunt extra quidditates uniuocatorum, ſed ſit ratio ſubſtantiæ .i. quidditatis eorum; & ſic ly ratio conditionatur hinc & inde; & ex parte ſiquidẽ nominis, quia debet eſſe ſignificata directe: & primo per illud nomen commune, & propter hoc apponitur ly ſecundum nomen. Ex parte uero rerum, quia debet eſſe intrinſeca, ſeu eſſentialis illi: & propter hoc apponitur ly ſubſtantiæ. Alio modo intelligi, ut ly ſubſtantiæ non denotet quidditatem rerum uniuocatarũ in ſe, ſed quidditatem earum, ut habent id, quod per illud commune nomen ſignificatur; ſiue illud ſit ſubſtantiale, ſiue accidentale illis uniuocatis, & ſic nõ ſolum ly ratio, ſed hoc totum, quod dico, ratio ſubſtantiæ, cõditionatur per ly ſecundum nomen, & ad uniuocationem ſufficit ꝙ aliqua duo conueniant in aliquo nomine. Et, ꝙ ut induũt illud nomen, habeant eundem omnino conceptum, ſiue ille conceptus ſit eſſentialis illis, ſiue accidentalis: iſte ſecundus ſenſus extendit diffinitionem hanc ad omnẽ uniuocationem, ita ꝙ ſecundum eum boui & leoni animal eſt uniuocum, & coloratum, & magnũ & pulchrũ, & uideri & audiri, & breuiter comprehenditur ſub iſta diffinitione uniuocatio eſſentialis & accidentalis per ſe & per accidẽs, intrinſeca & extrinſeca, primus uero ſenſus diffinitionem hãc extra eſſentialiter uniuoca nõ trahit, qualia ſunt genera, differentiæ, ſpecies. Secũdus rurſus ſenſus dignus Ariſtotelis intentione uidetur, quia uniuerſaliter comprehẽdit uniuoca. Sed mihi apparet, ꝙ primus ſenſus ſit ſecundum intentionem eius; quoniam infra, in prædicamento ſubſtantiæ dicet, accidentia non prædicari ſecundum nomen & rationẽ de ſubſtantia, quod nihil aliud eſt quam dicere, ꝙ non prædicantur uniuoce per locum a diffinitione ad diffinitum: & rurſus ponet proprietatem ſubſtantiarum ſecundarum & differentiarum earum, uniuoce prædicari de primis, quod falſum eſſet; ſi uniuocatione ſic amplo uocabulo uteretur, & præſertim, quia ibi remittit ſe ad hanc diffinitionem. Accedit ad hęc: ꝙ uniuoca communi uocabulo non conſueuimus dicere niſi eſſentialiter uniuoca, quod ex hoc uno percipi poteſt, quia diſputantes utrũ prædicamenta habeant aliquod commune uniuocum, abſque diſtinctione intelligimus de uniuocatione eſſẽtiali, quoniam de accidentali nullus dubitat quaſi uniuoca accidentaliter non ſint uniuoca niſi ſecũdũ quid. Vnde dicendum eſt, ꝙ primus ſenſus eſt intentus ab Ariſt. nec tamen erat opus aliter diffinire uniuoca accidẽtaliter, quia ex iſta diffinitione facillime ſumitur omnium uniuocorum ratio: diffinitis .n. uniuocis ſimpliciter, facile eſt determinare quid ſint quodammodo, ſeu ſecundum quid uniuoca, &c.

*Denominatiua vero dicuntur, quæcunque ab aliquo* ſolo differentia caſu ſecũdum nomen habent appellationẽ, vt à grãmatica grãmaticus, & à fortitudine fortis.* * Non hẽnt cod. aliqui.

Tria ſunt in denominatione, ſ. forma denominans, res denominata, & ipſum denominatiuũ, forma, à qua res denominatur, eſt ut albedo, a qua res illa dicitur alba, & grammatica, a qua homo grãmaticus dicitur, & huiuſmodi: res denominata eſt ſubiectum, quod ab illa forma dicitur tale, ut homo, lignum, &c. Denominatiuum autem eſt illud met ens, quod eſt forma denominatiuum: ut ſignificatum nomine deſcendente, a nomine proprio formæ denominantis, ut album, fortis, grãmaticus. Dimiſſis ergo denominantibus, & denominatis, denominatiua diffiniuit, pluraliter quidem, non quia denominatio in uno non ſaluetur, ſed ad multitudinem eorum deſignandum, ab una forma denominante oriẽtem, ut a iuſtitia iuſtus, iuſti, iuſtum, &c. (Dicũtur uero) addidit eadem, qua ſuperius ratione, quia .ſ. entia denominatiua non ſunt, ſed dicuntur. Tribus autem cõditionibus diffiniuit denominatiua. Prima eſt, ꝙ habent appellationem ſecundum nomen ab aliquo. Secunda eſt, ꝙ differant caſu ab illo. Tertia eſt, ꝙ ſolo prædicto caſu differãt ab illo. prima nihil aliud ſonat niſi, quòd denominatiuum debet deriuari ab illa forma denominante ſm nomen, non ita quod nomen denominatiuũ oporteat formari ſecundum uocem a nomine formæ denominatis, cum hoc plerunque falſum ſit, quoniam iuſtitia a iuſtus uenit ſecundum eius formationem, & non e conuerſo, & grammatici negotii eſt tractare de huiuſmodi nominum deriuationibus, puta ꝙ a genitiuo huius nominis iuſtus, addito tia, formatur iuſtitia & huiuſmodi, ſed ita quod oportet nomen denominatiuum deriuari a nomine formæ denominatis ſecundum naturam; ſicut enim prius naturaliter res eſt ſecundum ſe quam ſecundum ꝙ alteri adiacet, quia adiacere alteri nõ poteſt, quod in ſe nõ eſt, ita prius naturaliter eſt no

mea

men formæ denominãtis, puta albedo, quod ſignificat ipſam albedinem ſm ſe, quam nomẽ denominatiuum, puta album, quod ſignificat albedinẽ, vt in ſubiecto poſitã; & ſicut a cauſa naturaliter deriuatur ſuus proprius effectus, ita a nomine formæ denominantis, quod ſignificat eãm, naturaliter venit denominatiuum, quod importat eius effectũ. albedo.n. cã formalis eſt eius, quod eſt eſſe album, albedo.n. non cauſatur ab albo, ſed albũ aliquid ideo & eſt & dicitur, quia albedinem habet, pp quod denominatiuum merito dicitur, nõ.n. aliunde habetur à nomine quod ſubſtratam rem nominet talem, niſi quia ab ipſo denominante, cuius effectus proprius eſt, illud eſſe tale noſcitur ſm naturæ ordinem. Secunda vero conditio.ſ. q differant caſu; inſinuat qđ denominatiua dñt differre à nomine formæ denominantis caſu in fine vocis. i. in transfiguratione ſeu flexione vocis, vt ly albũ differt a ly albedo, & ly grammaticus a grammatica, &c. Tertia autem conditio.ſ. q non aliter differant, ſed caſu ſolo: oſtendit q non debet denominatiuum differre a nomine formæ denominantis in ſignificatione; hoc.n. eſſet differre non ſolo caſu, ſed ſignificatione ẽt, & conſequenter diffinitione & eſſentia

In prædicamento ſubſtantiæ.

idẽ ſignificat albũ & albedo; qm (vt infra dicet Ariſt.) album puram qualitatem ſignificat. differentia autẽ in modo ſignificandi inuenta inter denominatiuum & denominans non excluditur per ly ſolo caſu, qm talis differentia comes eſt differentię ſm caſum. regula aũt generalis eſt, quod dictio excluſiua non excludit a concomitantibus. dicendo enim ſolus Socrates currit, non excluditur hoc riſibile a curſu. nec ocioſe has adunauit cõditiones Ariſto ſed ſingulas ad differẽtiam aliquorum poſuit. defectu enim primæ, ſtudioſus non dicitur denominatiuum virtutis, licet ſm rem a virtute veniat. Defectu vero ſecundæ, ly grammatica, cum de aliqua muliere dicitur, quod eſt grammatica denominatiuũ non eſt a grammatica veniens, vt Boetio placet; licet denominatiuum concedi poſſet, vt per accidens nõ inueniri differentiam caſus, Ariſtotelem vero docuiſſe id quod per ſe denominatiuis cõuenit. defectu autem tertiæ virtuoſus non eſt denominatiuũ virtutis. Et intelligenda ſunt hæc de denominatiuis pprie & ſtricte ideſt formaliter & ſimpliciter ſumptis, quibus Ariſt. hæc ſufficere putauit; licet poſteriores non ignobiles addendum putauerint, quod illud, à quo denominatiua habent appellationem ſm nomẽ, ſit aliud a re denominata, quorũ ſñiam propterea libenter ſequor, quia cõis vſus prædicationẽ denominatiuam cõtra identicam diſtinguere vr: & qa

Tex.c.8.

Ariſt. ipſe in 7. Metaphy. textu cõm. 8. ex natura prædicationis denominatiuæ materiam diſtinctam cõcludit eſſentialiter ah omnibus prædicamẽtorum naturis, vt expreſſe ibi à S. Tho. dicitur. Ne autem fateamur Ariſto. diminutum in hac diffinitione eſſe, vel dicamus, q quaſi per ſe notam hanc particulam ſubintelligendam reliquit, propterea quod ly denominatiua, ſonat quaſi noĩs datiua, non rationis. denominatiua enim nomen ſolum dant denominato, non rationem, qm prædicant tantum ſecundum nomen, & non ſecũdum rationẽ de eis. vel gloſſemus, ly habent appellationem non ſolum paſſiue, ſed etiam actiue ideſt quod appellentur ab aliquo, &c. & appellent aliud.ſ. denominatũ. appellare autem cum idem ſit quod nomen dare, oportet quod appellaus ſi pure appellans eſt, quod nomen tantum det ei, quod tali nomine appellatur, & conſequenter oportet quod ſit aliud ab eo. Qđ.n. dat nomẽ & rationẽ alicui intimum eſt illi, vt inferius, qñ hi termini declarabũ

A ſubſtantia fiunt denominationes.

tur, patebit. Vel ſm Albertum habent appellationem ideſt ad aliud applicationem. Verum ne fallaris cũ audis denominatiuum a forma denominante oriri, & credas pp formę vocabulum quod res denominãs debeat eſſe forma eius, quod denominatur; ſcito q formę noĩe in hac materia intelligimus omne id, quo aliquid dicit tale, ſiue illud ſit ſm rem accidens, ſiue ſubſtantia, ſiue materia, ſiue forma. non enim eſt minus denominatiua prædicato iſta.ſ. triãgulus eſt ligneus, vel vas eſt terreũ, quam iſta, homo eſt albus, venit ſiquidẽ a ligno ligneũ & à terra terreũ, ſicut ab albedine album. Aduerte quoque hic, quod licet denominatiuum infra latitudinem vniuocorum & æquiuocorum nominum materialiter claudatur. quia differt tamen ab eis ſecũdum rationem formalem, ideo diſtincta ſunt denominatiua contra ęquiuoca & vniuoca; album enim inquantum ab albedine venit, differens ſolo caſu denominatium eſt, inquãtum in pariete & ligno eſt ſecundum vnam rationem vniuocum eſt, licet accidentale; & ſimiliter ridens inquantum a riſu venit, &c. denominatiuum eſt, inquãtum vero ſecundum diuerſas rationes de homine & agro florente dicitur æquiuocum, &c.

*Eorum quæ dicuntur alia quidem ſecundum complexionem dicuntur, alia vero ſine complexione. & ea igitur ſecundum complexionem dicuntur, ſunt, homo currit, homo vincit, ea vero, quæ ſine complexione dicũtur, ſunt, vt homo, bos, currit, vin. it.*

.. Diffinitionibus tribus pręponendis iam completis; diuiſiones inchoat. Quarum prima eſt, eorum, quæ dñr .i. entium, quæ intellectu & voce dicuntur, quædam dicuntur ſine complexione, & quædam cum complexione. Vbi nota quod dici cum complexione contingit dupliciter. Vno modo cum verbo, vt homo currit, homo eſt albus. Alio modo ſine verbo: vt homo albus; & licet dici cum complexione principaliter ſonet complexionem verbalem, quia verbum ipſam compoſitionem importat, extendendum tamen eſt complexionis nomen in hoc loco ad complexionem etiam nominalem abſq; verbo; quoniam, vt expoſitores teſtãtur, hæc diuiſio ſeparat ea quæ per ſe ſunt in prædicamentis ab his, quæ non niſi per partes ſunt in eis; alibi autem ſunt & complexa verbaliter & ſine uerbo nihil enim horum vnicũ locum habet ſm ſe totum in prædicamento. homo. n. albus in duobus locatur generibus, & animal rationale duo loca in prædicamento ſubſtantiæ habet, generis.ſ. & differentiæ, ſi vt complexum ſumatur; ſi autem circũlocutiue ad deſignandum innominatum genus, tunc vocalis tantum complexio eſt non conceptuum, & iõ inter dicta ſine complexione numeratur. complexio.n. iſta & incomplexio, ſecundum conceptus, quibus ante dicuntur res quam vocibus, conſideranda eſt. Dictum enim eſt iam quod entia vt incomplexe concepta prædicamenta ingrediuntur. Eſt ergo ſenſus diuiſionis, qđ entium, quæ intellectu & voce dicuntur, quædam dicũtur ſine complexione conceptuum, & conſequenter vocum, niſi adſit impedimentum; quædam uero cum cõplexione conceptuum, & conſequenter uocum niſi per accidens ſimplici uocabulo reſpondendo, ſiue uerbaliter, ſiue ſine uerbo hæc fiat complexio, &c.

## Entium diuiſio, Cap. 2.

*EOrum quæ ſunt, alia de ſubiecto quodam dicuntur in ſubiecto vero nullo ſunt. vt homo de ſubiecto quidem dicitur aliquo homine, in ſubiecto autem nullo eſt. Alia autem in ſubiecto quidem ſunt, de ſubiecto autem nullo dicuntur. In ſubiecto autem eſſe dico, quod cũ ſit in aliquo, non ſicut quædam pars, impoſſibile eſt ſine eo eſſe in quo eſt, vt quædam grammatica in ſubiecto quidẽ eſt in anima, de ſubiecto vero nullo dicitur, & quoddam album in ſubiecto eſt corpore, omnis enim color in corpore eſt, de ſubiecto vero nullo dicitur. Alia vero de ſubiecto dicuntur, & in ſubiecto ſunt. vt ſcientia in ſubiecto quidem eſt in anima, de ſubiecto vero dicitur, vt de grammatica. Alia vero neque in ſubiecto ſunt neque de ſubiecto dicuntur. vt aliquis homo*

*vel aliquis equus. nihil enim horum neque in ſubiecto eſt, neq; de ſubiecto dicitur. Simpliciter autem quæ ſunt indiuidua & vnum numero de nullo ſubiecto dicuntur, in ſubiecto autem nihil prohibet ea eſſe, quædam enim grammatica in ſubiecto eſt, & de ſubiecto nullo dicitur.*

SEcunda diuiſio ponitur hic, in qua notandum eſt, ꝙ quatuor res ſunt, duæ reales, & duæ rationis, ſecãtes vniuerſitatem eorum, quæ in prædicamentis ſunt, ſ. ſubſtãtialitas, & accidentalitas. vniuerſalitas, & particularitas. oẽ. n. qđ eſt in prædicamento, aut eſt ſubſtantia, aut eſt accidens: & iterum, aut eſt vniuerſale, aut particulare. hæc aũt quatuor ſingulis cõicata incedunt proprietatibus inſeparabilibus. ſubſtantialitatem ſequitur non eſſe in ſubiecto, accidentalitatem eſſe in ſubiecto: vniuerſalitatem dici de ſubiecto, particularitatem non dici de ſubiecto. Nec ꝑtereas, quin conſideres, aptum cuique eſſe comitẽ, & ſui ordinis: res. n. reales eſſe, aut non eſſe in ſubiecto: res vero rõnis dici aut non dici de ſubiecto ſociatæ ſunt. Quamuis autem quatuor ſupradicta diſparata ſint propriisque gaudeant ſociis, nec vnquam eas ſerant, nec deſerantur ab eis, adunantur tñ adinuicem, non quodlibet cum quolibet, ſed vtrunque illorũ realiũ cum vtroq; iſtorũ rõnis; ita ꝙ ex tali coniũctione quatuor conſtituuntur, in quæ vnica diuiſione oĩa contẽta in prædicamentis diſtinguũtur. coniungitur primo ſubſtantialitas cum vniuerſalitate, & conſtituitur ſubſtantia vniuerſalis: deinde cum particularitate, & conſtituiť ſubſtantia particularis. Coniungitur ſcđo accidẽtalitas cum vniuerſalitate, & conſtituitur accidens vniuerſale: deinde cum particularitate, & conſtituitur accidens particulare; ſicque oĩa contenta in omnibus generibus habemus: omne ſiquidem quod in gñe eſt, aut eſt ſubſtantia vniuerſalis, aut particularis: aut accidens vniuerſale, aut particulare. Et qm̃ coniunctio iſtorum ( vt dictum eſt) non ſeparat a comitibus eorum, oportet quodlibet eorum conſtitutorum habere duos comites: & vt exemplariter dicať, ſubſtãtia vniuerſalis comitatur à nõ eſſe in ſubiecto, & a dici de ſubiecto. rõne. n. ſubſtantialitatis non eſt in ſubiecto, rõne vero vniuerſalitatis dŕ de ſubiecto: & hoc eſt primum mẽbrum diuiſionis in textu factæ. Subſtantia autem particularis comitatur a nõ eſſe in ſubiecto ratione ſubſtantialitatis, & a nõ dici de ſubiecto ratione particularitatis: & hoc eſt quartũ mẽbrum diuiſionis. Accidẽs vero vniuerſale comitatur ab eſſe in ſubiecto ratione accidentalitatis, & a dici de ſubiecto ratione vniuerſalitatis, & hoc eſt tertium membrum diuiſionis. Accidens tandem particulare comitať ab eſſe in ſubiecto ratione accidentalitatis, & à non dici de ſubiecto ratione particularitatis, & hoc eſt ſecundum membrum diuiſionis. Clara igitur ex dictis iã redditur diuiſio Ariſt. Dixit ſiquidem, eorum quæ ſunt, & non dixit eorum, quæ dñr, quia diuiſio hæc rerum eſt non vocum, licet non tota realis. Quatuor vero mẽbra diuiſionis fecit, & diffiniuit ſingula binis proprietatibus, propter ea, q̃ dicta ſunt. Vnde ſenſus diuiſionis eſt, eorum, quæ ſunt, alia ſunt ſubſtantiæ vniuerſales, vt homo, animal, &c. alia ſubſtantiæ particulares, vt hic hõ, hic bos, &c. alia accidentia vniuerſalia, vt albedo, figura; alia accidentia particularia, vt hæc albedo; hic triangulus, &c. ſed alio ordine in textu numerantur. Ad euidentiam autem terminorũ in proprietatibus aſſumptorum ſciendum eſt, quod ſubiecti nomen æquiuoce ſumitur, quando coniungitur cum eſſe vel non eſſe, & qñ coniungitur cum dici aut non dici. cum. n. dicitur, eſt vel non eſt in ſubiecto, intelligitur de ſubiecto inhæſionis, cum autem audis, dicitur vel nõ dicitur de ſubiecto, intellige de ſubiecto ideſt inferiori; ita quod illud eſſe vocatur in ſubiecto quod inhæret; ſicut albedo inhęret parieti, & vniuerſaliter omne accidens: & per oppoſitũ nõ eſſe in ſubiecto quod nulli inhæret, vt hõ, & vniuerſaliter omnis ſubſtantia; illud autem vocatur dici de ſubiecto, quod habet ſub ſe aliquod inferius, de quo prædicetur, vt animal, homo, albedo, quãtitas, &c. & vniuerſaliter omne vniuerſale ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidẽs. Et per oppoſitum non dici de ſubiecto quod nullũ habet ſub ſe inferius, vt hic homo, & hæc albedo; & vniuerſaliter omne indiuiduum tam ſubſtantiæ quam accidentis. Et quoniam Ariſtot. ſolicitus fuit circa illũ terminum eſſe in ſubiecto, ipſumq; diffiniuit ſtatim poſt ſecundum diuiſionis membrum, enucleanda eſt diffinitio illa, quoniam valde vtilis eſt. Ait ipſe, in ſubiecto eſſe dico, quod cum ſit in aliquo, non ſicut pars quædam, impoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt. Vbi quoniam vt Text. c. 13. ex. 4. Phyſicorum habetur, octo ſunt modi eſſendi, qui in his verſibus notantur.

Inſunt pars, totum, ſpecies, genus. M. quoque forma.
Rex in regno, res in fine, locoque locatum.

Tres particulas appoſuit quibus hic modus ab aliis ſeparetur: prima ſiquidem particula. ſ. cum ſit in aliquo, põt dupliciter intelligi. Vno mõ vt intelligatur de eſſe in aliquo realiter diſtincto, & ſic ponitur ad differentiã duorum modorum eſſendi in. ſ. ſpeciei in genere, & generis in ſpecie. Alio mõ põt intelligi in cõi de eſſe in aliquo, quouis modo hoc cõtingat, & ſic accipiendum eſt loco generis in diffinitione hac. Secunda vero particula non ſicut pars extendenda eſt iuxta ſecũdum ſenſum primæ particulæ ad oẽm partẽ. ſ. integralem, eſſentialẽ, ſubiectiuam & diffinitiuam; & intelligendũ eſt ꝙ trahat ſecum oppoſitum modum, quo. ſ. totum eſt in parte, & ſic ponitur ad differentiam quatuor modorum eſſendi in, ſ. partis in toto, & totius in parte, & generis in ſpecie & ſpeciei in genere, qm̃ hi duo modi ad primos reducuntur ut ex ſecundo. c. Porphyrii patet. Supra c. 2. Si autem ſequi volumus primam expoſitionem primę particulę, ſufficit, quod hæc ſecunda particula excludat duos modos ſcilicet partis in toto, & totius in parte. Tertia autẽ particula ſcilicet & impoſſibile eſt eſſe ſine illo in quo eſt, dupliciter intelligi poteſt. Vno modo ſic, impoſſibile eſt eſſe ſine illo, in quo eſt ideſt impoſſibile eſt eſſe non exiſtente illo in quo eſt, & hic ſenſus non intendiť ex iſtis verbis; quoniam iuxta hunc ſenſum totum vniuerſum eſſet in ſubiecto, quoniam eſt in aliquo. ſ. in primo ente, nõ ſicut pars, & impoſſibile eſt eſſe, primo ente non exiſtente; quod autem totum vniuerſum ſit in Deo ſaltem ſicut in fine, à nullo negatur, & conſequenter modus, quo res eſt in fine, non diſtingueretur a modo, quo res eſt in ſubiecto. Alio mõ poteſt intelligi ſic, & impoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt ideſt impoſſibile eſt exiſtere ſeparatum ab eo in quo eſt. & hic ſenſus eſt hic intentus, & ponitur iſta particula ad differentiã trium modorum eſſendi in, ſcilicet effectus in efficiente, rei in fine, & locati in loco. hæc enim omnia, licet in aliquo ſint & non ſicut pars, poſſunt tamen eſſe ſeparata ab eis, in quibus ſunt, vt patet. Sed occurrit dubium tunc non diſſimulandum, & eſt tale; aut hic diffinitur eſſe in ſubiecto, prout eſt commune ad eſſe in ſubiecto formæ ſubſtantialis. i. in materia, & ad eſſe in ſubiecto formæ accidentalis. i. in compoſitio, aut non diffinitur eſſe in ſubiecto ita cõiter ſumptum, ſed proprie, vt. ſ. cõuenit tantum formę accidentali. Si dicatur ꝙ diffinitur eſſe in ſubiecto primo modo, ſequitur primo quod accidentalitati Ariſt. non iunxerit proprium comitẽ, ſed communem ſibi & formæ ſubſtantiali, cæteris autẽ ꝓprios comites dederit, quod arti non cõſonat; ſequitur ſecundo, ꝙ ſub ſecũdo & tertio mẽbro diuiſionis clauduntur non ſolum accidentia, ſed formæ ſubſtantiales, quoniam ſunt in ſubiecto & dicuntur de ſubiecto, ſi ſunt uniuerſales, & ſunt in ſubiecto & nõ dñr de ſubiecto ſi ſunt particulares. hoc autem omnium expoſitorum aures offendit, quoniam unanimiter dicunt accidẽtia ſola in illis claudi membris. Si autem dicatur, quod hic diffinitur eſſe in ſubiecto, quemadmodum accidẽs

eſt in

eſt in ſubiecto, oſtendendum reſtat, quõ diſſinitio iſta fuerit aſſignata ſufficienter, qm̃ non apparet per quam particulá modus ille excludatur, immo tota diſſinitio conuenit formę ſubſtantiali, puta formæ lapidis: qm̃ eſt in aliquo. ſ. in materia, & non ſicut pars eius, qm̃ forma non eſt pars materiæ, & impoſſibile eſt quod ſit ſeparata a materia. Nec recurras ad potentiam diuinam, quoniam loqmur de poſſibili & impoſſibili ſm̃ curſum naturalem rerum, iam cum dicitur quod accidens nõ põt eſſe ſine ſubiecto, quam cum dicitur quod forma nõ poteſt eſſe ſine materia. Ad hoc dubium dicitur, quod hic diſſinitur eſſe in ſubiecto vt eſt proprietas accidentis, & quod ex qualibet illarum trium particularium diſſinitionis poteſt ſumi differentia inter eſſe in ſubiecto & eſſe formæ ſubſtantialis in materia. primo poteſt ſumi ex ly aliquo. Dicit namq; Auer. quod Ariſt. in hoc lib. contentus eſt ſermone famoſo, ſm̃ quem ſubiectũ ſenſibile aliquid eſſe diſcernitur, materia autem prima nequaquam, cum etiam ſapientes de illa dicant, quod non eſt quid, neque quale, neque quantum: & ideo dicẽs cũ ſit in aliquo. i. in ſubiecto ſenſibili, excludit modũ quo forma ſubſtantialis, ineſt qm̃ vt dr̃ in lib. de Generatione, generatio ad formam ſubſtãtialem eſt mutatio nullo ſenſibili remanente, accidens autẽ ſubiectum habet ſenſibile. Secundo poteſt ſumi ex ly, non ſicut pars, & dupliciter hic ſumi poteſt, qm̃ forma ſubſtantialis, etſi non ſit in materia ſicut pars in toto, eſt tamen in materia exiſtente, ſicut pars in toto, qm̃ eſt de eſſentia eius, accidens autem neque eſt pars ſubiecti exiſtentis; deinde, qm̃ forma ſubſtantialis eſt etiam in ipſa materia ſicut pars, non quidem in toto, ſed in parte, accidens autem eſt in ſubiecto neque vt pars in toto, neque vt pars in parte; qm̃ ex accidente & ſubiecto non reſultat vnũ totũ, ſicut ex materia & forma. Tertio poteſt ſumi (ex ly impoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt) qm̃ formę ſubſtantiali vt ſic non repugnat eſſe ſine materia, aliter oĩ formæ ſubſtantiali repugnaret ſeparari a materia, qđ in anima humana ſalſum oſtenditur, licet aliunde ei repugnet, puta quia eſt materialis, & conſequenter iſta ꝓpoſitio eſt ſalſa formaliter loquendo, formam ſubſtãtialem impoſſibile eſt eſſe ſine materia, accidenti autẽ vt ſic repugnat eſſe ſine ſubiecto; & iõ formaliter & ſimpliciter verum eſt, accidens nõ poſſe eſſe ſine ſubiecto. Et qm̃ ſermonem Ariſt. conſtat eſſe formalem, habemus differentiam inter eſſe in ſubiecto, & eſſe in materia formaliter loquẽdo. Et ſic patet tota diffinitio eius quod eſt eſſe in ſubiecto. Quod ſi nouitius cõcludat, ergo hic modus eſſendi in quo accidens eſt in ſubiecto extraneus eſt, ab illis octo ſupra poſitis. Dicto, ꝙ extraneus nõ eſt, ſed pars ſubiectiua quinti modi eſt, in quo largo vocabulo materia extenditur ad ſubſtratum formæ ſubſtantiali & accidentali &c.

1. de gener. T.c.2.3.

## Prædicatorum eſſentialium regula. Cap. 3.

*QVando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto, quæcunque de eo quod prædicatur dicuntur; omnia etiam de ſubiecto dicuntur. vt homo prædicatur de quodam homine, animal vero de homine, ergo & de quodam homine animal prædicabitur. quidam enim homo, & homo eſt, & animal.*

POſt diuiſionis regulas duas ſubdit, quarũ prima eſt hæc, quando aliqua duo ſic ſe habẽt, quod alterum eorum prædicatur de reliquo, vt de ſubiecto idest ſicut ſuperius de inferiori, quæcunque dñr de illo prædicato ſuperiori, dñr etiam de eius inferiori ſubiecto. vt Socrates & homo, quia ita ſe habent quod homo dicitur de Socrate, vt de inferiori ſubiecto, oportet quod aĩal qđ dicitur de homine, dicatur. etiã de Socrate: dicimus. n. de Socrate & quod eſt homo & quod eſt animal. Notãdum eſt hic, quod Ariſtoteles notanter appoſuit in hac regula ly, vt de ſubiecto; qm̃ abſque illa particula regula iſta eſt locus ſophiſticus fundatus in ſallacia accidentis, cum iſta vero particula ordinem docet prædicamentalem, ſecunda tñ prædicatione exiſtente eſſentiali; ita quod ad intellectum iſtius regulæ oportet concurrere duas prædicationes eſſentiales licet Ariſt. primã tm̃ explicet; neceſſarium ſiquidem eſt quod primo prędicatũ ſit ſuperius ſubiecto, & quod illud tertium, quod de anteriori prædicato dicitur eſſentialiter de illo dicatur, ſiue vt genus, ſiue vt differentia. Poteſt tamen extendi regula iſta etiam ad prædicationes nõ eſſentiales, ſed nõ eſt præſentis intentionis; qm̃ hic nõ intendimus niſi de eſſentiali habitudine eorum, quæ in prædicamẽto ſunt: ſufficiat ergo hic literalem gloſſam habere, ꝙ. ſ. cũ dr̃ quæcunque de eo quod prædicatur dñr, intelligitur eſſentialiter. & hoc ſiquidẽ intellectu ſeruato omnes ſophiſticę obiectiones. ſ. So. eſt hõ, hõ eſt ſpecies; ergo Socrates eſt ſpecies, & ſimiliter hõ eſt aĩal; aĩal eſt genus: & ſi quæ ſunt aliæ, facile ſoluuntur, aduertendo, qđ ſecunda prædicatio non eſt eſſentialis, neque per ſe, &c.

## Quomodo genera ſubalterna, à non ſubalternis diſtinguantur. Cap. 4.

*DIuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecies, & differentiæ, vt animalis & ſciẽtiæ. animalis quidem differentia ſunt, vt greſſibile & volatile, & bipes, ſcientiæ vero nulla harum eſt, neque enim ſcientia a ſcientia differt in eo quod eſt bipes. Subalternorum vero generum nihil prohibet eaſdem eſſe differentias, ſuperiora enim de inferioribus ꝓdicantur, quare quæcunque fuerunt prædicati differentiæ eædem & ſubiecti.*

HAec eſt ſecunda regula, in qua aduertẽdum eſt primo, quod textus cõiter legitur corrupte; legitur ſiquidem, ſpecies & dñæ, & debet legi, ſpecie differẽtiæ, vt patet ex commentis Boetii & Auerroris & ſubiunctis in textu, in quibus non ſpeciei memoria habet, ſed tantum differentiarum; ita quod regula eſt iſta, diuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpecie dñæ; & vocantur dñæ diuerſæ ſpecie, q̃ ſunt diuerſæ formaliter, & dictum eſt propter differentias diuerſas materialiter, ſicut ſunt ĩdifferẽtiæ diuiduales omnium prædicamentorum. Subalternatim aũt poſita genera, quamuis non proprie dicantur, niſi illa quorum vnum eſt ſub altero, ſequentia tñ cogunt, vt intelligamus, & ea, quorum vnum eſt ſub altero; & ea, q̃ ſunt ſub vno genere, ita ꝙ ſenſus eſt diuerſorum generum, quorum vnum non ponitur ſub altero, neq; ambo ſub vno tertio gñe, diuerſæ ſunt ſm̃ ſpeciẽ differentię. Cogimur autem ad hunc ſenſum, quoniam Ariſt. loquitur de differentiis per ſe quidem, ſed in cõi, ſiue conſtitutiuæ, ſiue diuiſiuæ ſint, quod patet ex eo quod declarando hanc regulam, ſubdidit exemplum in differentiis diuiſiuis animalis, & ſcientiæ, quæ ſunt genera, neque ſub inuicem poſita, neq; ſub vno tertio; & deinde aſſignãs rationem quare in regula appoſuit ly, & non ſubalternatim poſitorũ, dicit, hoc iõ factũ, qa nihil ꝓhibet ſubalternorũ generũ eſſe eaſdem differẽtias, quia ſuperiora de inferioribus prædicantur; & conſequenter quæcũque ſunt prædicati dñæ ſunt etiam ſubiecti dñæ. vbi expreſſe apparet, quod ad differentias conſtitutiuas generum ſe contulit. tales enim hæ ſunt, q̃ quia de ſuperioribus generibus prædicantur, oportet iuxta præcedẽtem regulam, quod de eorũ inferioribus prædicentur; & ſic eædem differentiæ, quæ ſunt conſtitutiuæ prædicati ſuperioris, intrant etiam conſtitutionem ſubiecti inferioris, verbi gratia, differentiæ conſtitutiuæ animalis, puta corporeum & ſenſibile ſunt etiam differentiæ intrinſecæ conſtituentes hominem, quoniam omnes differentię ſuperiorum ſunt etiam differentiæ inferiorum licet non econuerſo. Quia igitur Ariſtoteles regulã de-

Cap. t. 4.

clarando modo de diuiſiuis, modo de cōſtitutiuis dñiis ſermonem facit, oportet dicere, ꝗ de differentiis per ſe in communi locutus fuerit cum dixit, ꝗ diuerſorum generum, & nõ ſubalternatim poſitorum diuerſe ſunt ſpecie differentiæ, & ꝗ non per ſubalternatim poſita, intelligat ea genera, quę neque ſubinuicem, neque ſub tertio poſita ſunt. Si enim ſubinuicem poſita ſunt, habent neceſſario quaſdam differentias diuiſiuas eaſdem: quoniã quæ diuidunt inferius diuidunt ſuperius, & poſſunt habere quaſdam conſtitutiuas eaſdem, quãdo .ſ. neutrum eorum eſt generaliſſimum: tunc enim differentia ſuperioris cōſtitutiua eſt ẽt inferioris. Si vero ambo ſint ſub vno tertio, neque conſtitutiuas, neque diuiſiuas neceſſario habent eaſdem; quoniã poſſunt eſſe immediate ſub generaliſſimo, vt continuũ & diſcretum reſpectu quantitatis; poſſunt tamen habere quaſdã conſtitutiuas eaſdem, quãdo ſcilicet ſunt ſub vno ſubalterno, vt animal & planta ſub corpore animato; tunc enim differentiæ illius ſuperioris eædem communicantur vtriq; inferiorum: propterea Ariſt. negatiuo modo loquendi vſus eſt dicens, ſubalternorum vero nihil prohibet eaſdem eſſe dñias; contingentiam.n. quandam, quã declarauimus, inſinuare voluit. Et ſic finit prima pars huius operis. Vbi vt promiſſa ſeruemus reddenda eſt ratio præmiſſorũ.

Ratio omnium antepraedicamentorum.

QVoniam intendit, vt dictum eſt, adunare ordinateque diſtinguere omnia entia: hęc autẽ non adunantur & ordinantur abſolute, ſed vt incomplexe concepta, & conſequenter ſignificata per voces, quia voces ſunt propria conceptuum ſigna; ideo quatuor præmittenda erant; aliqua .ſ. declarãtia conditiones entium, vt ſignificantur per voces, & hæ ſunt tres diffinitiones, & prima diſtinctio, & aliqua declarantia quid ſint entia adunantia; vt cadunt ſub hac arte, & hæc ſunt ea, quę in ſecunda diuiſione dicuntur: & aliqua declarãtia habitudinem inter ſe eorum, quæ ſub vno genere adunantur, & hoc fit in prima regula in parte vltima ſecundæ regulæ: & aliqua declarantia diſtantiam eorum, quę adunantur in vno genere ab his, q̃ adunantur in altero, & hoc fit in vltima regula. Quinq; aũt conditiones entium, vt ſignificantur per conditiones explicauit .ſ. æquiuocationem, vniuocationem, denominationem, incomplexionem, & complexionem, quoniam ex horum notitia maximæ vtilitates doctrinæ huic proueniũt. Ex notitia nãque horum ſcimus primo, qũo acies intellectus ſm primam operationem figi debeat, qñ hæ voces offerũtur ſcimus nanque ꝗ æquiuocum non eſt ſimpliciter inſpiciendum, quia non habet vnum conceptum, vniuocum vero ſic. Denominatiuum vero licet extraneum quid adunare in ſui ſignificatiōe appareat, ſicut denominãs, tamen a quo venit videndum eſt, quoniam non differt ab eo niſi caſu, & ſeparatum habemus obiectum primę operationis dum incomplexum à complexo diſcernit. Et ex hoc dicimus ſecundo, quid adunandum vel quærendum in vno; & quid in plurimis generibus, aut locis ſit; æquiuoca.n. & incōplexa in pluribus generibus, vel locis neceſſario poſita, vniuoca autem & incomplexa in vno tantum nouimus, denominatiua uero denominans ſequi. Et ex hoc ſcimus tertio quam diuerſimode res ſub conceptibus & uocibus ẽt incomplexis adunantur .ſ. complexe & incomplexe, & hoc tripliciter .ſ. æquiuoce, uniuoce, uel denominatiue, & qualis ſit adunatio facienda in hac arte .ſ. ꝗ non ad æquiuoca, nec denominatiua, nec complexa, ſed incōplexa uniuoca. Et ex hoc ſcimus quarto, ꝗ oĩa genera adunari poſſunt ad unum non uniuocum, ſed æquiuocum, puta ens, & ꝗ omnia contenta ſub uno genere adunantur ad caput illius generis ut ad uniuocum, & ꝗ unum prædicamentum uniatur alteri per denominationẽ, & ꝗ incomplexa tãtum adunanda ſunt refutatis cōplexis, & breuiter multa alia ſcimus ex his, puta qũo .ſ. aliqua per ſe, aliqua reductiue ſunt in genere, & quomodo diuerſimode reducuntur æquoca, & denominatiua, & complexa, & qũo multiplex eſt prædicatio. His aũt præpoſitis & merito, qa voces ſunt ſigna rerum & priores quo ad nos quam res conceptæ, conſequẽs erat diffinire res, de quibus ſermo habendus eſt non ſimpliciter, ſed ut cadunt ſub hac arte, huiuſmodi autem ſunt res non abſolute ſumptæ, ſed indutæ quaſdã intentiones .i. ſubſtantia uniuerſalis, ſubſtantia particularis, accidens uniuerſale, & accidens particulare, & hoc ſubtiliter fecit diffiniens non ſecundum conditiones reales pure, nec ſecundum intẽtionales pure, ſed miſte, ut ſuperius declaratum fuit. Si ordinem uero quærẽs ſupradictorũ inter ſe, aduertas ꝗ incomplexum purum pręcedit incomplexum miſtum complexo & ideo poſt illa tria pure incomplexa, fuit poſita diſtinctio complexi ab incomplexo, æquiuoca autem proponuntur quia primi termini .ſ. ens & unum, &c. æquiuoci ſunt, uniuoca quoque ante denominatiua ſunt, quia denominatiua ab æquiuocis & uniuocis declinando ueniunt. Ordo autem & ſeruitium regularum ultimo poſitarum ſatis clare patent, quoniam prima regula ſingula in ſeipſis ordinat prædicamenta, ſecunda autem comparando unum alteri, &c. Vtilitates quoque ex his emanantes ſatis ex ſe in promptu ſunt, &c. In hoc c. 5.

## In decem prędicamẽta incomplexorum diuiſio, quorum nullum affirmationem, vel negationem conſtituit. Cap. 5.

*EOrum, quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur: vnumquodq; aut ſubſtantiã ſignificat, aut quãtum aut quale, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut ſitum, aut habere, aut agere, aut pati. Eſt aũt ſubſtãtia, vt in figura dicatur, vt homo, equus. Quantum, vt bicubitum tricubitum. Quale, vt album. Ad aliquid, vt duplum. Vbi vero, vt in foro. Quando autem, vt heri. Situm vero, vt ſedet: iacet. Habere, vt calceatum eſſe, armatũ, Agere: vt ſecare, vrere. Pati, ut ſecari, uri. Singula igitur eorum, quæ dicta ſunt, ipſa quidem ſecundum ſe in nulla affirmatione dicuntur, vel negatione; horum autem ad ſe inuicẽ complexione affirmatio fit, & negatio. Videtũ aũt omnis affirmatio vera, vel falſa eſſe; eorum autẽ, quę ſecundum nullam complexionem dicuntur, nullum neq; verum, neque falſum eſt; vt homo, album, &c.*

## Præfatio in Prædicamenta Ariſtotelis.

HIc incipit tradere doctrinam ipſorum prædicamẽtorum tali ordine. Primo enumerat omnia prædicamenta diuidendo ſecundum membrum primæ diuiſionis antepoſitæ .ſ. id quod ſine complexione dř .i. incōplexum, & dicit decem eſſe, quæ ſine complexione dicuntur .ſ. ſubſtantiam, quantitatem, &c. & exemplariter declarat ſingula, ut clare patet in textu Secundo declarat quandam proprietatem cōem omnibus iſtis .ſ. ꝗ ipſa ſm ſe .i. ſolitarie ſumpta, in nulla affirmatione dicuntur .i. ꝗ dicens quodcunque iſtorum ſigillatim nõ affirmat neque negat, ſed affirmatio fit coniungẽdo unum cum altero coniũctione uerbali. Et ſubdit perſuaſionẽ huius proprietatis talẽ: oĩs affirmatio uř uera, uel falſa eſſe, ſingula incōplexa non ſunt uera aut falſa; ergo ſingula incōplexa non dicũtur ſm affirmationẽ (probare non ſequitur maiorem, quia metaph. negotii opus eſt, & hic accipitur) ideo dixit, uidetur omnis affirmatio uera uel falſa, & non dixit, eſt, indubie tamen tenẽda eſt. minor autem patens eſt exemplariter. Tertio ad ſingula prædicamenta deſcendit, quatuor eorum diffuſe tractãs, ſex uero ultima ſuperficietenus tetigiſſe ſat eſſe putans; inchoat autem a ſubſtantia, quoniam primum genus & temporis & dignitatis ordine eſt, &c.

PRAE-

# PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS.

*Cum Thoma de Vio commentarijs.*

## Subſtantiæ diuiſio in primam & ſecundam, & eius proprietates. Cap. 1.

¶ Ad all. cod. eſt.

*Vbſtantia autem* quæ proprie & principaliter & maxime dicitur, quæ neque de ſubiecto aliquo dicitur, neque in ſubiecto aliquo eſt; vt aliquis homo, & aliquis equus.*

DVo principaliter docet circa prædicamentum ſubſtantiæ primo ea, quæ in ipſo continentur; ſecundo proprietates eorũ: pars prima diuiditur in quatuor, In prima docet quid ſit prima, & quid ſecunda ſubſtantia. In ſecunda comparat primas ſubſtantias omnibus alijs ibi, (Manifeſtum eſt autem.) In tertia comparat ſecundas ſubſtantias inter ſe, & primas inter ſe ibi (Secũdarum vero ſubſtantiarum.) In quarta reddit rationem eius, quod in prima parte dixerat de ſecundis ſubſtantiis ibi. (Merito igitur poſt principales ſubſtantias.) Antequam aũt textũ exponamus prælibandũ eſt, ꝙ Ariſt. mẽbra diuiſionis ſubſtãtiæ ponendo, diuiſionẽ inſinuauit ſubſtantiæ in primã & ſcđam, & ideo videndum eſt quid diuiditur, & qualis ſit iſta diuiſio. Subſtãtia põt accipi tripliciter. Vno mõ vt eſt primũ genus generaliſſimũ diſtinctũ ſuperius contra alia nouẽ gña, & ſic nõ ſumitur cũ diuiditur in primam & ſecundã: qm̃ ſubſtãtia quæ denominatur genus generaliſſimũ, eſt ſubſtantia ſecunda, quam conſtat nõ poſſe diuidi in primam & ſecundã. Secundo mõ ſumitur ſubſtãtia, vt eſt prima pars entium, q̃ ſunt in vniuerſo, vt diſtinguitur contra accidens; & ſic non ſumitur ſubſtantia cũ diuiditur contra accidens, ſi diuiſio ſufficiens eſſe debet: quoniam multa ſunt ſubſtantiæ iſto mõ, q̃ nec primæ, nec ſcđæ ſubſtantiæ ſunt, vt patet de partibus ſubſtantiæ & drĩis. Tertio mõ ſumitur ſubſtantia pro re directe exiſtente in linea recta ꝑdicamenti ſubſtãtię, non vt generis, aut ſpẽi, aut indiuidui rationẽ hẽt, ſed abſolute, vt. ſ. hæc omnia ꝑuenit & res eſt per ſe completa & finita, &c. & hoc modo ſubſtantia ſufficienter diuiditur in primã & ſcđam, nõ diuiſione gñis in ſpẽs, ſed diuiſione rei in modos eius, & eſt diuiſio analoga, & põt intelligi ſubſtantiam diuidi hic per modos reales, & per modos intẽtionales, ſed diuerſimode: ſi. n. iſta diuiſio detur ꝑ modos reales, ſic non eſt per diuerſos modos, ſed vnũ tm̃; ꝑ incluſionẽ. ſ. illius modi, & non incluſionem eiuſdem: & ille modus eſt particulariter ſubſiſtere; ita ꝙ ſenſus diuiſionis eſt, res directe ſubſtantia, aut eſt ſubſtantia prima, aut ſecũda, i. aut eſt particulariter ſubſiſtẽs, ita ꝙ includat in ſui ratione particulariter ſubſiſtere, aut non includit particulariter ſubſiſtere: in hoc. n. differt ſubſtantia prima a ſecũda, quia ſubſtãtia prima, puta Sor. eſt non ſolũ ſubſtãtia talis, puta hõ, ſed aliquis ſubſiſtẽs nõ in alio: ſcđa vero ſubſtãtia, puta hõ, etſi ſm rem non inueniatur, niſi cum particulari ſubſiſtentia, in rõne tñ ſua talem modũ eſſendi non includit, vt patet ex eius diffinitione. Si aũt diuiſio illa detur per modos intentionales, non per vnũ, ſed vere duos modos diuiſio facta eſt: pñt aũt iſti modi vniuerſaliter & particulariter concipi; ita ꝙ ſenſus diuiſionis eſt ſubſtãtia aut prima, aut ſcđa. i. aut particulariter cõcepta ſumitur, aut vniuerſaliter: & quoniã diuerſitas iſtorum modorũ ſequitur affirmationẽ & negationem illius modi realis, ideo diuiſio utroq; modo intellecta veritatẽ habet, non uniformiter tñ, quoniam ex eo ꝙ diuiſio iſta hic tradit̃, & ſcđa ſubſtantia logicũ qđ ſonat, uñ & in metaphyſica toties diuiſa ſubſtantia nunquã nominatur diuiſio iſta logicalis: ac per hoc per modos intentionales intelligẽda eſt, & conſequẽter ſecundo mõ intellecta ſimpliciter ueritatẽ hẽt, primo uero mõ non hẽt ueritatẽ ſimpliciter, quoniã mera eſt diuiſio huiuſmodi, ꝙ neutrũ eius membrũ conſtituit ſubſtantiã ſecundã, ſed alterũ eſt ſubſtantia prima uocata, alterũ ſubſtantia, q̃ eſt quod quid erat eſſe, hẽt tñ ueritatem quodãmodo: ſi. ſ. negatio illiuſmodi realis. i. particulariter ſubſiſtere accipiatur, ut ſtat ſub illo modo intentionali. ſ. uniuerſaliter concipi: ſic. n. logicã ingredit̃ conſiderationẽ, & ſecundã facit ſubſtantiam; neuter ergo ſenſus a logica ratione alienus eſt, & conſequenter uterque ſuſcipiendus eſt: oĩs ergo ſubſtantia directe in ꝑdicamento exiſtens, aut eſt prima. i. particulariter ſubſiſtens, aut eſt ſecunda. i. non eſt in ſe particulariter ſubſiſtens, modo expoſito: vel aut eſt prima. i. particulariter concepta, aut ſecunda. i. uniuerſaliter concepta: modo ad textũ ueniamus. Duo in hac prima particula agũtur: primo diffinitur ſubſtantia prima ſic: ſubſtantia q̃ proprie principaliter & maxime dr̃, quę neque de ſubiecto dr̃, neque in ſubiecto eſt, vt aliquis homo, &c. Vbi notanda ſunt tria. Primo, ꝙ diffinitum eſt totum hoc ſubſtantia, quæ proprie principaliter & maxime: his. n. oĩbus circumlocutus fuit Ariſt. ſubſtãtiam primã, unde ſcriptorũ uitio in multis cõdicibus inſertum fuit, ly eſt adeo vt iam pene oẽs legant ſic, ſubſtantia autẽ eſt, quę proprie, &c. & male legunt, ut ẽt ex Alberto colligitur. Diffinitio aũt eſt id qđ ſequitur. ſ. neq; de ſubiecto dr̃, & c. Scđo declarãdi ſunt termini: dixit (proprie) quoniã ſubſtantia ſumitur dupliciter. Vno mõ pro eſſentia cuiuſque rei. dicimus. n. ꝙ color eſt de ſubſtãtia albedinis, & ſic ſuperius in diffinitione æquocorũ & uniuocorũ, ſubſtãtię uocabulo uſus eſt. Alio mõ ſumitur ſubſtãtia pro re & ꝑ ſe ſtante, & alia ſubſtentãte, & ſic ſubſtãtia eſt unum ſpale genus diſtinctũ ſuperius cõtra alia gña, & hoc modo ſumitur hic, & quia primo mõ ſubſtãtia ſumit̃ cõiter, quoniã extenditur ad oẽ genus, iõ ſecũdo mõ ſubſtantia accipitur proprie, & propterea Ariſt. loquẽs hoc mõ de ſubſtãtia addit ly proprie. Dixit (principaliter:) quoniã ſubſtare accidentibus cõe eſt omnib. ſubſtantiis: principaliter aũt ſubſtãre proprium eſt primæ ſubſtantiæ: ſecundæ nanque, ideo ſecundæ dicuntur, quia ſecundario, rõne. ſ. primarũ ſubſtant. homo. n. ideo ſubſtat grammaticæ, quia Sor. & Plato illi ſubſtat. Dixit (maxime) ad inſinuandum, & ꝙ nihil ſubſtat magis illa, & ꝙ illa ſubſtat magis oĩbus aliis, quoniam ſubſtat oĩbus quibuſcunque ſubſtat ſecundæ ſubſtantiæ: & ultra hoc ſubiacẽt ẽt ipſis ſecundis ſubſtantiis cuiuſcunque ordinis, generici. ſ. & ſpecifici. Termini uero diffinitionis declarati ſunt ſuperius in ſecũda diuiſione, ſicut. n. ſubſtantia prima duo dicit, ita duo dixit diffiniendo. dixit. n. ly non eſt in ſubiecto, quia eſt ſubſtãtia, ly vero nõ dr̃ de ſubiecto, qa eſt prima, & ſic patet tota diffinitio. Nec te moueat, ſi ꝑ puras negationes dari uideatur; quoniã ſubintelligitur ibi id quod eſt ſeu res q̃ eſt id. n. oportet hic ſubintelligi, ꝙ diuiſum fuit ſuperius in ſecunda diuiſione, qñ dictũ eſt, eorũ quæ ſunt, alia de ſubiecto dñr, &c. Notanter aũt dico id quod eſt. i. ens nõ qualitercunque ſumptum, ſed ut euacuatur per rectas lineas oĩum generum: hæc. n. proprie ſunt, quæ ſunt, alia aũt horum ſunt differẽtiæ uel partes, uel principia. &c. Quoniã niſi hoc ſubaudiatur, diffinitio iſta non cõuerteretur cũ prima ſubſtãtia, cõueniet nãq; partibus eius, & indiuiduis drĩarum: hæc. n. manus neque eſt in ſubiecto, neq; dr̃ de ſubiecto: & ſimiliter hæc anima, & hoc rõnale: ſubintellecta aũt dicta particula cõuertitur diffinitio cũ diffinito: quoniã omnis ſubſtãtia prima eſt id, qđ eſt neque de ſubiecto dictum, neque in ſubiecto exiſtens, & omne id quod eſt, neque de ſubiecto dictum, neque in ſubiecto exiſtens eſt ſubſtantia prima; partes enim & differẽtiæ & huiuſmodi nõ ſunt quæ ſunt, ſed

aliorum potius aliquid ſunt. Nec mireris ſi accidens vocetur hic aliqd eſt, & pars ſubſtantię non: qm̃ hic dignitates rerũ pẽſamus ex modo quidditatum earum, quia tractamus de eis vt aduñẽtur ad genera, & ordiñẽtur in eis, quod ex quidditatibus habent entia. Conſtat aũt ꝙ licet accidẽtia imperfectiora entia ſint, quã partes ſubſtantiæ; pẽminẽt tñ quo ad hoc, ꝙ partes habẽtes quidditatem nõ ſunt: ſed ipſa habẽt ſuas proprias quidditates ex quibus ſortiuntur hanc dignitatem, ꝙ genera directe ingrediantur, ex qua factum eſt, vt Logicus attendens dignitatibus p̃dicamentalibus rectam ſubſtantiã & rectum accidens, ea, quæ ſunt tantummodo dixerit.

*Diffinitur prima ſubſtantia, vt quo aliquid non eſt in ſubiecto, nec dicitur de ſubiecto.*

Cõmunius de ſpecie.

TErtio videndum eſt quid ſit diffinitum in hac diffinitione; & qm̃ hoc habet multum difficultatis in quo conſiſtat difficultas propter rõnes difficultatem ingerentes hincinde præmittendum eſt. Dubium eſt hic an diffiniatur aliquod cõe an aliquod ſingulare. Quod enim cõe aliqđ diffinitum ſit Platonis à Porphyrio inducta authoritas oſtendit dicẽs, ſingularia relinquenda ab arte eſſe: neq; eorũ poſſe fieri diſciplinã. Quod antẽ ſingulare diſcribatur ex eo oſtẽditur, ꝙ aliter diffinitio diffinito repugnat: contrariantur.n. ſibi inuicẽ hæc duo .ſ. cõe, ſeu vniuerſale: & nõ dicitur de ſubiecto: ſi.n. vniuerſale eſt, de ſubiecto dicitur, & ſi de ſubiecto non dicitur, ſingulare eſſe oportet. Ad euidentiam huius difficultatis aduertendum eſt, ꝙ licet hic non diffiniatur aliqua intentio ſecunda, nec aggregatũ ex re & intentione, quoniam prima ſubſtantia nihil horũ ſignificat, ſed res naturæ, quã primam ſubſtantiam vocamus; tamen diffinitio iſta intelligenda eſt quaſi ad modum diffinitionis intentionis ſecundæ iuxta doctrinã traditam in ca de Genere, diffinietur ſiquidem res primæ intentionis cõis pluribus, & cõſequenter dicta de ſubiecto: quia diffinitio tñ iſta ei non conuenit, vt quod, ſed potius vt quo, ideo diffinitur per nõ dici de ſubiecto, ſicut genus diffinitur per prædicari de ſpẽ, & tamen ipſum non eſt quod prædicatur de ſpecie, ſed quo res denominata genus dr̃ de ſpecie. Declaratur ſingula horum, & primo, ꝙ res diffinita ſit cõis: qm̃ ꝙ ſit primæ intẽtionis declaratum eſt ex quid nominis ſubſtantię primæ; declaratur ergo dupliciter; primo ſic, omne diffinibile, vel certitudinaliter ſcibile eſt vniuerſale, qm̃ de ſingularibus non eſt certitudo intellectualis, ſed ſenſus: ſed res diffinita hic eſt diffinibilis, ſeu ſcibilis, quoniam per artem iſtam ſcitur: ergo. Secũdo ſic, id, cuius diffinitio prædicatur de pluribus vniuoce, eſt vniuerſale: ſed diffinitio tota rei hic diffinite prædicatur de pluribus vniuoce, ergo res hic diffinita eſt vniuerſalis: minor euidenter clara eſt: qm̃ totum hoc .ſ. id quod eſt neque in ſubiecto exiſtẽs, neque de ſubiecto dictũ prędicatur de Socrate & Platone, & cæteris primis ſubſtantiis. Eſt ergo tam res diffinita quã diffinitio cõis pluribus, ac per hoc vtrique cõuenit de ſubiecto dici. Quid autem ſit iſta res cõis, q̃ diffi-

1. p. q. 29. ar. 1. ad primũ.

nitur à S. Tho. in 1. par. q. 29. art. primo ad primũ exprimitur, & dicitur ꝙ eſt id, quod pertinet ad cõem rationem ſingularitatum indiuiduorum ſubſtãtiæ. i. modus, quo ſubſiſtunt indiuidua ſubſtantiarum, vel ſubſtantia habens talem modum; qui vocatur incõicabiliter exiſtere. Sor.n. exiſtit ita incõicabiliter, ꝙ non poteſt cõicari alteri, ſicut accidens ſubiecto, neque ſicut vniuerſale particulari, neq; ſicut pars toti, & propterea tres particulas in diffinitione primæ ſubſtãtiæ poſuit, duas explicite, & alteram quã declarauimus implicite. Modus autem iſte communis eſt omninibus indiuiduis ſubſtãtiæ, & ideo diffinibilis, & quod ſequitur ad illum commune eſt omnibus dictis indiuiduis, & ideo non eſt mirum ſi præſens diffinitio pluribus conueniat. Et p̃ hæc patet, ꝙ præſens diffinitio non conuenit rei diffinitæ, vt quod, quoniam res illa quæ eſt incommunicabiliter exiſtere, nõ habet hoc .ſ. ꝙ nõ dicatur de ſubiecto, qm̃ pluribus cõis eſt, vt expreſſe ponit S. Tho. ibi in q. 30. ab vltimo ad ſcđm, & euidenter patet, quia Socrati & Platoni cõe eſt incommunicabiliter exiſtere, licet non ſit cõe eis indiuiduationis principium. Quod vero reliquum eſt .ſ. ꝙ præſens diffinitio conueniat diffinito, vt quo ex eo ſat ſit pro nũc noſſe, ꝙ ideo Sortes eſt, quod eſt, & neque eſt in ſubiecto, neque dicitur de ſubiecto, quia eſt ſubſtãtia prima. i. quia eſt ſubſtãtia incõicabiliter exiſtens. Et ex his patet quid ad rationem in oppoſitũ dicendum ſit, ꝙ .ſ. quamuis non dici de ſubiecto repugnet cõi, vt quod & è conuerſo, non tñ repugnat rei, quæ denominatur cõis vt quo. i. vt modus eſt alterius: ſtat.n. ipſam incõicabilitatem exiſtenti cõem denominari, & tñ ex ea oriri in omnibus in quibus eſt, ꝙ nullũ eorum cõe ſit. Hæc aũt quã conformia S. Tho. ſint, nemo audet cenſere niſi memor, ꝙ hypoſtaſis idẽ ſonat ꝙ ſubſtantia prima, diligenter ſcrutatus fuerit doctrinam eius in locis adductis. & in quæſtio. 9. de potentia Dei, artic. 1. Nec ei quod dictum eſt, ſcilicet ſubſtantiã primam, i. rem naturæ diffinitam eſſe, obſtat diffinitionem per intentionem ſecundam datam eſſe, quoniam logicalis hæc deſcriptio eſt, &c.

Prima part. q. 30. arti. 4. ad ſecundũ.

Potẽtia Dei. q. 9. ar. 1.

*Secundæ aũt ſubſtantiæ dicuntur ſpecies, in quibus illæ, quæ principaliter ſubſtantiæ dicuntur, inſunt, & hæ quidem, & harum ſpecierum genera; vt aliquis homo in ſpecie quidem eſt in homine, genus vero ſpeciei animal; ſecundæ igitur hæ ſubſtantiæ dicuntur, vt eſt homo, atque animal.*

Hic ſecundo declarat quid ſint ſecundæ ſubſtantiæ. dicens, ꝙ ſcđæ ſubſtantiæ ſunt ſpẽs, in quibus ſunt primæ ſubſtantiæ & gña illarũ ſpẽrum. Vbi nota, ꝙ cum dr̃ illas ſpẽs eſſe ſubſtãtias, in quibus ſunt primæ ſubſtãtiæ intelligitur de eſſe in, ſicut inferius eſt in ſuo ſuperiori eſſentiali, quemadmodum .ſ. pars ſubiectiua eſt in ſuo toto uniuerſali, in quo continetur, tales ſiquidẽ ſpecies, & earũ ſuperiora dñr ſubſtãtiæ, quia dicũt naturas ſubſtantiarũ. ſecundæ vero reſpectu primarum quarũ naturas dicũt, ut iſta ſpecies hõ, & eius genus aĩal dicũt naturam Sortis & Platonis, q̃ ſunt primæ ſubſtantiæ.

SEd ſtatim occurrit dubium quõ verificari poſſit, qđ homo & animal ſint ſecundæ ſubſtantiæ, & indiuidua .ſ. Socr. & Plato ſint primæ. cũ.n. prius ſit, ut in poſt prædicamentis dr̃, a quo non conuertitur conſequẽtia, & a ſpẽ & genere non conuertatur conſequentia ad indiuidua, ſequitur, ꝙ genera & ſpecies ſint priores ſubſtantiæ quã indiuidua, declarat̃ minor in propoſito, iſta cõſequentia eſt formalis, Sor. eſt ſubſtantia, ergo hõ eſt ſubſtantia, ſiue accipiatur ſubſtantia a per ſe eſſendo, ſiue a ſubſtando, ſed è conuerſo non valet niſi forte grã materiæ, uel ex ſuppoſitione aliqua non.n. ualet hõ ſubſtat albedini, ſeu eſt albus, ergo Sortes, vt patet, non ergo ſpẽs & gña rationabiliter appellatæ ſunt ſcđæ ſubſtantiæ. Ad euidentiam huius declarandi ſunt amplius termini quæſtionis .ſ. ſubſtantia prima & ſecunda. Subſtantię nomẽ, cum quoddã ſubſtãs, & ſuſtentans alia ſonet, & qđ vere aliorũ eſt ſuſtentatiuũ ipſum alterius ſuſtẽtatione nõ egeat, (alioquin illud alterũ uere ſuſtinẽs principaliter eſſet) a duabus proprietatibus ſumptum vr̃. ſ. ab actu ſuſtandi aliis, & negatione prioris ſuſtentantis, & ſcđm acceſſum ad has proprietates, vel receſſum ab eis aliquid dr̃ magis vel minus ſubſtantia, & quia vtrunque horum indiuiduum ſubſtãtiæ maxime ſapit, & ſpecies elongantur aliqualiter ab eis, ideo indiuidua primæ ſubſtantiæ, ſpecies vero ſecundæ ſubſtantiæ merito dicuntur. Patet aũt hoc quod dicimus. primo quantum ad negationem .ſ. prioris ſuſtentantis, indiuiduum enim ſubſtantiæ caret duplici ſubiecto .ſ. ſubiecto inhæſionis, per oppoſitũ ad accidens, ꝙ oportet alicui inhærere, ſi inueniri debet in rerũ natura, & ſubiecto prædicationis, quod nomine reali poteſt uocari ſubiectũ in-

In poſt prædicamentis, c. de priore.

exiſtentię,

exiſtentiæ, pcc oppoſitum, ad uniuerſalia, quæ non inuenitur niſi inexſtantia ſuorum particularium: ſpecies autem ſubſtantiæ, puta homo, & ſi careat primo ſubiecto, habet tamen ſecundũ. non. n. exiſtit id quod ſignificat ly homo, niſi ſuſtentatum in aliquo homine. Et propter hoc Metaphyſi. conſiderans ſubſtantiam hac proprietate perfectam, ſpeciem nõ eſſe ſubſtantiam dicit in ſeptimo eius. Patet deinde quo ad actum ſubſtandi aliis, quoniam indiuiduum ſubiicitur omnibus, quibus ſubiicitur ſpecies tam accidentibus quam ſuperioribus, & vltra hoc ipſi ſpeciei, propter ꝙ maxime ſubſtantia dicta eſt vt in textu dicetur. Primum & ſcdm in propoſito dupliciter ſumi poſſunt. Vno modo iuxta illum modum prioris, quo prius eſt à quo non conuertitur in eſſendo conſequentia, & ſic non ſumitur hic: quoniam (vt dicetur) nec ſpecies, nec indiuiduũ eſt hoc modo primum, aut ſecundum: ſed ſunt ſimul: cõuertitur. n. cõſequentia inter ea in propoſito. Alio modo iuxta illũ modum prioris, quo prius dicitur, quod eſt cauſa, vel ratio alterius, & nõ è conuerſo; & hoc modo ſumitur hic. Indiuiduum. n. dicitur prima ſubſtantia, & ſpecies ſecũda, quia indiuiduum eſt ratio ipſi ſpeciei, & ꝙ ſubſtet accidentibus, & ꝙ abſque ſuſtẽtaculo exiſtat in rerum natura: ideo enim homo eſt grammaticus, quia aliquis homo eſt grãmaticus; & ſimiliter ideo homo eſt, quia aliquis homo eſt; homo enim per ſeipſum non eſt niſi apud Platonicos. Ad rationem autem in oppoſitum dicitur dupliciter. Primo, ꝙ quia ſermo Ariſt. intelligitur de primo & ſecundo non ſecundum conſequentiã, ſed ſm cauſalitatem, vt dictum eſt, & argumentum loquitur de priore ſm conſequentiam, iõ nihil concludit, ſed in æquiuoco laborat; & hoc dicitur comparãdo ſpecies indiuiduis ſignatis. Dicitur ſecundo, ꝙ quia ſingula indiuidua ſignata ab arte relicta ſunt, propter eorum varietatem, & oportet ea ad quandam vnitatem vniuerſalē reducere: vt de his ſtabilis poſſit fieri diſciplina, & cõſequens eſt ꝙ omnia indiuidua ſignata, vt ſub hac cadunt arte vnius rationem habeãt; & ſic de eis tractetur: tale autem vnum eſt indiuiduum vagum, quod omniũ ſignatorum vim obtinet; & ſic non ſit comparatio hic inter ſpeciem, & hoc indiuiduum, quid eorum ſit prius ſubſtantia, puta inter hominem & Sor. ſed inter ſpeciē, & indiuiduum vagum; puta inter hominem & aliquem hominem; conſtat autem ex textu præſentis capituli, ꝙ ſecundum realem exiſtentiam quã nunc conſideramus, iſtæ conſequentiæ conuertuntur, homo eſt ſubſtantia; ergo aliquis homo eſt ſubſtantia, & è conuerſo; & ſimiliter homo eſt albus; ergo aliquis hõ eſt albus, & è conuerſo, & ſic quia iuxta hunc modum prioris, ſpecies & indiuiduum ſimul ſunt ſubſtantia, argumentum etiam ſtando in hoc modo non intento, non concludit propoſitum quia æquiuocat de indiuiduo, quia vero, vt dictũ eſt iuxta alium modum prioris hic intẽtum indiuiduũ tam vagum quam ſignatũ eſt prius ſubſtantia, ideo ſimpliciter dicendum eſt indiuiduum eſſe primam ſubſtantiam, & ſpeciem ſecundam. Poteſt autem, & in idem redit, etiam dici deſcendẽdo ad indiuidua ſignata, quod licet ſpecies puta homo ſit prior, hoc & illo homine, nõ tamen hoc vel illo, ideſt licet ſit prior ſingulis, non tamen omnibus, quia non inuenitur homo pretec omnes homines, &c.

*Manifeſtum eſt autem ex his, quæ dicta ſunt, quòd eorum, quæ de ſubiecto dicuntur, neceſſe eſt & nomen, & rationem de ſubiecto prædicari, vt homo de ſubiecto aliquo homine prædicatur; & ratio quoque hominis de ſubiecto aliquo homine prædicabitur; quidam enim homo & homo eſt, & animal rationale mortale, quare, & nomen, & ratio prædicabitur de ſubiecto. Eorum vero, quę in ſubiecto ſunt, in pluribus quidem, neque nomen de ſubiecto, neque ratio prædicabitur. In aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet prædicari aliquando de ſubiecto, rationem vero impoſſibile eſt prædicari; vt albũ cum in ſubiecto ſit, vt in corpore, prædicatur de ſubiecto: dicitur enim corpus album: ratio vero albi nunquã de corpore prædicabitur.*

Hæc eſt ſecunda particula huius primę partis. in qua intendens comparare primas ſubſtãtias aliis, duo facit. primo comparat eas cæteris ſcdm habitudinem quam habet ad alia, vt de ipſa prima ſubſtantia prædicantur. ſecundo comparat eas cæteris per habitudinem quam habet ad alia, vt ſubſtentans ad ſubſtentata, ibi (Alia ergo omnia, &c.) Ad claritatem eorũ, quæ hic dicẽtur, recolendum eſt, ꝙ in Ante prædicamentis diuiſa & enumerata ſunt omnia, quæ ſunt in omnibus prædicamentis in illa diuiſione. (Eorũ quæ ſunt, &c.) Et oſtenſum eſt, ꝙ ſunt quatuor. ſ. ſubſtantia vniuerſalis & particularis, accidẽs vniuerſale & particulare, vnde Ariſt. volens comparare ſubſtantiam particularem aliis, quam habitudinem reliqua tria membra habeant ad eam tradit. Verum, quia accidens vniuerſale & particulare eãdem habitudinem ſeruant, quo ad prædicationem & ſubſtẽtationem reſpectu primæ ſubſtantiæ, vt patebit, quia vtrunque eorum eſt in ſubiecto, ideo ea in vnum nunc adunauit membrum cõi vocabulo vocans ea, quæ ſunt in ſubiecto, & quia multum refert quo ad prædicationem an accidentia ſignificentur in abſtracto, an in concreto, ideo nouam innuens diuiſionem eorum, quę ſunt in ſubiecto in duo ea membra ſecuit, abſtracta. ſ. & concreta. Oſtenditur ergo hic habitudo primæ ſubſtantiæ ad tria Primo. ſ. ad ſubſtantias. vniuerſales, ſeu ſecũdas, quæ vocantur ea, quę dicuntur de ſubiecto, & dicitur ꝙ ea, quæ tantum dicuntur de ſubiecto, i. ſecundæ ſubſtãtiæ prædicantur de primis ſecundum nomen & ſecundum rationem. Secundo ad accidentia in abſtracto, & dicitur, ꝙ eorum, quæ ſunt in ſubiecto, i. accidentium, tam uniuerſalium quam particulariũ, plurima, ideſt abſtracta, neque ſm nomen, neque ſecundum rationem prædicantur de prima ſubſtantia. Tertio ad accidentia in concreto, & etiã dicitur, ꝙ in aliquibus eorum, quæ ſunt in ſubiecto. i. in concretis accidentium, nomen nihil prohibet, &c. i. accidentia in concreto prædicantur de prima ſubſtantia ſm nomen, & nõ ſecundum rationem. Vbi primo declarandi ſunt termini, deinde deſcẽdendum ad ſingula. Prædicari de aliquo, cũ nihil aliud importet, quam ineſſe ſeu conuenire illi, de quo prædicatur, conſequens eſt ꝙ prædicari de aliquo ſecundum nomen, nihil aliud ſit quã nomen prædicati conuenire ſubiecto, ita ꝙ nomen prædicati ſit etiam nomẽ ſubiecti, nec refert an tale nomen ſit ſubiecti ſecundũ ſubſtãtiam, aut ſm qualitatẽ, vel quodcũq; aliud extraneum. ſufficit. n. ꝙ nomen illud eius aliquo modo notum ſit eſſentialiter, vel denominatiue, intrinſece vel extrinſece, & ſimiliter ſequitur ꝙ prædicari ſecundum rationẽ nihil aliud ſit quam rationem prædicati conuenire ſubiecto, ita quòd ratio prędicati ſit etiam ratio ſubiecti, nec refert an ratio prędicati ſit tota ratio ſubiecti, an ſit pars rationis. dum modo ſit pars intrinſeca, quod dico propter ea quæ cadunt in ratione ut addita, ſicut ſubiectum eſt pars rationis accidentis, & corpus animæ. His prælibatis clara eſt ſententia trium dictorum ſecundæ ſiquidem ſubſtantiæ dicuntur de primis ſecundum nomen & rationem, quia nomen earum eſt nomen primarum, & ratio earum eſt ratio primarum, homo enim dicitur de aliquo homine ſecundum nomen, quia aliquis homo vocatur homo, & ſecundum rationem, quare diffinitio hominis, puta animal rationale, eſt diffinitio alicuius hominis. Dicit autem Ariſt. hoc eſſe manifeſtum ex dictis, quia huius manifeſtatio ſequitur ex dictis in illa regula Ante prędicamentali, (quando alterum de altero prædicatur,) ſi enim ſecundæ ſubſtantiæ

ſunt ea, quæ de ſubiecto.i. prima ſubſtantia dicuntur.ſ. tanquam de inferiori:hoc.n.importat dici de ſubiecto: & ratio cuiuſq; ſubſtantiæ dicitur de ea : ſequitur ꝙ rō. ſecundæ ſubſtantiæ dicatur etiam de prima. Accidētia vero in abſtracto,nec ſecundum nomen,nec ſm rationē de primis ſubſtantiis dicuntur, quia nullo modo de eis prędicantur:non.n.Sor.dicitur albedo,aut quantitas nec ratio albedinis,aut quantitatis eſt ratio Sortis.Accidentia autem in cōcreto ſecundum nomen quidem dicuntur de primis, quia nomina eorum conueniunt illis. Sortes.n.vocatur Philoſophus filius Socratis,quoddam quantum,&c.Ratio autem de hoc reddita ab Ariſto.in textu dicente, album cum in ſubiecto ſit vt in corpore prædicatur de ſubiecto;dicitur.n.corpus album: nō eſt ſic intelligenda,ac ſi diceret,ideo album prædicatur de ſubiecto ſm nomē,quia eſt in ſubiecto : iſta enim ratio ſi valeret concluderet,ꝙ etiam accidens in abſtracto ꝓdicatur de ſubiecto ſecundum nomen,quia eſt in ſubiecto:albedo.n.non niſi in ſubiecto corpore eſt:ſed intelligenda eſt ſic, ꝙ cum album ſit in ſubiecto non ſolum ſecundum rem,ſed etiam ſecundum modum ſignificādi.i.ſignificet per modum exiſtentis in ſubiecto, quod eſt corpus,neceſſe eſt album de corpore prædicari ſecūdum nomen. Et propter hoc tetigit differentiam inter accidens concretum & abſtractum, ex qua oritur hæc, quæ nunc tractatur differentia in prędicando de prima ſubſtantia ſecundum nomen:ideo nanque abſtractum non prædicatur de prima ſubſtātia,qa ſignificat non ꝑ modum adiacentis,ſed per modum per ſe ſtantis,& cōſequenter denominantis ſubiectum. Secūdū rationem vero impoſſibile eſt accidentia in cōcreto prædicari de prima ſubſtantia quoniam ratio eorum non poteſt eſſe diffinitio,aut pars intrinſeca diffinitionis primæ ſubſtātiæ;albi enim diffinitio,nec eſt diffinitio alicuius corporis,nec pars diffinitionis eius,vt de ſe patet. Nec eſt opus hic dubitare quomodo album non prædicetur ſecundū rationem,ſi diligenter notata eſt expoſitio terminorū: ex illa enim apparet ſophiſma æquiuocationis committi,ſi ex eo ꝙ aliquod corpus non ſolum eſt album, ſed etiā diſgregatiuum viſus,concludatur ergo album prædicatur ſecundum rationem : æquiuoce enim accipitur prædicari ſecundum rationē, vt & inferius amplius explanabitur,&c.

*Alia vero omnia aut de ſubiectis dicūtur primis ſubſtantijs,aut in ſubiectis eis ſunt; hoc autem manifeſtum eſt ex his,quæ per ſingula proponūtur, vt animal de homine prædicatur;ergo de aliquo homine prædicabitur. nam ſi de nullo aliquorum hominū,neque omnino de homine.Rurſus color in corpore eſt;ergo & in aliquo corpore;nam ſi nō in aliquo ſingulorum, nec omnino in corpore.Quare alia omnia,aut de ſubiectis primis ſubſtantijs dicuntur,aut in ſubiectis eis ſunt.Nō ergo exiſtentibus primis ſubſtantijs impoſſibile eſt eſſe aliquid aliorū, omnia enim alia aut de ſubſtantijs eiſdem dicuntur,aut in ſubſtantijs eiſdem ſunt.*

Hic ſecundo comparat primas ſubſtantias omnibus aliis ſm habitudinē ſubſtentantis ad ſubſtētata, & duo docet, primo ꝙ primæ ſubſtantiæ ſubſtentant omnia alia:ſecundo ꝙ ſine ipſis nihil eſſe poteſt. Primum proponit concludendo ex dictis quandam vniuerſalem de prædicato diſiuncto.ſ.ꝙ oīa alia,aut de ſubiectis principalibus ſubſtātiis dicuntur,aut in eis ſunt, & declarat eam inductiue,& primo in illis, quæ dicuntur de ſubiecto.i.in ſecundis ſubſtantiis,dicēs ; ꝙ animal dicitur de homine:ergo de aliquo homine: & probat conſequentiam,quia ſi de nullo hoīe dr;ergo nec de homine:deinde in his,quæ ſunt in ſubiecto,dicens:ꝙ color eſt in corpore;ergo in aliquo corpore,& probat ſimiliter ſequelā,qa ſi in nullo corpore eſt, ergo nec in corpore, & ſic habetur primū.Secundam vero.ſ.ꝙ ſine primis ſubſtantiis impoſſibile eſt aliquid eſſe,deducēdo ex prima docet ſubdens ; non ergo exiſtentibus primis ſubſtantiis impoſſibile eſt aliquid aliorum eſſe, probat ſequelam, quia iam dictum eſt, quòd omnia alia ſubſtentantur in primis,aut quia dicuntur de eis,aut quia ſunt in eis;conſtat autem ꝙ remoto eo quod ſuſtinet,neceſſe eſt reliqua ruere. Notandum eſt primo,quod Ariſt.volens ꝓbare omnia alia,aut dici de primis ſubſtāniis, aut eſſe in illis,quo ad ſecundas ſubſtantias tetigit genera, & quo ad accidentia tetigit accidentia in abſtracto, vtrunque aūt eadem ratione fecit,quia & genera remotiora ſunt à primis ſubſtantiis quam ſpecies,& accidētia in abſtracto quam in concreto,& conſequenter ſi illa,quę remotiora ſunt non poſſunt eſſe ſine primis ſubſtantiis,a fortiori nec ſpecies, nec concreta proximiora eſſe poterūt ſine eis. Dubitatur ſecundo hic communiter,quomodo valeat proceſſus Ariſt. Tum quia Porphyrius dixit,(ꝙ Ca.5.de cōmunitatib. deſtructis ſingulis animalibus remanet adhuc animalis ratio)& ſimilis ratio eſt de homine, ꝙ deſtructis omnibus hominibus adhuc remanet diffinitio hominis, remanentibus autem diffinitionibus hominis & animalis,conſtat quòd animal poteſt prędicari de homine,& ſic peremptis omnibus hominibus animal de homine dicetur,& tamen de nullo homine,quod contra pręſentem eſt textum. Tum quoniam ab inferiori ad ſuum ſuperius negatiue non valet argumētum,non.n.valet, homo non currit,ergo animal non currit, & tamen Ariſt. ꝓcedit hic ab inferioribus,a ſingularibus.ſ.ad ſuperiora,vt patet,ergo &c. Ad hoc dubium breuiter dicitur, ꝙ aliquid dici de alio contingit dupliciter. Vno modo abſolute,& ad hoc ſufficit habitudo,& cōnexio terminorū,& hoc modo animal dicitur de homine,& tamen de nullo,ſicut nulla roſa exiſtente,ſubſtantia dicitur de roſa,& tamen de nulla roſa, & hoc concludit authoritas Porphyrii,nec oppoſitum ſentit Ariſto. Alio modo ſm realem exiſtentiam. Voco autem prædicari aliquid de aliquo ſecundum realē exiſtentiam,quando prędicatum ineſt ſubiecto in rerū natura exiſtenti, & hoc modo loquitur hic Ariſto.de prædicatione, quod patet ex hoc quod concludit,ꝙ deſtructis primis ſubſtantiis impoſſibile eſt aliquid remanere.conſtat enim ꝙ hoc intelligitur ſecundum realem exiſtentiam, & non ſecundum eſſe intellectuale. dixit.n.hoc correlarium impatiēs doctrinæ præceptoris ſui Platonis,qui eas,quas nos ſecundas ſubſtātias dicimus,non ſubſtentari in iſtis indiuiduis dixit,ſed per ſe eſſe ſeparatas ab iſtis ſecundū eſſe reale.Secundum exiſtentiam autem realem loquēdo,conſtat quòd ſi animal non inuenitur in hoc,vel in illo homine,ꝙ nec in homine inuenitur,quoniam non inuenitur in rerum natura niſi hic vel ille. Ad aliā obiectionem dicitur,ꝙ Ariſt.non arguit per locum ab inferiori ad ſuperius, ſed per locum à partibus ſufficienter enumeratis.vt patet ex illa negatiua: nā ſi de nullo homine,ergo nec de homine.locus autem a partibus ſufficienter enumeratis in prædicatis ſecundum realē exiſtentiam,tenet etiā negatiue,ut patet dicendo,nec hic, nec ille,&c.currit.ergo homo non currit, ſecus autem eſt in prædicatis intentionalibus,&c.

*Secundarum vero ſubſtātiarum, magis ſubſtantia eſt ſpecies quam genus:propinquior.n.eſt primæ ſubſtātiæ. Siquis.n.aſſignet primam ſubſtantiā quid eſt,euidentius & conuenientius aſſignabit ſpēm proferēdo quam genus; vt quendam hominem aliquis aſſignans,manifeſtius aſſignabit,hominē quam animal aſſignās; illud.n.proprium magis alicuius hominis;hoc autē cōis. Et cum aliquam arborem aſſignabit manifeſtius aſſignabit cum arborem reddiderit,quam plantam. Amplius primæ ſubſtantiæ, eo quod alijs omnibus ſubiectæ ſunt,et alia omnia aut de his prædicantur,aut in eis ſunt; ideo maxime dicuntur ſubſtantiæ.Sicut aūt primæ ſubſtantiæ ad alia omnia ſe habent.*

*habent. & ſic ſpecies ad genus ſe habent ſubiacet.n.ſpecies generi.genera enim de ſpecieb. prædicãtur, ſpecies autem cum generibus nõ cõuertũtur. quare & ex his *ſpecies magis genere ſubſtantia eſt.*

*Al.l.addit, ex his manifeſtũ quod.

Hęc eſt tertia particula hui⁹ primæ partis, in qua cõparare intendens ſecundas ſubſtantias inter ſe, & primas inter ſe, tria facit. Primo nanq; cõparat ſpecies generibus dicens ſpeciẽ eſſe magis ſubſtantiam genere. & probat duplici ratione. Quarum prima eſt ſubſtantia propinquior primę ſubſtãtię eſt magis ſubſtantia: ſpecies eſt propinquior primæ ſubſtãtiæ q̃ genus: ergo ſpẽs eſt magis ſubſtãtia. miorẽ nõ aliter probat qa ex ſe euidẽs eſt: ſicut.n. propĩquius maxime calido eſt calid⁹, ita ꝓpinquius maxime ſubſtãtiæ eſt magis ſubſtãtia; minorẽ vero ꝓbat ſic, qđ euidentius, & cõueniẽtius notificat qd ẽ de prima ſubſtãtia, eſt illi ꝓpinqus: ſpecies eſt hmõi reſpectu generis: ergo. Maiorẽ huius proſyllogiſmi probat ſic, qđ eſt propriũ magis primę ſubſtantiæ eſt illi propinquius; cõmunia .n. egent aliquo appropriãte, vt proqnqua ſint huic magis quã illi. quod euidentius & conuenientius ipſam manifeſtat eſt magis propriũ; vniuſcuiuſq; .n. cognitio ex ꝓpriis eius pendet. ergo quod euidentius & cõuenientius manifeſtat quid eſt prima ſubſtantia eſt illi propinquius. Secunda vero ratio ad hoc poſita ibi. (Amplius principales) eſt talis, ſicut ſe habent primę ſubſtantiæ ad omnia alia. ſ. ſpecies genera & accidentia, ita ſe habet ſpecies ad genus: ſed primæ ſubſtantiæ, quia ſubiacent oĩbus, ideo maxime ſubſtãtiæ dicuntur; ergo ſpecies, qa ſubiacet generi, & non e conuerſo. genus. n. prædicaẽ de ſpecie & non e conuerſo (vt Porphyrius docuit) ſequitur quod ſit magis ſubſtantia quam genus, &c.

C. de ſpecie.

*Ipſorum vero ſpecierum, quæcunque non ſunt genera, nihil magis alterum altero ſubſtãtia eſt, nihil enim familiarius aſſignabis de aliquo homine hominem aſſignando, quam de aliquo equo equum.*

Hic ſecundo comparat ſpecies ſpecialiſſimas inter ſe docens, ꝙ nulla earũ eſt magis ſubſtantia quã alia. & probat hoc, reaſſumendo medium primæ rationis nunc dictæ. ſ. ſubſtantia propinquior primæ eſt magis ſubſtantia, nulla ſpecies, quæ non eſt genus. i. ſpecialiſſima, eſt propinquior primæ ſubſtantiæ. ergo & declaratur minor, quia nihil familiarius, ideſt magis ꝓprie indicat quid eſt aliquis homo, quam homo, & quid ſit aliquis equus, quam equus, & ſic de aliis, &c.

*Similiter autem & in primis ſubſtantiis; nihil magis alterum altero ſubſtantia eſt. nihil enim magis aliquis homo ſubſtantia eſt, quam aliquis bos.*

Hic tertio comparat primas ſubſtantias inter ſe, docens ſimiliter quod nulla earum eſt magis ſubſtantia quam alia contentus ſuperioribus dictis, ſolam exempli manifeſtationem addens, &c.

*Merito autem poſt principales ſubſtantias ſola aliorum omnium ſpecies & genera dicuntur eſſe ſecundæ ſubſtantiæ. Eorum enim, quæ prædicantur primas ſubſtantias ſola hæc indicãt, aliquem.n. hominẽ ſi quis aſſignauerit quid eſt ſi ſpeciem protulerit conuenientius aſſignabit, quam ſi genus & manifeſtius faciet aſſignando hominem quam animal. Aliorum vero quicquid aſſignauerit quilibet, aſſignabit extraneẽ: velut albũ, aut currit, aut quodcũque talium reddens. Ergo merito hæ ſola aliorum ſecundæ ſubſtãtiæ dicuntur. Amplius primæ ſubſtantię, eo quod aliis omnibus ſubiiciuntur, vel in ipſis ſunt, idcirco propriiſſime ſubſtantiæ dicuntur. Sicut autem primæ ſubſtantiæ ad omnia alia ſe habent, ita primarum ſubſtãtiarum genera & ſpecies ad omnia reliqua ſe habent. de his enim omnia reliqua prædicantur, aliquem enim hominem dices grammaticum eſſe, ergo & animal & hominem grammaticũ dices. ſimiliter autem & in aliis.*

Hæc eſt quarta & vltima pars huius primæ, in qua intẽdens reddere rationem eius, quod in principio huius capituli dixerat. ſ. quod ſecũdæ ſubſtantiæ ſunt ſpecies & genera, in quibus ſunt primæ, duas rationes ad hoc adducit. Quarum prima talis eſt: ea ſola ſunt ſecũdæ ſubſtantiæ, quæ indicant quid ſunt primæ; ſed ſola genera & ſpecies indicant quid ſunt primę ſubſtantię, licet diuerſimode, quia ſpecies familiarius indicat quã genus, vt dictũ eſt: ergo ſola genera & ſpecies ſunt ſecundæ ſubſtantiæ. maior ex ſe euidens relinquitur, qa ſolum id quod pertinet ad naturam primæ ſubſtantiæ eſt ſubſtantia: cætera .n. accidentia. Minor vero declaratur in ſingulis prædicamentis, quo ad ipſam exponẽtem affirmatiuam. ſ. quod ſpecies & genera huiuſmodi indicant quid primarum ſubſtantiarum, qm̃ interrogationi, quid ſit aliquis homo, cõuenienter aſſignatur reſponſio proferens tam ſpeciem quam genus; manifeſtius tñ dicens hominem quam animal: & quo ad alteram exponentem negatiuam. ſ. omnia alia a ſpeciebus & generibus non indicant quid primorum ſubſtãtiarum; qm̃ aſſignationes & reſpõſiones extraneæ a q̃ſtione quid, nõ indicant: qd clarum eſt autem quod q̃renti quid eſt aliquis homo extranea reſponſio eſt dicens, quod eſt albus, aut currens. hæc.n. qualitates & diſpoſitiones Sortis oſtendũt, & nõ indicãt eius ſubſtãtiam. Secunda autem ratio poſita ibi. (Amplius principales ſubſtantiæ) talis eſt, ſicut ſe habẽt primæ ſubſtãtiæ ad omnia alia, ita ſe habent ſpecies & genera ſubſtantiarum ad reliqua omnia. Sed primæ ſubſtãtiæ ex eo quod omnibus aliis ſubiacent, proprie dicũtur ſubſtantiæ: ergo genera & ſpecies dicendæ ſunt ſecundæ ſubſtantiæ, ex eo quod omnibus reliquis ſubiacent, ꝙ declaratur quia omnia reliqua de ſecundis ſubſtantiis prædicãtur; quod declaratur, quia accidentia, quæ reliqua ſunt, ſicut prædicantur de primis ſubſtãtiis, ita de ſecũdis. Si.n. aliquis homo eſt grammaticus; ſequitur, ergo homo eſt grammaticus, ergo animal eſt grãmaticum, &c. Notandum eſt, quod quia Ariſto. adhuc non diſtinxit differentias ſubſtãtiarum ab ipſis ſubſtãtiis, & differentiæ ipſę ſecundum veritatem non ſunt aliæ res a rebus, quarum ſunt differẽtiæ, & etiam eo modo quo diſtinguuntur ab eis, ad idem genus reducũtur, in quo reponuntur res, quarum ſunt differentiæ, ideo pꝫ ly omnia generibus, & ſpeciebus primarũ ſubſtantiarum non intellexit niſi accidentia, q̃ condiſtincta ſunt ſuperius contra ſubſtantias, & vere alia ſunt ab eis, & ad idem genus non reducuntur. Et propter hoc ſoluiẽ obiectio contra primam rationem quomodo omnia alia a generibus & ſpeciebus extraneę aſſignent primas ſubſtantias, cum differentiæ ſubſtantiarum intrent qdditates earum; iam enim patet, quod differentiæ non continentur ſub ly omnia alia &c.

*Commune eſt autem omni ſubſtantiæ in ſubiecto nõ eſſe. prima enim ſubſtantia neque de ſubiecto dicitur neque in ſubiecto eſt. Secundum vero ſubſtantiarum cõſtat quidem etiam ſic, quod nulla eſt in ſubiecto. etenim homo de ſubiecto aliquo homine dicitur, in ſubiecto autem nullo eſt, neque enim in aliquo homine homo eſt, ſimiliter animal de ſubiecto quidẽ dicitur aliquo homine, nõ eſt autem animal in aliquo homine, Amplius, eorum, quæ ſunt in ſubiecto, nomen quidem de ſubiecto aliquando nihil prohibet prædicari, rationem vero impoſſibile eſt prædicari, ſecundarum vero ſubſtantiarũ de ſubiecto ratio prædicabitur & nomen, rationem enim hominis & animalis de aliquo homine prædicabis, ergo non erit horum ſubſtantia, quæ ſunt in ſubiecto.*

Hæc eſt ſecunda pars principalis huius capituli, in qua intendens tradere proprietates ſubſtantiæ, iuxta numerum proprietatum, ſex facturus eſt. Circa primã autem tria facit, primo eam ponit dicens, ꝙ commune

eſt

eſt omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe:& probat du pliciter primo inductiue, quia neq; primæ ſubſtantiæ ſunt in ſubiecto,ut patet ex diffinitione eius aſſignata qua dictum eſt,quod neq; dicitur de ſubiecto, neque eſt in ſubiecto,neque ſecundæ ſubſtantiæ ſunt in ſubiecto ſiue ſpecies ſiue genera,vt homo,ſiue genera,vt animal, hæc enim & ſi de ſubiecto dicatur aliquo homine, in nullo tamen ſubiecto ſunt,ſi enim eſſent in ſubiecto, ſubiectũ illud eſſet aliquis homo ; nunc autem iſta nõ ſunt in aliquo homine vt in ſubiecto ſunt accidentia, manifeſte.n. liquet,ꝙ neq; homo neq, animal eſt acci dens alicuius hominis. Deinde probat ratione ſpeciali quo ad ſecundas ſubſtantias ſic,ea, quæ ſunt in ſubiecto,prædicari poſſunt de primis ſubſtantiis ſecundum nomen & non ſecundum rationem, vt patet ex dictis, ſecundæ ſubſtantiæ prædicantur de primis,ſecundum nomen & ſecundum rationem,ergo ſecundæ ſubſtantiæ non ſunt de numero eorum,quæ ſunt in ſubiecto.

In hoc eodẽ cap. omnia clara ſunt ex textu & ſupradictis,vbi declaratũ eſt quid importet eſſe in ſubiecto ; eius enim negatio conuenire nunc dicitur omni ſubſtantiæ &c.

*Non eſt autem proprium ſubſtantiæ hoc.ſed & differentia eorum eſt,quæ in ſubiecto non ſunt.bipes enim & greſſibile de ſubiecto quidẽ homine dicitur, in ſubiecto autem nullo eſt,non enim in homine eſt bipes,neq; greſſibile.Rõ quoque differentiæ de illo dicitur, de quo ipſa differentia prædicatur , vt ſi greſſibile de homine dicitur,& ratio greſſibilis de homine prædicabitur,eſt enim homo greſſibilis.*

Hic ſcd'o declarat quare cõe dixerit non proprium ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe.& dicit,ꝙ hoc, ſ.nõ eſſe in ſubiecto non eſt proprium,ſ.quarto modo ꝙ cõuenit ſemper oĩ,& ſoli ſubſtantiæ.qm̃ conuenit ẽt differentiis ſubſtantiarum in ſubiecto non eſſe,& probat hoc vtens medio rationis nunc dictæ ſic, ea, quæ ſunt in ſubiecto dicuntur de ſubſtantia ſm nomen quando que,ſed nunquam ſm rationem; differentiæ ſubſtãtiarum dicuntur de ſubſtantiis ſm nõmẽ & ſm rationẽ ergo differentiæ ſubſtantiarum non ſunt de numero eorum,quæ ſunt in ſubiecto. Declaratur minor exemplariter,accipiendo greſſibile pro differẽtia contractiua aĩalis ad hominem,greſſibilis nãq; vocatur homo, & eius ratio hominis rationem conficit. Non obſtat, ſi differentia diffinitionem non habet,ſicut nec generi generaliſſimo hoc obſtat.qm̃ ratio communius qd ſonat quam diffinitio,licet(quia in habentibus diffinitionem ratio eſt diffinitio) quare ſynonymis vtamur, importat ſi quidem ratio formalem & diſtinctum cõceptum rei,quæcunque ſit illa ſiue diffinibilis,ſiue nõ.

*Non nos vero conturbent ſubſtantiarũ partes, quæ ita ſunt in toto , quaſi in ſubiecto ſint, ne forte cogamur confiteri non eas eſſe ſubſtantias , non enim in ſubiecto eſſe dicuntur,quæ tanquam partes ſunt,in aliquo enim dicebantur eſſe ea,ſi ſunt in ſubiecto,vt quaſi partes eſſent.*

Hic tertio excludit quandã inſtantiã,quæ contra aſſignatam oĩ ſubſtantię cõem ꝓprietatem fieri poſſet. & eſt talis,partes ſubſtãtiarum,puta caput,manus &c. ſunt in ſubiecto ꝓbat,qm̃ ſunt in toto,ſ. in prima ſubſtantia,q̃ ſubiectũ eſt,& ſuſtentat eas;ergo, ſi cõuenit oĩ ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe,ſequitur, ꝙ partes ſubſtãtiarũ nõ ſunt ſubſtãtiæ; ꝙ eſt manifeſte falſum, ſubſtantia.n. nõ niſi ex ſubſtantiis cõſtare põt . Hanc obiectionẽ ſoluit ex diffinitione in ante prædicamẽtis

Diuiſione ſecunda: aſſignata illius termini(eſſe in ſubiecto)& dicit,illa, q̃ ſunt in aliquo,vt in ſubiecto,non ſunt in illo vt partes eius.qm̃ cũ diffiniebatur(eſſe in ſubiecto ) dicebatur, ꝙ in ſubiecto eſſe eſt eſſe in aliquo non ſicut partẽ.ex ipſa ergo vocabulorũ rõne,ſoluitur inſtãtia, qm̃ aliud eſt eſſe in aliquo ſicut partes & aliud eſſe in aliquo vt in ſubiecto;hic enim modus eſſendi in,excludit illum, & econuerſo &c.

*Ineſt autem ſubſtantijs & differentijs omnia vniuoce prædicari.omnia.n.quæ ab his prædicata ſunt , aut de indiuiduis prædicantur,aut de ſpeciebus:a prima nã que ſubſtãtia nulla eſt prædicatio.de nullo.n.ſubiecto dicitur.Secundarum vero ſubſtantiarum ſpecies quidẽ de indiuiduo prædicatur,Genus autem & de ſpecieb. & de indiuiduo,ſimiliter autem & differentia & de ſpeciebus,& de indiuiduis prædicantur.Rationem etiã ſuſcipiunt primæ ſubſtantiæ ſpecierum & generum,& ſpecies generis.quæcunque enim de prędicato dicuntur eadem & de ſubiecto dicentur.Similiter autem & differentiarum rationem ſuſcipiunt ſpecies & indiuidua. Vniuoca aũt erant,quorum & nomen commune eſt & ratio eadem eſt,quare omnia quæ a ſubſtantijs & differentijs ſunt,vniuoce dicuntur.*

Hic ponitur ſecunda proprietas ſubſtãtiæ,nõ omnis,ſed ſecundæ,non ſolius,ſed etiam differentiarum, eius.& dicitur,ꝙ ineſt ſubſtantiis & earum differẽtiis, ꝙ oĩa.ſ.prædicata inuenta in eis vniuoce prædicenſ. Vbi aduertendum eſt,ꝙ iſta proprietas,ſ.vniuoce prędicari,licet vt videbitur,non inueniatur niſi in ſecũdis ſubſtantiis & earum differentiis,ab Ariſt.tñ nõ eſt hic attributa ſubſtantiis ſecundis & differẽtiis ſed attributa eſt ſubſtantiis in cõi, & differentiis hoc mõ, ꝙ oĩa quæ inueniuntur in earum latitudine prædicata, oportet eſſe prædicata vniuoca:vnde ſubiectum iſtius proprietatis proprie loquendo,eſt hoc ꝙ dico, oẽ prædicatum ſubſtantiæ,ſeu in ſubſtantia inuentum; erit aũt hoc manifeſtius,cũ ad ſeriem textus veniemus. ex ipſa,n.clare hic ſenſus habetur. Aduertendum quoque eſt,quod Ariſt.ponit proprietatem prædicari ſubſtantiæ.prædicari vniuoce,non de hoc vel illo, ſiue ſimpliciter.vel quia ſola prædicata ſubſtantiæ vniuoce dicũtur de eo,quod eſt ſimpliciter,& primũ ſubiectũ omnium,ſ.prima ſubſtantia. Vel quia ſola prædicatio vniuoca conuenit prædicato ſubſtantiæ,qm̃ dicuntur tñ de indiuiduis & ſpeciebus ſubſtantiæ, de quibus(vt patet in textu)vniuoce dicuntur;prædicatis ſiquidem accidentium,& ſi conueniat prædicatio vniuoca,non tñ ſola,ſed etiam denominatiua.album.n. dr̃ de homine, non ſm rationem,vt dictum eſt.His prælibatis ſcito, quod Ariſt.declaraturus propoſitum ſic procedit.Primo declarat quæ ſint ea,quæ ſunt prædicata ſubſtantiæ,& hoc,vt inſinuet pro quibus diſtribuit ly oĩa ,qñ abſolute propoſuit dicens,quod ineſt ſubſtãtiis & differentiis ex his oĩa vniuoce ꝓdicari. Deinde adducet rationem ad propoſitum probandum ibi(Secundarũ vero ſubſtantiarum.)Et,qm̃ prædicatum relatiue dicitur ad ſubiectum,declarat quæ ſint prædicata ſubſtantiæ ex ſubiectis dicens,quod omnia,quæ a ſubſtantiis, & differentiis prædicata efficiuntur,aut dicũtur de indiuiduis,aut de ſpeciebus;& probat hoc;quia, ſi eſſet aliquod aliud prædicatum ſubſtantiæ, illud eſſet ipſa ſubſtantia prima;hæc.n.eſt quæ neque de indiuiduis, neque de ſpeciebus dicitur,ſed a prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio,quoniam de nullo dicitur ſubiecto: ergo ſolum ea,quæ de indiuiduis & ſpeciebus prædicãtur,prædicata ſubſtantiæ ſunt,hæc autem ſunt ſecundæ ſubſtãtiæ & differentiæ earum, vnde ſi probatum fuerit,quod omnes ſecundæ ſubſtantiæ,& earũ differẽtiæ prædicantur vniuoce,erit ſufficienter declaratum intentum.Sed antequam vltra procedatur tria notanda ſunt.Primo notandum,quod Ariſt.dixit omne prędicatum ſubſtantiæ dici aut de ſpeciebus, vt genus & differentia;aut ſaltem de indiuiduis in numero plurali vt ſpecies(non quia opinatus fuerit omnem ſpeciem oportere habere plura indiuidua in eſſe naturali, qm̃ hoc patet eſſe falſum de cœleſtibus ſpeciebus, ſed qm̃ opus

opus eſt omni ſpeciei non repugnare prædicari de pluribus, ſaltem ſm eſſe, ꝙ habet in intellectu) neceſſe eſt .n. vt vniuerſalis rationem habeat, & conſequentur, qđ multa ſub ſe contineat. Secundo notãdum eſt, ꝙ ſignificanter Ariſt. probans, ꝙ a prima ſubſtantia nulla ſit prędicatio, non dixit, quia non dicitur de ſubiecto, ſed dixit, quia de nullo dicitur ſubiecto, vt per ly nullo excluderet & ſubiectum inferius, & ſubiectũ inhęſionis: prædicatio nanque ex natura ipſarum rerum non ſolũ conſurgit ex habitudine ſuperioris ad inferius, ſed etiã accidentis ad ſubiectum; & propterea ad probandũ ꝙ aliquid nullo modo prędicetur, non ſufficit dicere qđ caret inferiori, ſed etiam oportet addere quod caret ſubiecto, cui inſit. Accidens .n. indiuiduale, puta hoc albũ prędicatur de Socrate, & tamen nõ dicitur de ſubiecto inferiori; a prima autem ſubſtantia, qm̃ omni ſubiectõ caret, nulla omnino eſt prędicatio. Tertio notandũ eſt. quod a prima ſubſtantia nullam fieri prędicationẽ põt intelligi dupliciter. Vno mõ ſm ſe, ſeu ex ſe, & ſic eſt verum. Alio modo ex intellectu, & ſic eſt falſum. Dico autem prędicari ex ſe, aut ex intellectu non quod opinarim aliquid prædicari abſque intellectu; quoniam ꝓdicatio ipſa opus eſt intellectus, & conſequenter abſq; ipſo fieri nequit: ſed quia aliquid eſt, quod ex ſolo intellectu componente habet quod prędicetur, & hoc dixi prędicari ex intellectu, & aliqđ eſt, quod ex natura ſua habet quod prędicari rationẽ induere debeat in intellectu componente, &c Quę autem ſint iſta, & quę illa ex natura prędicationis ſumẽdum eſt. Prędicatio affirmatiua vera, de qua eſt ſermo, exigit tria. ſ. aliquam diſtinctionem, & aliquam identitatem extremorum, & alterum extremum reſpicere alterum, vt formale materiale. diſtinctionem ſiquidem exigi fateri cogit ipſa pluralitas prædicati & ſubiecti; identitatem vero ipſa cõpoſitio prædicati cum ſubiecto per copulã verbalem denotat; habitudinem autem formæ ad materiam regula illa ſuadet, quæ dicit, quod prædicata tenentur formaliter, ſubiecta autem materialiter. Hæc autem & ſi quodammodo in omnibus inueniãtur veris & affirmatiuis enuntiationibus (diſſimiliter tamen.) in quibuſdam .n. inueniuntur ex ipſis extremorum ſignificatis etiam ſi intellectus propoſitionẽ nõ formaret. vt patet in iſtis, homo eſt albus, Sortes eſt homo, &c. manifeſte. n. patet, quod & diſtinctio & identitas quædam eſt inter extrema iſta extra propoſitiones, & quod alterum eorum vt alterius forma eſt; tam. n. accidẽs quam ſuperius formæ rationem habet. In quibuſdam autem nõ inueniũtur hæc ex me[...] terminorũ, ſed tãtummodo ex ipſa intellectus ꝓpoſitione. vt patet in iſta, Sortes eſt Sortes. extrema enim hic nullam extra propoſitionem diuerſitatem habent, ſed intellectus vſus uno & eodẽ termino bis extremum vtrunque confecit; & ſimiliter Sortes non habet in ſe, vnde Sortis formale, aut cuiuſq; alterius ſit, ſed habet potius vnde omnium materia & ſubiectum ſit. Vnde ille terminus eſt, a quo ſecundum ſe poteſt fieri prædicatio, qui ex ſe habet habitudinẽ ad alium, vt formale ad materiale. Ab illo vero ex intellectu poteſt ſumi prædicatio, qui ex ſe non habet ꝙ aliũ reſpiciat vt forma materiam. Nec eſt opus alias cõditiones repetere: qm̃ implicite in hac continentur: oportet nãq; ſi aliquid ex ſe eſt alterius formale eſſe aliquo modo diſtinctum; qm̃ rationes formæ & materiæ valde oppoſitæ ſunt. vt Commentat. dicit in li. de Anima, & eſſe aliquo modo idem, alioquin non eſſet illius formale. Quia ergo prima ſubſtantia ex ſe non habet qđ alterius formale ſit, &c. licet ex intellectu hæc quodam modo participet, ideo abſolute Ariſt. dixit, quod ab ea nulla eſt prædicatio. Nec oportuit cum diſtinctione loqui, qm̃ illud eſt de vnaquaq; re verum iudicium abſolute quod ex propriis ipſius rei certitudinem ſumit. Ad ſeriem ergo textus redeundo, qm̃ produxerat narrationem ſuam vſque ad hoc, quod omne prædicatum ſubſtantiæ eſt ſecunda ſubſtantia, vel differentia ſubſtãtię: oſtendit nunc conſequenter, quod tam ſecundæ ſubſtãtiæ quam earum differentiæ prædicantur vniuoce, tali ratione; omnia, quæ prædicantur ſecundum nomen & ſecundum rationem, de indiuiduis ſubſtantiæ, &c. prædicantur vniuoce, ſecundæ ſubſtantiæ & earũ differẽtię prædicantur ſecundum nomen. & rationem. ergo &c. huius autem rationis primo ponit minorem explicite continentem vtraſque ſecundas ſubſtantias, ſpecies. ſ. genera, & etiã differentias. & primo quod prædicentur ſecundum nomen, vt aperte patet; deinde, quod prædicentur ſecundum rationem, & totum de ſe liquet. vltimo ponit non maiorem, ſed eius probationem, quæ eſt diffinitio vniuocorum dicens. Vniuoca autem ſunt &c. & eſt manifeſta probatio a diffinitione ad diffinitum. Vbi clara luce apparet, qđ ſimpliciter vniuoca Ariſto. vocat vniuoca eſſentialiter, & quod idem eſt apud eum prædicari nomine & ratione, & prædicari vniuoce, aliter prædicari vniuoce etiam de primis ſubſtantiis conueniret etiam accidentibus. & diſcẽdum fuiſſet ab Ariſto. quod hoc non eſt prædicatorũ ſubſtantiæ ꝓpriũ, ſed conuenit etiam alijs; præſertim quia ſuperius dixerat quod accidentia nomine & non ratione de ſubſtantiis prædicantur. Verum, qm̃ hic Ariſt. repetens diffinitionem vniuocorum non repetit totam, ſed dimiſit ly ſubſt[...], ſup qua particula ſuperius fundauimus ſenſum in[...]tum, modo ad amplitudinem & claritatẽ doctrinæ, aliunde & communius & breuius idem manifeſtatur ex Alberti documentis; prædicari ratione vel ſecundum rationem, poteſt accipi dupliciter. vno modo materialiter, alio modo formaliter. prædicari ſecũdum rationem materialiter loquendo eſt illud, quod ſignificatur per rationem prædicari, prædicari vero ſecũdum rationem formaliter loquendo, eſt illud, quo ſignificatur per rationem prædicari per modum rationis. ideſt eo mõ, quo ratio prędicatur de eo cuius eſt ratio, ſiue totaliter, ſiue partialiter. Vnde primo modo album prędicatur de Socrate & Platone ſecundum nomen & rõnem; quoniam non ſola vox albi dicitur de eis, ſed etiã diſgregatiuum viſus. Secundo autem modo album nõ dicitur de homine ſecundum rationem; quoniã diſgregatiuum viſus non dicitur de homine vt eius ratio, aut pars rationis. Et quoniam ſermones tanti Philoſophi formaliter ſunt ſumendi; ideo ſimpliciter loquendo illud tantum prædicatur ratione cuius ratio eſt ſubiecti ratio. Et conſequenter, cum in diffinitione vniuocorũ dicitur quod ſunt illa, quorum nomen eſt commune & ratio eadem intelligendum eſt formaliter ratio inquãtum ratio ſeu per modum rationis; & ſic continet etiã vniuoca eſſentialiter tantum [...] in idem redit cũ ſupra dictis; ſed hoc erat addẽdum ad plenitudinẽ doctrinę.

A prima ſubſtantia nulla eſt artificialis prædicatio, qua[...] iq. id in[...] manifeſtũ. [...] notum.

1. de Anima Tex. 6.

Prædicari ſecundum rationem biſariam.

*Omnis autem ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare. In primis igitur ſubſtantiis indubitabile, & verũ eſt quod hoc aliquid ſignificant. indiuiduũ n. vnũ numero eſt quod ſignificatur: in ſecundis vero ſubſtãtijs videtur quidem ſimiliter appellationis figura hoc aliquid ſignificare, quãdo quis dixerit hominem, vel animal, non tamen verum eſt, ſed magis quale aliquid ſignificant. neque enim vnum eſt quod ſubiectum eſt quemadmodũ prima ſubſtãtia, ſed de multis homo dicitur & animal. Non autem ſimpliciter quale quid ſignificat, quemadmodum album (nihil enim aliud album ſignificat quã qualitatem.) Genus autem & ſpecies circa ſubſtantiam qualitatem determinant. qualem enim quandam ſubſtantiam ſignificant. plus autem in genere quam in ſpecie determinatio fit, dicens animal plus complectitur quam qui hominem.*

Hic ponitur tertia proprietas ſubſtantię, circa quam ſic procedit. primo narrat, quid prima facie videatur dicendum:

cēdum:dicens, ꝙ videtur omnis ſubſtantia ſignificare
hoc aliquid & declarat cauſam huius apparentiæ indu
cendo vtranque ſubſtantiam. ſ. primam, & ſecundã, &
ait, ꝙ in primis ſubſtantiis hoc adeo apparet, quod eſt
indubitabile & verum, vt indubitabile referatur ad cla
ram apparentiam, & verum ad exiſtentiã; dubitatio. n.
cōſurgit ex aliqua occultatione, & veritas ab eo qđ res
eſt, vt infra dicetur: & ſubdit cauſam indubitabilitatis
huius & veritatis; quia ſ. quod ſignificatur nomine pri
mæ ſubſtantiæ, eſt indiuiduum & vnum numero vt ſic
formetur ratio omne ſignificans indiuiduum & vnum
numero ſignificat hoc aliquid; prima ſubſtantia ſignifi
cat indiuiduum & vnum numero; ergo prima, ſubſtan-
tia ſignificat hoc aliquid; in ſecundis vero ſubſtantiis
cauſa apparētiæ huius proprietatis eſt appellationis fi-
gura. i. ſimilitudo cum nomine primæ ſubſtantiæ, quæ
ſimilitudo conſiſtit in hoc; ꝙ ſicut nomen primæ ſub-
ſtantię ſolitarie prolatum ſuum ſignificatum per ſe exi
ſtens, & ab aliis ſeparatum indicat, ita qñ abſolute dici-
tur homo aut animal, proprium ſignificatũ per ſe exi-
ſtens, & ab aliis ſeparatum inſinuare videtur; & magis
oſtēdit cooperatio ſecundarũ ſubſtantiarũ loco prima
rum cum volentes de ſubſtantialibus hominum ſingu
larium loqui attribuimus ea homini tanquam cuidam
rei ſeorſum ab his, vt diffinitionum, & demonſtratio-
num exercitium oſtēdere videtur. Deinde cum ſubdit.
(Non tñ verum eſt) declarat ſupradictæ apparentiæ in
uentæ in ſecundis ſubſtantiis nō ſubeſſe veritatem rei,
& dicit, non eſſe verum ſecundas ſubſtantias ſignifica-
re, hoc aliquid, licet videatur ſic; ſed ſignificant quale
aliquid; & probat vtrunque. & primo partem negati-
uam. ſ. ꝙ ſecunda ſubſtantia nō ſignificat hoc aliquid,
vtendo eodem medio negatiue, & bene (qm̃ ſi affirma
tio, eſt cauſa affirmationis, negatio erit cauſa negatio-
nis) & dicit, neq;. n. vnum eſt quod ſubiectum eſt. ſ. ſi-
gnificationi ſecundæ ſubſtãtiæ. i. ſignificatũ per illam;
quemadmodum prima ſubſtantia. Addidit autem hãc
particulam, qm̃ ſignificatũ per ſecundam ſubſtantiam
contingit eſſe nedum vnum, ſed vnum etiam indiuiſi-
bile formaliter, vt patet de ſpecie ſpecialiſſima; ſignifi
cans autem hoc aliquid; oportet ꝙ ſignificet vnum nu
mero: & hoc circunloquitur ly quemadmodum prima
ſubſtantia; vt formetur ſic ratio, omne ſignificãs hoc ſi
gnificat vnum numero; ſecunda ſubſtantia non ſignifi
cat vnum numero; ergo &c. Secũdo probat partẽ affir-
matiuã, ꝙ. ſ. ſignificet quale aliquid ſubdens; ſed de plu
ribus homo dr̃, & aĩal; vt formetur ſic rō, ſubſtantia ſi-
gnificãs id, quod dicitur de pluribus ſignificat quale ali
quid. ſecunda ſubſtantia eſt huiuſmodi. ergo &c. Dein
de cum ſubdit. (Non autẽ ſimpliciter) declarat quo ſen
ſu dixerit, ſubſtantiam ſecundam ſignificare quale qd,
quale. n. dicitur dupliciter. vno modo ſimpliciter, & ſic
eſt ſpeciale prędicamentum quod ideo ſimpliciter qua
le dicitur, quia ſecundum eſſentiam qualitas eſt. & iux-
ta hunc ſenſum non eſt dictum, quod ſecunda ſubſtan
tia ſignificet quale quid, quia nõ ſignificat quale quid,
quemadmodum albũ ſignificat quale ſimpliciter, qm̃
album nihil aliud ſignificat quam qualitatem. i. qm̃ ſi-
gnificatum albi nihil aliud eſt ſecũdum eſſentiam quã
qualitas; quæ eſt paſſio ſubſtantiæ. genus autem & ſpe
cies i. ſecundę ſubſtantię, circa ſubſtantiam qualitatem
determinant, qm̃ ſignificãt nõ quale abſolute, ſed qua
lem quandam ſubſtantiam. Et hic eſt ſecũdus modus,
quo dicitur quale. ſ. ſecundum quid, ſeu cum additione.
ſecundæ ergo ſubſtantiæ non ſignificant, quale ſimpli-
citer ſed quale ſubſtantię. Et quoniam dixerat indiſtin
cte quod genera & ſpecies qualitatem circa ſubſtantiã
determinant. & hoc non conuenit eis vniformiter; iō
ſubdit declarando hanc diſformitatem, quod in genere
ſit plus extenſiue determinatio quam in ſpecie quoniã
plura complectitur quam homo. hęc eſt ſeries literæ ſu

1. Poſter. cō mu. 30.

perficietenus tactæ. Ad interiorem autem ſenſum pro
cedendo, oportet terminos declarare: Hoc aliquid, cō- | Hoc aliqd ſignificat ſubſtantiam particularẽ.
poſitum cum ſit ex ly hoc, importat quoddam demon
ſtrabile. tale autẽ oportet eſſe aliquod particulare. vni-
uerſalia enim non poſſunt ſenſu, aut digito, aut quouis
modo monſtrari; & ly aliquid importat ſubſtantiã ſi-
cut enim aliquantum notat quantitatẽ, & aliquale qua-
litatem, ita aliquid ſubſtantiam. Vnde hoc aliquid ni-
hil aliud eſt quam ſubſtantia particularis ſeu demon-
ſtrabilis; & qm̃ omne nomen primæ ſubſtantiæ ſigni-
ficat ſubſtantiam aliquam particularem, vt Sortem, Pla
tonem, hunc lapidem, hunc ignem &c. ideo indubie ve
rum eſt omni primæ ſubſtantiæ conuenit ſignificare
hoc aliquid. Sed occurrit hic dubitatiuncula circa ratio
nem ad hoc adductam in textu; quia. ſ. indiuiduum &
vnum numero eſt quod ſignificatur. qm̃ id quod ſigni
ficat ly hoc album, ſeu ly hæc albedo, aut hæc linea, eſt
indiuiduum & vnũ numero; & tñ non eſt hoc aliquid;
& ſic maior rationis formatæ ſuperius ruere videt̃. Ad
hoc dr̃, quod quia ſemper ſubintelligitur in ſermonib.
materia ſubiecta, de qua eſt ſermo; & ſuperflua cenſet̃
eius replicatio; ideo nunc, cum de ſubſtantia ſermo ſit,
ſubintelligitur ſubſtantia; & eſt ſenſus, quod id quod ſi
gnificatur nomine primæ ſubſtantiæ, eſt ſubſtantia in
diuidua, & una numero; & propterea eſt hoc aliqd. Ad
didit autem poſt ly indiuiduum (ly vnum numero) aut
quia differunt ratione; quoniam indiuiduum dicitur ex
priuatione diuiſibilitatis in inferiora, vnum autem nu-
mero per poſitionẽ vnitatis materialis. Aut quia indi-
uiduum commune nomen eſt etiam ſpeciei ſpecialiſſi-
mæ, q̃ atoma id eſt indiuiſibilis dicitur; & per ly vnum
numero cõtrahitur ad particulare. ſpecies enim atoma
vt homo, vnum numero non eſt, ſed Sortes eſt & indi-
uiduum & vnum numero.

Quale aliquid, ſeu, quod idem eſt, quale quid multi-
pliciter exponitur. Ab Auic. ſiquidem, & Alberto com
poſitum dicitur ex quali, de quo dixit Porphyrius, qđ
differentia ꝑdicatur in quale; & quid de quo etiam idẽ
dixit ꝙ tam genus quã ſpecies prædicatur in quid; ita
ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ ſignificant quale quid: quia im-
portant quidditatem importatã per genus, & qualita-
tem importatam per dr̃iam. v. g. homo ſignificat quale
quid, quia ſignificat aĩal rationale; aĩal. n. eſt quid, & rō
nale eſt quale: & ſimiliter eſt in aliis ſecundis ſubſtan-
tiis. Et ſi inſtetur contra quia ſm̃ hoc genus generaliſ-
ſimum ſubſtantiæ non eſt ſecunda ſubſtantia; qm̃ non
ſignificat quale quid, ſed quid tm̃, qm̃ genus generaliſ
ſimum nullam differentiam includit. [illegible] reſpondent qđ
generaliſſimum & ſi nō dicat quale in actu, dicit tamẽ
quale in potentia. Vnde proprie loquendo deberet di-
ci de ipſo quod ſignificat quid qualificabile. Et ſi aliter
inſtetur. quod ſecundum hanc doctrinam, ſignificare
quale quid non erit proprium ſecundarum ſubſtantia-
rum, ſed commune etiam aliis: Tum quia hoc cõuenit
omnibus ſpeciebus cæterorum prædicamentorum. om
nes enim ſpecies componuntur ex genere & differen-
tia; & cõſequenter ex quid & quali tali modo ſumptis.
albedo. n. ſignificando colorem diſgregatiuum ſignifi
cabit quid ratione coloris, & quale ratione diſgregati-
ui. Tum quia prima ſubſtantia etiam ſignificabit quale
quid; qm̃ actu & intellectu includit in ſe generis quid;
& differentiæ quale. Sortes. n. ſignificat animal rationa
le hoc; & ſic ſignificare hoc aliquid, & quale quid non
opponuntur. Reſpondetur, & ad primã ſubſtantiã dr̃,
quod quia in aliis prędicamentis non inuenit quid ſecũ
dum rem, ſed tantum ſecundum modum; ideo ſimplici
ter loquendo, ſola ſecunda ſubſtantia ſignificat quale
quid. Sed iſta reſponſio recedit a fundamentis propriis
ſm̃. n. hanc reſponſionẽ, quale quid non eſt compoſitũ
ex quid, de quo dictum eſt; ꝙ genus dr̃ in quid, ſed ex
quid ſecundum rem. i. ſubſtãtia. Et præterea, ſi ea ratio

ne quale

ne quale quid non ſignificatur ab aliorum prædicamẽtorum ſpeciebus, quia in eis non inuenitur quid ſimpliciter, pari ratione, nec ſpecies prædicamenti ſubſtantiæ ſignificabunt quale quid: q̃m in prædicamento ſubſtãtiæ non inuenitur quale ſimpliciter, ſed ſecundum modum tm̃. Ad horum primum dicitur, ꝙ reſpõſio ſuper propria fundamẽta ędificata eſt, q̃m quid ẜm modum, deriuatur ad quid ẜm rem; vnde omnia quæ prædicant in quid, inquantum huiuſmodi, participãt modum ſubſtantiæ: & propterea dicendo, ꝙ quale quid compoſitũ eſt a quid ẜm ꝙ genus prædicatur in quid, nõ excluſum eſt quin ſit compoſitum a quid ẜm rem, immo implicite hoc dictum, q̃m quod ſumitur a ſecundario, ſumitur etiam a principali. Quale quid ergo eſt compoſitum ex quid, & ẜm modum ẜm rem; ex quali autẽ ẜm modum tantum. Ad id autem, quod contra hoc obiicit ſecundo loco dicitur, ꝙ in textu expreſſe declaratur, ꝙ hic non ſumitur quale ſimpliciter: & ideo nõ eſt æqua ratio de quid & quali, quia quid ſimpliciter relictũ eſt: quale aũt declaratum eſt non ſumi ſimpliciter: dixit.n. Ariſt. ꝙ ſecunda ſubſtantia non ſignificat quale, quemadmodũ album quod ſignificat id quod nihil aliud eſt quam qualitas. Ad ſecundam vero inſtantiam principalem dicitur, quod proprium eſt ſecundarum ſubſtantiarum ſignificare quale quid pure, primæ autem ſubſtantiæ ſignificant quale quid coniunctum cum conditionibus indiuidualibus: & ſic ſaluatur oppoſitio inter quale quid & hoc aliquid. Hanc expoſitionem & ſi ob reuerentiam talium virorum defenderim: non tñ ſequor, qa nec mentem, nec textum Ariſt. penetrare videtur; vt ex ſequenti expoſitione poſita a S. Tho. in 7. & 10. Meta. & quo ad aliquid clarius expreſſa in tractatu de natura generis (ſibi attributo) patebit. Sciẽdum eſt igitur, qđ, cum inter Platonem & Ariſtotelem fuerit diſſenſio de ſubſiſtẽtia ſpecierum, Platone vltra has quas cernimus particulares ſubſtantias ponente quaſdam alias ſubſtãtias per ſe ſubſiſtentes, quas nos ſpecies vocamus: dicebat ſiquidem inueniri vltra Sortem & Platonem & cæteros homines, hominem ſeparatum per ſe ſubſiſtentẽ & ſimiliter de equis, & leonibus &c. Ariſtotele vero aſſerente, quod vltra hos homines non inuenitur homo, & vltra hos equos non inuenitur equus &c. Ex hac diuerſitate opinionũ de rebus, orta videtur diuerſitas opinionum de nominum ſignificatione, niſi forte a Poſteriori proceſſus factus fuerit: ex eo nanque ꝙ apud Platonem, homo eſt res vna numero per ſe ſubſiſtens in rerum natura, ſequitur quod hõ ſignificet hoc aliquid, ſignificare enim hoc aliquid, (vt in textu dicitur,) eſt ſignificare aliquod indiuiduum vnũ numero. nec refert an illud ſit materiale, ſicut Sortes, an immateriale, ſicut homo Platonicus. Ex eo autem quod apud Ariſtotelẽ homo non eſt aliquid in rerum natura, præter iſtos homines, ſequitur, quod homo nõ ſignificet hoc aliquid; vnde huius rationem aſſignando dixit, neque.n. vnum eſt quod ſubiectum eſt, & q̃m radix iſta metaphyſicalis potius eſt; artifex ſcientiarum Ariſt. ex propriis dialecticam conficiens cauſam deceptionis figuram appellationis dixit, ex eo quod ſeparatim plạtum ly homo, ſeu ly aĩal ſubſtantiam quandam & vnam numero ſignificare, ſicut cũ dicitur ly Sortes apparet: & apud Platonicos locum habet hæc apparentia: quod etiã homo ſignificet hoc aliquid. Cum enim nomina ſint ſigna in-
Cap. 1. tellectuum (vt in principio perihermenias dicit̃) ſicut occaſio errandi Platoni fuit ſeparatio cõceptuum, (credidit.n. ea eſſe ſeparata ſecundum rem, quæ ſecundum conceptus abſtrahunt ab aliis) ita occaſio quoque errã-
T. c. 39. di fuiſſe videtur, ſimilitudo appellationis (vt Ariſt. etiã in 1. Poſteriorum innuit) loquimur nanque de homine tanquam de vno quodam diffiniendo, demonſtrando, quod ſicut dicimus quod currit, quod moritur. &c. Cõtra Platonem eſt ſermo iſte dicens, quod ſecunda ſubſtantia non ſignificat hoc aliquid, & ſimiliter ſermo affirmatiuus dicens, ſed ſignat quale quid. Ad cuius euidentiam recolendum eſt, quod hic loquimur de ſubſtãtia ſecunda formaliter, & non materialiter; tractare nãque de ſecũda ſubſtãtia materialiter; nõ eſt tractare de ſecũda ſubſtantia, ſed de quod quid erat eſſe; quod eſt fundamentum proximum ſecundæ ſubſtantię; hoc aũt eſt metaphyſici; tractare uero de ſubſtantia ſecũda formaliter, proprie tractare de ipſa: q̃m vnumquodq; tũc proprie cognoſcitur, cum formaliter docetur: ſecunda autem ſubſtantia formaliter (vt ſuperius dictum fuit) ſubſtantiam indutam intentionem ſecundam, puta vniuerſalitatẽ importat. Vnde & ſuperius Ariſtoteles poſuit proprietatem ſecundę ſubſtantiæ dici de ſubiecto, quod conſtat eſſe de genere ſecundarum intentionũ; & qa logici eſt tradere intentiones ſecundas; ideo hoc in loco de ſubſtantia ſe[cun]da formaliter loquitur Ariſtoteles. Hoc autem ſta[nte] ſciendum vlterius eſt, quod cum ſubſtãtia fiat ſecunda per operationẽ intellectus, qua abſtrahitur ab hoc & ab illo, & accipiendo quandam vnitatem rationis, qua eſt vna in multis & de multis, a quibus abſtracta eſt, & omne illud, quod fit per actum intellectus circa ſubſtantiam ſit accidens, q̃m accidit ei & ipſam denominat, & quale commune vocabulum ſit ad omnes accidẽs, vt patet ex diffinitione accidentis; qua dr̃ quod prædicatur in quale, conſequens eſt quod ſubſtantia, cum ſit ſecunda, tranſit in accidentis & qualitatis fere naturam, non amittendo naturam propriam ſubſtantialitatis, ſed induendo accidẽtis ſeu qualitatis actum, accipit.n. vt dictum eſt rationem vniformis, & ſic quale aliquid fit; & propterea dr̃, ꝙ ſignificat quale quid; quia qualitatẽ .i. vniformitatẽ, qua eſt vna in multis, & de multis, circa ſubſtantiã quandam .i. ſubſtãtias particulares determinat, & huic ſenſui promptiſſime conſentiunt oĩa ſequentia & antecedentia. Et vt ſigillatim videatur ratio in textu proba[tur] ꝙ ſubſtãtia ſecũda ſignificet quale quid, expreſſe hoc ſonat, ait enim q̃m de pluribus homo dr̃ & aĩal, vbi clara luce uides ex dici de multis, probaſſe in ſubſtãtia qualitatem. Senſus deinde excluſus, iuxta hanc expoſitionẽ, maxime excludens erat; ex eo nãque quod Ariſtoteles ſignificatum ſecundarum ſubſtantiarum non hoc aliqd, ſed aliqd quale .i. uniforme per actũ aĩæ dixerat, & non eſſe hoc aliquid accidentis propriũ eſſe uideat̃, q̃m ſubſtantia aliquid per ſe ſubsiſtens ſonat, poterat apparenter inſerri, ergo ſecundæ ſubſtantiæ apud te ſignificãt qualitatem & conſequenter non ſunt reponendæ in prædicamento ſubſtantiæ, & ideo eleganter excludit hoc dicens, ꝙ non ſignificant qualitatem ſimpliciter, quẽadmodum album, ſed determinant qualitatẽ circa ſubſtantiam, album enim ſignificat albedinem, quæ eſt ita qualitas, quod non eſt ſubſtantia, nec ſubſtantiæ intrinſeca, & ſic nihil aliud eſt quam qualitas. ſecundæ autẽ ſubſtantię ſignificant qualitatem .i. uniformitatem ſubſtantialem ipſarum primarum ſubſtantiarum, q̃ principaliter & proprie ſubſtantiæ ſunt, & ideo non ſignificant qualitatem ſimpliciter .i. quodcunque extraneum a prima ſubſtantia, ſed ipſarum primarum ſubſtantiarum eſſentialẽ qualitatẽ determinant, ac ſi diceret, qđ non eſſe hoc aliquid proprium non eſt accidentis, ſed commune accidenti. & prædicatis communibus, q̃ ſunt ſecundæ ſubſtantiæ; & licet habeãt hoc commune ſubſtantiæ ſecundæ cum accidentibus, differunt tamen ab eis in hoc; quod ſecundæ ſubſtantiæ ſignificant ipſas eſſentias ſubſtãtiarum communiter; accidentia autem ſignificant naturã extraneam à ſubſtantia. Vltima quoque uerba ſcilicet plus autem in genere, quam in ſpecie determinatio fit; huic ſoli expoſitioni conſona uidentur. ex eo.n. ꝙ tam genus quam ſpecies qualitatem idest uniformitatem circa primas ſubſtantias determinant. recte ſubiunctũ eſt, qđ plus ſit iſta determinatio

unifo-

vniformitatis in genere quam in ſpecie; qm̃ genus plura complectitur. Antecedentibus autem multum cõſentanea probatur expoſitio iſta, ex eo ꝙ ſic primariȩ Ariſtotelis intentioni ſatisfit: dum ſic totaliter eliditur poſitio Platonica: & adeo viliſicantur ſpecies & genera ſubſtantiæ, quæ nunc vt ſecundas ſubſtantias tractamus, vt fere inter accidentia annumeranda videantur; quæ Plato adeo magnificaſſe viſus eſt.

Secunda ſubſtantia quomodo qualitatem importat, vt conditionem ſine qua non.

SEd eſt hic vnum dubium; quia iuxta hanc expoſitionem ſecunda ſubſtantia nõ ſignificat quale quid: quia nõ ſignificat illam qualitatem: tam enim homo quam animal ſignificat tantummodo rem naturæ, & non ſignificat aggregatum ex ſubſtãtia & illa qualitate. id eſt vniformitate. Ad hoc dicitur dupliciter ſecundum duplicem qualitatem in iſtis inuẽtam. in homine ſiquidẽ, aut animali abſtracto per opus intellectus, poteſt conſiderari duplex vniformitas. Vna quæ eſt res ſecundæ intentionis quæ fit per actum intellectus, quam ſupraſcriptam lecturi primo aſpicient. Altera, quæ eſt res primȩ intentionis, & eſt fundamentum illius dictæ; & hæc nihil aliud eſt quam eſſentialis indiuiduorum vniformitas. i. natura ipſa, in qua eſſentialiter indiuidua conformantur: eſſentialem autem vniformitatem dico naturã ipſam hominis vel animalis non abſolute, ſed vt aſſiſtẽtem habet intentionem intellectus (vt conditionem ſine qua non) ſic enim vniformis in multis inuenitur; & propter exactionem huius conditionis vniformitas ipſa eſſentialis qualitas dicitur; qa. ſ. ab opere intellectus quodammodo fit; qm̃ ſine conditione illa, quæ ꝑ opus intellectus fit, actu non inuenitur. ſi ergo ratio in oppoſitum loquitur de qualitate illa accidentali dicitur, qđ cadit ſub ſignificatione ſecundæ ſubſtantiæ, non vt res ſignificata, aut eius pars, ſed vt conditio rei ſignificatæ non ſolum ſine qua non, ſed etiam per quam ſubſtãtia eſt ſecunda; homo enim & ſi non ſignificet niſi humanam eſſentiam, non tamen ſignificat illam, niſi vniuerſaliter conceptam: & per hoc habet quod ſecunda ſubſtãtia ſit, & ſub logica conſideratione cadat, vt dictum eſt. ſic autem ſignificare illam qualitatem accidẽtalem . ſ. vt conditionem, ſufficit ad verificandũ quod ſubſtantia ſecunda ſignificet quale; & ideo argumentum nihil obſtat. Si autem volumus loqui de qualitate eſſentiali, ſic negatur quod ſit ſecunda intentio, ſed eſt res naturæ; & cadit ſub ſignificatione ſecundarum ſubſtantiarum, vt res ſignificata: & hoc opus eſt, vt ante oculos ſuꝑ prædicta legẽtis proponatur, ſicut & prima vt ipſius primæ ſubſtrata; & conſideretur ſemper vt illam primam aſſiſtentem habet, aliter propoſito logico nõ ſubeſſet; vtraque ſiquidem harum reſponſionum bona & neceſſaria eſt. & prima tractatui illi de natura generis conſona, ſecunda vero verbis S. Tho. in 7. & 10. Meta. innititur &c.

*Ineſt autem ſubſtantijs etiam nihil illis eſſe contrarium. Prima. n. ſubſtantia quid erit contrarium? vt cuidam homini nihil eſt contrariũ. at vero nec homini, nec animali aliquid eſt contrarium: Nõ eſt autem hoc ſubſtãtia proprium, ſed & etiam multorum aliorum, vt quantitati, bi cubito. n. nihil eſt contrarium. at vero nec decem nec alicui talium. Niſi forte quis multa paucis dicat eſſe contrarium, vel magnum paruo, determinatorũ vero quantorum nullum nulli eſt contrarium.*

Hic ponitur quarta proprietas ſubſtantiȩ conueniẽs omni ſubſtantiæ, ſed non ſoli. ſ. carere cõtrario. vbi duo facit, primo ipſam proprietatem ponit dicens, quod ineſt & ſubſtantiis nihil eſſe illis contrarium; & inductiue declarat in primis & ſecundis ſubſtantijs, vt patet. Secundo oſtendit hoc non eſſe ita proprium ſubſtantiæ quod conueniat ſibi ſoli, quoniam conuenit etiam quãtitati; & duo facit, quia primo oſtendit, quod quantitati etiam conuenit non habere contrarium per hoc ꝙ nec ſpeciebus quantitatis continuæ, puta bicubito & tricubito; nec ſpeciebus quantitatis diſcretæ; puta decẽ, octo & aliis huiuſmodi aliquid contrariatur. Secundo oſtendit hoc non eſſe certum vniuerſaliter de quantitate, ꝙ . ſ. omne quantum careat contrario, qm̃ aliquis forte dicet quo ad quantitatem diſcretam, ꝙ multis contrariãtur pauca; & quo ad quãtitatem continuam, ꝙ magno contrariatur paruum; ſed quicquid ſit de hoc, pro nunc non eſt curæ; ſufficit. n. præſenti intẽtioni, ꝙ alicui quãtitati hoc conueniat. Et propterea hoc certificans Ariſ. ſubdit; determinatarum quantitatum, ad certam ſui generis ſpeciem nullam alteri eſſe cõtrariã. Vbi inſinuat dupliciter ſumi quantitatem; quædam. n. importãt quãtitatem certam, vt bicubitum, tricubitum, decem, cẽtũ, mille &c. Quædam autem important quantitatẽ incertam, ſeu indeterminatam, vt magnum, paruum, multũ & paucum; a dicentibus. n. aliquid horum intelligitur quidem aliquam quantitatem eſſe, ſed non determinatur quãta ſit &c. certas ergo & determinatas quãtitates cõſtat non habere contrarium; inquit Ariſtotele. quicqd de indeterminatis dici contingat.

Subſtantiæ nudæ acceptæ nulla eſt ſubſtantia contraria, niſi ratione qualitatum.

HOc in loco ſunt duæ dubitationes. prima eſt an ſubſtantia habeat contrarium. ſecunda, an magno ſit contrarium paruum. ſed quoniam hæc in ſequenti c. ab ipſo tractabitur Ariſt. & prima logici negocii limites exit, ſæpeque tractatur in phyſicis & Metaphyſica, vtraque omittenda eſt. nouitiũ tamen terminis inſtruẽdũ vt decet cenſeo, ſubſtantiæ nomine hoc in loco non omnis res, quæ accidens non eſt intelligitur. ſed prima tantum; & ſecunda ſubſtantia; quod ex eo patet. quod Ariſt. probans vniuerſalem inductiue, harum tantũ meminit; & nullam aliam ſuperius ſubſtantiam poſuit. Vnde huic propoſito non obſtat ſi formæ ſubſtãtiales, aut differentiæ ſint contrariæ; licet nihil horum ſit ſubſtantia. Rurſus tam prima quam ſecunda poteſt dupliciter ſumi. Vno modo ſecundum ſeipſam. alio modo ſecundum ſua accidentia: ſi conſideretur ſubſtantia vt veſtita eſt accidentia ſua, puta calorem vel frigus &c. & ſic non ſumitur hic. ſic enim vna ſubſtantia eſt contraria alteri ratione ſuarum qualitatum; & ſecundum hoc in ſecundo de generatione dicitur, quod ignis eſt contrarius aq. Subſtantia autem in ſua nuditate conſiderata ab intellectu (licet nunquam nuda inueniatur in rerũ natura) omni caret contrario; & ſic ſumitur hic. contrarietas autẽ, a qua contrarii nomẽ deriuatur, dupliciter ſumi poteſt. Vno modo communiter, & ſic diffinitur in 10. Meta. ꝙ eſt perfecta differentia; & ſic non ſumitur hic quoniam hæc inuenitur in omni genere, vt ibidẽ dicitur, & in 1. Phyſi. Alio modo ſumitur proprie; & ſic nihil aliud eſt quam maxima diſtantia ſub vno genere eorum, quæ natã ſunt ab eodem ſuſceptibili ſe continue expellere, qualis eſt inter calidum & frigidum, album & nigrum; & de hac eſt hic ſermo, cum dicitur, ſubſtantiæ, nihil eſſe contrarium. duæ enim ſubſtantiæ, & ſi in eodem genere maxime diſtantes ſint, puta homo & imperfectiſſimum conchylium in genere animalis, non tamen circa vnum aliquod nata ſunt ſuſcipi, quoniam in nullo ſuſcipi poſſunt. commune eſt enim omni ſubſtantiȩ in ſubiecto non eſſe, & conſequenter omnes aliæ conditiones deſunt. Vocaui autem contraria primo modo communiter, & ſecundo proprie; quoniam nominibus eſt vtendũ vt plures. Si quis. n. recte conſideret contrarietatem eſſe terminum metaphyſicalem, primo modo proprijſſime contrarietas apparebit; vnde & mihi magis placet illam vocare contrarietatem metaphyſicam; hanc vero phyſicam; rationabiliter tamen loquentium vſus

T. c. 4.
1. Phy.

obtinuit

obtinuit, vt phyſica contrarietas vocaretur ſimpliciter contrarietas, & nõ alia, quia ipſum contrarii nomen ab ipſo contra aliud proceſſu ſumptum videtur &c.

*Videtur autem ſubſtantia non ſuſcipere magis & minus. Dico autem non quod ſubſtantia non ſit magis & minus a ſubſtantia. hoc .n. dictum eſt, quod eſt. ſed quod vnaquaque ſubſtantia hoc ipſum quod eſt. non dicitur magis & minus. vt ſi eſt eadem ſubſtantia homo nõ erit magis, & minus homo. neque ipſe a ſeipſo, neque alter altero, non eſt enim alter altero magis homo. neq; ſicut eſt album alterum altero magis & minus album, & bonum alterum magis, & minus bonum, ſed & ipſum ſe ipſo magis & minus dicitur. vt corpus cum ſit album, magis nunc album eſſe dicetur quam prius, & cum calidũ ſit, magis & minus calidum, dicitur ſubſtantia vero nõ dicitur magis neq; minus, nihil .n. homo magis nunc hõ quam prius, nec aliorum quicquam, quæ ſubſtantiæ ſunt quapropter non recipit ſubſtantia magis & minus.*

Hic ponitur quinta proprietas ſubſtantię conueniẽs quoq; omni ſubſtantiæ, ſed non ſoli. ſ. nõ ſuſcipere magis & minus, & tria facit ꝓpoſita ipſa proprietate. quia primo excludit ſenſum falſum. ſecũdo declarat ſenſum intentum, ibi. (Sed qm̃ vnaquæque.) tertio ipſum intentum ſenſum veritatem habere manifeſtat ibi (vt ſi eſt bæc ſubſtantia.) Aduertendum eſt .n. ꝙ quia ſuſcipere magis & minus nihil aliud eſt, vt logice loquamur, quã prædicari cum ly magis, & ly minus: cum dicitur ſubſtãtiam nõ ſuſcipere magis & minus, poteſt habere duplicem ſenſum. Vnus eſt quod ly ſubſtantia non prædicet cũ magis & minus, & huc ſenſum ſtatim excludit Ariſ. qm̃ ſuperius dictum eſt oppoſitum, qñ declaratũ fuit, quod ſpecies eſt magis ſubſtãtia quam genus. & qm̃ dictũ fuit, ꝙ prima ſubſtantia, eſt maxima ſubſtantia, vnde dicit: dico autem hoc. ſ. ſubſtantiã non ſuſcipere magis & minus, non ꝙ ſubſtantia vna, puta ſpecies nõ ſit magis & minus ſubſtãtia a ſubſtãtia. i. quam altera ſubſtantia, puta genere, quod eſt magis ſubſtãtia, & prima ſubſtantia. quæ eſt minus ſubſtantia. Secundus aũt ſenſus eſt, ꝙ id, quod dicitur, ſeu quodammodo denominatur ſubſtantia, vt homo, bos, leo, non dicitur cum magis & minus, & hic eſt ſenſus intentus. vnde ſubdit, ſed qm̃ vnaquæque ſubſtãtia, vt puta homo, bos, hoc ipſum ꝙ eſt, i. ſm̃ id quod proprio nomine ſignificat. (id .n. eſt id quod eſt vnumquodque, quod eius proprio nomine denotatur.) non dicitur magis & minus. declarando deinde hoc inſinuat dupliciter inueniri & cognoſci ſuſceptionẽ magis & minus; nec eſt poſſibile inueniri 3. mõ. Primus ergo modus eſt, quãdo idem nunc minus, nunc magis tale eſt. Secundus eſt, quando alterum eſt magis aut minus tale altero. oportet enim magis & minus, vel in vno tãtũ reſpectu. ſ. ſuiipſius, vel in multis inueniri; quod ſi in vno, cum hoc non poſſit eſſe in eodem tẽpore, quia implicat, eſt primus modus, ſi in pluribus, eſt ſecundus. Quod ergo neutro iſtorum modorum magis, & minus habet, non ſuſcipere magis & minus comprobatur. vt formetur rõ ſic, omne ſuſcipiens magis & minus aut ipſum a ſeipſo, aut in altero reſpectu alterius dicitur magis & minus; nulla ſubſtantia eſt huiuſmodi, ergo nulla ſubſtantia ſuſcipit magis & minus. cuius rationis maiorem Ariſt. primo ponit inferendo eam declarationi minori dicens; vt ſi hæc ſubſtantia, puta ſor. ſit homo, non eſt ipſe ſortes a ſe ipſo nunc minus, nũc magis homo; nõ enim eſt minus homo Sor. puer quam iuuenis, licet ſit minor hõ, nec alter ab altero. non enim Sortes eſt magis homo Platone. vbi patet & maior, & aliqualiter minor. deinde inductiue & exemplo ab oppoſito declarat minorem ſecundum utranque partem: & primo ſecundam dicens, nõ enim eſt alter altero magis homo ſicut album eſt altero albo magis album. Deinde declarat primam partem inchoãs ab exemplo ab oppoſito dicens, ſed ipſum albũ ma[illegible] minus album a ſeipſo; corpus .n. prius album modo eſt magis album, ſubſtantia non ſic &c. Contra hanc proprietatem tres inſtantiæ ſunt. prima de elementis; qm̃ Auer. (in 3. Coeli.) dicit ea ſuſcipere magis, & minus. Secunda de anima intellectiua; qm̃ S. Tho. in 2. ſent. & in prima parte dicit non eſſe æqualis perfectionis ſecũdum ſubſtantiam in omnibus hominibus. Tertia de generibus ſubſtantię qm̃ S. Tho. in prima parte q. 93. art. 3. ad tertium videt illa excipere ab hac proprietate; & expreſſe dicit, quod intelligitur de ſpeciebus. Sed qm̃ diſcutere hec altioris negocii eſt, ſufficiat nunc attentos reddidiſſe, & inſtructos, quod Auer. ſm̃ illam poſitionem ſuſtinendus nõ eſt; expreſſe ſiquidem Ariſtoteli contradicit concludẽti, quod neque homo, neque quicquid aliud dicitur ſubſtantia, ſuſcipit magis & minus, idem iudicium de una & omnibus faciendo. Animam uero intellectiuam perfectiorem in uno quam in alio eſſe huic non obſtat ꝓpoſito. Tum quia ut dicetur hoc non ſufficit ad ſuſcipere magis & minus. Tum quia ſubſtantiæ nomine nõ intelligitur hic niſi ſubſtantia prima uel ſecunda, ut iam dictum eſt. anima autem nec eſt ſubſtantia prima, nec ſecũda, ſed principium utriuſque. De generibus autem ſic dicendum eſt, quod ſuſcipere magis & minus, realiter loquendo, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ꝓ eo quod eſt eſſe perfectius & imperfectius & hoc modo omne genus cuiuſque prædicamenti ſuſcipit magis & minus: qm̃ ſpecies rerum ſunt ſicut numeri, ita quod oportet unam eſſe perfectiorem, & alteram minus perfectam; non ideo ſolum quia differentia conſtitutiua unius eſt perfectior differentia conſtitutiua alterius, ſed quia etiam natura ipſius generis perfectiori modo ſeruatur in nobiliori ſpecie quam in minus nobili. ꝓpter quod Auer. in. 12. Met. dixit, quod genus prædicatur per prius & poſterius ſecundum eſſe; & iuxta hunc ſenſum dixit. S. Tho. quod non intelligitur ſubſtantiam non ſuſcipere magis & minus. ut patet ibi. Alio modo poteſt intelligi pro eo quod eſt intendi & remitti; ita qđ rem aliquam ſuſcipere magis & minus, nihil aliud ſit quam intendi. i. ſuum propriũ eſſe profici ſeu augeri. & remitti. ideſt diminui ſeu minus perfectionis acquirere. & hoc licet dupliciter cõtingat eſſe & cognoſci. ſ. in uno & eodem ſucceſſiue uel in multis. (ut dixit Ari.) ita ſibi utrũque modum uendicat quod licet de facto alter tm̃ modus inueniretur in rerũ natura, de poſſibili tñ debet hr̃e utrũque, ita quod ad hoc quod aliqua res ſuſcipiat hoc modo magis & minus, exigitur & quod in pluribus inuentum in uno perfectius & in altero minus perfectũ eſſe poſſit. Et quam in uno, & eodem ſucceſſiue perfectius fieri poſſit, aliter non poſſet intenſionis & remiſſionis motus ſecũdum illud ſaluari. Et hoc modo ſuſcipere magis & minus non inuenitur in ſubſtantia, neq; in quantitate, ut hic dicitur; & qm̃ hoc nõ inuenitur niſi quia ſpecies magis participatur ab eodem in uno tẽpore quam in alio, uel ab uno indiuiduo magis quã ab alio, ideo. S. Tho. ibi ſubdit, quod cum dicitur ſubſtantiam non ſuſcipere magis & minus, intelligitur qđ ſpecies ſubſtantiæ non nunc magis & poſt minus participatur ab eodem, aut ab uno magis q̃ ab alio. Vt ſic ex primo dicto magis & minus primo modo in ſubſtantia affirmauerit ex ſubiunctis uero magis & minus ſecũdo modo in ea negauerit. Et quia primo modo large ſumitur ſuſcipere magis & minus, & ſecundo modo proprie: ideo quando ſimpliciter profertur, ſicut hoc in loco accidit ſecundo modo intelligendum eſt. Et ex hoc etiam patet animã intellectiuam non ſuſcipere magis & minus; licet una ſit alia perfectior. Suſcipienda autẽ hæc ſunt, ſi reales rerum proprietates intueri uoluerimus, quamuis infra logicæ limites, q̃ prius diximus amplectenda ſunt &c.

*Maxime vero ſubſtantiæ proprium eſſe videtur, quod cum vnum & idem numero ſit, contrariorũ ſuſceptiuũ eſſe,*

Res naturæ denominata ſubſtantia non dicitur magis & minus.

C. 67. 1. par. q. 85. argu. 7. 2. ſe. d. 32. q. 1. ar. 3. 1. q. 93 a. ad tertium.

Commen. 2. Magis & minus ſuſcipere.

*eſſe, quale in alijs quidem non habebit quiſquam quod proferat tale, quæcunque non ſunt ſubſtantiæ, quod cum ſit vnum numero, ſuſceptibile contrariorum ſit, velut eo lor, qui eſt vnum & idem numero, non dicitur albus & niger, neque eadem actio & vna numero erit praua & ſtudioſa. Similiter autem & in alijs, quæ ſubſtantia non ſunt. ſubſtantia. n. cum vnum & idem numero ſit. capax contrariorum eſt. vt homo cum vnus & idẽ numero ſit aliquando quidem niger aliquando autem fit albus, & calidus & frigidus, & prauus & ſtudioſus, in nullis autem alijs aliquid tale videtur. Niſi quis forſitan inſtet dicens orationem & viſum eiuſmodi eſſe, eadem. n. oratio, & idem viſus verum vel falſum eſſe videtur, veluti ſi vera ſit oratio, ſedere quendam ſurgente ea falſa erit. Similiter autem de viſu, ſi quis. n. vere putat ſedere aliquem ſurgente eo falſum videtur ei eundem habente de eo viſum. Sed & ſiquis hoc ſuſcipiat tantummõ differt, nam ea, quæ in ſubſtantijs ſunt ipſa mutata ſuſceptibilia ſunt contrariorum, frigidum. n. de calido factum mutatum eſt, alteratum. n. factum eſt & nigrum ex albo, & ſtudioſum ex prauo. Similiter autem & in alijs vnumquodque mutationem ſuſcipiens eſt ſuſceptibile contrariorum. Oratio autem & opinio ipſa quidem immobilia omnino perſeuerant, cum vero res mouetur contrarium circa eam fit, oratio nãque permanet eadem eo quod ſedet aliquis. Cum vero res remota ſit, aliquãdo quidẽ vera, aliquando falſa fit. ſimiliter aũt & in opinione. Quapropter proprium ſolummodo ſubſtantiæ eſt eo quod ſecundum mutationem ſuam ſuſceptiua eſt contrariorũ. Siquis autem etiam recipiat placitum & orationem dicens ſuſceptiua eſſe contrariorum, non eſt hoc verũ: oratio nanq; & opinio non in eo quod ipſa aliquid recipiãt contrariorum ſuſceptiua eſſe dicuntur, ſed in eo quod circa alterum aliqua paſſio facta ſit. Nam in eo quod res eſt vel non eſt, in eo etiam oratio vera aut falſa dicitur, non in eo quod ipſa ſit ſuſceptiua contrariorum, Simpliciter autem a nullo nec oratio mouetur nec placitũ, quapropter non erunt ſuſceptiua cõtrariorum, cum nulla in eis paſſio facta ſit. Verum ſubſtantia in eo quod ipſa contraria recipiat, in hoc ſuſceptiua dicitur contrariorum eſſe. Languorem enim & ſanitatem ſuſcipit, candorem & nigredinem, & vnumquodque talium ipſa ſuſcipiendo cõtrariorum eſſe ſuſceptiua dicitur, quare proprium erit ſubſtãtiæ, quod cum idem & vnum ſit numero, contrariorum ſuſceptiuam cum ſui permutione eſſe. Et de ſubſtantia quidem hæc dicta ſufficiant.*

Hic ponitur ſexta proprietas ſubſtantiæ cõueniens omni ſoli & ſemper. & propterea dicitur maxime proprium eſſe. quatuor autem circa hoc facit. primo ꝓponit intentum dicens maxime proprium eſſe ſubſtantię, quod cum vna & eadem numero ſit, contrariorum ſit ſuſceptibilis: & quia id, quod eſt maxime propriũ oportet nulli alteri conuenire, ſed illi cuius eſt proprium: iõ ſtatim vtrumque horum eodem ſeruato ordine declarat: nec eget expoſitione declaratio, ſed attentione. Secundo inſtantiam affert aſſerentem, quod conuenit alii a ſubſtantia. Et dicit, (niſi quis forte inſtet &c.) & conſiſtit in hoc, quod eadẽ numero oratio vocalis, & ſimiliter oratio mentalis, quæ dicitur opinio, viſus, & placitum cõtrariorum eſt ſuſceptibilis: iſta enim oratio, Sortes ſedet, eo ſedente eſt vera, illo autem ſurgente eſt falſa; verum autem & falſum contraria eſſe conſtat. ergo. Tertio ponit primam reſponſionem ad hanc inſtantiã ibi. (Sed ſiquis hoc ſuſcipiat tantummodo differt &c.) Quarto ponit ſecundam reſponſionem ad eandem inſtantiam ibi. (Siquis autem &c.) & quoniam textus eſt valde clarus ſummarie dicere ſentẽtiam ſat erit. Aduertendum eſt ergo, quod cum negari nõ poſſit quod oratio eadem numero ſucceſſiue ſit vera & falſa, oportet vel negare, quod orationem tranſire de vera in falſam ſit ſuſcipere cõtraria, vel ſi hoc acceptatur oſtẽdere differentiam inter modum, quo ſubſtantia ſuſcipit cõtraria, & quo oratio: & illum modum addere in aſſignatione proprietatis ſubſtantiæ, cum dr̃, maxime proprium eſt ſubſtantiæ, &c. vt ſic ſibi ſoli conueniat: & iõ hoc vidẽs Ariſt. duas reſponſiones dedit, quarum prima dato qđ orationem tranſire de vero in falſum ſit ſuſcipere contraria; oſtendit differenti mõ a ſubſtãtia ſuſcipi contraria: & conſiſtit in hoc, quod ſubſtantia ſuſceptibilis eſt contrariorum per ſui mutationem, oratio aũt non per ſui, ſed alteri9 mutationem, Sortes. n. eſt ſuſceptibilis calidi & frigidi: quia ipſe eſt tranſmutabilis de eſſe calido ad eſſe frigidum, oratio autem hæc, Sortes ſedet tranſit de vero in falſum, non quia ipſa tranſmutetur, ſed omnino immota manens, quia res ſignificata ꝑ ipſam mutatur, Sortem. ſ. ſedere, ſurgẽte. n. Sorte oratio facta eſt falſa; quia ſeſſio eius, quæ erat, modo nõ eſt. & ſic iuxta hãc reſponſionem dicendum eſſet, maxime proprium eſt ſubſtãtiæ cum ſit vna & eadem numero, ſm ſui mutationem eſſe ſuſceptibilem contrariorum. Sed qm̃ hęc reſponſio, licet optima & vera ſit, permittit dici orationem tranſire de vero in falſum, quod ſit eam ſuſcipere contraria; & hoc non eſt verum, ideo ſm reſpõſionem ſubdit, quæ ex dictis in prima oſtendit hoc eſſe falſum; & ſic ſine additione aliqua optime dictum eſt maxime proprium &c. probatur autẽ in textu quod orationem tranſire de vero in falſum non eſt ſuſcipere contraria, ſic, omne ſuſcipiens cõtraria oportet moueri ex uno cõtrario in aliud & recipere ea in ſeipſo; oratio tranſeundo de vero in falſum nõ mouet ab vno in aliud, nec recipit aliquid & aliquid ꝑdit: ergo oratio dum trãſit de vero in falſum non ſuſcipit cõtrarium. Maior ex terminis patet, ſuſcipere. n. cõtraria cum nõ cõtingat ſimul, oportet ꝙ fiat ſucceſſiue; & niſi ęquiuoce vocet ſuſcipere, oportet ꝙ per ſui mutationẽ de vno in aliud fiat; & ꝙ recipiatur vtrunq; ſucceſſiue in eo ſicut in ſubiecto. Minor vero ex dictis patet, qm̃ oratio nõ ex eo ꝙ ipſa patiat abiectionẽ alicuius a ſe per actionẽ cuiuſcunq; agẽtis efficit falſa, ſed ex eo ꝙ res extra, puta Sortes mutat de ſeſſione in ſtatione; concludit tandẽ ad claritatẽ ampliorẽ doctrinæ, ꝙ propriũ eſt ſubſtãtiæ, ꝙ una numero per ſui mutationem ſuſceptibilis eſt contrariorũ.

Notãdũ eſt ꝙ q̃a uerũ & falſum ſunt relatiua, & relatio cum exigat duo extrema ex alterius mutatione ꝑdatur, & acquratur, ut patet de columna, q̃ mihi ad dextram poſita, dextra dr̃, & ipſa immobili perſeuerãte ad oppoſitam me partem tranſlato, ſiniſtrà, & non dextra mihi ipſa columna dr̃; & ſimiliter Sortes calidus ſimilis eſt Platoni calido, Platone autem frigefacto, Sortes in ſuo calore perſeuerans diſſimilis Platoni effectus eſt ex ſola Platonis mutatione; quia inq̃ hæc eſt natura relatiuorũ: ideo oratio q̃ ideo dicitur uera, quia eſt adæquata rei, q. a. ſ. ſignificat ſic eſſe ſicut eſt, ex rei mutatione inadæquata reddit & ſic efficit falſa. Et aduerte hic diligenter ꝙ illa maxima Ariſtotelis hic poſita, ab eo ꝙ res eſt uel non eſt oratio dr̃ uera uel falſa; non intelligit de re quæ eſt ſubiectum aut prædicatum orationis. ſed de re ſignificata per ipſam enuntiationem. u. g. cum dr̃ homo eſt albus; non ideo eſt uera iſta; quia homo aut album ſit, ſed ideo quia hominem eſſe album eſt. hoc enim eſt ſignificatum per illam orationem.

Sed ultra hanc q̃ Ariſt. attulit inſtantiam duæ reſtãt adhuc contra aſſignatam proprietatem obiectiones.

Prima eſt; quia non ur̃ conuenire oĩ ſubſtantiæ. ſed tm̃ principali; ſecunda nanque ſubſtantia cum una numero non ſit; quia non ſignificat hoc aliquid; aliena ab hac proprietate uidetur. Secũda eſt: quia uidetur conuenire alteri a ſubſtantia. ſ. quantitati; eadẽ nanq; ſuperficies ſecundum ſui mutationem modo eſt alba, poſt modũ nigra; & ſimile eſt in naturalibus potentiis: idem. n. intellectus prius ignorans ſecundũ prauam diſpoſitionem; poſtmodum eſt ſciens &c. Ad primam obiectionem

nem dicitur:quod hęc proprietas conuenit omni ſubſtā tiæ ſane intellecta,non enim ly vna numero ſe tenet ex parte ſubiecti vt ſenſus ſit;proprium eſt ſubſtantiæ quæ eſt vna numero.ſuſceptibilem eſſe contrariorum:ſed ex parte prędicati;& eſt ſenſus;proprium eſt ſubſtātiæ oī, quod ſeruata vnitate numerali ſuſceptibilis eſt contrariorum;hoc autem conſtat conuenire,& primæ, & ſecūdæ ſubſtantiæ. homo enim ſeruata vnitate numerali q̄ in Sorte habet;eſt ſuſceptibilis calidi,& frigidi ꝙ nō cōuenit colori, color enim ſeruata vnitate numerali q̄ in hoc albo habet non poteſt eſſe niger. Ad ſecundam vero dicitur:quod neque quantitas,neque naturalis potentia eſt ſuſceptibilis contrariorum : ſed ſunt media quib. ſubſtantia eſt ſuſceptibilis contrariorum ;proprium eſt enim ſubſtantiæ eſſe ſuſceptibilem cōtrariorum mediate;vel immediate. non enim quantitas mouetur ꝓprie de albo in nigrum ; ſed ſubſtantia quāta:nec intellectus proprie mouetur de ignorantia ad ſcientiam;ſed homo ſecundum intellectum. Sed reſponſio hæc patitur difficultatem;quia ſi propterea proprium eſt ſubſtātiæ; eſſe ſuſceptibilem cōtrariorum;quia ſola ipſa ſit quod ſuſcipit contraria; quid oportebat ſolicitum eſſe Ariſtotelē ad tutandum hanc proprietatem,& diſputādum de oratione.conſtat enim quod cætera genera accidentia ſunt & quod vnum accidens non eſt ſubiectum alterius vt ꝙ ſed vt quo. Ad hoc dicitur quod ideo oportuit Ariſtotelem ſolicitari;quia contrariorum quędam denominānt primo ſubſtantiam,& ſi denominant accidentia hoc nō faciunt niſi ꝓ quanto illa accidētia indenominata ſubſtantia ſunt;vt calidum album dulce;cum ſuis contrariis &c.de his non fuit ſolicitus propter rationem tactam. Quædam vero ſunt q̄ primo denominant ipſa accidentia ſecundum ſe;& ſubſtantiam:vel nō denominant,vel ſecundario;vt verum & falſum quæ denominant ipſam orationem ſecundum ſe; prauum & ſtudioſum ipſam actionem &c.nō enim dicitur oratio vera,quia homo ſit verus,nec dicitur actio praua;quia homo ſit prauus :ſed ecōuerſo, quia actio eſt praua;ideo homo prauus.Et de his ſolicitus fuit Ariſt.vbi dubium proſpexit.ſi.n. accidens ſecundum ſe contraria ſuſciperet, ſubſtantiæ proprium impediret,quod non facit ſi ipſum vt mediū quo ſubſtantia denominatur talis contraria ſuſcipit &c.

## De quantitate,& ſuis ſpeciebus,& proprietatibus. Cap. 2.

*al.l.quāti. *Q*Vantitatis* * *autem aliud quidem eſt continuum , aliud diſcretum, & aliud quidem ex habentibus, poſitionem ad ſe inuicem in ipſis partibus conſtat,aliud autem ex non habentibus poſitionem.*

DIuiditur præſens capitulum in tres partes, nam primo conſtruendo ipſum prædicamentum quantitatis,enumerantur quantitates per ſe.ſecundo quantitates per accidens,tertio proprietates quantitatis,enumerando autem & ſtabiliendo quantitates per ſe talem ordinem ſeruat.primo ꝓponit duas famoſas diuiſiones quātitatis;dicens quantitatis aliud continuum &c. Vbi multa notanda occurrunt ſcilicet quod ideo ſtatim poſt ſubſtantiam de quantitate tractauit,quoniam quantitas ꝓpinquiſſima eſt ſubſtantiæ;& ſecundum rem , quia immediatius ineſt ſubſtantiæ quam inſint qualitates, & ſecundum modum, quoniam ſubiacet & paſſiones habet

T.c.18. quemadmodū ſubſtantia(ut patet in 5.Meta.c.de quanto.)Diuidendo autem incepit; quoniam non intendātibus nunc naturas rerum ſcrutari:ſed adnuare;conueniēter diuidendo notificatur quantitas ; diuiſione qua ſpecies patefiunt. Nec opus erat præponere diffinitionem, quoniam extra propoſitum fuiſſet, ſed ſi ad intima peruentum eſſet;aut nihil prodeſſet,ſi quid ſuperficietenus aſſignatum eſſet,puta quod eſt menſura ſubſtantiæ.mēſurare enim cum non vno modo inueniatur in cōtinuo & diſcreto,diuidendum rurſus ſicut & quantitas fuiſſet; & nihil niſi quid nominis quantitatis oſtendiſſet.Simul vero vtranque diuiſionem poſuit:eo quod eaſdem habeant ſpecies & intrinſecent ſe;ita quod omnia quę vni diuiſioni ſubiecta ſunt,& alteri ſubiecta ſunt, & ecōuerſo.Præpoſuit verumtamen diuiſionem in cōtinuum & diſcretum;quia illa per poſitiuas differētias data eſt;iſta per alteram negatiuam,& quia illa eſſentialis & naturaliter prior eſt;iſta accidentialis,& poſterior eſt.In cuius ſignum a metaphyſico tacita eſt . Dixit quoque in neutro genere quantitatis aliud &c. vt inſinuaret diuiſionē hanc fieri in genera ſubalterna &c.

*Eſt autem diſcreta quantitas , vt numerus & oratio; continua vero, vt linea,ſuperficies,corpus,amplius aūt præter hæc tempus & locus.*

Secundo hic enumerat mēbra primæ diuiſionis exēplariter ſimul ipſam declarans,præponit autem diſcretum continuo numerando & declarando, quia quātitas diſcreta ſecundum ſuam rationem prior naturaliter eſt continua quoniam vnitas quæ eſt principium quantitatis diſcretæ eſt prior puncto qui eſt principium quantitatis continuæ,diuidendo autem præpoſuit cōtinuum diſcreto , cum dixit , quantitates aliud continuum &c.quoniam diſcretum cauſatur,& ſecundum eſſe,& ſecundum cognitionem noſtram ex diuiſione cōtinui Dixit quoque enumerando ſpecies continui. Amplius præter hæc tempus & locus,quoniam hæc duo non eodem modo quantitates ſunt,ſicut aliæ prænumeratæ. Alię.n. ſunt hic quantitates,quia ſunt menſuræ intrinſecæ;tempus autem & locus ſunt menſuræ extrinſecæ &c.

*Partium etenim numeri nullus eſt communis terminus ad quem copulantur partes eius. vt quinque & quinque ſi decem ſunt partes, ad nullum communem terminum copulātur quinque & quinque, ſed ſemper diſcreta ſunt. Et tria & ſeptem ad nullum communem terminum copulantur, neque omnino habeas in numero communē terminū partium accipere, ſed ſemper diſcreta ſunt, quapropter numerus,quidem diſcretorum eſt. Similiter aūt & oratio, quod enim quātitas eſt oratio manifeſtum eſt, mēſuratur enim ſyllaba breui & longa. Dico aūt orationem cum voce prolatam ad nullum enim communē terminum partes eius copulantur , non enim eſt communis terminus, ad quem ſyllabæ copulentur, ſed vnaquęque diuiſa eſt, ipſa ſecundum ſeipſam.*

Tertio hic declarat ſupradicta duo, ſcilicet numerū & orationem eſſe quantitatem diſcretam, & primo de numero.& quoniam conſtat quod numerus eſt quantitas,declarat tantummodo quod eſt diſctā tali ratione; omnis quantitas cuius partes non copulantur ad vnum terminum communem eſt diſcreta , numeri partes non copulantur ad vnum terminum communem, ergo &c. vnde ſubintellecta maiore incepit a minore ;& eā manifeſtat exemplariter in numero denario,& eius partibus tam æqualibus vt quinque & quinque, quam inæqualibus:vt ſeptem & tria . Quid autem importat terminus communis inferius cum de cōtinuis agetur,patebit. Deinde de oratione de qua vtrunque probat ſcilicet & quod ſit quantitas & quod ſit diſcreta,primum probat ſic ,illud cuius partes menſurantur longitudine & breuitate eſt quantitas;orationis partes menſurantur longitudine & breuitate ergo &c.huius rationis minorem ponit dicens.quod ſyllaba quæ eſt pars orationis menſuratur breuis an longa ſit;& quoniam non loquimur de oratione mentali,ſed vocali,ideo a Boetio vt ipſemet dicit;additum eſt in textu(dico autem orationem cum voce ꝓlatam.)ſecundum autem probat ſic,vt de numero probauit; quia ſcilicet partes orationis ad nullum terminū communem copulantur.ſyllabæ enim inter ſe diſcretæ ſonant & nihil unius;aliqd alterius eſt,ut patet. Aduertenda ſunt.hic duo.Primū,quod Ariſt.ratio ,qua declarat orationem eſſe quantitatem,directe oſtendit orationem eſſe quantam:ex eo .n.ꝙ ſyllaba breuis, vel longa

eſt, concluditur ipſam eſſe quantam, eo quod breue vel longum paſſio eſt quantitatis. Sed qm̄ ex hoc ſequitur ibi eſſe aliquam quantitatem, quia oē quantum aliqua quantitate eſt quantum; & illa quantitas nomine ſui mēſurati vocatur oratio: ideo non ſolicitus circa vocabula ſic breuiter intentum cōcluſit. Accipitur autem hic breue vel longú tranſumptiue, qm̄ proprie ſunt paſſiones lineæ. Secúdum eſt, quod, vt communiter dicitur, oratio poteſt dupliciter ſumi. Vno modo pro voce prolata; & ſic eſt qualitas in tertia ſpecie qualitatis. Alo modo pro menſura ſeu quantitate vocis plate qua formaliter vna ſyllaba dicitur breuis, alia longa; & ſic ponitur ſpecies quátitatis diſcretæ: quantitatis quidem, quia menſuræ rationem habet diſcretæ vero, qa diſcretorú menſuram diſcretam oportet eſſe, vt homogenea ſit menſura mēſurato, conſtat autem locutionem ipſam, quæ menſuratur, diſcretam eſſe, vt in textu dicitur; quia ſoni literarú, & ſyllabarum, ex quibus integratur oratio, ſeparatim & diſtincte ſonant, adeo vt nihil præcedentis commune ſit ſibi & ſequenti, vt patet, vtrum autem ſecundum veritatem inueniatur in rerum natura talis quantitas diſtincta a reliquis ſecundum eſſe, metaphyſici potius negocii eſt, & me non videre fateor. putant enim quidam ſic eſſe, alii non; ſignum non paruum ſumentes ex eo ꝙ

C. 4. 18.

in 5. Meta. vbi de quantitate ſecundum eſſe tractat non nominatur, & hoc Alberto ibidem cōſonum eſt; numerata tamen fuit hic ab Ariſtotele; vel qa famoſo ſermone ſecúdum Alber. colligebat ſpēs & proprietas hoc

Collige oēs quantitatis ſpecies.

in libro; vel quia ſpecialem modú menſuræ dicit. ſ. entis ſucceſſiui diſcreti. Siquis. n. diligenter conſideret, collectæ ſunt hic omnium entium menſuræ: & permanentiú quidem ſi continua ſunt, quatuor mēſuræ: tres intrinſecæ. ſ. linea ſm longitudinem, ſuperficies ſm latitudiné, & corpus ſm profunditatem, & vna extrinſeca. ſ. locus; ſi diſcreta ſunt, numerus, ſucceſſiuorum aút ſi continua ſunt, tempus: ſi diſcreta, oratio; propter quod à quibuſdam dictum eſt quod tempus diſcretú a S. Aug. & Thoma poſitum a philoſophis præinuentum fuerit, & orationis nomine inſinuatum.

Aug. 8. ſup Gen. ca. 29. ad ſit S. Th. quolibet. 2. q. 2. artic. 2. quolibet. 9. q. 4. ar. 4.

*Linea vero continua eſt, eſt. n. ſumere cōem terminum, punctum ad quem partes eius copulentur, & ſuperficies lineam, plani namque partes ad aliquem communē terminum copulantur. Similiter autem & in corpore poteris ſumere communem terminum lineam, vel ſuperficiem, ad quam copulantur corporis partes.*

Quarto hic declarat tria mēbra continui, probans ſolum quod continua ſint, qm̄ quantitates eſſe conſtat, declarat auté de ſingulis. ſ. linea ſuperficie & corpore vnico medio ſic. id, cuius partes copulantur ad vnum terminum communem, eſt continuum; hæc ſunt huiuſmodi ergo &c. Hic nihil aliud dicendú reor, ꝗ quid nominis horum terminorum. ſ. lineæ, ſuperficiei, corporis, & termini cōis. Linea longitudinem ſonat ſine latitudine, ſuperficies latitudinem ſine profunditate; corpus longú, latum, & profundum, nec hæc ſic ſunt intelligenda ut lógitudo inueniatur ſine latitudine; aut latitudo ſine ꝓfunditate; ſed qm̄ ſignificatur longitudo nomine lineæ, non ſignificata latitudine illo nomine, ſicut color pomi licet non ſit ſine eius odore, videt̃ tñ ab oculo ſine odore. ideſt non viſo eius odore. odor. n. non videt̃. & ſimiliter eſt de profunditate reſpectu ſuperficiei, quæ planú vocatur in textu. Terminus cōis cú compoſitum nomē

Cōis terminus cuiuſlibet continui quid.

ſit, ex componentibus naturam trahat neceſſe eſt: & cōſequenter quod habeat hæc duo. ſ. & quod terminet, & quod ſit cōis: & qm̄ adiectiuú determinatio & modus eſt ſubſtantiui, non ſufficit ad hoc ꝙ aliqd dicat terminus cōis, quod ſit terminus, & quod ſit cōis, ſicut nec ad hoc quod aliquis ſit monachus albus, ſufficit qd ſit monachus & quod ſit albus ſed exigitur quod actú terminādi habeat cōem. ideſt quod ita ſit terminus vnius partis, quod etiá ſit terminus alterius; ſicut punctus in quocunque loco lineæ deſignetur, vtriuſque partis hinc. ſ. & inde terminus eſt. Et qm̄ terminus inquátum terminus oportet qd ſit indiuiſibilis; qm̄ ſi poſſet diuidi iam non vltimum terminans eſſet; quia haberet aliquod vlterius terminus; ideo termini communis nomine ſignificatur aliquid indiuiſibile communiter terminans vtranq; partem, hoc in linea eſt punctum; in ſuperficie linea; in corpore ſuperficies; & in tempore inſtans, locus autem ut dicetur vel eſt ſuperficies vel corpus &c.

*Eſt aūt talium & tempus & locus; præſens. n. tempus ad præteritum & ad futurum copulatur. Rurſum locus continuorum eſt, locum. n. quadam corporis partes obtinent, quæ ad quendam communem terminum copulantur. Ergo & loci partes, quæ obtinent ſingulas corporis partes ad eundem communem terminum copulantur, ad quem & corporis partes. quapropter continuus erit locus, ad vnum. n. terminum communem copulantur eius particulæ.*

Quinto hic declarat reliqua duo continui mēbra; tēpus & locum, & primo tempus eſſe continuum; qm̄ partes eius. ſ. præſens, preteritum, & futurum, copulantur. i. continuantur & conſequenter habent terminum cōem. ſ. inſtans; quod eſt finis vnius partis & principium alterius. Appellatur autem tempus præſens ſecundum famā id, quo grammatici vtuntur diſtinguentes tempora verborum; nō quod ſecundum veritatem poſſit aliquid tēporis eſſe præſens niſi inſtans. Deinde declarat locú eſſe continuum eadam ratione: quia. ſ. partes eius copulātur ad vnum terminum communem. Sed ad declarationem minoris vtitur tali ratione. partes corporis locati copulantur ad unum terminum communem, ergo partes loci copulantur ad unum terminum communem, ꝓbat conſequétiam. quia ſingulis partib. corporis locati correſpondent ſingulę partes loci: ſed illę (ut dictú eſt) continuantur, ergo & iſtæ; & non ſolum hoc ſequitur; ſed etiam quod iſtæ partes. ſ. loci copulentur ad eúdem terminum, ad quem copulantur illæ. ſ. locati corporis partes. Quæ uerba dupliciter exponuntur. Primo a dicētibus Ariſtotelem loqui hic de loco ſecundum opinionem antiquorum dicentium locum eſſe ſpatium habēs trinam dimenſionem &c. & ſic clarum eſt locú eſſe cōtinuum, ſicut & corpus locatum & penetrare illud ſecúdum omnē dimenſionem: & eundem habere terminú communem cum corpore locato. Secundo exponuntur a dicentibus Ariſt. loqui ſecundum propriam ſententiā, ſecundum quam locus eſt ultimum corporis continentis &c. & dicitur quod per ly eundem, non intelligit eundem ſecundum rem, ſed ſecúdum proportionem, & adæquationem: & per partes corporis locati intelligit partes ſecundum cōuexum eius. tales enim partes obtinēt ſingulas ſuperficiei, ꝗ locus eſt partes: & quia tales partes continuæ ſunt, ſequitur ſuperficiem illam, quæ locus eſt eis continuam, ut partes partibus, & totum toti, & termini terminis correſpondeant. Nec obſtat ſi duorú corporú ſuperficies unius corporis locus ſint, ut patet, quando baculus eſt ſecundum medietatem in aere, & ſecundum aliam in aqua; quoniam ſicut illæ duæ ſuperficies unum numero locum conſtituunt; ita & continuú, hoc autem qualiter ſit phyſicę determinationis eſt, núc autem ſufficiat ſcire quod inquantú locus continuus eſt licet inquantum in hac uel illa huius uel illius corporis ſuperficie firmatur, continuitatem non habeat ſicut nec unitatem aut identitatem. prima expoſitio Alberto placet, ſecunda aút S. Tho. in 5. Metaphyſicæ cōſonat &c.

*Amplius aūt alia quidem conſtant ex particulis, quæ in eis ſunt, poſitionē ad ſe inuicem habentibus, alia autē ex non habētibus poſitionē, vt lineæ quidē particulæ poſitionē habēt ad ſe inuicem, ſingulæ namq; earū ſitæ ſunt alicubi, & habeas vnde diſtincte ſumas & aſſignes vbi ſingulæ ſitæ ſint in plano, & ad quā partem reliquarum copuletur, ſimiliter autem & particulæ plani habent*

*quan-*

*quandam poſitionem, ſimiliter autem aſſignaretur vnaquæque vbi iacet, & quæ ad ſe inuicem copulantur. ſed & ſolidi partes ſimiliter & loci.*

Sexto hic incipiens proſequi ſecundam diuiſionẽ, eã repetit & eius affirmatiuum membrũ declarat. ſ. habẽs poſitionem in partibus; & quia textus clarus eſt, hoc ſolum notãdum eſt, quod poſitio dupliciter ſumitur. Vno modo vt dicit ordinem partium in toto in comparatione ad locum, & ſic eſt vnum prædicamẽtum, quod alio vocabulo dicitur ſitus. Alio modo vt dicit ordinem partium in toto abſolute; & ſic tria ex git. ſ. permanẽtiam, ſituationem, & continuationem partium; & ſic eſt dr̃ia quãtitatis in hoc loco prolata. Permanentiam quidem, quia niſi partes maneant, quomodo poſitæ iuxta ſe inuicem erunt? quæ.n. iuxta ſe inuicem ſita ſunt permanere oportet. Situationem vero, quia debes poſſe monſtrare vbi ſit vna pars & vbi alia. Vbi autẽ dico non in quo loco proprie loquendo, qm̃ ſola corpora in loco proprie ſunt; ſed in qua loci dr̃ia ſecundum quamquã diuiſionẽ ſit; puta ante, vel poſt, ſub, vel ſupra, dextræ vel ſiniſtræ. Continuationem autem; quia ad vnum terminum communem copulari partes debent, aliter vnius totius partes non eſſent. Harum autem trium conditionum Ariſtoteles duas vltimas explicite hic ponit. Primam autẽ, quæ in ſecunda præſuppoſita intelligebatur inferius explicat: cum tempus probat nõ habere poſitionem, linea ergo ſuperficies ſeu planũ, ſoliditas, ſeu corpus, & locus, quantitates ſunt habentes poſitionem in partibus: quia partes cuiuſque permanent: & iuxta ſe inuicem iacẽt: & connectuntur ad vnum terminum &c.

*In numero autem nõ poterit quiſquam oſtendere quẽadmodum particulæ eius poſitionem aliquam ad ſe inuicem habeant: aut vbi iacent, aut quæ partes ad ſe inuicem connectuntur. Neque ea quæ temporis ſunt. nihil.n. permanent particulæ temporis, quod autem non eſt permanens, quomodo poſitionem aliquam habebit? ſed magis quendam ordinem dices habere, eo quod aliud quidẽ ſit prius, aliud vero poſterius. Sed & in numero ſimiliter, eo quod prius numeratur vnus, quam duo, & duo quam tres; & ita habebunt quendam ordinem, poſitionem vero non omnino accipies. Sed & oratio ſimiliter, nulla.n. permanet partium ei, ſed dictum eſt ſimul, & nõ eſt hoc amplius aſſumere, quapropter non erit poſitio particularum eius; ſiquidẽ permanet. Alia itaque conſtat ex particulis quæ inſunt ſunt, poſitionem ad ſe inuicem habentibus; alia autem ex non habentibus poſitionem.*

Septimo hic alterum ſecundæ diuiſionis membrum declarat: & ſimiliter ſententia clara in textu habet, oſtẽdit nanque tres reliquas quantitatis ſpecies ſub hoc mẽbro contineri: numerum ſcilicet, tempus, & orationẽ; numerum quidem, quia caret duabus conditionibus poſitionis ſcilicet ſituatione, & continuatione. Vnitates.n. ex quibus componitur numerus, non habent determinationem in continuo, ſed abſtrahunt a poſitione, in hoc enim differt vnitas a puncto; illa.n. eſt indiuiſibile, iſtud autem eſt indiuiſibile ſituatum. Tempus vero, quia caret & duabus, prima ſcilicet & ſecunda ideſt permanentia, & ſituatione; & ibi inſerit quod temporis & numeri partes, & ſi ſitum non habeant; vt ante & poſt, aut ſub vel ſupra &c. vbi eorum partes deſignari poſſint, habẽt tamen ordinem vt prius & poſterius in eis inueniatur: præteritum enim eſt prius futuro, & vnum prius eſt numeratione quam duo. Orationem autem: quia permanentia careat; volat enim irreuocabile verbũ, & reuera orationi deſunt omnes tres conditiones, quoniam nec ſituationem, nec continuationem habet &c.

*Proprie autem quantitates hæc ſola dicuntur, quæ diximus, alia vero omnia ſecundum accidens ſunt, ad hæc enim ſpicientes; & alia dicimus quanta. vt multum dicitur album eo quod ſuperficies multa ſit, & actio lõga, eo quod tempus multũ ſit, & motus multus. neque enim horum ſingulum per ſe dicitur quantũ; vt ſiquis aſſignet quanta ſit actio temporis diffiniet anni menſuram, vel ſic aliquo modo aſſignans, & album quantum ſit aſſignans, ſuperficiem diffiniet. Quanta enim ſuperficies fuerit, tantum album eſſe diceret. Quare ſolæ proprie & ſecundum ſeipſum quantitates dicuntur, quæ dictæ ſunt, aliorũ vero nihil per ſe, ſed ſi forte per accidens.*

Hæc eſt ſecũda pars principalis huius capituli: in qua ſufficienter ſe enumeraſſe quantitates oſtendit; quantitates per accidens ab his quæ ſunt per ſe diſcernens, vnde excluſiuam proponit dicens; hæ ſolæ ſunt propriæ q̃titates. Alia vero omnino ſecundũ accidens. Et licet ad probandum hanc excluſiuam oporteret vtrãque exponentem, probare, ſ. quod hæ ſupradictæ ſint propriæ q̃titates; & ꝙ nihil aliud ab eis ſit proprie quãtitas; primã Ariſt. reliquit tanquam per ſe notam ex dictis, ſecundã autem declarauit aperiendo illam ſibi æquipollentem vniuerſalem. ſ. oẽ aliud a ſupradictis, eſt ſecundum accidens quantum tali ratione; illud quod non per ſe. i. ſolitarie ſumptum, ſed in ordine ad aliquod horum dr̃ quãtum eſt quantum per accidens; ſed omne quãtum aliud ab iſtis eſt huiuſmodi. ergo &c. maiorẽ Ariſt. ſupponit, qm̃ euidens ex terminis eſt, minorem vero primo explicat, & declarat in tribus. ſ. in qualitate & actione & motu. dr̃.n. album multum eo, quod ſuperficies multa ſit. actio quoque longa, & motus multus, eo ꝙ tempus multum ſit. Deinde probat ſic; illud ꝗ in eo ꝙ quantũ nõ poteſt diffiniri ſine aliquo horum, non eſt ſecundum ſe quantum; ſed in ordine ad aliquod horum, omne quantum aliud ab iſtis eſt huiuſmodi. ſ. quod in eo quod quãtum nõ poteſt diffiniri ſine aliquo horũ ergo &c. maiore ſuppoſita, declaratur minor, quia quærenti quanta eſt actio, non niſi quantitate temporis applicata ad menſurandam actionem ſi per horam; aut diem; aut annũ durauerit reſpondebitur; & ſimiliter quanta eſt albedo, nõ niſi ex ſuperficiei quãtitate aſſignabitur &c. hæ ergo ſolæ proprie quantitates ſunt. Aliorum vero nihil eſt per ſe quantitas, ſed forte per accidens. Dixit (forte) ad explanationem illius vniuerſalis primo aſſumptæ. ſ. alia vero oĩa ſm accidens. ~~hæc.n. modificanda erat ſic, alia vero omnia ſm accidẽs~~; hæc.n modificãda erat ſic, alia vero omnia, quæ ſunt quanta, ſunt ſecũdum accidens quãta; & hoc inſinuauit per ly forte, ac ſi diceret nihil aliorũ per ſe eſt quantitas, ſed ſi eſt, eſt per accidens.

Circa primã expoſitionem illius excluſiuæ, dubitatio non modica eſt, an. ſ. verum ſit omnia ſupradicta eſſe per ſe quantitates, tum propter rationes, tũ propter ipſius Ariſtotelis auctoritatem in 5. Metaphyſicæ tempus ponentis quantitatem per accidens, locum autem & orationem, nec nominantis. Sed quoniam Metaphyſicalis perſcrutatio hæc eſt; ideo nunc tranſeat. Sciẽdum tamen quod quia Ariſtote. famoſas ſpecies quantitatis colligebat, quæ ſpecialem rationem menſuræ exprimunt; & non eas tantum, quæ ſpecialem rationẽ quãtitatis habent, ideo omnia ſupra dicta, quæ vt ex ſuperius dictis apparet, ſpeciales oſtendunt modos menſurandi quantitates per ſe dixit, propter quod ſecundum Auerr. & S. Tho. motum, qui in genere quantitatis collocari videtur, inter quantitates non numerauit, quia. ſ. non habet aliquam ſpecialem rationem menſuræ, licet Albertus aliam huius rationem reddat: quia ſcilicet caret indiuiſibili ſubſtãtifico vnius generis. ſubſtantia.n. eius diuerſorum generum eſt ſcilicet vbi fluens. quale fluens, quantum fluens &c. In Metaphyſica autem, qa de quantitate ſecundum quod pars entis eſt, tractatur & diuerſum eſſe quantitatis non menſuræ aſpicitur; aliqua horum inter quãtitates per ſe non numerantur; qa eſſe quantum diuerſum non habent &c.

Famoſas tantum ſpecies q̃titatis, vt huic diſciplinæ conuenit enumerauit Ariſt.

*Amplius quantitati nihil eſt cõtrarium. In diffinitis autẽ manifeſtũ eſt, quod nihil eſt contrariũ. vt bicubito, tricubito, vel ſuperficies, vel alicui taliũ nihil eſt contrarium*

*rium. Niſi forte quis multũ pauco dicat eſſe cõtrarium, vel magnum paruo, horum autem nihil eſt quantũ ſed magis ad aliquid. Nihil.n. ipſum per ſeipſum paruũ vel magnum dicitur, ſed eo quod ad alterum refertur. nam mons quidem paruus dicitur, milium vero magnum, eo quod hoc quidem ſui generis maius ſit illud vero minus. ergo ad alterum eſt eorum relatio. nam ſi per ſeipſum magnum vel paruum diceretur, nunquam mons quidem aliquando paruus, milium vero magnum diceretur. Rurſus in vico quidẽ plures homines eſſe dicimus. Athenis vero paucos, cum ſint illis multo plures. & in domo quidẽ multos, in theatro vero paucos cũ ſint plures. Amplius bicubitum vero, vel tricubitum, & vnumquodque talũ quantitatem ſignificat, magnum vero, vel paruum non quantitatem, ſed magis ad aliquid, quoniam hæc ad aliquid ſunt. Amplius autẽ ſiue ponat aliquis hæc eſſe quãta, ſiue non ponat, nihil illis contrarium erit. Quod.n. nõ poteſt ſumi per ſeipſum, ſed ad ſolam alterius rationẽ refertur, quomodo huic aliquid erit contrarium. Amplius autem, ſi erunt magnum & paruum contraria, contingeret idem ſimul contraria recipere, & ea ipſa ſibimet eſſe contraria. Contingit.n. idem ipſum ſimul paruum eſſe, & magnum. eſt.n. aliquid ad hoc quidem paruum, ad aliud vero idipſum magnum, quare idem paruum & magnum in eodem tempore eſſe contingit. quare contraria ſimul ſuſcipiet. Sed nihil eſt, quod videatur ſimul cõtraria poſſe ſuſcipere vt in ſubſtantia quidem, ſuſceptibilis contrariorum quidem eſſe videtur, ſed non ſuſcipit vno eodemque tempore. nam nullus ſimul & ſanus eſt & æger, nec albus & niger ſimul eſt, nihilque aliud ſimul contraria ſuſcipiet. Et eadem ſibiipſis contingit eſſe contraria. nã ſi eſt magnum paruo contrarium ipſum autẽ idem ſimul eſt paruum & magnum, ipſum ſibi erit contrarium, ſed impoſſibile eſt ipſum ſibi eſſe contrarium. non eſt igitur magnum paruo contrarium, nec multum pauco. Quare niſi relatiuorum hoc quilibet dicat, tamen quantitatis nihil habebunt contrarium. Maxime autem circa locum videtur eſſe contrarietas quantitatis. ſurſum enim ad id quod eſt deorſum contrarium ponunt, locum, qui in medio eſt, deorſum dicentes eo, quod multa diſtantia medij ad terminos mundi ſit. Videntur autem & aliorum contrariorum diffinitionem ab his auferre. quæ enim a ſe inuicem multum diſtant eorum q̃ ſub eodem genere ſunt, contraria determinant.*

Hæc eſt tertia pars principalis huius capituli: in qua proprietates tres quantitatis oſtẽdunť. Incipit aũt partem hanc a ly amplius non ſine miſterio. Inſinuauit ſiquidem per hoc, quod pars hæc incepta ſecreto eſt; tum q̃a ex immediate præmiſſis ſumenda oſtenſa eſt prima ꝓprietas quantitatis. ſ. quod ipſa ſecũdum ſeipſam ſit quãta & per habitudinem ad ipſam omnia alia dicuntur q̃ta, tum quia ex immediate præmiſſis finis aſſignandarũ proprietatum habetur. ſ. diſcernere quantitates à non q̃titatibus. Præoſtenſis ergo his ad maiorem ſigillationẽ & deſcriptionem quantitatis; ſubdit (amplius quantitati nihil eſt contrarium.) Termini declarati ſunt; textus uero diſtinctione & collectione magis quam declaratione eget. Tria ergo facit. Primo oſtendit hanc proprietatem inueniri in omnibus quantitatibus definitis. i. determinatis & certis ſecundum ſpeciem: vt bicubito, tricubito, dualitati trinitati. &c. Secundo ibi (Niſi forte quis.) Affert inſtantiam quo ad quãtitates indeterminatas: tã continuas, vt magum & paruum; quam diſcretas, vt multa & pauca. Et ſtatim ſoluit obiectionem hanc dupliciter. Primo oſtendendo hæc non eſſe quantitates, ſed ad aliquid. ibi (Horum autem nihil eſt quantitas.) Secũdo oſtẽdendo quod ſiue hæc ſint quantitates, ſiue non, falſum eſt ipſa eſſe contraria. ibi (Amplius ſiue ponat quis &c.) Primã ſolutionem, qua dicitur magnum & paruũ, multa & pauca non eſſe quantitates, ſed ad aliquid, duplici ratione probat. Prima eſt quod non cõuenit alicui per ſeipſum, id eſt abſolute, ſed in ordine ad aliud, non eſt quantitas, ſed ad aliquid, quodlibet horum eſt huiuſmodi. ergo nihil horũ eſt quãtitas, ſed ad aliquid. maior patet ex terminis, quoniam in hoc diſtinguuntur ſubſtantia, quantitas, & qualitas ab ad aliquid; quod ipſa ſunt prædicamenta abſoluta, ad aliquid vero reſpectiuũ vnde minorem Ariſto. ponens probat eam ab euidenti ſigno; quia ſcilicet milium dicitur magnum, & mons paruus; & ſimiliter homines in vico vno multi dicuntur, in ciuitate vero pauci &c. ex quibus omnibus hoc manifeſte patet; quod res non dicitur magna ſi ſecundum ſeipſam conſideretur: quoniam cõſtat quod mons quilibet maiorem quantitatem habet quocunque grano milij; & tamen hoc dicitur magnum & ille paruus; quia hoc reſpectu minorum granorum milii magnum eſt, & ille reſpectu aliorum montium paruus eſt; & ſimiliter eſt de multitudine & paucitate. mille enim homines reſpectu multitudinis requiſitę ad ciuitatem, pauci ſunt, quingenti autem reſpectu multitudinis requiſitæ ad vicũ multi ſunt. Secunda ratio eſt, cuius nomen non ſignificat quãtitatem, ſed ad aliquid, ipſum non eſt quãtitas, ſed ad aliquid; magnum vel paruum non ſignificat quantitatem, ſed ad aliquid. ergo. Declaratur minor quo ad partẽ negatiuam per exemplum ab oppoſito ideſt ab his quæ ſignificant quãtitatem; vt bicubitum, tricubitum; quo ad partem vero affirmatiuam, quoniã ad aliud ſpectat magnum & paruum. Notãdum eſt hic, quod hæc rõ in hoc a præcedente differre videtur; quia illa a re ſignificata, hæc a nominis ſignificatione ꝓcedit; aſpicies quod hęc nomina, & ſi quantitatem aliquo modo important, non tamen eam proprie loquendo ſignificant, ſed magis ſignificant ad aliquid circa quantitatem. Cum enim dico aliquid magnum aut paruum non dico ſimpliciter illud eſſe quantum, ſed illud excedens in quãtitate, aut exceſſum ſeu deficiens in quantitate. Excedens autem & exceſſum ad aliud ſpectat. alterum enim reſpicit a quo exceditur, vel quod excedit, non ſic eſt de bicubito & tricubito; quoniam horum quodlibet quantitatem ipſam abſolute ſignificat. Secundã autem ſolutionem, qua dicitur falſum eſſe, quod magnum & paruum, multum & paucum ſint contraria, triplici ratione confirmat. Prima eſt. Quod per ſeipſum non poteſt ſumi, ſed ad alterũ tãtum, caret contrario; quodlibet horum eſt huiuſmodi. ergo &c. omnes propoſitiones Ariſt. tanquam notas relinquit; & minorem quidem merito, q̃m declarata nũc eſt, maiorem autem, quia contraria ſunt, quæ ſecundum ſeipſa ſumpta ex ſeipſis extreme diſtant, & vnde ſe expellere nata ſint habẽt; in eo autem ꝙ ſ̃m ſeipſum ſumi non poteſt imaginabile hoc non eſt vt in cap. de ad aliquid manifeſtabiť. Secunda ratio, (concipiens in ſe, etiã tertiã, dum ducit ad duo impoſſibilia, eſt iſta, ſi magnũ & paruũ eſſent contraria, ſequerenť duo impoſſibilia. ſ. & ꝙ idem numero reciperet ſimul duo contraria; & ꝙ vnum & idẽ eſſet ſibiipſi contrarium, & primo deducit primã conſequentiam, per hoc, ꝙ idem in eodẽ tp̃e eſt magnũ & paruum reſpectu diuerſorũ; deinde ſubdit impoſſibilitatem conſequentis, arguens a fortiori, eo. ſ. q̃d ſubſtãtia, de qua dictũ eſt ꝙ ſuſceptibilis eſt contrariorum, nõ põt recipere duo cõtraria ſimul, ſed ſucceſſiue, nullus. n. eſt ſimul ſanus & æger, ſed prius ſanus, poſtmodũ æger. Scđo deducit ſecundam conſequentiam ibi (& eadẽ ſibiipſi contingit eſſe contraria) ex eo ꝙ idem eſt ſimul magnũ & paruũ & omnia clara ſunt. Tertio principaliter redit ad quãtitates diffinitas ſuperius; & affert inſtantiã oſtendentem ꝙ in aliqua earum. ſ. in loco, inueniať contrarietas; & hoc confirmat ex duobus. primo ex auctoritate communi philoſophorum, dicens, maxime aũt circa locũ videtur contrarietas; quia ponunt ſurſum eſſe cõtrariũ deorſum, eo ꝙ maxima diſtãtia ſit inter mediũ & extrema mundi, ſecũdo ex diffinitione cõ

Magnum & paruum nõ quãtitates, ſed ad aliqd potius ſunt.

Magnum & paruum nõ ſunt contraria.

traciorum;quia contrarietas maxima diſtãtia dicitur,diſtantiæ autem nomen a locali diſtantia deriuatum eſt ad alia:& maxime eſt quæ inter ſurſum & deorſum eſt. cõtrarietas ergo in loco eſſe videtur ex eo quod omnis alia contrarietas ab iſta oppoſitione diffinitionẽ ſumpſit. Circa hanc particulam dubitatur primo,an ſit verũ, in loco eſſe contrarietatem,vt in textu dicitur:& ſi non quare Ariſt.abſque ſolutione trãſiuit. Secundo,quia nõ videtur verum quod quantitati quæ eſt corpus, nihil ſit contrarium;motus.n.de contario in contrarium eſt, vt in 5.Phſic.dicitur.ad quantitatem autem eſſe motũ ibidem expreſſe dicitur ergo. Ad hæc & ſimilia ſimul dicitur,quod quia cum dicitur quantitati nihil eſt contrariũ ſi intelligitur de quantitate nude accepta, ſeu in eo qđ quantitas,nihil obſtat,ſed quantitati, indutæ aliquam aliam rationem contrarium inuenitur. ſic autem eſt in oĩbus inſtantiis hmõi. loco.n.abſolute,alter locus contrarius non eſt,ſed loco phyſico,puta conſeruatiuo calidi, eſt aliquid contrarium: & vniuerſaliter licet eſſe in hoc loco ſit cõtrarium eſſe in illo loco;ipſa tñ loca cõtraria non ſunt. vnde in quantitate non eſt contrarietas,ſed in vbi. Ad apparentias autem in textu adductas ad oppoſitum dicitur,quod ſurſum & deorſum nõ ſunt contraria ratione quantitatum,ſed ratione vbi & virtutũ phyſicarum. Nomen autem diſtantiæ deriuatum eſſe ex locali ad contrarietatem nihil aliud concludit; niſi forte, quod inter loca phyſica,a quibus diſtantiæ nomẽ venit ſit contrarietas,quod gratis conceditur ſm tamen veritatem diſtantia non vniuoce dicitur de locali & contraria,ſed analogice. Tacuit aũt Ariſt. huius ambiguitatis deciſionem;quia loci naturam ſecundum veritatem nõ declarauerat,ſed famam ſequitur. Vel quia ſimili modo ꝓcedit obiectio hæc ſicut illa de magno & paruo reſpectu motus augmentationis & diminutionis;ſicut.n magnum & paruum aliquid circa quantitatem dicunt magis quam quantitatẽ,ita ſurſum & deorſum, vt ſunt contraria,aliquid circa loca potius quã loca ſignificant. Ad ſecundum dubium,quod iam ſemiſolutum eſt,dr̃;quod motus non eſt ad quantitatem abſolute,ſed vt phyſicam.i. vt terminum corporis phyſici(vt dr̃ in 1.Phyſic.) & iõ quantitas non eſt quantitati contraria,ſed quantitas minima in aliqua ſpecie puta hominis, aut leonis &c. eſt contraria quantitati maximæ in illa ſpecie. maxime.n. diſtant reſpectu illius ſpẽi,& continuo motu de illa imperfecta ad perfectam venitur. Simili quoque modo ſoluũt obiectiones de linea recta & curua,ſuperficie aſpera & leni,oratione vera & falſa,& aliis huiuſmodi. hic enim non ratione quantitatis cõtrarietatem habent ſed ratione alicuius adiuncti,&c.

T.c.19.
T.c.10.
T.c.18.

Loco phyſico locus cõtrarius eſt, non autem loco ſecundum rationem menſuræ conſideratio.

T.c.36.

*Non videtur quantitas ſuſcipere magis & minus,vt bicubitum:neque enim eſt aliud alio magis bicubitum. neque in numero,vt tria quam quinque nihil magis tria dicuntur quam quinque;nec quinq; magis quam tria. neque tẽpus aliud alio magis & minus dicitur.nec in his, quæ dicta ſunt magis & minus dicitur.Quare quantitas non ſuſcipit magis & minus.*

Hic ponitur alia.proprietas.ſ.non ſuſcipere magis & minus;in qua quoniam termini declarati ſuperius ſunt, & textus per ſe clarus eſt;inductiue probans; & in continuo permanente;& in diſcreto, & continuo ſucceſſiuo,nihil addendum reor &c.

*Proprium autem maxime quantitatis eſt,quod & æquale,& inæquale dicitur. Singulum enim earũ quæ dicta ſunt,quãtitatum,æquale dicitur.& inæquale.vt corpus æquale & inæquale dicitur.& tẽpus æquale & inæquale dicitur; & numerus æqualis & inæqualis dicitur,& oratio æqualis & inæqualis,ſimiliter aũt & in aliis,quæ dicta ſunt vnumquodque æquale & inæquale dicitur. In cæteris vero, quæ quantitates non ſunt non prorſus videbitur æquale & inæquale dici, namq; diſpoſitio æqualis & inæqualis non multum dicitur, ſed magis ſimilis & diſſimilis, & album æquale & inæquale non multum dicitur,ſed ſimile. Quare quantitatis eſt proprium æquale, vel inæquale dici.*

Hic vltimo ponitur vltima proprietas quantitatis,q̃ quia maxime propriam dicit, ideo dupliciter cõfirmat, primo inductione oñdente quod hoc conueniat oĩ quãtitati,vt clare patet in textu.ſecundo inductione oñdente,quod aliis a quantitate non conueniat ibi( in cæteris vero)& inducit duas ſpecies qualitatis.ſ.primam & tertiam;in quibus maxime poſſet apparere æquale vel inæquale,vt ſic,ſi de quo magis vr̃ ineſſe,non ineſt. concludatur ergo nec aliis,de quibus minus vr̃. Notandum eſt hic,qđ æqualitas põt ſumi dupliciter. Vno mõ proprie vt diſtinguitur contra ſimilitudinem; & nihil aliud eſt quam relatio vnius quanti ad aliud quantum ſm negationem exceſſus hinc & inde;& ſic ſequitur quantitatẽ, ita qđ ipſa ſola dr̃ æqualis vel inæqualis:& ſi quid aliud dr̃ æquale,aut inæquale,non niſi ſm quod quantum eſt dicit̃,appellantur ſiquidem duo ligna æqualia,quia quãtitates eorum æquales ſunt & ſimiliter duæ actiones dicuntur æquales,quia earũ tẽpora ſunt æqualia. Alio modo ſumitur æqualitas tranſumptiue,ſeu metaphorice, vt idem eſt quod perfecta ſimilitudo, & nihil aliud eſt q̃ relatio vnius ſe habentis per modum quanti:ad aliud ſe habens per modum quanti,ſecundum negationem exceſſus hinc & inde.& ſic æqualis ſequitur quantitatem ſimilitudinarie dictam,quæ vocatur quantitas virtutis. & ſic æqualitas inuenitur extra genus quãtitatis.albedo enim vt quatuor in Sorte & albedo vt tria in Platone ſimiles quidẽ ſunt.ſed quia non perfecte aſſimilantur,æquales non ſunt.ſi aũt in Platone intẽdatur,& fiat albedo vt quatuor,tunc iã perfecte ſimiles ſunt; & dñr non ſolũ ſimiles,ſed æquales & ſimiliter eſt in aliis. Vñ, qm̃ æqualitas proprie ſequit̃ quantitatem proprie dictã, & æqualitas trãſumptiue ſequitur quãtitatem tranſumptiue dictam,ac per hoc uelut indiuidua proprietas dicit̃, quot modis dicitur ſubiectũ,rectiſſime dictum eſt;maxime proprium eſt quantitati æquale,vel inæquale dici.

Aequale & inæquale ꝓprie ſecundum quantitatem ſunt tantum.

## De his quæ ſunt ad Aliquid. Cap. 3.

*AD aliquid vero talia dñr,quæcunque hoc ipſo quod ſunt aliorum eſſe dicuntur. vel quõlibet aliter ad alterũ. Vt maius id quod eſt alterius dicit,aliquo.n. maius dicitur.& duplum alterius dicitur hoc ipſum quod eſt; alicuius enim duplum dicitur,ſimiliter autem & alia q̃cunque ſunt hmõi. At vero ſunt etiam & hæc ad aliqd, vt habitus,affectus,diſciplina,ſenſus,poſitio. hæc .n. oĩa quæ dicta ſunt,hoc ipſum quod ſunt,aliorũ eſſe dicuntur vel quõlibet aliter ad alterum & non aliud aliquid.habitus enim alicuius eſt habitus,& diſciplina alicuius eſt diſciplina,& poſitio alicuius eſt poſitio,& alia quoque ſimiliter. Ad aliquid ergo ſunt,quæcunque hæc ipſa quæ ſunt,aliorum eſſe dicuntur;vel quodlibet aliter ad alterũ vt mons magnus dicitur ad alterũ(magnus. n. mons ad aliquid dicitur.)& ſimile alicui ſimile, & omnia talia ſimiliter ad aliquid dicuntur. Sunt autem & accubitus, & ſtatio,& ſeſſio poſitiones quædam,poſitiones vero ad aliquid ſunt. iacere autem & ſtare,vel ſedere,ipſa quidẽ non ſunt poſitiones,denominatiue vero dicuntur ab his, quæ dicta ſunt,poſitionibus.*

POſt prædicamentum quãtitatis ſtatim tractat de genere ad aliquid, qm̃ quantitatem maxime ſequitur ad aliquid;& iã in prædicamẽto quãtitatis ſermo de ad aliquid iceptus eſt, vbi de magno & paruo diſputatum eſt;& iterum in prædicamento qualitatis de ipſo habendus eſt ſermo; licet naturæ ordine, poſt qualitatem & actionem & paſſionem ſit. Tria aũt in hoc tractatu facit. primo diffinit. ſecundo ponit proprietates, tertio dubitat vt præpoſitã diffinitionem corrigat. Antequã au-

tem diffinitionem declaremus,ipſam diffinitionem dili
genter diſcutiendum eſt. Videndumq; cur magis ad ali-
qui vocetur ꝙ relatio,aut relatiuum. Sciēdum eſt ergo
ꝙ (vt Porphyrius,& Alexander, Alberto teſte dicunt)
Plato adinuenit ly ad aliquid. Ab antiquis nanq; voca-
bat relatiuū,vt ipſe dicit.rōnabilis aūt ac neceſſaria ad-
inuentio Platonis duplici rōne oſ̄ditur.Primo ex parte
modi ſignificandi:quia ly relatio ſignificat relationem
vt conceptam,& non vt exercitam:ꝑꝑ quod ad aliquid
non dicitur ſm illud nomen.ſicut nec paternitas,nec fi-
liatio.ly vero relatiuum ſignificat relationem vt exercē
dam magis ꝙ vt exercitam.potentiam.n. quandam im-
portat ad referendum.ly aūt ad aliquid relationē ipſam
ſignificat vt exercitam ; importat ſiquidem reſpectū vt
terminatur ad aliud;ꝙ eſt(vt ſic liceat loqui) relationis
exercitium;tunc ſiquidē relatio in vero & proprio exer
citio ponitur,cum ad aliud reſpicere ponitur. Cōſtat au
tem ꝙ melius cognoſcenda ſignificatur res vt exercita
ꝙ aliter:& propterea conuenienter Plato nomē hoc ad
inuenit.Secundo ꝑꝑ rem ſignificatam ipſa namque re
ſpectus ſeu relationis natura,per ly ad aliquid,adeo con
uenienter & expreſſe ſignificatur,vt vnico nomine im-
poſſibile reputem poſſe clarius ſignificari.relatio nanq;
cum inter duo ſit extrema.ſ.fundamentū & terminum,
non hēt ꝙ ſit relatio ex eſſe qḋ in fundamēto poſſidet,
ſed ex eo ꝙ terminum reſpicit.vn̄ in diffinitione relati-
uorum hic dr̄ ꝙ hoc ipſum quod ſunt,aliorum.i.termi-
norū ſunt.reſpicere aūt terminum neſcio quō melius ſi
gnificetur:ꝙ per ly ad aliqd.ly.n.(ad)reſpectum ipſum
oſ̄dit:& ly (aliquid) terminū.Propria ergo eſſentia re-
lationis,quæ vt inferius oſ̄detur,amplius conſiſtit in eſ
ſe ad aliquid,optime per ly ad aliquid cognoſcēda ſigni
ficata eſt;& longe melius ꝙ relationis noīe;quod ſupra-
dicta non explicat,ſed ipſam vt quandā rem ſignificat;
aut relatiui,qḋ magis ex parte fundamēti ipſam impor
tat.Mō ad diffinitionis expoſitionē veniamus . vbi tria
notanda ſunt.Primum eſt ꝙ in numero plurali Plato,cu
ius creditur hæc diffinitio,dixit ad aliud talia dn̄r,ad in
ſinuandum ꝙ genus hoc entis non inuenitur ſingulari-
ter,ſed oportet inter plura ſaluari fundamētum.ſ.& ter-
minum.non.n.eſt dn̄s ſi ſola poteſtas coercendi eſt,ſed
ſi huic aliquis ſubditus ſit dn̄s ille habens ptātem erit .
Duo vero relatiua miſcuit.ſ.ly talia,& ly quæcunque;vt
primo ſuaderetur,ad aliquid ſemper fundari ſuper acci-
T.c.20. dēte aliquo(vt in 5. patet Metaphyſicę)ē.n.ly(tale)re
latiuum identitatis accidentis.ſecundo aūt ly quæcunq;
quod eſt relatiuum ſubſtantiæ perciperetur, qḋ funda-
mentum ipſius ad aliquid,poteſt eſſe ſubſtantia ſm rē;
ita qḋ ex his docemur ꝙ ad aliquid non fundant niſi ac
cidentia vel ſubſtantiæ aliquem accidētis modum indu-
T.c.20. te;& hoc approbatum eſt 5.Metaph. ab Ariſtotele & à
S.Th.Scdm eſt,ꝙ per hoc Plato docuit cognoſcere ad
aliquid.ſ.ſi id quod ſunt non abſolute ſunt,nec ſui ſed a
liorum ſunt;ita ꝙ per eſſe aliorum excludūtur duo.ſ.ꝙ
non ſunt abſoluta.vt albū,quantum & hmōi; & ꝙ non
ſunt ſuimet.i.ꝙ non referunt̄ ad ſeipſa,qm̄ hoc eſt ſim-
pliciter impoſſibile ;in hoc ergo percipies ad aliquid ſi
idquod eſt nō abſolute,ſed aliud aſpiciendo dr̄,v.g.dn̄s
ad aliquid eſt;quia id,quod eſt eſſe dominū, non eſt res
abſolute,& eſſe album,& eſſe hominem,quod eſt . hoc
patet quia Sortes eſſet homo & albus,ſi nihil aliud eſſet
aut intelligeretur,ſed dn̄s nō eſſet: ſed hoc ipſum quod
eſt alterius eſt.ſ.ſerui dn̄s.n.non ſui eſt dn̄s,ſed ſerui ; &
ſimiliter eſt in aliis.Nec obſtat quod relatio identitatis
numeralis ſit eiuſdem ad ſeipſum; qm̄ licet ſit eiuſdem
ad ſe ſm rem,non tamen ſm rationem,quæ vtitur vno
vt duobus,vt fundamēto.ſ.& termino(vt patet in 5.Me
Infra.t.c.16 & 26. taph.)Tertium eſt,quod ſub disiūctione diffinitionem
compleuit dicens,aliorum dicuntur, vel quomodolibet
aliter ad aliud,propter diuerſum modum, quo ad aliqd
exercetur,& licet diuerſitas iſta ſit multiplex, & vt dice

tur in textu,tangantur exempla inducendo,hæc tamen
diſiunctio diuerſitatem illam deſignat,qua alia dicūtur
ad aliud ſecundum caſum genitiuum,& hoc membrum
inſinuauit per ly aliorum dn̄r;alia vero dicunt̄ ad aliud,
quomodolibet aliter idest ſecundum quemcunque aliū
caſum,& quouis alio modo Propoſita ergo diffinitione
ſtatim declarat eam exemplariter quo ad vtranque di-
ſiunctionis partem.& primo quo ad primam dicens, vt
maius minore maius,duplum dimidii duplum dr̄ , & ſic
de aliis hmōi.Nec turberis ꝙ maius dr̄ ad aliud ſm abla
tiuum,qm̄ græco idiomate ſcripſit Ariſt.quod genitiuo
pro ablatiuo vtitur; deinde adhuc ſubdit exēpla ad idē
dicens.at vero ſunt etiam hæc ad aliquid,vt habitus , af
fectus &c.quæ clara ſunt,niſi quod oſ̄dēdum reſtat cur
hæc exempla a primis ſeparauit.Deinde volens declara
re diffinitionem quo ad ſecundam partem concludēdo
repetit eam,& ſtatim exempla ſubdit ſecundæ partis di
cēs,vt mons magnus ad alium;ſimile ſimili dicitur , &c.
& vltimo alia quædam ad aliquid enumerat, ex eo qḋ
ſpecies poſitionis ſint,vt ſeſſionem,ſtationem,&c.& ſe
parat denominatiua eorum ab illis dicēs,accumbere au-
tem & ſtare poſitiones non ſunt,ſed denoīationes a po
ſitionibus ſumptæ,ſicut nec album eſt albedo,ſed deno
minatiuum eius. Aduertendum hic eſt,quod quia multi
pliciter exercetur relatio inter correlatiua, ideo tres di-
ſtinctiones aſſignātur ipſorum relatiuorum . Prima eſt,
quod quædam referuntur ſola flexione caſuum , vt dn̄s
ſerui dn̄s,& ſimile ſimili ſimile;quædam non niſi addi-
ta propoſitione vel aliquo æquiualente,vt magnum nō
dr̄ paruum,aut paruū magnum,ſed ad paruum magnū.
Secunda eſt,quod eorum,quę referūtur flexione caſuū, 2.
alia vniformi flexione hinc & inde referuntur,vt duplū
dimidii duplum;& dimidium dupli dimidium. alia diſ-
formi,vt ſcientia ſcibilis ſcientia,ſcibile autem non dici
tur ſcientiæ,ſed ſcientia ſcibile; vt patet difformitas ca- 3
ſuum. Tertia eſt,quod eorum quę ſola flexione caſuum
referuntur,ſiue vniformiter ſiue non,alia ſecundum ge
nitiuum,referuntur,alia ſecundum alios caſus , vt patet.
Quia vero non omnia nomina,quæ ſignificāt ad aliqd,
æqualiter ſignificant relationem,ideo conſueuit fieri a-
lia diſtinctio.ſ.quod quædam ſunt relatiua ſm eſſe , vt
dominus duplum,&c.quædam ſecundum dici,vt ſciētia
ſenſus,&c.Quæ diſtinctio,vt S.Thom. (in quæſtionib.
de potentia Dei)docet,non eſt intelligenda ſecundum Materia 7.
diſtinctionem relationis realis & rationis,ita quod rela q.7.ad.15.
tiua ſecundum eſſe ſint, quæ important relationem rea
lem,ſecundum dici vero quæ important relationem ra-
tionis,quoniā patet manifeſte falſitas talis intellectus,
ex eo ꝙ ſenſus realiter refertur ad ſenſibile & ſciētia ad
ſcibile,ſed intelligenda eſt ſecundum diſtinctionem ſi
gnificationis nominum;ea.n.uocantur relatiua ſm eſſe,
quæ impoſita ſunt ad ſignificandum primo relationem
ſiue realem,ſiue rationis;ut dominus,duplū,genus, ſpe-
cies,prædicatum,ſubiectum &c.Ea autem uocantur re-
latiua ſm dici,quæ primo quidem ſignificant rem abſo
lutam,& ex cōſequenti importat reſpectum, ſiue realē,
ſiue rationis.& talia alio uocabulo dicuntur ſignificare
non tam reſpectum quam abſolutum reſpectiue,ut ſciē
tia ſenſus & hmōi; ſcientia. n. formaliter importat , id
quō ſcimus,quod qualitas eſt;ſed importat hoc adiūcta
relatione ad ſcibile,&c.& ideo ad aliquid ſecundum di
ci uocatur,omnes autem has diſtinctiones Ariſt.in tex-
tu tetigit. Et hanc quidem ultimo dictam ſignanter no
tauit per ly,at uero ſunt etiam & hæc ad aliquid,ut ha-
bitus.adductis n.prius relatiuis ſecundum eſſe. ſ. maius
& duplum connumerauit cum diſtinctionis tn̄ nota &
relatiua ſecundum dici,licet per ly(at uero)poſſit etiam
denotari ſecunda diſtinctio; quoniam habitus , ſenſus,
ſcientia,&c.non ſimili flexione cōuertūtur, ſicut maius
& duplum.ut patet,primam autem & ſecundam & ter-
tiam in declaratione illius particulæ , uel quōlibet ali-
ter

ter ad aliud, expreſſe tetigit. primam quidem in exemplo de magno tertiam autem in exemplo de ſimili, licet hanc in ipſa diffinitione poſitam eſſe dictum ſit, quod ideo eueniſſe creditus, quia genitiuus pcipue poſſeſſionem oſten. it & conſequenter naturam ad aliquid qđ eius quod dicit non eſt, ſed alterius, &c.

*Ineſt autem & contrarietas in his quæ ſunt ad aliquid, vt virtus vitio cōtrarium, cum ſit vtrunque ad aliquid & diſciplina ignorantia. Non autem omnibus relatiuis ineſt contrarietas, duplici enim nihil eſt contrarium, neque triplici nec vlli talium.*

Hic incipit ſecunda pars huius capituli diuiſa in quatuos partes ſecundum numerum proprietatum quas aſſignat, quæ ſuis patebunt locis. Prima ergo proprietas ſi proprietas vocari poteſt, quia nec omni, nec ſoli conuenit, immo nulli conuenit inquātum eſt ad aliquid, vt patebit, eſt habere contsarium. vistus enim contraria vitio eſt, & ſcientia ignorantiæ prauæ diſpoſitionis: & tamen vtrunque eſt ad aliquid. Non conuenit autem omnibus relatiuis, & cæ eſt ſententia clara. Sed vnum dubiū cōe reſtat, quomodo verificetus in ad aliquid reperiri cōtrarium, & id quod dictum eſt in pradicamento quantitatis. ſ. quod ei quod ad ſolam alterius relationem dicitur, quomodo aliquid cōtrarium erit. Ad hoc dicitus, quod relatiua ſecundum id, quo relatiua ſunt, contrarietatē non habent: vt in prædicamento quantitatis dictū fuit. vnde ſignantes ibi dixit Ariſtot. quod enim non ſecundum ſe dicitur, ſed ad ſolam alterius relationem quomodo habebit contrarium, ſecundum illud autem quod alterius generis concipiunt, cōtrarium habere poſſunt, vt dictus hic. virtus enim eſt cōtraria vitio non ratione relationis, ſed qualitatis, quam in anima ponit. duplum autem nec ratione selationis, nec quantitatis, quam ſequitur, quia quantitati nihil eſt cōtrarium, contrarietatem patitur. vnde poteſt breuiter dici, quod relatiua formaliter non habent contrarium, ſed materialiter. Vel relatiua ſecundum eſſe carent contrario, relatiua autem ſecundum dici, poſſunt habere contrarium. vnde dedit exemplum Ariſtoteles de virtute & ſciētia, quæ ſunt relatiua ſecundum dici, &c.

*Videntur autem magis & minus relatiua ſuſcipere. ſimile enim & diſſimile magis & minus dicitur, & æquale & inæquale magis, & minus dicitur, cū vtrūque ſit relatiuum, ſimile enim alicui ſimile dicitur, & inæquale alicui inæquale. Non autem omnia relatiua ſuſcipiunt magis & minus, duplum enim non dicitur magis & minus duplum, nec aliquid talium.*

Hic ponitus ſecunda quorundam relatiuorum communitas. ſ. ſuſcipere magis & minus circa quā procedit ſicut circa præcedentem dicens. primo quod hoc conuenit selatiuis, vt ſimili & diſſimili, &c. & ſubdens ſecūdo quod non conuenit hoc omnibus relatiuis, non enim dicitur magis aut minus duplū, aut triplum. &c. & textus quidem clarus eſt. Sed vnum relinquitus dubium, an ſuſcipere magis & minus conueniat selatiuis ratione relationis, an ratione fundamenti, ſicut habere contrarium. Si enim dicatus quod ratione relationis, quæ erit maior ratio de vno relatiuo quam de alio non apparet. Si ratione fundamenti, tunc ſequeretus, quod ſi fundamentum non ſuſcipit magis & minus, nec ipſum relatiuum ſuſcipiet magis & minus quod eſt manifeſte falſum, æquale enim & inæquale ſuſcipiūt magis & minus: & tamen quantitas, ſupra quam fundantur, non ſuſcipit magis & minus, vt dictū fuit. Ad hoc dicitur quod ſuſcipere magis & minus conuenit relatiuis ratione fundamenti: ſed hoc contingit dupliciter. Vno modo ita quod ex magis & minus in fundamento relatiuum dicatus magis & minus. vt ſummo calido, quanto aliquid eſt magis calidū, tanto eſt magis ſimile. Alio modo ita quod ex aliqua varietate ſeu alteritate fundamenti selatiuum dicatur magis & minus: & hoc mō inæquale dr̄ magis & minus. ex eo qđ quantum variatur ſm magis & minus. hoc etiam modo ſimia dicitus animal magis ſimile homini quam aſinus, propter varietatem animalis ſecundum diuerſos modos eſſendi in hoc & in illo, & nō quia animal ſuſcipiat proprie magis & minus. Nec eſt mirum ſi relatiuū ſuſcipiat magis & minus ratione fundamenti, & fundamentum non ſuſcipit magis & minus: qm̄ ſermo iſte de magis & minus logice intelligendus eſt, id eſt de prædicatione cum ly magis, aut minus phyſice enim loquendo conſtat ad relatiua non poſſe motum aliquem terminari, & conſequenter nec motum intenſionis & remiſſionis, quo ſit magis, aut minus phyſice. Nec te moueat quod in textu dr̄, æquale dici magis aut minus, accipiendum eſt enim hoc de æquali ſecūdum reputationem. reputantus enim æqualia non ſolum quæ nullo modo ſe excedunt, ſed quæ parum quid exceſſus habent, & infra illam paruam latitudinem, magis vel minus æquale dr̄. ſicut etiam virtus, quæ conſiſtit in attingendum mediū, ſi circa medium attingit virtus nihilominus eſt, &c.

*Omnia autem relatiua ad conuertentiam dicuntur, vt ſeruus domini ſeruus dicitur, & dominus ſerui dominus, & duplum dimidij duplum, & dimidi dupli dimidiū, & maius minore maius, & minus maiore minus. ſimiliter autem & et in alijs. Sed caſu aliquoties differunt ſecundum locutionem, vt ſcientia ſcibilis ſcientia, & ſcibile ſcientia ſcibile, & ſenſus ſenſati ſenſus, & ſenſatum ſenſu ſenſatum. At vero aliquoties non videbitur cōuerti, niſi cōuenienter ad quod dicitur aſſignetur ſed peccet is qui aſſignat. vt ala ſi aſſignetur auis, non conuertitur, vt ſit auis ala. neque enim prius conuenienter aſſignatū eſt ala auis. neque enim in eo quod auis eſt, in eo auis ala dicitur, ſed in eo quod alata eſt, multorum enim & aliorū ala ſunt quæ non ſunt aues. quare ſi aſſignetur conuenienter & conuertitur, vt ala alati ala, & alatum ala alatū. Aliquoties autem forte & nomina fingere neceſſe erit, ſi non fuerit poſitum nomen, ad quod conuenienter aſſignetur. vt remus ſi nauis aſſignetur non erit conueniens aſſignatio. neque enim in eo quod eſt nauis, eius remus dicitur ſunt enim naues quarum remi non ſunt. quare non cōuertitur. nauis .n. non dicitur remi nauis. Sed forte cōuenientior aſſignatio erit, ſi ſic quodammodo aſſignetur, remus remitæ rei remus, aut aliquo modo aliter dictum ſit. nomen enim non eſt poſitum, conuertitur autē ſi conuenienter aſſignetur, remitum enim remo remitū eſt. Similiter autem & in alijs. vt caput cōuenientius aſſignabitur capitati, quam ſi animalis aſſignetur. neq; enim eo quod animal eſt caput habet, multa enim ſunt animalia capita non habentia. Sic autem facillime fortaſſe ſumentur quibus poſita ſunt nomina, ſi ab his, quæ prima ſunt, & ab his, ad quæ conuertuntur, nomina ponātur, vt in his, quæ dicta ſunt, ab ala alatum, a remo remitum. Omnia ergo quæ ad aliqđ dicuntur, ſi conuenienter aſſignentur, ad conuertentiam dicuntur. nam ſi ad quodlibet aliud aſſignentur & non ad illud, ad quod dr̄, nō cōuertuntur Dico autem quoniam neque eorum, quæ indubitanter cōuertibilia dr̄, & nomina eis poſita ſunt, nihil conuertitur ſi ad aliquid eorum, quæ ſunt accidentia, aſſignetur, & nō ad ea, quæ dicuntur. vt ſeruus, ſi domini nō aſſignetur ſeruus, ſed hominis, vel bipedis, aut alicuius talium, non conuertitur. neq; enim dici poteſt homo eſt ſerui hō. non enim eſt conueniens aſſignatio. Amplius ſi cōuenienter aſſignetur ad quod dicitur, omnibus alijs circunſcriptis quæcunque accidentia ſunt, relicto ſolo illo, ad quod aſſignatum eſt conuenienter, ſemper ad ipſum dicetur. vt ſi ſeruus dicatur ad dominum, circunſcriptis omnibus, quæ ſunt accidentia domino, vt eſſe bipedem, vel ſcientiæ ſuſceptibilem, vel hominem, relicto vero ſolo domino, ſemper ſeruus dicetur ad ipſum, ſeruus enim domini ſeruus dicitur. Si autem non conuenienter dicatur ad id, ad quod dicitur, circunſcriptis oībus alijs, relicto illo ſo-

omnibus perceptũ. Ly vero ad aliquid, ſiue relatiua, poteſt accipi dupliciter. ſ. materialiter, pro re illa, quæ relatiua v. l ad aliquid denominatur; & formaliter pro ipſa relatione, ſeu re vt habet relationem. v. g. dominus põt accipi ꝓ illo homine, q denominatur dominus, & põt accipi pro illo inquantum dominium habet: in præſenti autem litera ſicut & in præcedente non eſt ſermo de relatiuis materialiter, ſed formaliter, qm̃ relatiua materialiter relatiua nõ ſunt ſicut nec ſtatua materialiter eſt ſtatua. Et hoc eſt valde & nouitiis aduertendũ; qm̃ ex hoc ſoluũtur oẽs obiectiones de priori & poſteriori, cã & cauſato, &c. hæc. n. oĩa formaliter ſunt ſimul natura; licet materialiter vnum eorum ſit alio prius tempore, aut natura. Eſt ergo ſenſus proprietatis, quod relatiuis formaliter ſeu inquãtum relatiua ſunt, conuenit eſſe ſimul natura. i. conſequi ſe in eſſe, & non eſſe, ita quod neutrũ cauſa alterius ſit. Declarat ergo Ariſt. propoſitam proprietatem ex prima tantum conditione ſimultatis naturæ. ſ. quod ponunt ſe inuicem, & quod auferunt ſe inuicem. Vnde quo ad poſitionem dicit cum duplum eſt dimidiũ eſt, &c. quo ad ablationem vero ſubdit. Et ſi non ſit duplũ non eſt dimidium, &c. eſt ſententia clara, &c.

*Non autem & in omnibus relatiuis verũ videtur eſſe ſimul eſſe natura. ſcibile enim ſcientia prius naturaliter eſſe videbitur. Nanque in pluribus rebus præexiſtentibus ſcientiam accipimus. in paucis vero vel nullis hoc quis reperiet ſimul cũ ſcibili ſciẽtiam eſſe factã. Amplius ſcibile ſublatum ſimul aufert ſcientiam. ſcientia vero nõ ſimul aufert ſcibile. nam ſi ſcibile nõ ſit non erit ſciẽtia, ſcientia vero ſi nõ ſit nihil prohibet eſſe ſcibile, vt circuli quadratura ſi eſt ſcibilis, ſcientia quidem eius nõdum eſt, illud vero ſcibile eſt. Amplius, animali quidem ſublato non eſt ſcientia, ſcibiliũ vero plurima eſſe cõtinget.*

Hic ſecundo proponit, quod dicta proprietas non videtur conuenire omnibus relatiuis. & intendit hoc oſtẽdere in duabus partibus relatiuorum. ſ. in ſcientia & ſcibili, & in ſenſu & ſenſibili, & in ſcientia & ſcibili tribus rationibus. Quarum prima ſtatim ſubditur; & eſt huiuſmodi. Scientia vt plurimum fit nobis rebus ſcibilibus iã præexiſtentibus, ergo ſcibile eſt prius ſcientia, & non ſimul cum ea. antecedens eſt euidens; ſubſiſtentibus nanque prius in ſeipſis rebus venamur ſcientiam. & quia in antecedente dixerat non vniuerſaliter quod ſcientia fieret rebus ꝑexiſtentibus, ſed vt in pluribus; ideo ad declarationem illius particule ſubdit, in paucis vero vel nullis reperiet quis ſcientiam ſimul factam cum ſcibili. Quod a diuerſis diuerſimode exponitur, à Boetio quidem ſic, in paucis. i. in chimeris vel nullis, qa ipſa chimerica nulla ſcibilia ſunt. Ab Alberto autem in paucis. i. in moralibus, vel nullis, quia ipſa moralia vt concepta præcedunt ſciẽtiam; licet non pręcedant ipſam in eſſe, ſed potius ſequantur; ſm̃ vtranque ergo expoſitionem dixit pauca, propter ea, quæ ex noſtri intellectus opere fiunt. Et addit nulla; correptiue ideſt ad corripiendum, licet pauca. Poſſet autem non incongrue eãdem conſtructionẽ ſeruando dici, qđ pauca retulit vniuerſaliter ad omnia practica vt ſic: qm̃ ſine intellectu non ſunt; & nulla ꝓpter eſſe obiectiuum eorum addiderit; vt Albertus dixit. Secunda vero ratio poſita ibi (Amplius ſcibile ſublatum) eſt talis; ſcibile peremptum perimit ſcientiam, & non e conuerſo. ergo ſcibile non eſt ſimul natura cum ſciẽtia. antecedentis declaratio quo ad primam partem in textu non ponitur, ſed iam poſita eſt in capitulo de ſubſtantia. vbi dictum eſt, quod ab eo quod res eſt vel non eſt, oratio dicitur vera vel falſa, & conſequenter ſcientia, q̃ de oratione eſt, ſcientia autem falſa, ſcientia non eſt, ſicut nec aurum falſum aurum eſt. Quoad ſecundam vero partem declaratur, quia quadratura circuli non auferetur, ex eo quod ſcientia de illa non eſt. Tertia poſita ibi (Amplius animali quidem ſublato.) eſt talis, ſublato genere animalium ſublata eſt omnis ſcientia: & tamen remanet ſcibile. ergo ſcibile non eſt ſimul cum ſcientia. antecedens euidens eſt quo ad omnia, quia omnis ſcientia eſt in aliquo animali, & animalia non ſunt omnia entia mundi. remanent enim lapides, & elementa, &c.

C. 1. de ſubſtantia.

*Similiter autem his habent ſeſe & ea quæ de ſenſu ſunt. Senſibile. n. prius quam ſenſus videtur eſſe, ſublato. n. ſenſibili ſimul aufertur, ſenſus ſenſu, vero ſenſibile nõ ſimul aufert, ſenſus enim circa corpus & in corpore ſunt ſenſibili autem perempto peremptum eſt & corpus, ſenſibile enim corpus, cum vero corpus non ſit ſublatus eſt ſenſus. Quare ſimul aufert ſenſibile ſenſum, ſenſus vero ſenſibile nõ animali enim perempto, ſenſus quidem perẽptus eſt ſenſibile autem permanet, vt corpus calidum, dulce, amarum & omnia alia quæcũque talia ſunt. Amplius ſenſus quidem ſimul cum ſenſitiuo fit. ſimul enim animal fit & ſenſus. Senſibile enim ante eſt quam ſenſatum eſſet. ignis enim & aqua & alia huiuſmodi, ex quibus ipſum animal conſtat, ante ſunt quam animal ſit omnino, vel ſenſus, quare prius ſenſibile quam ſenſus eſſe videbitur.*

Oſtenſo, quod ſcientia & ſcibile nõ ſunt ſimul natura, oſtendit hic quod ſenſus & ſenſibile non ſunt ſimul natura; duabus rationibus. Prima eſt, ſenſibile ſublatum aufert ſenſum & non è cõuerſo. ergo ſenſibile eſt prius ſenſu. & declarat antecedens quo ad vtranque partẽ, & primo quo ad primam ſic; perempto ſenſibili perimitur corpus, quia omne corpus eſt ſenſibile, perẽpto corpore perimitur ſenſus: quia omnis ſenſus eſt in corpore tã quam in ſubiecto, & circa corpus tanquam obiectum. ergo perempto ſenſibili perit ſenſus. Deinde quo ad ſecundam, quia ablatio ſenſus non aufert niſi animal, ablatio autẽ animalis non aufert omne ſenſibile. remanẽt enim corpora calida & frigida; quæ ſenſibilia ſunt. Secunda autem ratio poſita ibi. (Amplius ſenſus quidem) eſt talis: ſenſibile eſt prius animali. ergo eſt prius ſenſu: conſequentiam probat, quia ſenſus ſimul fit & eſt cum ſenſato. i. cũ animali, in quo eſt ſenſus; generantur, n. vires ſenſitiuæ quando generatur ipſum animal. Et puto quod litera ſit corrupta; & debeat legi cum ſenſitiuo. antecedens autem probat, quia corpora ſenſibilia ideſt ignis, aqua & alia huiuſmodi priora ſunt, quam animal: quoniam ſunt ea, ex quibus componitur animal. cõſtat ſiquidem quod partes, ex quibus componitur aliqđ totum, ſunt priores naturaliter ipſo toto.

t Quæcunque relatiua ſi proprie & vere & ſecundum eandem rationem aſſignentur, ſimul natura ſunt.

SEd occurrit hic dubium an ita ſit ſecundum veritatẽ ſcilicet non omnia relatiua eſſe ſimul natura, & ſi verum non eſt, cur Ariſtote. tam accurate partem falſam proſecutus fuerit, & abſque veritatis deciſione reliquerit. Ad hoc dicitur, quod vniuerſaliter verũ eſt omnia correlatiua eſſe ſimul natura, ſi formaliter, ideſt inquantum relatiua ſunt conſiderentur, non autem ſi materialiter, & quia rationes Ariſt. in textu non concludunt niſi de relatiuis materialiter conſideratis, ideo non curauit ſoluere. vnde res ſenſibilis eſt prior ſenſu, ſed ſenſibile inquantum ſenſibile non eſt prior ſenſu. & ſimiliter de ſcibili. Sed hæc reſponſio puerilem perſcrutationẽ ſolicitudini Ariſto. attribuit, tum quia nullus eſt ita rudis, quem lateat relatiua materialiter ſumpta non eſſe ſimul natura. Tum quia maior erat inducendi campus, & manifeſtior ſcilicet de patre, & filio, cauſa & cauſato, &c. in quibus clare liquet vnum præcedere reliquum. Tum quia relatiua materialiter, vt dictum eſt, relatiua non ſunt; & cõſequenter vanum aut puerile eſt relatiuorum proprietates ſcrutando, illa relatiua aſſerere: conſtat autem quod Ariſto. aſſerit ſcibile & ſcientiam relatiua. Vnde prædicta reſponſio Porfirio & Alberto attribuenda non videtur, vt ſonat, ſed expoſita vt dicet, qm̃

non

latiua formaliter dirigendo ſermonem; quoniam quandoque idem eſt iudicium de re & ſcibili, quo ad eſſe & non eſſe. Miſcuit autem rationes habentes aliquod falſum, vt perſuaderet, quod non aſſerendo loquebatur, propter quas rationes viri illi illuſtres dixerunt, qđ ſcibile materialiter remaneret, & non formaliter, & ideo rationes non concludere, &c.

*Habet autem quæſtionem, vtrum nulla ſubſtantia ad aliquid dicatur, quemadmodum videtur, an hoc contingat ſecundam quaſdam ſecūdas ſubſtantias. Nam in primis ſubſtantiis verum eſt nam neque totæ, neque partes primarum ſubſtantiarum ad aliquid dñr. nam aliquis homo non dicitur alicuius aliquis homo, nec aliquis bos, alicuius aliquis bos. Similiter autem & partes. quædam enim manus non dicitur alicuius quædam manus, ſed alicuius manus. & quoddam caput non dicitur alicuius quoddā caput, ſed alicuius caput. Similiter autem & in ſecundis ſubſtantiis, atque hoc quidem in pluribus. vt homo non dicitur alicuius homo, nec bos alicuius bos, nec lignum alicuius lignum, ſed alicuius poſſeſſio dicitur. in huiuſmodi ergo manifeſtum eſt quoniam non ſunt ad aliquid. In aliquibus vero ſecūdis ſubſtantiis habet aliquā dubitationē, vt caput alicuius caput dicitur, & manus alicuius manus dicitur & ſingula huiuſmodi. quare hæc fortaſſe ad aliquid eſſe videbuntur.*

Hæc eſt tertia pars huius capituli, in in qua dubitat, ut Platonis ſuprapoſitam diffinitionem emēdet. & quatuor facit quæ ſuis locis patebunt. Primo ergo dubitationem mouet, an aliqua ſubſtantia ſit ad aliquid, & in quibus ſubſtantiis locum habet ambiguitas hæc, ſubſequenter declarat enumerando ſubſtantias omnes, & primo primas ſubſtantias, diſtinguendo eas in totas & partes; deinde ſecundas ſubſtantias, diſtinguendo ſimiliter eas in totas & partes. & eſt ſententia clara in textu conſiſtēs in hoc, quod neque in primis ſubſtantiis, aut earum partibus, neque in ſecundis ſubſtantiis, quæ totæ ſunt, vt homo, & bos, locum habet hæc quæſtio, ſed in partibus tā tum ſecundarū ſubſtantiarum, vt caput, manus, pes. &c. Accidit hic dubium quomodo caput ſit ad aliquid, & hoc caput non ſit ad aliquid, cum qcquid conueniat ſpeciei cōuenire inueniatur eius indiuiduo. Ad hoc dicitur, quod cum dicitur hoc caput, duo ſignificantur ſcilicet caput & eius indiuiduatio, & licet ratione primi relationem importet, ratione tamen ſecundi extra relatiua eſt; & quia Ariſtoteles hoc caput conſiderabat ſecundū qđ indiuiduum eſt, ꝑut diſtinguitur à capite in communi, ideo dixit quod non eſt ad aliquid. Rationi vero in oppoſitum adductæ, in calce huius capituli plene ſatisfiet, vbi Ariſ. ipſe tractabit, quomodo aliquid ſit relatiuum ſecundum ſuperius & non ſecundum inferius, &c.

*Si igitur ſufficienter eorum, quæ ſunt ad aliquid diffinitio aſſignata eſt, aut oīno difficile, aut impoſſibile eſt oſtendere, quoniam nulla ſubſtantia eorum, quæ ſunt ad aliquid dicitur. ſi autem non ſufficienter, ſed ſunt ad aliquid quibus hoc ipſum eſſe eſt ad aliud quodammodo ſe habere, fortaſſe aliquid contra iſta dicetur, Prior vero diffinitio ſequitur quidem omnia relatiua, non tamen eis hoc eſt eſſe quod ſint ad aliquid, quod ea ipſa, quæ ſunt, aliorum dicantur.*

Hic ſecundo comparat diffinitionem Platonis & ſuā quæſtioni propoſitæ; ex qua earum poſſit, aut non poſſit, ſolui dicta difficultas. & ponit duas differentias inter prædictas diffinitiones. Prima differentia eſt, quod ſi ſufficiens eſt diffinitio Platonica, difficile aut impoſſibile eſt ſoluere prędictam quæſtionem. ſi autem vera eſt diffinitio ſua aliquid poteſt reſponderi eidem ex illa. Secūda vero differentia eſt quod Platonica diffinitio conuenit quidem omnibus quæ ſunt ad aliquid, ſed excedit illa, ſua autem diffinitio conuertibilis eſt cum diffinito. Notanda ſunt hic tria. Primum eſt quod caute Ariſt. dixit, ſi ſufficienter diffinitio ad aliquid aſſignata eſt. poterat enim quiſpiam Platonis ſectator, facile euadere dicendo, diffinitionem illam logicā eſſe: & ad aliquid cōprehendere logice conſideratum, ideſt ſecundum dici. Vnde & notanter diffiniendo dictum eſt ad aliquid talia dicuntur, & non eſt dictum ad aliquid talia ſunt, quia inquantum ſecundum hanc interpretationem, diffinitio ad aliquid nō eſt ſimpliciter ſufficiens, ſed logicalis: ideo Ariſ. dixit, ſi ſufficienter aſſignata eſt diffinitio difficile nimis aut impoſſibile eſt euadere, quin aliqua ſubſtantia ſit ad aliquid. Dixit vero ſecundum Alexandrū & Porphyrium, difficile aut impoſſibile, exponēdo difficultatem illam impoſſibilitatem importare. Secūdum notandum eſt, diffinitio ad aliquid ab ipſo Ariſt. ſubiūcta cum dixit, ſed ſunt ad aliquid quibus hoc ipſum eſſe eſt ad aliquid quodāmodo ſe habere. Vbi tria aduertenda ſunt: Primum eſt, quod Ariſt. ad aliquid ſecūdum eius naturam qua eſſe habet, diffiniuit, & non ſecūdum quod ſtat ſub cognitione, aut dictione. & ideo dixit ad aliquid ſunt, & non dixit ad aliquid dicuntur. Pluraliter autem diffiniuit ea ratione, qua Plato. Secundum eſt, ꝙ ly eſſe cum dicitur quibus hoc ipſum eſſe ſtat pro eſſe quidditatiuo relatiuorum; & non ꝑ eſſe actualis exiſtentiæ. Eſſe ſiquidem exiſtentię cuiuſque rei abſolutum eſt ſaltem permiſſiue, & ſecundum rationem: quoniam vt ſic, eſt id, quo res eſt, aut ineſt. Eſſe autem quidditatiuū relationis neceſſario & ſecūdum rem & rationem in ipſa habitudine ad aliud conſiſtit. Tertium eſt, quod Ari. non ſolicitus de vocabulis, viſus eſt in diffinitione diffinitum repetere cum dixit, ad aliquid quodammodo ſe habere, quod ad circumloquendum quomodo quidditas relationis in ipſa habitudine ad aliud conſiſtit, factum eſſe creditur. quod vero dixit quodāmodo comprehendendo multos modos, quibus relatiua referūtur, inſeruit. Tertium eſt notandum, quod in ſecunda differentia Ariſtoteles diffinitionem Platonis, ideo arguendam cenſet, quia ex illa non habetur quidditas relatiuorum, quæ ex ſua diffinitione clare relucet.

*Ex his ergo manifeſtum eſt, quod ſiquis aliquid eorū, quæ ſunt ad aliquid, diffinite ſciet, & illud, ad quod dicitur, diffinite ſciturus eſt* (quoniam eorum eſſe, quę ſunt ad aliquid, eſt ad aliquid quodammodo ſe habere.) Si.n. nus nouit omnino ad quod hoc quodammodo ſe habet, nec ſe aliquid ad quod hoc quodammodo ſe habet ſciturus eſt, ſed & in ſingulis palam hoc eſt. vt hoc ſiquis nouit diffinite quod eſt duplum, & cuius duplum eſt mox diffinite nouit. Si vero nihil diffinite nouit ipſum cuius duplum eſt, neque ſi eſt duplum oīno nouit. Similiter autem & hoc ad aliquid ſi nouit quis quod melius eſt & quo melius eſt neceſſarium eſt noſſe. Propter hæc autem non indefinite hoc cognoſcent, quod hoc eſt peiore melius, opinio enim hæc eſt, non diſciplina non enim adhuc ſciet ex lacte, quod eſt peiore melius ſi enim ſic contingit nihil eſt peius eo propter hoc, Quapropter palam eſt, & neceſſarium quod ſi nouerit quis aliquid relatiuorum diffinite, neceſſarium eſt & illud, ad quod dicitur, diffinite noſſe.*

* non habentur hæc verba in aliis cod.

Hic tertio concludit quandam relatiuorum proprietatem deducens eam ex aſſignata nūc diffinitione. Vnde ait, quod ex his manifeſtum eſt, qđ ſi quis diffinite nouit aliquid eorum, quæ ſunt ad aliquid, diffinite etiā nouit & reliquum, & ſubdendo principium & rationē ſequelæ ait; quoniam ad aliquid ſunt quibus hoc ipſum eſſe conſiſtit in ad aliud ſe habere; neceſſe eſt, quod ſiquis nouit hoc quod ad aliud quodammodo ſe habet quiditatiue, quod & illud cognoſcat, ad qđ hoc quodāmodo ſe habet; & eſt ratio euidenter cogēs; non enim eſt intelligibile, ꝙ ab aliquo intellectu cognoſcič quidditas quę eſt ad aliud ſe hr̄e, & non cognoſcat ly aliud.

Relati-

Relatiua ſimul cognoſcuntur & quo ad diffinitiuæ & exiſtentiæ cognitionem.

In hoc lo. SEd occurrit dubium circa aſſignatã proprietatem an intelligatur de cognitione ipſius ad aliqd diffinitiua vt Auer.& Alberto placet, an intelligatur de cognitione eius quantum ad actualem exiſtẽtiam, vt Boetius ſentire videtur. Ad hoc dicitur, quod ſecundum veritatẽ intelligitur de vtraq; cognitione. & de diffinitiua quidẽ; qm cũ eſſentia vnius relatiui formaliter ſit ad aliud, impoſſibile eſt diffiniri ſine correlatiuo, ad quod eſt, aliter diſſinitio naturæ diffinitæ conformis non eſſet, nec explicaret eam ſecundum propriam eſſendi rationem; & ſic oportet conſequenter, quod vno relatiuorum noto quidditatiue, alterum ſit connotum. De cognitione aũt quo ad actualem exiſtentiam relatiui, veritatem habere ex eo percipitur, quod ſiquis non vaga, aut incerta opinione, ſed cognitione euidenti cognoſcat alterum relatiuum exiſtere, oportet quod cognoſcat reliquũ ꝑ certitudinẽ exiſtere: aliter ſimul cognoſceret & nõ cognoſceret ipſum exiſtere. Si quis.n. certe nouit hunc patrem eſſe, neceſſe eſt eum nõ latere eum filium habere; aliter ſi vage credat eũ filium habere abſque certitudine ſciet hunc patrem eſſe. Sequitur etiam ſenſus iſte ex aſſignata diffinitione: quoniam ex quo ad aliquid eſſentia conſiſtit in ad aliud, impoſſibile eſt aliquod ad aliquid vt ſic, cognoſcere eſſe, & non cognoſcere ad quod illud eſt eſſe, ſicut vniuerſaliter impoſſibile eſt ſcire aliquam rẽ eſſe, & ignorare quidditatem illam exiſtere. Et ſi ſecundo modo gloſſetur ſubſequens inductio valde apta eſt, pręintelligendo quod ly diffinite ideſt determinate ſtat ꝓ determinatione vtriuſq; correlatiui proportionabiliter ideſt quod ſi cognoſcit patrem eſſe determinate ad hũc hominem, oportet cognoſci filium eſſe determinate ad illum hominem; & ſi cognoſcitur quod pater ſit determinate ad hominem.i. quod homo ſit pater, oportet cognoſcere in cõi quod homo ſit filius, & ſic de aliis. ait ergo, quod in ſingulis. ideſt ſingularibus manifeſtum eſt, quod ſiquis nouit vnum relatiuorum, quod nouit & reliquum & dat exempla de duplo & meliore vbi aperte dicit, quod ſiquis nouit illud relatiuum melius determinatũ ad A. puta eſt A ꝙ melius, oportet eũ ſcire correlatiuũ. ſ. peius determinatum eſſe ad B. nam ſi nouit ꝙ A eſt melius peiore indefinite, i. abſq; determinatione ad B. non ſciet. i. non certa cognitione tenebit, ꝙ A eſt melius; ſed opinione quadam hoc cogitabit; nõ n. ſciuit ſubtiliter ſubtilitate perueniente ad determinationem, qđ A eſt peiore melius, & rationem ſubdit, quia ſi ſic cõtingit. ſ. haberi vnum tm̃ relatiuum determinate in rerum natura, aut in intellectu, nullũ ſequetur ex hoc poni correlatiuum. ſicut ſi A ponitur melius & nõ ponitur B vel C eo peius, nihil ſequetur eſſe peius A. Qđ. n. nullo peiore eſt, aut intelligit̃ melius nihil peius ſe ponit. Palam ergo eſt, qđ ſiquis definiet. i. determinate nouit eſſe vnum relatiuorum quod diffinite. i. determinate nouit eſſe reliquum. Si autem primo modo gloſſetur, vel eodem nihilominus mõ inductio exponat̃. Nec obſtat qđ cognitionẽ diffinitiuã in aſſignatione ꝓprietatis propoſitã, ex cognitione actualis exiſtentiæ inducendo declaret; qm̃ hoc conſulto factum eſt, vt a notioribus nobis cõueniẽs fieret diſciplina. Vel exponatur inductio de cognitione quiditatiua, ita quod ex ſingulis relatiuis. ſ. duplo meliore, &c. procedat, & ſermo de duplo manifeſtius eſt ꝑ ſe. De meliore autem, expoſitione aliquali eget. eſt. n. ſenſus, quod ſi quis nouit melius quidditatiue oportet eum noſſe, quo eſt melius ideſt peius, indiffinite autem ideſt abſque diffinitiua autem cognitione melioris, non ſcietur melius eſſe peiore melius, licet opinione aliqua teneri poſſit, quia non ſubtiliter notum eſt (ſi diffinitio abſit) quod melius eſt peiore melius; ſubtilis ſiquidem huius cognitio diffinitiua notitia eſt, & huius probationẽ ſubdit. ſi enim ſic ideſt abſque diffinitione cõtingit, noſſe melius nihil erit peius, eo propter hoc, ideſt ex tali relatiuo ſic noto, non ſequetur ſuum correlatiuum ſcilicet peius, & conſequenter nullum aliud.

*Caput vero & manus & horum ſingula quæ ſubſtantiæ ſunt, hoc ipſum quod ſunt poſſunt ſciri diffinite, ad quod vero hæc dicantur non eſt neceſſarium ſcire. cuius enim caput hoc vel hæc manus, nõ eſt ſcire diffinite. quare non erunt hęc ad aliquid. Si vero non ſunt relatiuorũ, verum erit dicere quod nulla ſubſtãtia relatiuorum eſt. Fortaſſe autem difficile ſit de huiuſmodi rebus confidenter declarare, niſi ſæpe pertractata ſint: dubitaſſe autẽ de ſingulis non erit inutile.*

Hic quarto ex prædicta proprietate reſpondet quæſtioni motæ, & primo applicat proprietatem ipſam ad partes ſecundarum ſubſtantiarum negatiue dicẽs, quod capiti & manui & aliis huiuſmodi non conuenit hæc ꝓprietas ſcilicet quod ſiquis diffinite noſcat manũ, oporteat quod diſſinite cognoſcat cuius eſt manus: poſſunt enim caput & manꝰ & alia huiuſmodi hoc ipſum quod ſunt diffinite ſciri, abſque notitia eorum ad quæ dicuntur. Et hoc patet in ſingularibus; ſcitur enim euidenter hoc eſſe caput; & tamen cuius eſt hoc caput nõ eſt neceſſe diſſinite ſcire, vt clare liquet. ſi quiſpiam ſolo capite patens videatur; & ſimiliter de manu. Deinde ex negatione proprietatis ꝑdictæ a partibus ſecundarum ſubſtantiarum infert, quod huiuſmodi partes non ſunt ad aliqd dicens. Quare non erunt hæc ad aliquid, & ex hoc formaliter reſpondet quæſtioni motæ, ſubdens, ꝙ quia hæ ſecundæ ſubſtãtiæ, de quibus erat dubium an eſſent ad aliquid, non ſunt de numero relatiuorum; verum erit vniuerſaliter quod nulla ſobſtantia eſt ad aliquid. Et ſic ſoluta eſt quæſtio mota. quia tamen relatiuorum natura valde difficilis eſt (propter eius minimam entitatẽ,) ideo ſubdit quod fortaſſe difficile eſt cõfidenter de his determinare niſi ſæpe, &c. conducit autem plurimũ ſciẽtiæ dubitare de ſingulis, quia (vt in 1. Topic. dr̃) potentes ad vtrãque partem arguere facile verum coniectãt. Cap. 2.

Ad clariorem notitiam huius ſolutionis ſciendum eſt, quod quia cum de aliquo ſermo ſimpliciter fit, intelligitur de eo quo ad rem ſignificatam: ideo, quando de relatiuis ſecundum dici locutio ſimpliciter eſt, accipiẽda eſt quo ad rem ſignificatam per ea, & non quo ad rem connotatam, ſignificant autem huiuſmodi relatiua cõnotata relatione rem alterius generis, ex qua quia nõ habẽt quod ad aliquid ſint, ideo merito abſolute loquendo relatiua eſſe negant̃, & cognoſci poſſunt diffinitiue abſq; cognitione eius ad quod ex connotata relatione referũtur: & quoniam caput & manum & alia huiuſmodi conſtat relatiua ſm dici eſſe, & ſubſtantiam conſequenter ſignificare, cuius intellectus non pendet ad aliud, ſed ex ſubſtantiis cõſurgit; ideo Ariſt. ſimpliciter dixit, hęc non eſſe ad aliquid, & cognoſci poſſe diffinite abſq; eo ad quod dicuntur, nõ enim ſimpliciter ſunt relatiua, ſed ſecundum dici.

## De qualitate & quali. Cap. 4.

*QValitatem autem eſſe dico, ſecundum quam quales quidem dicimur &c.*

IN hoc capitulo quatuor fiunt principaliter. Primo tractatur de qualitate. Secundo de quali. ibi (Qualia vero.) Tertio aſſignantur proprietates. ibi (Ineſt autem & contrarietas.) Quarto excluditur quædam obiectio, ibi, (At vero nõ decet.) Tractãs autem de qualitate primo diffinit ipſam deinde diuidẽdo eius ſpecies determinat. Ait ergo. Qualitatem autem dico, &c. Vbi aduertenda ſunt tria. Primum eſt, quod ly (ſecundum) donotat habitudinem cauſę formalis; ita quod ſenſus eſt ſecundum q̃ formaliter vocamur, aut nominamur quales, ſecundum quod formaliter forma denominans ſe habet reſpectu denominatiui, vt albedo eſt ſm quam formaliter ouis

eſt

eſt albus,& nigredo qua quis eſt niger:& vniuerſaliter abſtractum reſpectu ſui concreti, vt humanitas eſt qua formaliter aliquis eſt homo,& equinitas,qua aliquis eſt equus. Qualitas ergo eſt ſm quam.i.qua formaliter quales dicimur,vt albedine albi &c. Secũdum eſt quod quale.li et ſumatur multipliciter,vt patet,5.Metaph.in propoſito tamen dupliciter ſumi ſufficiat.ſ.cõiter prout inuenitur in omnibus generibus: & quando dicitur quod differentia prædicatur in quale,& quando dr̃ ꝙ omnia genera accidentium qualificant ſubſtantiam & prædicãtur in quale. Alio modo ſumitur proprie,vt eſt ſpeciale prædicamentum & certam entis naturã, generaliſſimã tamen explicat. In propoſito quia ly quales, ſine additione probatum eſt,proprie ſumitur & ſtat pro qualib. ſimpliciter, cur autem genus hoc qualitatis nomen ſibi proprium vendicauerit, quolibet accidentis genere qualificante aliquo modo ſubiectum inferius in aſſignatione ſufficiente ſpecierum qualitatis dicetur. Tertium eſt quod ly dicimur vel nos ſubſtantias ſubaudi,vel nos homines,non quia alia ab homine qualia non dñr, ſed quia ſoli homines ſm oẽ genus qualitatis quales ſunt;cętera nanque vel qualitatibus corporalibus tñ,vel ſpiritualibus tantum afficiuntur,homo autem vtraſq; ſuſcipit;illas ſecundum corpoream naturam,iſtas ſecundum incorpoream,quam in parte intellectiua habet. Sed adhuc obſcura remanet diffinitio iſta, ꝑꝑ dubium motũ a Boetio. Si.n.diffinitio iſta eſt bona,circulares fieri diffinitiones non erit vitioſum. Quale.n. diffiniri debet ꝑ qualitatem,quia eſt eius effectus formalis,& conſtat diffinitionem propriam rei cauſam intrinſecam explicare debere,ſi ergo qualitas recte ꝑ quale diffinita eſt, aperte circulus fiet. Apparet etiã ex his aliud peccatũ,qa.ſ.ꝑ poſterius diffiniuit qualitatem,effectus.n poſterior eſt ſua cauſa:quale autem iam dictum eſt effectũ eſſe qualitatis. Ad hoc cum Boetio dicitur, quod quia generaliſſimum proprie diffiniri nequit,eo quod genere caret,diffinitio iſta deſcriptio quædam eſt,declarans a notiorib. nobis quid nominis iſtius qualitatis:notius. n. eſt nobis quale quam ſit qualitas,ſicut vniuerſaliter compoſitum nobis notius eſt ſimplicibus ( vt Commentator ait in procemio phyſicorum)grammaticum ſiquidem grammatica magis nouimus,& fortem fortitudine,&c nullũ ergo vitium hic accidit,quia diffinitio nõ eſt, ſed deſcriptiua quædam quo ad nos declaratio.

Ses.5.19. (margin, beside "le.li et ſumatur") — Bom.m.3. (margin, beside "nobis notius eſt ſimplicibus")

*Eſt autem qualitas eorum,quæ multipliciter dicuntur, Vna quidem ſpecies qualitatis habitus & diſpoſitio dicantur.*

Hic incipit diuiſiue determinare de qualitate.aſſignãdo eius ſpecies,& antequam eas numeret dicit,qđ qualitas eſt de numero eorum,quæ multipliciter dicunt. Qđ poteſt dupliciter intelligi .ſ. de multiplicitate analogiæ excludente vnitatem genericam,quæ eſt analogia ſimpliciter,ſicut ens,principium,cauſa, elementum, & alia huiuſmodi multipliciter dici affirmantur; & ſic non ſumitur hic,quia iam non de qualitate proprie, quam deſcripſit eſſet ſermo,ſed de qualitate cõiter(vt de ea tra-
T.c.19. ctatur in 5.Metaph.)Alio mõ poteſt intelligi de multiplicitate cuiuſdam analogiæ compatientis ſecum vnitatem geneticam, quæ eſt analogia ſecundum quid, qualis eſt inter ſpecies cuiuſque generis,inter quas eſt analogia ſecũdum eſſe perfectius & minus perfectum,de qua
Cõm.1.primo diſt.19. q.5.ar 2.ad primum. dicit Auer.in 2.comm.12.Metaph. quod non impedit generis vnitatem,quam analogiam S.Tho.in 1.Sentẽtiarum,diſtinctione.19.vocauit analogiam ſecũdum eſſe & non ſecundum intentionem ; & ſic intelligitur hic qualitatem eſſe de numero eorũ, quæ multipliciter dicuntur;continet ſiquidem multas ſpecies, de quibus ſecundum prius & poſterius dicitur, attendendo eſſe earum;licet vniuoce dicatur de eis inſpiciendo eius ꝓpriã rationem,quæ eadem omnino in omnibus ſeruat. Hoc ergo præmiſſo ad primam qualitatis ſpeciẽ deſcendit ; & circa hoc facit quatuor. Primo proponit eam dicens: & vna quidem ſpecies qualitatis habitus & diſpoſitio dicitur. Vbi primo declarandum eſt quid nominis habitus & diſpoſitionis. Habitus cum ab habendo dicatur,ſicut habere tripliciter ſumitur, ita etiam habitus tripliciter ſumi poteſt. Primo modo communiter,vt vna res dicitur habere aliquam,prout dicitur habere amicũ, aut ſcientiam,aut qualitatem;& ſic cum cõſequatur diuerſa prædicamenta, inter poſt prædicamenta annumerat, & ibi de eo erit ſermo. Secundo modo minus communiter,vt eſt quoddam medium per modũ actionis, & paſſionis,inter habentem & habitum,prout dicimur veſtiti vel armati ex veſtium vel armorum adiacentia, & ſic habitus eſt vnum genus generaliſſimum. Tertio modo ſumitur habitus adhuc minus cõmuniter,vt eſt id, quo res quodam modo,ideſt bene vel male ſe habet in ordine ad naturam,vel operationẽ.prout dicimur bene vel male habituati ſecundum virtutes,vel vitia:& ſic cũ id, quo formaliter res ſic ſe habet ſit qualitas(vt inductiue facile patet) & ex ſufficientia ſpecierum qualitatis clarius apparebit, vna ſpecierũ qualitatis habitus ponitur hic ab Ariſt.diſpoſitio,etſi ordinem habentis partes ſignificare dicatur.5.Meta.ac per hoc non videatur perti T.c.24.
nere ad genus qualitatis,ſi recte tamen conſideret non longe a genere hoc iudicabitur, diſpoſitio ſiquidem vt ibidem dicitur importat ordinem habentis partes, aut ſecundum locum,aut ſecundum potentiam,aut ſecũdũ ſpeciem:vbi(vt Simplicius.S.Tho.teſte dicit)omnes di Prima.1.q.49.art.1.ad tertium.
ſpoſitiones tetigit. Primo corporeas dicens ſecũdum locum,& ſic diſpoſitio pertinet ad prædicamentum ſitus, quia dicit partes ordinatas ſecundum locum;& ſic dicimus aliter diſponi ſedentem,& aliter ſtantem . Deinde ſpirituales ſimpliciter,vt ſcientia,vel reſpectu primarũ, vt ſanitas,& has tetigit ſecundum duplicem ſtatum.ſ.inchoationis,per ly ſecundum potentiam, quia quod inchoatiue eſt,in potentia quadam eſt; & perfectionis ꝑ ly ſecundum ſpeciem,quia res ſpeciem ſua perfectione ſortitur;& ſic diſpoſitio in qualitatis genere inuenitur, quia dicit non ordinem,cum ſit relatiuum ſecundum dici,ſed poteſtatiuas partes qualitatis in ordine ad aliqđ, puta naturam,vt ſanitas & pulchritudo,vel operationẽ vt ſcientia & prudẽtia; ſignificat ergo hoc in loco tam diſpoſitio quam habitus, qualitatem quandam, qua res bene vel male ſe habet ad operationem:vt virtus & vitium,&c.vel ad naturã;vt ſanitas & infirmitas; licet diſpoſitio illam qualitatem non tam ſecundum ſe importet,quam vt partes potentiales habet,vel ſecundum ꝑfectionem,ut completa ſcientia,vel ſecundum præparationem & idoneitatem vt virtus, aut ſcientia inchoata &c. Secundo eſt videndũ,quomodo una ſpecies ſint habitus & diſpoſitio. Sed quia plene ſciri nequit abſq; notitia ſequẽtiũ, idõ uſq; ad ſequentẽ particulã differatur.

*Differt autem habitus a diſpoſitione, quod permanentior & diuturnior eſt. Tales enim ſunt ſciẽtia & virtutes. ſcientia enim videtur eſſe permanentium & diuturnorum. vt ſiquis vel mediocriter ſumat ſcientiam, niſi forte grãdis permutatio facta ſit vel ab ægritudine, vel ab aliquo huiuſmodi, ſimiliter autem & virtus, vt iuſtitia, vel caſtitas & ſingula talium non videntur poſſe facile moueri, neque facile permutari. diſpoſitiones vero dicuntur quæ ſunt facile mobiles & cito permutabiles, vt calor & frigiditas & ſanitas, & ægritudo, & alia huiuſmodi. Afficitur enim circa eas homo quodammodo, cito aũt permutatur, & ex calido frigidus fit, & ex ſanitate in ægritudinem tranſit. ſimiliter autem & in alijs, niſi forte in his, quæ contingit per temporis longitudinem in naturam cuiuſq; transferri, vt inſanabilis, vel difficile mobilis exiſtat affectus, quem iam quilibet habitum vocet.*

Hic

Hic ſecundo differentiam inter habitum & diſpoſitionem tradit dicens habitum in hoc differre à diſpoſitione, quod habitus eſt qualitas difficile mobilis, diſpoſitio autem eſt facile mobilis, exempla habitus ſunt ſcientia, vt Geometria, Arithmetica, &c. & virtus vt iuſtitia caſtitas. Exempla diſpoſitionis ſunt calor, frigiditas, ſanitas, & ægritudo; & quoniã hæc naturalia ſunt entia, idõ more naturalium intelligendum eſſe docet quod habitus difficillime mobilis & quod diſpoſitio facile mobilis ſit. Mos autem naturalium eſt, quod talia ſemper fiũt niſi impedimentum aliquod accidat. homo enim generat hominem niſi impedimentum aliquod ſit, & ſimiliter oliua oliuam; longioris quoque vitæ ſunt vegeti corpore quam debiles; contingit tamen ex aliqua cauſa aliter euenire. Et ſimiliter habitus difficile mobilis eſt; cõtingit tamen ex aliqua infirmitate aliter euenire, & idẽ eſt iudicium quo ad facilẽ mutabilitatem diſpoſitionis, propterea Ariſtoteles vtrobiq; inſeruit (niſi forte, &c.)

Num habitus & diſpoſitio, vna vel duæ ſpecies qualitatis ſint.

CIrca differentiam inter habitum & diſpoſitionem dubium prætactum occurrit, an ſint duæ ſpecies, an vna. Quod enim non ſint duæ, ſed vna ex textu dupliciter patere videtur. Primo, quia expreſſe dictum eſt, q vna ſpecies qualitatis eſt habitus & diſpoſitio. Nec eſt curæ, an ſit ſpecies ſpecialiſſima, an ſit ſubalterna, ſufficit enim propoſito quod non ſint duæ ſubalternæ, nec duæ ſpecialiſſimæ, ſed quod vnam diuerſimode ſignificent. Secundo quia ea, quæ differunt accidentaliter tantum, non differunt ſpecie, in textu autem nulla alia differentia aſſignatur niſi accidentalis. ſ. facile & difficile mobile: has ſiquidem differentias eſſe accidẽtales ex eo patet, quod facilis vel difficilis mobilitas ad motum & paſſionẽ pertinet, ac per hoc qualitatis differentia eſſentialis eſſe non poteſt, vt pote quæ eſt extranei generis. In oppoſitum eſt autboritas S. Tho. in prima ſecundæ, ex cuius quæſtionibus. 49. & 50. fere omnia bona, q̃ in hoc prædicamento ſcribimus, ſumpta ſunt. Ad hoc dubium dupliciter reſpõdetur, primo ſecundum Boetium & Albertum, quod babitus & diſpoſitio differunt ſicut perfectũ & imperfectum in eadem ſpecie. vt Sortes puer & ipſe vir, vnde ſecundum banc viam, ideo coniunctione copulatiua iunxit hæc nomina Ariſtot. dicẽs habitus & diſpoſitio, quia eandem rem important. Duplici autem vocabulo eam ſignificauit ad inſinuandum duplicẽ modum eſſendi illius ſcilicet perfecte & imperfecte. Secundo reſpondetur ſecundum S. Tho. quod habitus & diſpoſitio ſunt diuerſæ ſpecies; Nec obſtat Ariſt. dixiſſe vnam eſſe ſpeciem, quia hoc dixit ad inſinuãdum genus proximum habitus & diſpoſitionis non eſſe qualitatẽ, ſed quoddam ſubalternum vocatum ab antiquis applicatio quæ vna ſpecies ſubalterna eſt, in qua vniuntur habitus & diſpoſitio. Nec etiam impedit propoſitum, qđ facile aut difficile moueri (ad paſſionis genus) pertinet; quoniam ad circumloquendum proprias rerum differẽtias nobis ignotas, oportet accidentalibus proprietatibus vti; & hoc hic obſeruatum eſt. Ad claram autem notitiam ſententiæ S. Tho. noſſe oportet, quod alicui poteſt conuenire eſſe facile vel difficile mobile dupliciter, ſcilicet ex ratione ſpeciei, vel ex conditione indiuidui. Illud dicitur eſſe difficile mobile per ſe, ſeu ex ratione ſpeciei quod ex natura ſua vendicat ſibi cauſas difficile variationem compatientes, vt ſcientia, cuius cauſæ ſunt lumen intellectus agentis & intellectus poſſibilis, & præmiſſæ, quæ ſe aliter habere non poſſunt. Et ſimiliter illud dicitur eſſe facile mobile per ſe ſeu ex rõne ſpeciei, quod ex natura ſua vendicat ſibi cauſas facile tranſmutabiles; vt ſanitas, quæ cauſatur ex calido & frigido, &c. quæ propter alterationes continuas facile tranſmutantur, illud autem dicitur eſſe facile vel difficile mobile p accidens ſeu ex conditione indiuidui, cui ex eo quod eſt in hoc ſubiecto ſic diſpoſito, &c. facile vel difficile trãſmutabile eſt, vt ſcientia; q̃ ex ſe difficile mobilis eſt, per accidens tamen ex eo quod eſt in hoc male diſpoſito inchoatiue &c. facile mobilis eſt. & per oppoſitum infirmitas, quæ per ſe facile eſt mobilis, ex eo quod eſt ſic firmiter radicata in hoc difficile mobilis eſt. Illæ ergo qualitates, quæ difficile mobiles ſunt ex ratione ſpeciei, habitus ſunt, illæ autem, quæ ex ratione ſuæ ſpeciei facile mobiles ſunt, dipoſitiones ſunt; ita qđ habitus & diſpoſito diſtinguuntur ſpecifice per differentias circumlocutas, p difficile mobile & facile mobile ex rõne ſpeciei. Conſentaneus autem Ariſt. magis ſenſus iſte oſtẽditur ex tribus. Primum ex eo, quod exẽplariter declarans habitus & diſpoſitiones inter habitus non niſi ea quæ per ſe permanentia ſunt numerauit, ſcilicet ſcientias & uirtutes: & inter diſpoſitiones ſimiliter ea tantum, quæ facile tranſmutãtur, ut calidum & frigidum, ſanitatem & infirmitatem. Secundo ex eo quod dicit; ſcientiam etiã mediocriter ſumptam eſſe habitum, quod conſtaret eſſe falſum; qm̃ ſcientia imperfecta diſpoſitio eſſet, nõ habitus, ſi diſpoſitio non differret ſpecifice ab babitu. Tertio, quoniam in particula ſequenti expreſſe inducit communem modum loquendi ad probandum quod quæ p ſe diuturna ſunt, ſunt habitus, quæ autẽ per ſe cito tranſmutabilia ſunt diſpoſitiones ſunt, & arguit ex eo quod etiam ipſi habitus quando debiliter retinentur, diſpoſitiones uocantur, ut ibi clarius patebit. Nec obſtat, quod Ariſtot. dicat, quod infirmitas inſanabilis habitus uocatur; quoniam ut ex dictis & dicendis in ſequenti particula patet, boc eſt intelligendum quo ad modũ, non quo ad rem.

q. 49. art. 2. ad tertium.

Prima ſecũd. q. 49. ar. 2. ad tertium.

Propria & ſpecifica diſtinctio habitus & diſpoſitionis.

CIRCA exempla prima de diſpoſitione ſcilicet ut calor & frigiditas, dubium eſt, quomodo calor & frigus ponantur in hac prima ſpecie qualitatis, cum pertineãt ad tertiam. Sed quoniam hoc clarius percipi poterit declarata tertia ſpecie. ideo illucuſque differaſ. Circa aliud exemplum de diſpoſitione datum ſcilicet ut ſanitas & infirmitas, aduertendum eſt quod Alexãder (ut Simplicius S. Tho. teſte refert.) putans primam ſpeciem qualitatis inueniri tantum in anima, dixit hæc Ariſto. uerba ita exemplariter accipenda, ut nõ intelligamus ſic eſſe, ſed ex his exemplis diſcamus naturam habitus & diſpoſitionis, unde ſecundum eum ſanitas & pulchitudo & aliæ diſpoſitiones corporeæ habitus non ſunt, extenſo habitus uocabulo ad omne id quod eſt in prima ſpecie qualitatis. Sed intendebat apud ipſum Ariſto. quod ſicut ſanitas & infirmitas ſunt facile mobiles, ita diſpoſitiones ueræ, quæ in anima ſunt inueniuntur facile mobiles. Sed hæc ſentẽtia dupliciter a S. Tho. refellitur; tũ quia Ariſto. eodem modo adduxit hæc exempla, & illa alia pertinẽtia ad animam ſcilicet ſcientiam & uirtutẽ; tũc qa expreſſe in 7. Phyſicorum, ſanitatẽ & pulchritudinem inter habitus numerat, intendens tamen per habitum (ut diximus) primam ſpeciẽ qualitatis. Relinquẽdus ergo hoc in loco Alexander uidetur; & dicendũ ſanitatem & pulchritudinem, & alia huiuſmodi in prima ſpecie reponi, non tamen habitus proprie eſſe, ſed diſpoſitiones, quoniam cauſas corporales habent facile tranſmutabiles, ut experientia docet. Ex prædictis habes ſtudioſe lector deciſionem illius quæſtionis, an habitus aliquis ſit in corpore; quod ſcilicet nullus habitus proprie loquẽdo eſt in corpore, ſed omnes ſunt aut totaliter aut principaliter in anima, intelligẽdo autem per habitum primam ſpeciem qualitatis, aliqui babitus ſunt in corpore ut ſanitas & pulchritudo, &c.

Prima ſecũdæ. q. 50. ar. prim. ca.

T. c. 17.

Omnes habitus in anima ſunt.

*Manifeſtũ eſt aũt, quod hæc volunt habitus nominari quæ ſunt diuturniora, & difficilius mobilia. Namque diſciplinas non multũ retinentes, ſed facile mobiles, dicũtur nõ babitum habere, quãuis ſint ad diſciplinas peius*

*vel*

*vel melius diſpoſiti.quare differt habitus a diſpoſitione, quod hoc quidem facile eſt,illud vero diuturnius & difficilius mobile.*

Hic tertio declaratam differentiam inter habitũ & diſpoſitionem clariſſime probat ex communi loquentium vſu:dicens,hoc eſſe manifeſtum,quia in diſciplinis quas habitus eſſe diximus, etiam mediocriter ſumptis, habitus nomine vti non conſueuimus;quando nó multum retinentes,ſed facili mutabilitate eas habẽtes ſunt aliqui,dicuntur ſiquidem tales peius vel melius diſpoſiti ad huiuſmodi diſciplinas:puta geometriam vel phyſicam magis quam geometrę,vel phyſici.differentia igitur inter habitum & diſpoſitionẽ hæc eſt, quod ille ex ſe ſibi vendicat difficile poſſe moueri,hęc autem facile.

Habitus aliquis diſpoſitio,& econtra, diſpoſitio habitus dicitur, ſed per accidẽs.

Aduertendum eſt hic primo quod quia multa cónueniunt rei per accidens,q́,ex natura propria ſibi non vendicat ideo nihil prohibet inueniri habitum aliquem facile mutabilem in illo, & ſimiliter diſpoſitionem aliquã difficile in eo mobilem,ex aliqua occurrente cauſa: & tunc contingit habitum eſſe non diſpoſitionem,ſed per modum diſpoſitionis & ſimiliter diſpoſitionẽ eſſe non habitũ,ſed modũ habitus:ſcientia enim quæ non firmiter retinetur, habitus quidem eſt, ſed per modum diſpoſitionis eſt,quia facile perdi ab illo poteſt:infirmitas vero iam firmiter radicata diſpoſitio quidem eſt, ſed p modum habitus ineſt.vnde fit vt a talibus modis eſſendi potius quam a naturis rerum, infirmus habitus dicatur diſpoſitio,& firma diſpoſitio dicatur habitus, etiam ab ipſo Ariſtot.vt ex habitis huiuſque patet. Aduerte ſecũdo notitie,quod difficile mobile & facile mobile vt ſunt dr̃iæ ſpecificæ diſtinguentes habitum & diſpoſitionem inter ſe, & vt ſunt modi eſſendi eorum æquiuoce dicuntur,difficile mobile,& facile mobile.Primo nanq; modo naturas eorum conſtituunt & diffinitionem eorum ingrediuntur, ſepararique ab eis non poſſunt etiã per intellectum, ſicut nec rationale ab homine & irrationale ab equo.Secundo autem modo accidentia eorũ ſunt & extranea ab eorum naturis ſuccedereque ſibi inuicem circa idem poſſunt vt magis & minus circa calidum & frigidum ſe habent,&c.

*Sunt autem habitus & diſpoſitiones,diſpoſitiones vero non neceſſe eſt habitus eſſe.qui enim retinent habitũ, & quodammodo diſpoſiti ſunt ſecundum ipſos, qui autẽ diſpoſiti ſunt non omnino retinent habitum.*

Hic quarto conuenientiam habitus cum diſpoſitione alio modo ſumpta ponit.Vnde aduertendum ſolicite eſt quod diſpoſitione nomine æquiuoce vtitur hic & ſuperius.Dupliciter ſiquidem ſumitur diſpoſitio. Vno modo vt diſtinguitur contra habitum,& ſic ſuperius de ea habitus eſt ſermo.Alio modo vt eſt genus ad habitũ & diſpoſitionem prædictam:& ſic ſumitur hic; vbi dicitur,quod habitum neceſſe eſt diſpoſitionẽ eſſe, ſicut hominem oportet eſſe animal,diſpoſitionem vero et ſi contingat eſſe habitum,non tamen eſt neceſſarium, vt animal:& ſi contingat eſſe hominem,non tamen neceſſe eſt eſſe hominem,poteſt enim eſſe leo.

Secũda qualitatis ſpecies.

*Aliud vero genus qualitatis eſt ſecũdum quod pugillatores, vel curſores, vel ſalubres, vel inſalubres,dicimus & ſimpliciter quæcunque ſecundum potentiam naturalem vel impotentiam dicuntur. Non enim quoniam ſunt diſpoſiti aliquo modo, vnumquodque huiuſmodi dicitur,ſed quod habent potentiam naturalem, vel impotentiam facere aliquid facile,vel nihil pati, vt pugillatores,vel curſores dicuntur non quod diſpoſiti aliquo modo ſed quod habeant potentiam naturalem, vel impotentiam hoc facile faciendi.Sanatiui autẽ dicuntur eo quod habeant potentiam naturalem vt nihil a quibuslibet accidentibus,facile patiantur,Aegrotatiui vero quod habeant impotentiam nihil patiendi.Similiter autem his & molle & durum ſe habent.durum enim dicitur quod habeat potentiam non facile ſecare,molle vero quod habeat einſdem ipſius impotentiam.*

Hic iam ponitur ſecunda ſpecies qualitatis ſcilicet naturalis potentia vel impotentia,& duo facit.Primo proponit eam cum exemplis dicens,aliud vero genus, &c. Vbi duo aduertenda ſunt.Primum eſt, quod ſpeciẽ hãc genus nominauit,tum vt perſuaderet, quod ſpecies ſubalternas qualitatis enumerat, tum quia manifeſtum eſt naturalem potentiam & impotẽtiam in vnam ſpeciem ſpecialiſſimam non conuenire.Secundum eſt,quod genus hoc ab antiquis vocatum aptitudo ab Ariſto. nominibus ſuarum ſpecierum vocatur naturalis potentia vel impotentia,non copulatiue,ſed diuiſiue,ut Alberto placet,quia in vnam non conueniunt naturam,pluribus autem hominibus,quia impotentia ſub aptitudine nõ conuenienter annumerantur.Secũdo propoſita manifeſtat propoſuit autem nomen generis huius & exempla: & ideo ſingula explanans in primis declarat (ly naturalis) dicens qualitatem hanc ideo dici naturalem, quia non exercitio acquiſita,ſed a natura indita ſit: non enim dicuntur curſores,potentes facile currere, eo quod ſint diſpoſiti per artem aliquam ad currẽdum,ſed eo quod naturalem habent aptitudinem ſeu potentiã ad facile currendum,quia ſcilicet habent crura lóga & agilia & corpus non graue,&c.ſumitur ergo hic naturale, vt diſtinguitur contra acquiſitum. Sed diſcrete audiendum eſt naturalem potentiam & impotentiam naturam conſequi;quoniam naturalis potentia naturam ſequitur, ita quod ab ea emanat tanquam eius proprietas perfectiua,naturalis autem impotentia naturam ita cõſequitur, quod potius naturę defectum ſequi dicitur ab Alberto, illa ſiquidem ſequitur victoriam formæ ſupra materiã, id eſt,perfectam ſubiectionem materiæ ſub forma, iſta autem victoriam materiæ ſupra formam ideſt incompletam cõprehenſionem materiæ a forma.Deinde declarat (ly potentia vel impotentia) dicens quod potentia vocatur principium facile faciendi aliquod,aut nihil patiendi ideſt fortiter reſiſtendi,vt pugillatores dicuntur,eo quod naturalem potentiam habeant ad facile dãdum fortes ictus, & ſanatiui ſeu ſalubres dicuntur, qui potentiam naturalem habent nihil patiendi a contrariis inductis infirmitatis,impotentia autem dicitur principium impotens ad reſiſtendum aut ad facile faciendũ tale;ſiquidem aut idẽ eſt quod impotentia ad nihil patiendum vt ægrotatiui dicuntur & quod habeant in potentiam naturalem vt nihil reſiſtere poſſint contrariis ac per hoc facile patiuntur, & conſequenter impotentes ſunt ad nihil facile patiendum:aut idem eſt quod impotentia ad facile aliquid explendum,vt inepti ad curſum dicuntur impotentiam habere naturalem ad currẽdum,&c.Demum addit quod ſimiliter his ſe habent durum & molle & eſt ſententia clara. Notandum eſt hic, quod impotentia dupliciter ſumi poteſt,ſcilicet priuatiue.& ſic quia non ſignificat aliquod poſitiuum,ſed priuationem potentiæ ideo nó ſumitur hic impotentia priuatiue.Alio modo ſumi poteſt contrarie, & ſic ſignificat aliquid poſitiuum ſcilicet principium facile patiendi, aut difficile operãdi,vt dictum eſt;& ſic ſumitur hic quoniam ſpecies qualitatis ponitur;conſtat enim ſpeciẽ qualitatis eſſe non poſſe niſi poſitiuum aliquod,&c.

Quomodo prima & hęc ſecunda ſpecies ſubinuicem ordinentur.

CIRCA ordinem duarum iam expoſitarum ſpecierum dubium occurrit;eo quod præpoſterus videtur, nã naturalis ſiquidem potentia vel impotentia,cum naturam ſequitur prior naturaliter eſt habitu & diſpoſitione aduenientibus aliunde ſaltem completiue, ergo naturalis potentia debuit primo loco poni. Ad hoc dubium dupliciter reſpondet S.Tho.primo ꝙ quia habitus & diſpoſitio perficiunt ſubiectum non abſolute, ſed in ordine ad naturam,& natura eſt primum quod eſt in re, ideo habitus primum tene locum. Et iuxta hoc dici-

Prima ſecundæ.q.49.ar.3. ad ſecundum.

tur

tur ad rationem in oppoſitum, quod licet res, quę eſt habitus, ſit poſterior potentia naturali; quia tamen id in ordine ad quod perficit habitus, eſt prius eo in ordine ad quod perficit potentia naturalis: quia natura eſt prior operatione: & hoc eſt potius intuendum ideo &c. Secundo dicit quod licet naturalis potentia ſit prior habitu ordine generationis, habitus tamen eſt prior naturali potentia ordine perfectionis, ſicut actus eſt prior potẽtia; & quia hic ordo eſt prior ſimpliciter, ideo habitum primo poſuit, & iuxta hoc patet reſponſio &c.

*Tertia vero ſpecies qualitatis eſt, paſſibiles qualitates & paſſiones. ſunt autem huiuſmodi vt dulcedo & amaritudo & auſteritas & omnia his cognata. Amplius autem & calor & frigus & albedo & nigredo. Quod quidem igitur & hæ qualitates ſunt manifeſtum eſt.*

Hic ponitur tertia ſpecies qualitatis, circa quam tria facit, primo proponit eam cum exemplis dicens. Tertia vero ſpecies &c. Vbi aduertendum primo eſt, quod alternatim vtitur nomine ſpeciei & generis; vt inſinuet vt ſupra diximus, quod de ſubalternis ſpeciebus ſermo eſt, deinde quod licet ab antiquis ſpecies hæc caſus vocaretur, Ariſtoteles eã duplici uocabulo inſerta coniunctionem putatiua eam vocauit; & duobus quidem vſus eſt nominibus, non quia duæ ſint ſpecis, ſed quia oppoſitos modos eiuſdem ſpeciei important ſcilicet difficile & facile mobile; coniunctione autem copulatiua oſtendit eandem rem vtrique ſubeſſe.

CIRCA exempla demum data notandum eſt, quod dubitatio quædam quoſdam inuaſit, cur Ariſtoteles nõ adduxit in exemplum qualitates odorabiles; & audibiles, ſed guſtabiles tangibiles & viſibiles tantum. Nec videtur eis ſatisfieri dicendo, quod nõ exigebat tractatus hic adducere omnia in exempium, quoniam cum credatur Ariſtot. non niſi artificioſe loqui, dubium reſtat cur ſenſibilia guſtu, tactu, & viſu magis quam alia adduxit. Ad hoc (quicquid ab aliis dicatur) videt mihi dicẽdum quod conſulto Ariſto. tres has ſpecies ſenſibilium adduxit; intendebat ſiquidem ſtatim oſtendere quomodo diuerſimode hæ qualitates paſſibiles eſſent: & vt clare patet infra, alia ratione qualitates viſibiles dicuntur paſſibiles, & alia cæteræ. Et quoniã inter cæteras eſt hæc differentia quod vel faciunt paſſionem ſecundum illã qualitatem ſenſibilem, vel ſecundum aliquam adiunctam; & hæc differentia manifeſtiſſime patet inter tangibile, & guſtabile, quia calidum tactum facit organum calidũ dulce vero guſtatum & ſi non faciat organum dulce, facit tamen ipſum humidum; ideo ad inſinuandam manifeſte diuerſitatem qualitatum in hoc quod paſſibiles dicuntur, ſupradicta delegit exempla. Vel ideo quia paſſiones animæ ſecundum hæc ſenſibilia communiter ab oĩb. experiuntur magis quam ſecundum alia; ut patet.

In hoc cap.

*Quæcunque enim has ſuſceperint, qualia dicuntur ſecundum eas, vt mel quoniam dulcedinem ſuſcepit, dulce dicitur, & corpus album, eo quod albedinem ſuſcepit, ſimiliter autem ſe habet in cæteris.*

Hic ſecundo volens præpoſita manifeſtare, incipit à paſſibili qualitate, intẽdens declarare, quod ſupradicta ſint & qualitates & paſſibiles, & primo declarat qđ ſint qualitates ex deſcriptione qualitatis ſic, ea, ſecundum q̃ alia dicunt, qualitates ſunt, ſed iſta ſunt huiuſmodi, qa quæcunque ſuſceperint iſta dicuntur qualia. mel enim quoniã dulcedinem ſuſcepit quale dicitur & dulce &c. ergo iſta & ſimilia ſunt qualitates &c.

*Paſſibiles vero qualitates dicuntur non quod ea, quæ illas ſuſceperint qualitates, aliquid patiantur. neque .n. mel quod aliquid paſſum ſit dicitur dulce, nec aliquid aliud huiuſmodi. Similiter autem his & calor & frigus paſſibiles qualitates dicuntur, non quod ea quæ eas ſuſcipiunt, aliquid paſſa ſint, ſed quoniam vnaquæque corũ, quæ dicta ſunt ſecundum ſenſum qualitatũ paſſionis perfectiua ſunt paſſibiles qualitates dicuntur, dulcendo .n. quandam paſſionem ſecundum guſtum efficit, & calor ſecundum tactum, ſimiliter autem & alia. Albedo autem & nigredo & alij colores non ſimiliter his q̃ dicta ſunt paſſibiles qualitates dicũtur, ſed eo quod ipſa ab aliqua paſſione innaſcuntur. Quod enim ſiunt per aliquam paſſionem multæ colorum mutatione, manifeſtum eſt, erubeſcens enim aliquis, rubeus factus eſt, & timens pallidus, & vnumquodque talium. Quare etiam ſiquis natura aliquid talium perturbationum vel paſſus eſt, ſimilem colorem oportet eum habere. Quæ enim affectio nunc ad verecundiam circa corpus facta eſt, & ſecundum naturalem paſſionem eadem ſiet actio, vt naturalis color ſit ſimilis.*

Declarato, ꝙ huiuſmodi ſint qualitates declarat modo quod non qualeſcunque qualitates ſunt, ſed qualitates paſſibiles. Vbi prælibandum eſt, quod, cum paſſibile a paſſione dicatur, aliquid poteſt, dici paſſibile quadrupliciter. Primo & propriſſime, quia eſt aptum natum ad ſuſcipiẽdam paſſionem. Secundo quia in receptione ipſius in alio, ſuſcipiens ipſum patitur. Tertio quia eſt cauſatiuum paſſionis. Quarto quia eſt effectus paſſionis, horum autem modorum tres vltimos Ariſtot. exprimit in litera, primo ſub ſilentio pertranſito, quia clariſſimum eſt, quod qualitas non poteſt dici paſſibilis illo mõ, quia ipſa ſubiectum aliorum non eſt, ſed in ſubiecto ſuſtentatur. Tangens ergo hos tres modos, primo excludit corũ primum modum a noſtro propoſito dicens, paſſibiles vero qualitates non ideo dicuntur, quod hæc ſubiecta, q̃ illas ſuſceperint, aliquid recipiendo patiantur & hoc declarat exemplariter, primo in guſtabilibus, deinde in tãgibilibus, vt patet. Excluſo autem hoc modo, quoniam duo reliqui propoſito cõſtructiue deſeruiunt, tali eos ordine tangit: quod ſtatim ſubdit, quod ideo aliquæ qualitates, vt guſtabiles & tangibiles dicũtur paſſibiles, quia ſunt cauſatiuæ paſſionum ſecundum ſenſum; & ſic tertium modum tetigit, vnde ait. (Sed quoniam ſingula eorum, quæ dicta ſunt, ſ. guſtabiliũ & tangibiũum ſunt paſſionis perfectiua, ſecũdum qualitatem ſenſuum ideſt ſecundum quod qualificant ſenſus; & ideo paſſibiles dicũtur qualitates.) & ſubdit exẽpla manifeſta. Deinde vltimum modum tangens, quod ſcilicet aliquid dicitur paſſibile; quia eſt effectus paſſibilis, ſubdit; de viſibilibus ꝙ albedo & nigredo & alii colores non dicuntur qualitates paſſibiles ea ratione, qua præcedẽtes, ſed quia ipſi colores qualitates ſunt, quæ ab aliquibus paſſionibus innaſcuntur. Et quoniam dubium eſſe poterat circa hoc vltimo dictum ſcilicet quod colores ab aliquibus paſſionibus innaſcuntur, ideo ſtatim huius declarationem ſubdit. Ad cuius euidentiam ſciendum primo eſt, quod color vnus ſecundum ſpeciem habet duplicem modum eſſendi ſcilicet firmiter, ut patet in naturaliter rubeo; & inſtabiliter, vt patet in rubicũdo ex verecundia; & quia effectus proportionati ſunt cauſis, conſequens eſt; hæc tria in cauſa coloris inueniri; ita ꝙ cauſam coloris vnam ſecundum ſpeciem & ſtabile & fluxibile habere eſſe cõtingit, vt ſic vnitas cauſæ vnitatem effectus, & modus eſſendi cauſæ modum eſſendi effectus præueniat. Sciendum ſecundo eſt, quod quia color cito tranſiens, vt patebit, non numeratur inter qualitates, ſed paſſiones: & ſermo præſens eſt de colore, qui ſimpliciter appellatur qualitas; hunc autem conſtat eſſe colorem habẽtem eſſe firmum & ſtabile; ideo Ariſtoteli non ſat fuit quod ad ſenſum pateat colorẽ generari ex paſſione in verecũdo & timido &c. ſed voluit ratione manifeſtare, qđ color firmus ex paſſione fieret. Et quia a notioribus nobis innata eſt nobis via procedendi, ideo ex cã coloris tranſeuntis cauſam coloris permanentis manifeſtauit, vt patet in textu. Conſiſtit aũt ratio eius in hoc; coloris tranſeuntis cã eſt paſſio, ergo & coloris ꝑmanentis cauſa eſt paſſio,

permanens tamen,conſequentia fundatur ſuper illa ꝑpoſitione,vnius effectus ſm ſpeciem vnica eſt cauſa ſm ſpeciem in vno genere cauſæ &c.& aliis dictis in primo notãdo,ab Ariſ. vero hic vbi ſuperficietenus loquitur, non probatur,ſed declaratur,dum poſtquam antecedẽs poſuit ſubaudito conſequente ſubdit,quod ſi quis aliqd talium paſſionum ſcilicet timoris vel verecundiæ paſſus eſt naturaliter ideſt non per modum paſſionis, quæ trãſit cito,ſed firmiter ꝑ modũ,quo naturalia inſunt: puta quod ſit naturaliter timidus vel verecũdus,ſimilẽ,enim habere colorem neceſſario eſt: quoniã ex ſimilibus cauſis ſimiles proueniunt effectus.Sic enim corpus eius,qui ex verecundia rubet,affectione quadam immutatur: puta quod ſpiritibus ad cor vniris ſanguis in faciem ſpargitur,ita in eo,qui naturaliter rubeus eſt ſanguinem naturaliter in facie ſparſum eſſe contingit,vt ſic color naturalis ſequatur paſſionem naturalem;& color trãſiens ſequatur paſſionem ſimpliciter.

*Quæcunque ergo talium accidentiũ ab aliquibus paſſionibus difficile mobilibus & permanẽtibus principiũ ſumpſerunt,paſſibiles qualitates dicuntur.ſiue enim ſecũdum naturalem conſtitutionem pallor ſit, aut nigredo, qualitates dicuntur(Quales enim ſecundũ eas dicimur) ſiue propter ægritudinem longam,vel eidem propter æſtum cõtingit nigredo,vel pallor;& nõ facile prætereũt, vel etiam in vita permanent, qualitates & iſtæ dicuntur.ſimiliter enim quales & ſecũdum eas dicimur. Quæcunq; vero ex his, quæ facile ſoluuntur & cito tranſeũt, fiunt,paſſiones dicuntur,qualitates vero minime, non.n. dicimur ſecundum eas quales.neq; enim qui propter verecundiam rubens factus eſt,rubeus dicitur,nec cui pallor propter timorẽ venit,pallidus eſt , ſed magis eo quod aliquid paſſus eſt,quare paſſiones huiuſmodi dñr , qualitates vero minime.Similiter autem his & ſecũdum animam paſſibiles qualitates & paſſiones dicuntur. Quæcũque enim mox in naſcendo ab aliquibus paſſionibus difficulter mobilibus fiunt,qualitates dicuntur,vt dementia, vel ira,vel alia huiuſmodi,quales enim ſecundum eas dicuntur ideſt iracundi,& dementes . Similiter autem & quæcunque alienationes non naturales,ſed aliquibus factæ ſunt difficile prætereuntes & omnino immobiles,ẽt huiuſmodi qualitates ſunt, quales enim & ſecũdum eas dicuntur.Quæcunque vero ex his quæ facile & citius ꝑtereunt fiunt,paſſiones dicuntur , vt ſiquis contriſtatus iracundior fiat.non enim iracundus dicitur,qui huiuſmodi paſſione iracundior eſt,ſed magis aliquid paſſus.Quare paſſiones quidem huiuſmodi dicuntur, qualitates vero minime.*

Hic tertio concludit quæ ſint qualitates paſſibiles & quæ paſſiones:ſicque dñiam inter eas oſtendit : & quoniam vterque nõ ſolum inter corporum accidentia,ſed etiam inter animæ accidentia inueniuntur: id circo primo manifeſtat propoſitum in corporibus,deinde in anima. Diſtinguit autem qualitates paſſibiles corporum in duos modos,quibus cauſari poſſunt a natura.ſ.& ab infirmitate longa,vel continuo æſtu vel aliquo huiuſmodi. Dicit ergo,quod quæcũque talium caſuum ideſt qualitatum,quas ab antiquis caſus vocari dictum eſt,qa cauſaliter quandoque fiunt,innaſcũtur a paſſionibus firmatis & difficile mutabilibus,paſſibiles qualitates ſunt : ſiue paſſiones illæ firmæ ex naturali complexione ſint: ſiue ab extrinſeco aduenerint:dummodo ſirmatæ ſint,& rationem ſubdit quia ſecundum tales quales dicimur,dñr ſiquidem pallidus & qui naturaliter eſt pallidus,& q ex aliquo timore pallorem radicitus ſuſceperit. Ad paſſiones deinde declarandas ſe transferens quod quęcunque huiuſmodi ſunt cito tranſeuntes,& non radicatæ paſſiones dñr,& non qualitates paſſibiles,& ſubdit rationem quare nõ dñr qualitates:quia.ſ.ſecundum huiuſmodi affectiones tranſeuntes non dicimur quales, ſed paſſi potius tale quid.ſi enim quis ex verecundia ruborem incurrit,non dicitur propterea rubeus,ſed ruborẽ paſſus. Differt ergo qualitas paſſibilis a paſſione ſecundum modũ eſſendi:quia.ſ.paſſio importat qualitatem facile mobilem , paſſibilis vero qualitas qualitatẽ difficile mobilẽ . Expeditis autẽ his quo ad corporales qualitates, ad animæ qualitates ſermonem dirigit ; tres ſimiles gradus in eis diſtinguens,ſ.cito treanſeuntium , quæ paſſiones vocantur,vt ſubitæ iræ & triſtitiæ &c.& cauſatarum firmiter ab aliqua infirmitate vel accidenti aliquo forti:vt dementia ex amiſſione rerũ &c. quæ paſſibiles qualitates dñr;& cauſatarum a natura,vt naturalis timor,vel ſtultitia &c.quæ paſſibiles etiam qualitates ſunt ; probatque ſingula vt ſuperius circa qualitates corporis fecit & eſt ſermo clarus ex ſe.Ad euidentiam eorum, quæ hic dñr, ſcrutandum eſt,quomodo paſſionis nomine hic vtatur Ariſt.poteſt ſiquidem quadrupliciter ſumi. Primo cõiter pro omni receptione,ſiue perfectiua tãtum ſiue corruptiua cõtrarii.prout non ſolum calefieri & triſtari & lætari,ſed illuminari,ſentire,& intelligere quoddam pati dñr,vt patet in tertio de anima.Secundo proprie pro Tex.cõ. 12. paſſiua tranſmutatione cum abiectione contrarii . ꝓut calefieri & frigefieri in paſſionis genere collocantur.ſic enim ſumpta paſſio genus generaliſſimum eſt . Tertio tranſumptiue pro operatione appetitus ſenſitiui,pro vt ira gaudium,dolor,ſpes & hmõi paſſiones dicuntur, eo quod per tales operationes anima ad res obiectas quodammodo trãſferatur paſſione corporali vt materia ſubſeruiente. Vel ideo,quia cum voluntarium conſiſtat in agendo,& operationes hæ inter voluntaria annumeratæ,inuitos plerunque afficiant,ac ſi voluntati non ſubeſſent,paſſiones merito vocantur abiecto tam actionis ꝙ operationis vocabulo &c.vt in moralibus determinaẽ. Quarto modaliter pro qualitate ſenſibili &c. exiſtente per modum paſſionis in tranſitu:paſſio enim cũ vel motus ſit vel in motu conſiſtat,fluens eſſe habet. Cum aũt Ariſt.paſſionis vocabulo dupliciter hic utaẽ, ſcilicet ut nomine ſignificante aliquid in hac ſpecie tertia repoſitum,dum dicit;tertia ſpecies qualitatis eſt paſſio &c. & ut homine,a quo ſumptũ eſt ly paſſibilis,dum dicit,qualitatem paſſibilem dici vel ideo quod inferat paſſionẽ , uel quod inferatur ab ea:non eſt difficile uidere,quomodo paſſionem acceperit diſtinguendo eam contra paſſibilem qualitatem.conſtat enim quod quarto modo accepit paſſionem.ſ.pro qualitate ſenſibili cito tranſeunte;quam uocauit paſſionem,ut dictum eſt,a mõ eſſendi quia.ſ.eſt per modum paſſionis.Sed difficile eſt clare ꝑcipere qũo uſus fuerit paſſionis nomine dum qualitatẽ paſſibilem a paſſione vt effectu vel vt cauſa denominauit;vnicuique ſiquidem antecedentium trium modorũ teſtimoniũ præbet textus,quod enim accepta ſit paſſio cõiter,ex eo habeẽ , quod in textu dẽ calorẽ & ſaporem eſſe qualitates paſſibiles,quia ſecundũ ſenſum qualitatũ paſſionis perfectiua ſunt.Conſtat.n. quod perfici ſecundum ſenſus qualitatem non niſi communiter eſt paſſio. In oppoſitum autem eſt quod ſi paſſionẽ communiter accepiſſet,idem eſſet iudicium de colore & calore & ſapore;quod expreſſe Ariſt.negat,paſſionem vero ꝓprie ſumptam eſſe Albertus teſtatur.Et ratio confirmat;qa nomina ſimpliciter prolata proprie intelligẽda ſunt. In oppoſitum autẽ eſt;quia ſi a paſſione proprie dicta qualitas dicitur paſſibilis,cur nõ melius denominatur a paſſione,quæ in ſubiecto fit,ꝙ a paſſione,quam in alio cauſat,melius autem dico quia ab illa paſſione pôt denominari qualitas paſſibilis non ſolum guſtabile aut tangibile ſed ẽt color; qm̃ patiẽ paſſione ꝓprie dicta ſubiectũ dum coloratur.Propterea oportet ſecundũ hoc æquiuoce Ariſt.vſum eſſe paſſione,a qua dicitur qualitas paſſibilis, quoniam iuxta hanc viam , ſapor dicitur qualitas paſſibilis a paſſione proprie dicta , color autem dicitur qualitas paſſibilis a paſſione tranſumptiue ſumpta ; quoniam expreſſe Ariſtoteles ait colorem eſſe paſſi-

bilem qualitatẽ,quia innaſcitur ex paſſione idest timore,aut verecũdia. Qđ aũt paſſio tertio modo.i.tranſumptiue ꝑ ictu appetitus ſenſitiui ſumpta ſit. inducť' nũc vltimo textus explicite ſonat. In oppoſitum autem ſunt ea.quæ præinducta membra confirmant. Quamuis aũt difficultas hæc ſolui poſſit ſubſtinendo, quod de paſſio ne proprie ſumpta pro tranſmutatione ſcilicet corpora li cum abiectione cõtrarii ſermo ſit. Videtur tamen mihi paſſionem tertio modo ſumptã eſſe.ſ. pro operatione appetit' ſenſitiui puta delectatione, triſtitia, timore, & deſiderio &c. Tum vt non fateamur diſformiter acci pi paſſionem, à qua denominatur qualitas paſſibilis, qñ vt,effectus,& qñ vt cauſa,nomen dat. Tum quia paſſio hæc ſumpta paſſionem proprie ſumptã per ſe includit. Cadit ſiquidẽ materialiter in diffinitione operationis appetitus ſenſitiui paſſio proprie ſumpta, vt patet cum dicitur quod ita eſt accenſio ſanguinis circa cor. Tũ q̃a textus plurimum fauet huic ſenſui; verba ſiquidem illa, pro paſſione perfectiua adducta hoc infinuat;quia ſenſus verborum eſt, quod guſtabile & tangibile qualitates paſſibiles dicuntur,quia ſecundum ſuum qualitatem idest quia ex hoc quod ſenſus qualificãt perfectiua ſunt paſſionis;puta delectationis,vel triſtitiæ, experimur nã que quod guſtabile guſtatum, delectationẽ vel triſtitiã vel deſiderium &c.parit,& ſimiliter tangibile. Teſtimonium vero Alberti ratione confirmatũ nihil penitus ob ſtat;quoniam(vt ex dictis patet)paſſio appetitus ſenſitiui paſſionem proprie dictam includit nõ per accidẽs. dicta eſt ergo qualitas paſſibilis à paſſione animæ, quã nata eſt cauſare;vel a qua nata eſt cauſari &c.

Quomodo calor & frigus ad ſuam qualitatis ſpeciem pertineant. Prima ſecũdæ.q.50.ar. pri. ad tertium.

CIRCA illa exempla,calor & frigus,dubitatur ea eo quod Ariſto.expreſſe poſuit calorem & frigus in prima ſpecie qualitatis,& nunc ponit in tertia,quomodo poſſunt hæc ſimul ſtare? Ad hoc dubiũ multipliciter reſpõdetur(vt à ſancto Th accepimus.) Quidam enim dicũt calorem & frigus,vt ſunt in motu collocari in hac tertia ſpecie,vt autem perfectum eſſe habent;reponi in prima ſpecie. Sed contra hoc inſtat Simplicius;quia ſecundum hoc Ariſt.debuiſſet reponere in tertia ſpecie calefactionem,& in prima calorem,quod non fecit:quia in vtraq; poſuit calorem. Porphyrius autem ſcalam quatuor gradum fecit,& dixit calorem participatum ita imperfecte quod non poſſit aliud calefacere,ſi eſt facile mobilis paſſionem eſſe,ſi difficile mobilis,qualitatem paſſibilẽ, participatum vero ita quod poſſit alterum calefacere ſi facile mutabilis diſpoſitionem,ſi radicitus vero,& immobilis habitum eſſe;vt ſic naturalis proceſſus de imperfecto ad perfectum a paſſione ad paſſibilem qualitatẽ, & ab hac ad diſpoſitionem,& ab hac ad habitum compleretur. Sed hoc quoque Simplicio non placet,quia ſecundũ hoc non eſt diuerſitas ſpecifica inter diuerſas ſpecies; q̃ rationi repugnat. Manifeſte ſiquidem liquet omnem dictam differentiam materialem eſſe ; vt pote quæ ſecundum maiorem vel minorem participationẽ in ſubiecto attenditur & formalẽ diuerſitatem non faceret. Propterea aliter dicendum eſt,quod ſcilicet calor & frigus ſimpliciter in hac tertia ſpecie reponuntur, calor autem & frigus vt conuenientia vel diſcõuenientia naturę in prima ſpecie repoſita ſunt. ſic enim conſtituunt ſanitatem, aut infirmitatẽ;& ſimiliter eſt de colore & figura vt cõſtituunt pulchritudinem vel turpitudinem, hoc autẽ dixiſſe nihil aliud eſt,quam dixiſſe ſanitatem, de cuius ratione eſt quod conſiſtat in adæquatione caloris & frigoris eſſe in prima ſpecie;& ſimiliter pulchritudinem, de cuius rõne eſt qđ conſiſtat in proportione figuræ &c.

Non a paſſione ſubiecti denuari voluit paſſibilem qualitatem, quæ, vis ſubiectũ

CIRCA illa verba,paſſibiles vero qualitates dicuntur non quod hæc quæ illas ſuſceperint qualitates aliqđ patiantur &c. Aduerte nouitię diligenter intẽtionẽ Ariſtote.& ceſſabit dubium;non intendit inquirere nũc de rebus,ſed de rationabili nominis impoſitione, vnde ſ. qualitas dicta ſit paſſibilis. Et ideo non negat per hæc verba ſubiectum pati ꝓprie ſuſcipiendo qualitates paſſibiles;hoc.n.ſi negaret falſum diceret,ſed negat ex tali paſſione ſubiecti dici i eſſe paſſibilẽ qualitatem,volens ſubſequẽter ape: ire q; ab aiæ paſſione vt effectu vel cã (vt declaratum ſuit)dicta eſt qualitas paſſibilis.

in eam recipiendo. patiatur.

CIRCA illa verba,quæcunque vero facile ſoluuntur paſſiones dicunt r,qualitates vero minime. Attendendum eſt aliquid dici qualitatem dupliciter. ſ. ſm rẽ rñ, vel ſecundum rem & modum;illud uocatur qualitas ſecundum rem,cuius eſſentia res huius generis eſt;& hoc modo paſſiones;de quibus Ariſ.loquitur hic, qualitates indubie ſunt. Nec oppoſitũ docere intendebat in addu ctis verbis. Illud dicitur qualitas ſecundum rem & modum ſimul,ſecundum quales ſimpliciter dicimur; & q̃a ſic de qualitate loquitur nunc Ariſtot.(vt patet ex eius diffinitione ſuprapoſita)iõ negauit paſſiones eſſe qualitates;conſtat ſiquidem,quod ſecundum eas quales non dicimur.non enim pallidus ſimpliciter dicitur, qui aliquantulo timore pallet.

*Quartum vero genus qualitatis eſt forma, et circa aliquid conſtans figura. Amplius autẽ adhuc rectitudo & curuitas,& ſi quid ſimile eſt his. ſecundum enim vnum quodque eorum quale quid dicitur, & rectũ aut curuũ, & ſecundum etiam formam vnũquodque quale dicitur. Rarum vero & ſpiſſum & aſperum & lene putabuntur quidem qualitatem ſignificare. ſed aliena huiuſmodi putantur eſſe a diffinitione,quæ circa qualitatem eſt. quandam enim poſitionem quodammodo videntur vtrumq; partium ſignificare. Spiſſum enim dicitur eo quod partes ipſæ propinquæ ſint,rarum vero eo quod diſtent a ſe inuicem,& lene quidẽ quod in rectum ſibi partes iaceat, aſperum vero quod hæc quidem pars ſuperet,illa vero ſit inferior. Fortaſſe quidẽ igitur alius quiſpiam modus apparuerit qualitatis,ſed qui maxime dicuntur hi ſunt,qualitates itaque ſunt quæ prædictæ ſunt.*

Hic ponitur quarta ſpecies qualitatis vocata ab antiquis quidem compoſitio,ab Ariſto. autem forma & circa aliquid conſtans figura,vt circularitas,tringularitas, quadrangularitas & alię huiuſmodi qualitates circa quã titatem conſiſtentes;vt rectitudo & curuitas &c. Appellata eſt autem ab illis ſpecies hæc compoſitiõ, eo quod ſecundum eam ſubſtantia cõponitur non abſolute, ſed quo ad determinationẽ quantitatis in partibus ſuis. Hic autem vocatur forma ſecundum Albertum ab actu continendi.eo quod continet & concludit ſubſtantiã quantam. Vel ex eo q̃ vicem formæ ſubſtãtialis obtinet, dũ diuerſitatem ſpecificam rerũ,quæ ex forma cauſatur & cognoſcitur ab intellectu,figura diuerſa ſenſibus clare oſſert. Vel(vt S.Tho.in 7.Phy.placet)ab actu ſpecificandi artificialia,figurę enim formæ ſpecificæ artificialium ſunt. Figura vero vocatur ex eo quod in ipſa quantitatis terminatione conſiſtit,non q̃ figura ſit terminus quantitatis;quoniam quantitas ſui generis terminis clauditur;corpus ſiquidẽ ſuperficiebus, ſuperficies vero lineis; linea autem punctis terminatur;ſed quia ex terminatione quantitatis reſultat, (Ly aũt circa aliquid conſtans) dupliciter exponi poteſt;uel accipiendo ly conſtans, in caſu nominatiuo;& tũc determinat(ly figura)& eſt ſenſus,& figura conſtans circa aliquid;quia figura ſuis conſtat terminis circa ſubſtantiam.uel in caſu accuſatiuo;& tunc determinat ly aliquid;& eſt ſenſus quod figura circa aliquid conſtans,idest non fluens,ſed ſimul ſtans; & iuxta hunc ſenſum inſinuatur natura ſubiecti uendicantis ſibi figuram.res enim conſtans propriam habet figuram,quæ autem fluit,alienam figuram ſuſcipit(ut patet de aqua,uino,& oleo &c.) Et qm̃ huiuſmodi formæ & figuræ proprie dicunẽ eſſe in corporibus & ſuperficiebus,ideo eorum paſſiones in hac eadem ſpecie reponere volẽs ſubdit,amplius rectitudo & curuitas &c. Propoſita igitur hac quarta ſpecie duo ſubdit,primo probatio

Lect. 5. circa com. 16.

nem

nem ꝙ contenta in ea ſint qualitates ex eo ꝙ ſm vnũquoq; horum quale dr:ſm.n.triangularitatem triangulus vel triangularis dr:& ſic de aliis. Qualitas aũt eſt ſm quam quales dicimur. Deinde excludit quędam ab hac ſpecie,quæ in ea contineri multis forte apparet,ſunt aũt hæc rarum & ſpiſſum:aſperum & lene;q̃ ẽt ratione quãtitatis ſubſtantiam denominant. Sed hæc aliena a qualitatis genere eſſe dicit:eo quod poſitionem ſignificant.i. ſitum partium;ꝙ ex eorum diffinitionibus manifeſtat, & eſt textus clarus ex ſe. Aduerte hic,qđ verba Gilberti porretani(in libro Sex.Principiorum c.de poſitione.) dubitationem inducunt:eo quod ibi aſſeritur,aſperum & lene qualitates ſignificare,Sed hanc dubitationẽ explanat Albertus dicens;aſperum & lene,& poſitionẽ & qualitatem importare:ſed poſitionẽ principaliter,qualitatem autem ſecundario. Et propterea diuerſimode intuentes hæc Ariſt.& Gilbertus non contraria,ſed q̃ diuerſimode vni conueniunt dixerunt. Vltimo ſub dubitatione relinquit,an aliæ ſint qualitatis ſpecies dicens, & fortaſſe alii quoq; apparebunt qualitatis modi,affirmat tñ ſupradictas quatuor ſpecies eſſe eas,quæ maxime ſm famam numerantur inter qualitates. Vbi notandum eſt quod Boetius ex his Ariſ.verbis opinatur, alias quoque eſſe qualitatis ſpecies,ab Ariſt.alibi expreſſas; & hic iõ omiſſas tum quia liber hic pro incipientibus factus eſt, quibus non oportet omnia aperire,tum vt nos ad inquirendum de noſtro ingenio noui aliquid incitaret. Cõis tñ via tenet ſufficienter enumeratas ab Ariſ.hic ſpecies qualitatis & omnes conſequẽter qualitates reduci ad aliquam harũ quatuor ſpecierum. Quod autẽ dixerit,fortaſſe quidem igitur alius quiſpiã modus apparuerit qualitatis,vt morem philoſophorum & ſuum præcipue ſeruaret,cauſam fuiſſe credimus. Conſueuerunt.n non determinatã rem adhuc ratione)niſi quaſi per ſe nota relinquatur)ſub dubio pertranſire:eo ꝙ nihil debet veræ ſciẽtiæ traditor temere aſſerere. Ne autem omnino ieiuni tranſeamus declaranda eſt ſufficientia harum ſpecierum breuiter ſm doctrinam S. Tho. Si quis autem vult aliorum ſententiam videre, legat Albertum hic & ſanctum Tho.vbi ſupra. Qualitas,cum modum ſubſtantiæ importet,modus autem determinationem, oportet qđ ſicut diuerſimode modificatur ſeu determinatur potentia ſubſtantiæ;ſic diuerſimode qualis dicatur;vñ factum eſt,vt id quo determinatur potentia ſubſtantiæ ſm eſſe ſubſtãtiale,æ qualitas ſubſtãtialis vocaretur; ꝑꝑ ꝙ dr̃ia in quale p̃dicatur;& id,quo determinatur potentia ſubſtantiæ ſm eſſe accidentale,qualitas accidentalis diceretur;propter quod omnia accidentia vt determinant ſubiecti potentiam qualitates vocantur. Sed qualitatis nomen proprium ſibi genus hoc rerum vendicauit,ſm Albertum quia facit ſimpliciter quale, cætera autem nõ faciunt ſimpliciter quale ſed cum aliqua additione. quantitas.n.facit quale quantum,vel quale quotum;vt ſic liceat loqui & ſimile eſt in aliis. Vel & in idem redit; licet determinans potentiam ſubſtantiæ ſm eſſe accidentale qualitas ſit;quia tamen qualitatis ratio attẽditur penes determinationem potentiæ rei,& ſolum genus hoc cõſiſtit in ipſa determinatione ſubiecti; & diſtinguitur ſm quod diuerſimode ſubiecti potentiam determinat; iõ qualitatis ſibi & rationem & nomen vendicauit, ita tñ quod(vt dictum eſt)omne aliud accidẽs vt determinat potentiam ſubiecti qualitatis rationem ſapiat, & nomẽ quodãmodo habeat; & hęc appropriatio nominis qualitatis fuit cã,quare qualitas deſcripta eſt per quale ſimpliciter,ex hoc enim quod ſecundum aliquam rem quales ſine additione dicimur,qualitatis genus cõiicere docuit. Quia igitur qualitas dicitur ſecundum quod determinat ſubſtantiæ potentiam ſecundum eſſe accidẽtale, oportet tot qualitatis ponere partes, quot modis potentia ſubſtantię ſecundum eſſe accidentale determinatur; vt diuiſio ſit per ſe:inuenitur autem potentia ſubſtantię determinabilis vel in ordine ad naturam, vel ſm actionem & paſſionem vel ſm quãtitatem.ſi in ordine ad naturam conformiter,ſ.vel difformiter,ſeu bene vel male; ſic ponitur habitus & diſpoſitio. Si ſecũdum actionem & paſſionem,q̃ conſequuntur principia naturæ,vel ſm actionis & paſſionis principia, & ſic habetur naturalis potentia vel impotẽtia vel ſm actionis & paſſionis terminos,& ſic habemus paſſionem & paſſibilem qualitatem. Si ſecundum quantitatem ſic ponitur forma & circa aliquid conſtans figura. Præter hos autem modos inueniat qui poteſt alios,quibus qualificari poſſit ſubſtantia. Conueniens autem oſtenditur p̃ſens diſtinctio non ſolum ratione dicta,ſed etiam,quia ex ea ordo ſpecierũ dictarum clare liquet;quia nanque natura eſt primum, quod eſt in re & ipſam ſequuntur naturales potentiæ,q̃ ſunt principia operationum;quarum multas ſecundum qualitates paſſibiles,ad quas terminant fieri neceſſe eſt; quoniam ad eas ſolas eſt motus;vt probatur in 7.Phyſi. ideo habitus primo;naturalis potentia ſecundo;& paſſibilis qualitas tertio poſita eſt loco: figuræ autem poſtremus remanſit,eo quod ſecundum quantitatem poſterior eſt dignitate omnibus prædictis;& generatione primis duobus;quorum ſecũdo naturali affinitate annexũ eſt tertium qualificat &c.

Cap. de opſitione.

Ratio ſpecierum qualitatis, ſatis optima. Prima Secundæ q. 59. ar. 20.

*Qualia vero ſunt,quæ ſecñdum hæc denominatiue dicũtur,vel quomolibet aliter ab his. In pluribus quidem & pene in oĩbus denominatiue dñr;vt a candore candidus,& a grammatica grammaticus,& a iuſtitia iuſtus, ſimiliter autem,& in aliis In aliquibus vero eo quod nõ ſint poſita qualitati nomina,non contingit ea quæ dicuntur ab eis denominatiue dici,vt curſor,aut pugillator,q ſecundum potentiam naturalem dicñtur a nulla qualitate denominatiue dicuntur,non enim poſita ſunt nomina potentijs. Secundum quas iſti quales dicuntur, ſicut in diſciplinis,ſecũdum quas vel pugillatores vel paleſtrici ſecundum affectionem dicũtur. pugillatoria enim vel paleſtrica diſciplina dicitur,quales vero ab his denominatiue hi,qui ad eas afficiuntur,dicuntur. Aliquando autem & poſito nomine denominatiue nõ dicitur id quod ſecundum ipſum quale dicitur vt a virtute ſtudioſus dicitur,virtutem enim habendo virtuoſus dicitur,ſed non denominatiue a virtute dicitur, non autem in pluribus hoc tale eſt. Quæ autem dicuntur qualia aut denominatiue a prædictis qualitatibus dicũtur, aut ali quo modo aliter ab his.*

Hæc eſt ſecunda pars huius capituli, in qua intendit determinare de quali;& circa hoc duo facit. Primo diffinit quale dicens. Qualia ſunt quæ ſecundum hæc.i. qualitates dictas denominatiue dicũtur,vel quomodolibet aliter ab his;ſcilicet qualitatibus. Secundo declarat datã diffinitionem & primo quo ad primã partem ſcilicet denominatiue dicuntur; dicens quod pene in omnibus qualia denominatiue deriuantur a qualitatibus;vt ab albedine albus &c.deinde quo ad alteram partem ſcilicet vel quomodolibet aliter ab his; oſtendens duobus hoc modis contingere;vel quia qualitas ipſa nomen ꝓpriũ non habet,vnde denominatiuum dicatur;& hoc maxime apparet in ſecunda ſpecie qualitatis;vt potentia naturalis ad percutiendum & currendum &c.oſtendit, pugillator enim ſecũdum illam potentiam dictus ab illius potentiæ nomine nõ venit, ſed ab artis pugillatoriæ nomine;& ſimile eſt de curſore & aliis huiuſmodi. Vel quia ipſum quale a qualitate nominata nõ habetur denominatiue;vt a virtute habetur ſtudioſus & non virtuoſus; his ergo duobus modis quale inuenitur non denominatiue,ſed quõlibet aliter a qualitate dictum. Dubium hic accidit ex eo quod Ariſto.quale per qualitatẽ diffiniuit & ſuperius qualitatẽ per quale, quod abſurdum videt̃; quia circularis doctrina vr̃. Ex dictis hic ſoluitur;qualitatis ſiquidem diſcriptio a poſteriori data eſt, qualis

autem a priori,talem autem circulum difformem com-
mittere vitioſum non eſt; dummodo ſemper id, à quo
procedimus,tunc ſit nobis notius,) vt in poſterioribus
diximus &c.

*Ineſt autem contrarietas ſecundum qualitatem vt in*
*ſtitia iniuſtitiæ contraria eſt,albedo nigredini, & alia,*
*ſimiliter autem & ea,quæ ſecundum eas qualia ſunt,vel*
*dicuntur.vt iuſtum iuſto,& album nigro, non autem in*
*omnibus hoc eſt .rubro enim vel pallido aut huiuſmodi*
*coloribus nihil contrarium eſt qualibus exiſtentibus.*

Hæc eſt tertia pars huius capituli tradens proprieta-
tes qualitatis,diuiſaque in quatuor partes iuxta proprie
tatum numerum;quæ ſuis locis patebunt. Aſſignans igi
tur primo primam proprietatem,ſ.quod qualitas habet
contrarium,tali ordine procedit, primo exẽplariter de
clarat qualitatem habere cõtrarium;deinde quale quo-
que habere contrarium;demum hoc non cõuenire om-
nibus qualitatibus aut qualibus oſtendit;& verba quidẽ
textus ſatis clare hæc omnia manifeſtãt,adeo vt expo-
ſitione non egeant. Notãda tamen duo exigunt. Primũ
eſt,quod hic eſt ſermo de cõtrarietate ſimpliciter & nõ
ſecundum quid:dupliciter enim aliqua uocantur ꝓprie
contraria à Philoſophis.ſ.ſimpliciter;& ſic vnum vni tã
tum contrarium ponunt.ſic enim contraria ſunt extre-
ma vnius generis,quæ maxime diſtant; & non niſi duo
eſſe poſſunt,vt albedo & nigredo in genere coloris; dul
cedo & amaritudo in genere ſaporis. Vel ſecũdum qd,
& ſic vnum pluribus contrariatur: ſic enim contraria di
cuntur media ſub aliquo genere tam inter ſe quam rela
ta ad extrema,vt pallidum contrarium dicitur & rubro
& albo & nigro:& econuerſo quodlibet horum pallido
quodammodo contrariatur.Sed contrarietas hæc ſecũ
dum quid ; pallidum ſiquidem vt ſapit albedinem con-
trariatur nigredini, vt autem ſapit nigredinem cõtraria
Tex.c.6. tur albedini &c.(vt dicitur in 5.Phyſic.)quia igitur iſta
contrarietas eſt ſecundum quid contrarietas,& nõ ſim-
pliciter,eo quod ſic non ſunt contraria ſecũdum ſe, ſed
ratione alterius,vt patet ex dictis:ideo Ariſt. abſque ad
ditione contrarietatem hic proferens, de contrarietate
ſimpliciter intelligendum ſe voluit, propter quod ſub-
iungendo dixit,in mediis coloribus contrarietatem nõ
eſſe:quod verum non eſt niſi contrarietatem ſimplici-
ter accipiendo &c.Secundum eſt,quod notanter Ariſt.
Cap.9. exempla ponens contrariorum in moralibus,dixit vt iu
ſtitia iniuſtitiæ,iuſtitia nanque(vt in 5.Ethicorum ipſe
docet)non eſt virtus media inter duas malitias; quẽad-
modum aliæ virtutes morales:vt liberalitas inter prodi
galitatem & auaritiam; & fortitudo inter timiditatẽ &
audaciã &c.ſed opponitur iniuſtitiæ vt vnum extremũ
alteri extremo,ſicut egritudo ſanitati &c.

*Amplius ſi contrariorum vnum fuerit quale,hoc pa-*
*lam eſt quoniam reliquum erit quale proponenti ex ſin-*
*gulis alia prædicamenta,vt ſi eſt iuſtitia iniuſtitiæ con-*
*trarium,quale autem eſt iuſtitia,quale igitur eſt iniuſti-*
*tia,nullum enim aliorum prædicamentorum aptabitur*
*iniuſtitiæ,nec quantitas nec ad aliquid,nec vbi,nec om-*
*nino aliud quicquam niſi quale,ſic autem & in alijs quę*
*ſecundum quale contraria ſunt.*

Hic ſecundo non ponit ſecundam proprietatem,ſed
vicem ſecundæ proprietatis cum enim ad hoc ponãtur
hic proprietates vt inſignitum eis illuceſcat prædicamẽ
tum quo ad contenta & non cõtenta:& hoc in loco do
cumentum quo diſcernere dicimus qualia a non quali-
bus tradatur,merito vice proprietatis poni dictum eſt.
Eſt autem documentum tale,quod ſi vnum contrario-
rum eſt quale reliquum etiam eſt quale;quod ſatis aper
te in litera declaratur, inductiue oſtendẽdo quod nihil
cõtentorum in aliis generibus qualitati cõtrariatur .Et
ex eo habemus viam faciliorem ad diſcernendum quali
tates ab aliis;ſtatim enim vt vnum cõtrariorum in qua
litatis genere poſuimus,ſcimus ex hoc quod reliquũ in
eodem genere eſt,& non oportet vagando quærere cu
ius naturæ ſit.

*Suſcipit autem qualitas magis & minus . album.n.*
*magis & minus alterum altero dicitur,& guſtum alte-*
*rum altero magis & minus dicitur,ſed & ipſa intentio*
*nem ſuſcipiunt.cum candidum nunque ſit,amplius con-*
*tingit candidum fieri.Non tamen omnia.ſed plura.Iuſti*
*tia nanque ſi dicatur magis & minus iuſtitia,poteſt qui*
*libet ambigere,ſimiliter & in alijs affectibus .quidã.n.*
*de talibus dubitant,iuſtitiam nanque a iuſtitia nõ mul-*
*tum aiũt magis & minus dici,nec ſanitatem à ſanitate .*
*Minus autem alterum altero habere ſanitatem aiunt,&*
*iuſtitiam minus alterum altero habere,ſic autẽ & grã-*
*maticam & alios affectus , ſed tamen ea quæ ſecundum*
*eos affectus dicuntur indubitanter recipiunt magis &*
*minus,grãmaticior enim alter altero dicitur, & iuſtior*
*& ſanior,ſimiliter & in alijs. Triangulus vero & qua-*
*drangulus non videntur magis & minus ſuſcipere , nec*
*aliqua aliarum figurarum.Quęcunque enim diffinitionẽ*
*trianguli ſuſcipiunt & circuli,omnia ſimiliter triangu-*
*li vel circuli ſunt.Eorum vero,quæ non recipiunt ratio*
*nem eandem nihil magis alterum altero dicitur.nihil.n.*
*quadratum magis quam parte altera longior forma,cir*
*culus eſt, nullum enim ipſorum recipit circuli rationẽ.*
*Simpliciter autem ſi vtrunque non recipiunt huius pro*
*poſiti rationem non dicetur alterum altero magis.Non*
*ergo omnia qualia recipiunt magis & minus horum ita*
*que quæ prædicta ſunt nihil eſt proprium qualitatis.*

Hic ponit tertia proprietas qualitatis ſ.ſuſcipere ma
gis & minus,vbi ipſa propoſita tria facit. Primo decla-
rat qualitatem ſuſcipere magis & minus ex duob. ſ. ex
hoc quod vnum eſt magis tale altero ; & ex hoc qđ idẽ
eſt magis tale ſe ſucceſſiue,vnde quo ad primum dicit,
album enim magis & minus alterum altero dicitur,quo
ad ſecundum vero poſt ſubdit ſed & ipſa.ſ.quali inten-
ſionem ſuſcipiunt;candidum nanque cum ſit,contingit
fieri amplius candidum.Deinde cum ſubdit.( Non ta-
men omnia.)oſtẽdit quod in aliquibus qualitatibus ver
titur in dubiũ,an ſuſcipiant magis & minus;& intendit
quod apud multos dubitatur,an qualitatibus ſecundum
ſe ſeu in abſtracto ſignificatis conueniat ſuſcipere ma-
gis & minus; puta iuſtitiæ ſanitati , & cæteris affectibus
ideſt habitibus vel diſpoſitionibus ; & ſimile dubiũ eſt
de albedine & nigredine & aliis;indubitanter tamen te
nent prædicti,quod qualia ſecundum qualitates prædi-
ctas ſuſcipiunt magis & minus,vt iuſtus,ſanus , albus &
alia huiuſmodi . Ratio autem huius diuerſitatis nõ alia
aſſignatur in litera,niſi modus loquendi;quia non dicit
magis aut minus iuſtitia aut ſanitas aut albedo,ſed dicit
magis & minus iuſtus vel ſanus aut albus.Tertio cũ ſub
dit(triangulus vero &c.)oſtẽdit quod abſque dubio nõ
conuenit omnibus qualitatibus ſuſcipere magis aut mi
nus;& circa hoc duo facit,primo proponit quod figura,
quę eſt quarta ſpecies qualitatis,nõ recipit magis & mi-
nus,dicens,triãgulus vero & quadrãgulus, quæ ſunt ſpe
cies figuræ,nec aliqua aliarum figurarum videntur ſuſci
pere magis & minus.Deinde declarat tali ratione ſi in
figuris inueniretur magis & minus,aut hoc eſſet quo ad
ea,de quibus non prædicatur diffinitio illius figuræ,aut
quo ad ea,de quibus prædicatur,ſed nec in illis,nec iſtis
inuenitur figura aliqua cũ magis & minus , ergo figura
non ſuſcipit magis & minus:minor in textu quo ad pri
mam partem ſic declaratur;quia quæcunq; diffinitionẽ
trianguli vel circuli ſuſcipiunt;oĩa ſimiliter & nõ magis
aut minus trianguli aut circuli ſunt.Quo ad ſecundã ve
ro ſubditur.Eorum vero q̃ non recipiunt trianguli, aut
circuli ratione nihil magis alterũ altero triangulus aut
circulus eſt;& ſubdit exemplum huius.Figura enim qua
drata non eſt magis circulus quã figura altera parte lon
gior;quia neutra eſt circulus , ſeu circuli diffinitionẽ re-

cipit,

cipit,& ſimpliciter ac vniuerſaliter cõſtat quod verum eſt nihil eſſe magis tale niſi ſit tale,ſeu,vt in textu dicit̃, & idem eſt,nihil dici magis tale quod ꝓpoliti talis diſfinitionem nõ recipit:qm̃ comparatiuum præſupponit ſuũ poſitiuum;non ergo omnia qualia recipiunt magis & minus;horum itaque quæ dicta ſunt nihil eſt ꝓprie proprium qualitati:quia oihil horum conuenit oĩ qualitati;vt ex dictis patet. Notandum eſt circa hanc partẽ, quod prædicta dubitatio dupliciter intelligi põt.ſ.philoſophice & logice:& ſiquidẽ intelligatur philoſophice per iuſtitiam & ſanitatem intelligendæ ſunt qualitates in ſeipſis:per qualia autem intelligendæ ſunt participationes ipſarum in ſubiectis, ſeu ipſæ vt participantur a ſubiectis:& eſt dubitationis ſenſus,an qualitates ſuſcipiant magis & minus in ſuis eſſentiis;cum tñ indubitanter conſtet quod ſuſcipiunt magis & minus in earũ participationibus in ſubiectis;prout magis aut minus participanẽ ab hoc vel ab illo. v. g. conſtat colore magis & minus participari a diuerſis,aqs calidis, vel ab vna ſucceſſiue:& conſequenter calidum ſuſcipere magis & minus. Dubium tñ eſt,an illa res,q̃ eſt caliditas,per hoc in ſeipſa augeat̃,an ſola eius participatio augeatur. Et hæc qõ vſq; in hodiernum diem habet diuerſos opinantes: & quia philoſophica, eſt derelicta hic ab Ariſto. eã tñ determinauit S. Tho.dicens,qñ calidum intenditur, & caliditatem ipſam intẽdi. Si vero intelligatur logice,tũc per iuſtitiam & ſanitatem intelligenda eſt qualitas vt ſignificatur in abſtracto,per qualia autem qualitas vt ſignificatur in coocreto;ita vt diuerſitas ſm modũ ſignificandi difficultatem hanc ingeſſerit,& eſt ſenſus dubitationis cum cooſtet concreta qualitatir. ſ. iuſtum,albũ gammaticum &c.dici cum magis & minus. Dubium tamen apud quoſdam eſt,an abſtracta earundem qualitatem dicantur cum magis & minus,puta an iuſtitia, aut ſanitas dicat̃ cum magis,& minus. Et hæc dubitatio magis logica eſt,& facile ſoluitur dicendo,quod abſtracta non dicuntur magis & minus: qm̃ imitantur ſubſtantiã in modo ſignificandi;ſubſtantiæ ſiquidem adeo ꝓpriũ eſt non ſuſcipere magis & minus,vt non ſolum ipſa his careat,ſed etiam omne illud , quod modum ſubſtantiæ ſapit,vt ſic a magis & minus ſuſceptione immune reddatur,clarum autem eſt quod res cum ſignificatur in abſtracto per modum ſubſtantiæ ſignificatur quia ſignificatur vt per ſe ſtans:quod eſt proprium ſubſtantiæ. Vnde & a grãmatico ſubſtantiua dicunt̃ hæc nomina. Vna ergo met res diuerſimode ſignificata dicitur ſuſcipere magis & minus,& non ſuſcipere,propter diuerſos modos ſignificandi;quorum alterum repugnat cum magis & minus prædicari;propter quod & apud grammaticos abſtracta comparatiuis nominibus carent &c.

Qualia , nõ autem qualitas ſuſcipere magis & minus quomodo dicantur.

*Similia vero & diſſimilia ſecundũ ſolas dicuntur qualitates. Simile enim alterũ alteri non eſt ſecũdum aliud, niſi ſecundum illud quod quale eſt. Quare proprium erit qualitatis ſecundum eam ſimile & diſſimile dici.*

Hic quarto ponitur proprie proprium qualitatis.ſ.ſecundum eam ſimile & diſſimile dicit; quod nõ aliter in textu declaratur niſi ex hoc quod ſm nullum aliorũ generum vnũ alteri ſimile dr̃,ſed ſm quale tñ. Vbi notandum eſt primo,quod ly(ſm)non denotat habitudinem cauſæ formalis aut fundamentalis.non.n.eſt ſenſus qđ proprium eſt qualitati ſm eam formaliter ſimile & diſſimile dici:quia falſum eſt,dr̃ ſiquidem ſimile ſm ſimilitudinem formaliter,& diſſimile ſm diſſimilitudinem, quæ relationes ſunt,& non ſm qualitatem aliquã. Sed eſt ſenſus quod proprium eſt qualitati ſm eã fundamentaliter ſimile & diſſimile dici,& hoc verum eſt,qm̃ fundamentum,cauſa & ratio quod aliquid dicatur diſſimile eſt qualitas;ſicut fundamentalis ratio quod aliquid dicatur æquale eſt quantitas. Notandum eſt ſecundo, qđ ſicut ſuperius diſtinctum eſt de æqualitate,ita in propoſito diſtinguendum eſt de ſimilitudine. ſ. proprie & ſimilitudinarie;ſeu ſub aliis verbis formaliter & modaliter(& ſicut ibi dictum eſt)æqualitatem proprie ſeq quãtitatem ꝓprie dictam & æqualitatem metaphorice ſeq quantitaem metaphorice dictam; ita nũc dicimus ſimilitudinem proprie ſeu formaliter eſſe proprietatẽ qualitatis, quæ vere eſt qualitas, ſimilitudinem autẽ modaliter eſſe proprietatem qualitatis ſecundum modum.i. rei ſumptæ per modum qualitatis, Appellatur autem ſimilitudo proprie relatio conuenientiæ inter duo qualia ratione illarũ qualitatum, vt album albo;& calidũ calido ſimile dicitur. Similitudo autem modaliter dicitur relatio conuenientiæ inter duo,quæcunque ſint illa, vt induunt rationes qualium,ſeu vt habent modum qualis; vt homo homini ſimilis dicitur ſecundum humanitatem, quia hic talis eſt qualis ille ; cum tamen ſecundum rem huiuſmodi cõuenientia identitatis non ſimilitudinis relatio ſit;& ſimile eſt in aliis, vt pater patri ſimilis dicitur ſecundum paternitatem & quantum quãto ſecundum quantitatem &c.quia ſcilicet hoc eſt tale quale illud eſt &c. Dixit ergo proprie propriũ eſſe qualitati ſecundum eam ſimile & diſſimile dici;quia quocũque modo ſimilitudo capiatur proportionaliter comitatur qualitatẽ. Secũdũ.n.vere qualitatem vere ſimile aut diſſimile dicitur;& ſecundum rem habentem modum qualitatis ſimile,aut diſſimile modaliter dicitur &c.

In capit. de quantitate.

*At vero nõ decet cõturbari,ne quis nos dicat de qualitate propoſitionem facientes,multa de relatiuis interpoſuiſſe,habitus enim & diſpoſitiones eorum,quę ad aliquid ſunt eſſe dicebamus. Pene enim in omnibus talibus genera ad aliquid dicuntur,nihil autem eorum,quæ ſingularia. Nam cum diſciplina genus ſit, hoc ipſum quod eſt alterius dicitur, alicuius enim diſciplina dicitur. Eorum vero,quæ ſingularia ſunt,nihil ipſum quod eſt alterius dicitur,vt grammatica non dicitur alicuius grammatica,nec muſica alicuius alterius muſica,ſed forte ſecundum genus hæc ad aliquid dicuntur,vt grammatica dicitur alicuius diſciplina,non alicuius grammatica,& muſica alicuius diſciplina,non alicuius muſica. Quapropter quæ per ſe quidem ſingularia ſunt, non ſunt ad aliquid.dicimur enim ſecundũ ſingulas quales,hæc.n.habemus ſcientes enim dicimur quod habemus ſingularium ſcientiarum aliquas,quare hæc erunt & qualitates,quæ ſingularia ſunt ſecundum quas quales dicimur, hæc aũt non erunt eorum,quæ ſunt ad aliquid. Amplius ſi cõtingat hoc ipſum quale & relatiuum eſſe,nihil eſt inconueniens,In vtriſque hæc generibus enumerare.*

Hæc eſt quarta pars huius capituli:in qua Ariſtot.excludit quandam obiectionem;& tria facit. Primo ipſam obiectionem proponit,quæ eſt talis. In genere qualitatis non debent reponi relatiua, qm̃ dictum eſt,quod diuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum diuerſę ſunt ſpecies & drĩæ,ergo habitus & diſpoſitiones, cum in prædicamento ad aliquid numerati ſint, non debent nunc inter qualitates poni. Secundo ibi(Pene.n.in omnibus talibus.)reſpondet huic obiectioni dicens tria ſcilicet quod hmõi ſcilicet habitus & diſpoſitiones ſecundum ſua genera dicuntur ad aliquid;& quod ſecundum ſingula ideſt ſpecies non dicuntur ad aliquid;& ꝙ ꝓdicta ſingula ideſt ſpecies qualitates ſunt. Ex quib.tribus confici poteſt reſponſio dicens quod nõ eſt idẽ poſitum in prædicamento ad aliquid & qualitates; ſed genera habituum ſita ſunt in ad aliquid,quia ad aliquid dicuntur;ſpecies vero in qualitate, quia qualitates & non ad aliquid ſunt. Huius reſponſionis prima propoſitio clare patet in textu, & ponitur ibi exemplum de diſciplina. Secunda quoque clare ſubditur cum dicitur, eorũ vero quæ ſingula ſunt nihil ipſum quod eſt alterius dr̃; vt grammatica & muſica. hæc enim non dicuntur ſecundum ſe ad aliquid , licet per aliud ideſt per ſua genera dicuntur ad aliquid ; & ideo ſubditur , ſed forte ſecun-

In ante prædicamentis regula ſecũda.

dum genus,h ec ad aliquld dicuntur;& eſt ſententia pla-
T.com.30. na;vbi diſlinctionem quam(in quinto Meta.) poſuit inter ad aliquid ſm ſe,& ſm aliud tetigit. Vocatur ſiquidē ad aliquid ſecundum ſe,quod ſui ratione refertur,vt patet de Scientia &c. Secundum aliud vero quod ratione alterius; vt in propoſito grammatica ſecundum ſe non refertur,ſed vt ſcientia vel diſciplina dicitur. Tertiā aūt propoſitionem ab eius ꝓbatione inchoando ſubdit dicens,dicimur autem ſecundum ſingula quales,& intēdit talem rationem,ea,ſecundum quæ dicimur quales, ſunt qualitates;ſed ſecundum ſpecies habituum dicimur quales:ergo ſpecies habituum ſunt qualitates,probatio minoris,ſecundū ea,quæ habemus,dicimur quales ſed ſpecies habitus habemus,ergo ſecundum eas dicimur quales. Declaratur minor huius proſyllogiſmi;quia iō ſciētes dicimur;quoniam ſingulas ſcientias habemus, & nō quia genus ſcientiarum habeamus:omnis enim ſciens dicitur ſciēs vel quia habet philoſophiam,aut geomatriā, aut aſtronomiam,aut aliquam ſingularem ſcientiā. Appellauit autem ſpecies ſingularia , eo quod comparātur ad genus vt ſingularia eius : & ſingulas naturas ſingulę ſpecies important genere;nulla vanam natura dicēte. Tertio ibi(Amplius ſi contingat;) Alio modo reſpōdet eidem obiectioni:& tendit ad hoc reſponſio,quod non inconuenit idem collocari in duobus prædicamentis :relationis.ſ.& qualitatis,ſi contingit idem eſſe relatiuū & quale;quod ſine dubio contingit: ipſe tamen ſub dubio protuit, qa non determinauerat fueſſe(vt moris ſui eſt) quia ergo habitus & diſpoſitiones & qualitates ſunt & ad aliquid dicuntur,ideo in duobus poni generibus nullum inconueniens eſt. Ad euidentiam dictorum primo notandum eſt quod prima reſponſio dicens , genera habituum eſſe ad aliquid,& ſpecies qualitates,poteſt habere duplicem ſenſum. Primus eſt vt ſit ſermo de ad aliqd ſeu relatiuis ſecundum eſſe,& hic eſt falſus omnino; qa impoſſibile ſimpliciter eſt alicuius qualitatis genus eſſe rem,q̄ eſt formaliter ad aliquid,ſicut impoſſibile eſt hominis genus eſſe lineam,prædicamēta enim oportet impermiſta eſſe vt in primo Poſteriorum dicitur. Secūdus ſenſus eſt vt ſit ſermo de relatiuis ſecundum dici, & tūc verū eſt quod dicitur.ſ.genus qualitatis alicuius eſſe ad aliquid,quoniam cum relatiuum ſecūdum dici,vt ex ſuperius dictis apparet,non ſit relatiuum, ſed dicatur relatiuum;eo quod res ſignificata tali nomine non eſt ad aliquid,ſed eſt cōcepta & ſignificata cum ordine ad aliud, non incōuenit rem, q̄ eſt qualitas,vt ſignificat̃ nomine generis,ſignificari cum ordine aliud & ut ſignuficat̃,nomine ſpeciei,non ſignificari cum ordine ad aliud,& conſequenter genus eſſe relatiuum ſecundum dici,& ſpeciē non,ſed qualitatem pure remanere. Sic autem eſt in ꝓpoſito;quoniam cum genus & ſpecies eandē rem (licet diuerſimode)ſignificent,res ſignificata ſcientiæ,ſeu diſciplinæ nomine,& grāmaticæ,ſeu muſicæ nomine,qualitas eſt, ſed vt ſignificatur ſciēriæ nomine,cū relatione ad ſcibile,importantur,vt autē ſignificatur nomine muſicæ abſolute importatur,& ideo ſcientia dicitur ad aliquid ſecundum dici,muſica autem non,ſed qualitas. Ex his autem patet intellectus ſecundæ reſponſionis,quod .ſ.in illa quoque ſermo eſt de relatiuis ſecundum dici,nihil enim minus impoſſibile eſt idem eſſe qualitatem vt ad aliquid ſecundum eſſe,quam genus eſſe ad aliquid & ſpeciem qualitatem , immo magis impoſſibile videtur, quia impoſſibilitas illius eſt ratio impoſſibilitatis iſtius, ideo enim qualitatis genus non poteſt eſſe ad aliquid , quia idem non poteſt eſſe ad aliquid & qualitas. Intēdit ergo ſecunda reſpōſio,quod quia huiuſmodi. ſ. habitus & diſpoſitiones ſunt relatiua ſecundum dici , & conſequenter important duo .ſ. rē abſolutam & relationē,iō non inconuenit in diuerſis ea generibus collocari,in ad aliquid quidem ratione relationis,in qualitate autem ratione qualitatis,quæ abſoluta res eſt. Secundo notādum eſt,quod prædictæ duæ reſponſiones differunt in hoc, quod prima conſiderat ad aliquid & quale, quo ad modum denominandi & pręedicandi de ſubſtantia,ſecunda autem conſiderat ea quo ad id quod ſunt. Vnde qa modus denominandi multum attenditur ſecundum modū quo res ſignificatur & concipitur,& res quæ ſunt habitus vt ſignificantur nominibus ſuorum generum, vt dictum iam eſt,ſignificantur per modum ad aliquid,& cōſequenter denominant cum ordine ad aliud,vt autem ſignificantur nominibus ſpecierum;ſignificantur ꝑ modum qualitatis, & conſequenter denominant abſolute, ideo in prima reſpōſione merito dictum eſt habitus genera eſſe ad aliquid,ſpecies autem qualitates. Quia autē diuerſæ ſunt res,relatio ſignificata per huiuſmodi relatiua,& qualitas per eadem ſignificata,iō in ſecūda reſpōſione ad res accedens dixit nō eſſe incōueniens idem.ſ. ſubiecto & nomine in diuerſis generibus eſſe ratione diuerſorum,quæ clauduntur in eo. Et licet hæc reſponſio ſufficientius videatur reſoluere dubitationem propoſitam,quia tamen prima magis logica eſt,ideo accuratius eam eſt proſecutus &c.

Habituū genera in ad aliquid, ſpecies vero in qualitate collocātur.

T.c.21.

In primo capı ad aliqd.

## De ipſo agere,et pati ac cæteris prędicamentis.

*REcipit autem facere & pati contrarietates,& magis & minus,calefacere.n.ei, quod eſt frigefacere contrarium eſt,& calefieri ei,quod eſt frigrfieri,& delectari ei,quod eſt contriſtari,quare recipit contrarietatem,& magis & minus,calefacere.n.dicitur magis & minus,& calefieri magis & minus. Recipit ergo magis & minus agere & pati,de his itaque tota dicuntur. Dictum eſt autem & de ſitu in his,quę ad aliquid ſunt . denominatiue.n.a poſitionibus dicuntur . De reliquis autē quando,& vbi,& habere,eo quod manifeſta ſunt , nihil de his aliud dicitur quam quod in principio dictum eſt, quia Habere quidem ſignificat calciatum eſſe,vbi aūt in loco. Quando vt heri,ſed & alia,quæ de eis dicta ſunt,de propoſitis itaque generibus,quæ dicta ſunt,ſufficiant.*

IN hoc vltimo capitulo huius tractatus breuiſſime determinat de reſiduis ſex generibus,qa manifeſta ſunt de ſe,& primo de prædicamento actionis & paſſionis ſimul,duas eorum cōitates aſſignando.ſ. cōtraria habere & magis & minus ſuſcipere,vt clare patet in textu. Deinde de prædicamento ſitus determinat, remittens nos ad dicta in prædicamento ad aliquid .ſ. qđ denominatiue a poſitionibus dicitur ſituatum eſſe,vt iacere, & ſedere,tertio de reliquis tribus.ſ.vbi,quādo,& habere,nihil aliud dicendum cenſet,niſi quod in principio dictū eſt.ſ.declarare quid nominis eorū,puta quod(vbi)ſignificat eſſe in loco,(quando)eſſe in tempore(habere ) vero calciatum eſſe,veſtitū eſſe &c. Vltimo ſufficere hæc vult pro nunc de decem præpoſitis generibus &c.

Tametſi ſitus a poſitione denominatiue dicit̃, quæ quoad modum ſignificandi in ad aliquid poſita eſt ,vnum tamen ſpeciale prædicamentum eſt.

CIrca hanc partem occurit dubiū , qm̄ ſitus ſit vnū decem generum , & tamen denominatiue dicatur a poſitione,quę eſt ſpecies ad aliquid,vt in textu hic dr̃. Ad hoc reſpondetur multipliciter. Primo dicit̃ ꝙ poſitio quidem eſt ſpecies ad aliquid,& non eſt genus generaliſſimum,ſed ſitum eſſe eſt generaliſſimū,cuius ſignū eſt quod Ariſt. tam in principio quam in genere ad aliquid iacere & ſedere in prædicamēto ſitus poſuit,ſeſſionem vero & ſtationem in ad aliquid & modo expreſſe vocat hoc genus ſitū eſſe. Nec obſtat denominatiue dici a poſitione , qm̄ diuerſus modus prædicandi ſufficit ad diſtinctionem horum generū. Sed contra hoc eſt expreſſe auctoritas Gilberti porretani , & omnium pene philoſophorū dicentium ſpoſitionem eſſe vnū generaliſſimū. Et præterea non quæcunq; diuerſitas modi prędicandi ſufficit ad diſtinctionē prædicamētorum , dato

Ca.5. ibi eorum quæ ſecundū nullam &c.

quod

quod non diſtinguatur niſi ratione, diuerſitas nanque, q̃ inuenitur inter abſtractum & concretum, ſeu denominans & denominatiuum ad hoc non ſufficit; qm̃ hæc in eodem ſunt genere. albũ.n.& albedo, & pater & paternitas in eodem manifeſte ſunt genere, cum igitur poſitũ eſſe & poſitio, nõ differant niſi ſicut denominans & denominatiuũ, vt patet de ſeſtione & ſedente; ſtatione & ſtante &c. oportet ꝙ in eodem genere ſint. Secundo dr̃ quod poſitio tripliciter ſumitur. Primo pro ordinata ꝑmanentia ſituatarum pratium; & ſic eſt dñia quãtitatis. Secundo pro ordine partium in toto reſpectu loci; & ſic eſt ſpeciale prędicamenium. Tertio pro relatione, & ſic eſt numerata in ad aliquid. Sed hæc reſponſio & ſallum ſonat, & nõ ſoluit. Falſa quidem vr̃, quia tertia acceptio poſitionis chimerica videtur, quæ nanque eſt illa relatio quod eius ſundamentum; aut quis terminus? Non ſoluit autem; quia ex hoc non habetur q̃uo denominatiue dicantur ea quæ in ſitu ſunt, ab his, quæ in ad aliquid; immo ex hoc potius habetur oppoſitum; eo quod denominatiua ſolo caſu & non ſignificatione differunt ab his, a quibus dñr denominatiue. Tertio dr̃ & eſt ſorte declaratio præcedentis; quod quia poſitio vt eſt ſpeciale prædicamentum, dicit reſpectum conſequentem relationẽ, ideo põt ſumi dupliciter. Vno mõ formaliter & eſt vnũ prædicamentum. Alio modo fundamentaliter & ſic eſt in ad aliquid. Et ſi quærat, quæ eſt illa relatio? dr̃ quod eſt paſſiua adiacentia loci ad corporis partes ſic adinuicem & reſpectu loci coordinatarũ. Sed contra hoc eſt; quia nec ſic ſaluatur q̃uo poſitio formaliter à poſitione fundamẽtaliter denominatiue dicatur: immo potius oppoſitum ex hoc haberetur, vt deductũ eſt. Et præterea, cum abſtractũ ſignificet rem formaliter tm̃; male Ariſ. numeraſſet ſeſſionem & ſtatiorẽ in ad aliqd, & ſtat & ſedet in ſitu. Debuiſſet ſiquidem oppoſitum facere; qa cõcreta vtroque modo ſumi poſſunt, abſtracta vero minime. Quarto dr̃ quod quia poſitio vt eſt vnum prędicamentum ſignificat nõ rem abſolutam, ſed reſpectiuam: licet non de genere ad aliquid; & large loquẽdo; omnis reſpectus relatio vocetur. ideo Ariſt. extenſo vocabulo ad aliquid poſitionẽ inter ad aliqd numerauit. Sed omiſſo quod hæc reſponſio voluntaria ur̃, contra ipſam eſt; quod pari rõne iacere & ſedere inter ad aliquid numeraſſet; vel ſaltem ea ab ad aliquid non ſeparaſſet; ſignificant.n. hæc reſpectũ, ſicut ſeſſio & ſtatio. Dr̃ ergo quinto; quod poſitio genus generaliſſimum eſt comprehendens in ſua latitudine ſeſtionem & ſedere, ſtationem & ſtare; ſicut qualitas albedinem & album; & ſedere ꝙ ſtare denominatiue debentur a ſeſſione & ſtatione, ſicut album & dulce ab albedine & dulcedine, & conſequenter quod poſitio non eſt ſpecies prędicamenti ad aliqd: ſed poſuit Ariſt. poſitiones inter ad aliquid: quia ſignificant per modũ ad aliquid. Dr̃.n. poſitio alicuius poſitio, & docuit hoc ipſum facere in hoc libro; qm̃ logice conſiderat res vt dictum fuit; non dicimus ergo ea, quæ ſunt in genere ſitus, denominatione dici ab his quæ ſunt in genere ad aliquid ſm̃ illud quod ſunt, quoniam poſitiones ſm̃ id quod ſunt, nõ inter ad aliquid, ſed in ſitus genere collocãtur; ſed dicimus ea, quæ ſunt in genere ſitus ſ. ſedere, & iacere, denominatiue dici ab his quæ ſunt in genere ad aliquid, quo ad modum ſignificandi, hoc aũt manifeſte patet nullum inconueniens eſſe.

Capri. 2. di. 1. q. pri. Herueus. quol. Lect. 4. 6. ſuper. t. cõ. 12. Capr.. 2. di. 2. q. 1. in ſolutione. Auer. contra 2. concluſionem,

CIRCA hæc vltimo dicta gñ̃a vt vel quid nominis nouitii habeãt, ſciẽdũ eſt quatuor eſſe in re hac opiniones. Quidam.n. putant hæc ſex gñ̃a ſignificare abſolutũ cum reſpectu; puta ꝙ vbi ſignificat locũ cũ reſpectu ad locatum &c. Alii vero ꝙ ſignificat denominationes extrinſecas; ita ꝙ nihil aliud ſignificat forte eſſe in loco quã forte denominari à loco; vt menſura extrinſeca &c. & hoc cõſonare videtur doctrinæ. S. Tho. in tertio phyſicorum ab Herueo defenditur. Alii credunt quod quatuor vltima genera ſignificent reſpectu, qui differunt à relatione genere dupliciter) vt dicitur in tractatu de relatione attributo. S. Tho. Primo in hoc quod genus relationis inuenitur & in corporalibus & in ſpiritualibus, reſpectu aũt horũ quatuor in corporalibus tm̃, conſequũtur.n. locum aut tẽpus, aut aliquid tegens; quæ corporũ & corporalium tm̃ ſunt. Secũdo in hoc qđ relationis genus fundaẽ ſuper res quinque generũ ſub modo abſolutas; reſpectus aũt horum generum fundãtur ſuper alios reſpectus, vt patet ex eorum diffinitionibus à Gilberto poſitis; (vbi) nanque & poſitio conſequuntur adiacentiam paſſiuam corporis locati a loco) (quando vero) ſequitur adiacentiam temporis, & habitus adiacentiam eorum quæ circa corpus ſunt. A quibuſdã autem dicitur ꝙ hæc ſex genera importãt reſpectus differentes a relationis genere in hoc; quod reſpectus generis ad aliquid eſt reſpectus intrinſecus adueniens, reſpectus autem aliorum generum eſt reſpectus extrinſecus adueniens; & vocatur reſpectus intrinſecus adueniens, qui neceſſarium ſequitur extrema; vt ſimilitudo neceſſario ſequitur duo alba, reſpectus autem extrinſecus adueniens dicitur qui non neceſſario ſequitur ad extrema poſita in actu, vt vbi non neceſſario ſequitur corpus & locum, &c. & quoniam Ariſtoteles non eſſe protelandum ſermonem de his hic cenſet; ſat ſint hæc &c.

## TRACTATVS TERTIVS

### *Poſt prædicamentorum, Ariſtotelis.*

### De oppoſitis Cap. 1.

*QVoties ſolet opponi dicendum eſt. Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter; aut vt ea, quæ ad aliquid, aut vt contraria, aut vt habitus & priuatio, aut vt affirmatio & negatio. Opponitur autem unũquodque iſtorum, vt ſit figuraliter dicere. vt relatiua, vt duplũ dimidio, vt contraria, vt malo bonum, vt ſecundum priuationem & habitum, vt cæcitas viſui, vt affirmatio, & negatio, vt ſedet & non ſedet.*

HIc eſt tertius tractatus huius operis; tradens notitiã poſt prædicamentorum ideſt eorum, quę cõſequũtur diuerſa prædicamenta. hæc enim ſupererant determinanda hoc in loco ſecundum veritatem; licet Andronicus (Boetio teſte) dixerit Ariſto. non eſſe doctrinam hanc, ſicut namque ante doctrinam prædicamentorum tradit eorum notitiam, quæ velut principia & fundamẽta racienda erant, & poſtmodum ſingula genera cũ ſuis proprietatibus numerauit, ſic modo ea, quæ ad omnia velut multa genera conſequuntur, docere conſequenter vult. Sunt autem hæc quinque ſcilicet oppoſitio, prius, ſimul, motus, & habere. Quorum primum ſecundum & tertium omnia & ſingula genera commitantur, quoniã inter omnia genera eſt oppoſitio, cum ſit diſtinctio, q̃ ſuper oppoſitione fundatur, & vnum eſt prius & aliud poſterius, & omnia ſunt ſimul tempore, in ſingulis quoque generibus manifeſte hæc patent, differentiæ quidẽ econuerſo diuidentes genus quodlibet ſimul natura & oppoſitæ ſunt, genera vero priora ſpeciebus ſunt. Motus autem per ſe quidem quatuor reſpicit genera. ſ. ſubſtantiam, quantitatem, qualitatẽ, & vbi, per accidens autem ad omnia ſe extendit. Habere autem ſubſtantiam reſpectum certorũ generum comitatur. Declaranda igitur merito hæc ab Ariſt. fuerant, incipiens autem ab oppoſitis quatuor facit. Primo proponit, & in cõmuni manifeſtat intentum. Secundo exequitur de ſingulis oppoſitionibus tractando. ibi (Quæcũque igitur vt relatiua.) Tertio comparando eas adinuicem differentiam inter alias oſtẽdit. ibi (Quoniam autem priuatio & habitus.) Quarto redit ad amplius contrariorum naturam tractandam. ibi (Contrarium autem eſt bono &c.) Proponendo

nendo ergo primo quid dicendum ſit, aperit. ſ. Quoties ſolet oppooi. Deinde enumerat quoties ſolet opponi dicens quadrupliciter oppoſitionem fieri. Vltimo figuraliter, ideſt exemplariter quatuor oppoſitionis modos numeratos manifeſtauit ſingulis appoſitis ſingula exempla apponens, vt de ſe patet.

Oppoſitionis nomen ad oēs oppoſitionis ſpecies analogum eſt.

CIRCA illud verbum (quoties ſolet opponi) commune dubiū occurrit; an oppoſitio vniuoce dicatur de his quatuor oppoſitionibus, an æquiuoce. Quibuſdā.n. videtur quod voiuoce; quia nomen eſt commune & rō ſecundum oppoſitionis nomen eſt eadem: eſt ſiquidem oppoſitio incompoſſibilitas ſimul exiſtendi in eodem ſm idem ad idem &c. & in hoc conueniunt omnes oppoſitiones. Aliis autem (quos ſequor) apparet oppoſitionem æquiuoce, ſm analogiā tñ dici de his quatuor. Tū quia Ariſt. non diffinitiue aut deſcriptiue ſed diuiſiue incæpit de oppoſitis tractare dicens. Quoties ſolet opponi dicendum eſt. Conſtat enim quod hic modus tractandi analogorum proprius eſt. Tum quia illa oppoſioonis deſcriptio adducta non oppoſitionis, ſed contradictionis eſt; vt patet in 1. Elench. Tum quia relatiue oppoſita (vt infra patebit) æquiuoce oppoſita dicuntur.

Quatuor tātum eſſe oppoſitiōis ſpecies.

CIRCA illud verbum quadrupliciter opponi dicit; aduertēdum eſt, ꝙ ſufficiens ratio numeri oppoſitionū habetur ex hoc, quod oppoſitio aut attenditur inter ens & non ens, aut inter entia. ſi primo modo dupliciter cōtingit; vel inter ens & non ens omnino, & ſic eſt contradictio, vel inter ens & non ens in tali ſubiecto, & ſic eſt priuatiua oppoſitio; ſi ſecundo modo, dupliciter etiam, vel inter entia expellētia ſe mutuo ab eodem ſubiecto, & ſic eſt contrarietas: vel inter entia adinuicem contrapoſita, & ſic eſt relatiua oppoſitio.

Oppoſitionis ſpēs dupliciter ordinantur.

CIRCA ordinem harum oppoſitionum notandum eſt; ꝙ dupliciter ordo inter eas conſiderari pōt, primo in latitudine oppoſitionis, ſecūdo in latitudine entis. Si ordinandæ ſunt in ordine oppoſitionum, ſic contradictio primum tenet locum, deinde priuatio, tertio cōtrarietas, & vltimo relatiua oppoſitio remanet; quia tanto priorem inter oppoſitiones locū obtinet oppoſitio, quāto minus conuenientiæ compatitur; ſicut tāto magis calidum eſt, quanto minus frigoris compatitur, & vniuerſaliter quanto minus vnum extremum compatitur aliquid alterius, tāto magis perfectius ſecundum illud eſt. Conſtat autem contradictionis extrema in nullo cōuenire, quia alterum ens, alterum purum nihil eſt. Priuatiue autem oppoſita, etſi in nullo formaliter conueniant, in ſubiecti tamen poſitione conueniunt; vtrunque.n. ſubiectum ponit. Cōtraria autem etſi mutuo ſe expellant; quia tamen io vnius generis natura conueoiunt quoniā vtrunque eorum ens ponit, formaliter illius generis tertium merito ſibi locum vendicant. Relatiue autem oppoſita vltimo reſtant; quoniam in genere formaliter cōueniunt; vtpote naturas poſitiuas illius dicentia, nec ſe ex hoc quod relatiue oppoſita ſunt expellunt, vt infra patebit, ſed quia oppoſita ideſt contrapoſita ſunt, inter oppoſita numerantur. Si autem in ordine entium collocandæ ſunt ſic cōtrarius ordo eſt; quoniam relatiuæ oppoſitioni primus debetur locus, contrariæ ſecundus; priuatiuæ tertius, & contradictoriȩ quartus, & ratio eſt; qa in his, quæ imperfectionem important oppoſitio ordine attenditur magis & minus eorum in illo genere, & in genere entis: in illo ſiquidem genere, attenditur magis & minus ſecundum acceſſum ad ſummum illius generis vel quod idem eſt ſecundum maiorem receſſum ad oppoſita; in genere autem entis attenditur magis ſecundū minorem receſſum ab entis poſitione; ita quod illud eſt perfectius, quod minus ab entis poſitione recedit. v.g. infirmitas, quæ imperfectionem ſooat, dupliciter melior dici poteſt; vel in genere infirmitatis, & ſic illa erit pfectior infirmitas, ꝙ magis appropinquat morti; ſeu magis recedit a ſanitate; vel in genere entis, & ſic infirmitas minus remouens ſanitatis perfectior eſt. Cōſtat autem quod oppoſitio in allaſtogia malorum eſt; ſicut nō ens & diſtinctio; vt ex oppoſitis eorum apparet. ſ. conueniētia, & vnitate; quæ in coordinatione bonorum ſunt; & ideo conſequens eſt quod quāto aliqua oppoſitio magis recedit ab entis poſitione poſteriorem inter entia locum teneat, & ea ꝙ minus entitatis remouet, priorem locum obtioeat. Clarum vero eſt quod conuenientia ens ponit, ſicut & voum eſſe; & conſequenter quod quanto aliqua oppoſitio minus conuenientiæ habet, tanto magis ab ente recedit; ac per hoc contradictio vltimum entium inter oppoſitiones erit, & aliæ pręcedent ipſam ſecundum receſſum minorem a cōuenientia, qui ſupra declaratus eſt. Si credimus ergo Ariſt. oppoſitiones voluiſſe ordinare in genere oppoſitionis a minus oppoſitis aſcendiſſe ſemper dicamus. Si aūt opinamur ipſum ordinaſſe oppoſitiones inter entia; dicamus à perfectiori inchoaſſe & ad minus pfectiua indeſeſſe properaſſe. &c.

*Quæcunq; igitur (vt relatiua) opponuntur ea ipſa, quæ ſunt, oppoſitorum dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ea, vt duplum dimidij, ipſum quod eſt alterius dicuntur, alicuius enim duplum dicitur, & ſcientia ſcibili tāquam relatiue oppoſita eſt; & dicitur, ſcientia hoc ipſum quod eſt ſcibilis; ſed ſcibile hoc ipſum quod eſt ad oppoſitum dicitur ideſt ad ſcientiam. ſcibile enim aliquo dicitur ſcibile ſcientia. Quæcunque ergo oppoſita ſunt tāquā ad aliquid, ipſa quidem quod ſunt aliorum dñr, aut quomodocunque ad ſeinuicem.*

Hæc eſt ſecūda pars principalis huius capituli; in qua intendens determinare ſigillatim de ſingulis oppoſitionibus quatuor facit iuxta numerum oppoſitionum, quę ſuis locis patebunt. Primo ergo breuiter determinās de relatiua oppoſitione deſcribit relatiue oppoſita ſic. Quęcunque vt relatiua opponūtur, ea ipſa, quæ ſunt oppoſitorum dicuntur, aut quomolibet aliter ad ea; & declarat exemplariter ponens duo exempla, primum deſeruiens primæ particulæ, & ſecundum ſecundæ, vt ex his, quæ dicta ſunt in cap. relationis patet. Notandū eſt hic attente, quod ſecundum duplicem viam exponendi relatiuam oppoſitionem dupliciter exponitur dicta deſcriptio. Quidam enim putant relatiue oppoſita ex hoc habere oppoſitionem relatiuam, quia non compatiunt ſe inuicem in eodem ſecūdum idem ſimiliter &c. reſpectu eiuſdem; impoſſibile eſt ſiquidem aliquem eſſe patrem & filium eiuſdem, aut duplum, & dimidum &c. & ſecundum iſtos, hæc deſcriptio non declarat in quo conſiſtit relatiue opponi, ſed eſt potius regula quædam ad cognoſcendum relatiue oppoſita; quoniam hinc diſcimus quod relatiue oppoſita ſemper ſunt correlatiua ad inuicem. talia enim ſunt quæ non ſe cōpatiuntur reſpectu eiuſdem &c. ita quod ſecundum hanc viam deſcriptio iſta magis eſt ad declarandum quæ ſint relatiue oppoſita, quā quid ſint, licet habeatur ex ea via ad cognoſcendum quid ſint, ſ. quæ non compatiuntur ſe &c. Alii autem dicunt relatiuam oppoſitionem in hoc conſiſtere formaliter quod ad inuicem relatiua ſunt, ſeu dicunt, ita ꝙ ex hoc pater & filius opponūtur relatiue, quia pater contra filium ponitur, & econuerſo per hoc qđ pater filiū eſt pater, & filius patris eſt filius; & ſimile eſt in aliis relatiue oppoſitis: & ſecūdum hāc viam deſcriptio iſta optime declarat quid ſint relatiua oppoſita vt ſic; quoniam explicite dicit in quo cōſiſtat eorum relatiua oppoſitio, ſ. in hoc quod ad ſe inuicem referuntur. Et quoniam hæc via ueritatem tradit, ideo ad eius euidentiam & prioris manifeſtationem in quo deficiat notandum eſt; quod quia relatiua oppoſitio ultimū inter oppoſitiones locum tenet, & conſequēter contradictoriā participat; quæ prima eſt oppoſitio, ideo dupliciter pñt conſiderari relatiue oppoſita. Primo inquantum opponuntur contradictione participata, ſecundo inquātum ſunt oppoſita relatiue. ſi conſiderentur inquantum rela

tiua

Potentia q. 7. ar. 8. ad 4.

tiua oppoſita, ſic apud. S. Tho. in quæſtione ſeptima de potentia Dei, articu. octauo ad quartum, duabus ſingularibus differentiis ſeparantur ab aliis oppoſitis. Prima eſt, quod cęterorum oppoſitorum ſemper alterum, ideo oppoſiti ratiõe habet, quia alterius negatio eſt, vel negationem ſecum ducit. Cõtradictorie enim & priuatiue oppoſitorum alterum negatio eſt: cõtrariorum vero alterum vt priuatio eſt; vt dicitur decimo metaphyſice, relatiue autem oppoſitorum vt ſic, neutrũ alterius deſtructio eſt; ſed ex hoc quod opponuntur mutuo ſe ponunt nõ enim pater opponitur relatiue filio ex hoc quod idẽ non poteſt eſſe pater & filius eiuſdem, ſed ex hoc quod contra ponitur filio, vt dictum eſt, ex hoc autem ponit filium; & econuerſo, & ſimile eſt in aliis relatiue oppoſitis; ſemper nanque inuenitur hoc, quod ex hoc, quod relatiuum ad ſuum correlatiuum dicitur, ponit ipſum & non negat, ex hoc autem opponuntur; vt in textu dicitur, quod hoc ipſum, qđ ſunt aliorũ ſunt. ergo &c. Secunda eſt quod cæterorum oppoſitorum alterum ſe habet vt imperfectum reſpectu alterius, vt patet diſcurrendo per ſingula, relatiue autem oppoſitorum vt ſic neutrum altero perfectius eſſe oportet: quoniã vt ſic ideſt inquantum oppoſita hoc ipſum quod ſunt ad aliud ſunt; inquãtum autẽ res aliqua ad aliud eſt, nec perfecti, nec imperfecti rationem habet. Si autẽ conſiderentur relatiue oppoſita vt opponunẽ cõtradictione participata, ſic abſq; dubio verum eſt quod alterum alterius negationẽ claudit, reſpectu eiuſdem &c. & hoc mõ intelligendi ſunt expoſitores illi, qui dicunt relatiue oppoſita opponi, ex eo quod non pñt eſſe in eodem reſpectu eiuſdem, & nõ eſt accipiendum de relatiue oppoſitis vt ſic præciſe, qm̃ vt ex duabus conditionibus eorum inductis apparet, ꝙ relatiua oppoſitio formaliter & præciſe ſumpta non cõſiſtit in negatione & imperfectione, ſed poſitione abſtrahẽdo à perfectione & imperfectione. Et qm̃ ſermo Ariſtotelis formalis eſt, ideo veram relatiue oppoſitorũ deſcriptionẽ aſſignauit dicens, relatiue oppoſita eſſe illa, quæ ea ipſa, quæ ſunt oppoſitorum ſunt &c.

Opponũtur relatiua contradictione participata inquantũ vnũ alterius negationem claudit, vt relatiua vero inquantũ inuicem correlatiua sũt.

*Illa vero quæ ſunt vt contraria ipſa quidem quæ ſunt nullo modo adinuicem dicuntur: contraria vero ſibi inuicem dicuntur. neque enim bonum mali dicitur bonũ, ſed contrarium, nec album nigri album, ſed contrarium: quare differunt a ſe inuicem hæ oppoſitiones.*

Hic ſecundo determinans de oppoſitione contraria duo facit, primo quaſi deſcribendo contrarie oppoſita, dicit. (Illa vero &c.) Vbi tria notanda ſunt. Primum eſt quod ſecundum triplicem contrarie oppoſitum conditionem, tria Ariſt. tangit. ſunt enim contrarie oppoſita entia, & in hoc conueniunt cum relatiue oppoſitis (ad ſeinuicem nõ reſpectiua.) & in hoc differunt a relatiue oppoſitis (& denominata ſibi inuicem contraria) & per hoc differũt a diſparatis; puta albedine & dulcedine. Primam conditionem innuit dicens, ipſa quidem quę ſunt, ideſt ſecundum ſuas proprias eſſentias. Secundum ſubdens, nullo modo ad ſe inuicem dicuntur. Tertiam adiũgens, contrario vero ſibi inuicem dicuntur. Secundum eſt, quod oppoſita cõtrarie, vt in textu patet, oportet ſecundum ea quæ ſunt, non ſe inuicem reſpicere: & aliquo modo (ſcilicet vt contraria.) ſe inuicem reſpicere; & conſequenter non eſſe relatiua & eſſe relatiua. Non propterea quod oporteat contraria non eſſe relatiua ſecũdum eſſe, & eſſe relatiua ſecundum dici: quoniam album & nigrum; dulce & amarum & alia huiuſmodi neutro modo ſunt relatiua, ſed propterea, quia oportet contrarie oppoſita non eſſe correlatiua per ſe & eſſe correlatiua per accidens. Vocantur autem relatiua per ſe, quæ ſecundum ſeipſa ſeu propriis nominibus referuntur, vt pater & filius, duplum & dimidium &c. relatiua autem ſecundum accidens, quæ ſecundum aliquid ſibi additũ ſeu denominatiuis nominibus referũtur, vt Sortes eſt relatiuũ ſecũdum accidentem ſibi paternitatem; & patris nomẽ indutus, Platonis filii dicitur pater; neceſſe quippe eſt ꝙ contrarie oppoſita ſecundum ea, quæ ſunt ſub propriis nominibus relatiua ad ſe inuicem non ſint, vt album nõ dicitur nigri album; nec econuerſo, & quod denominentur contraria, ac per hoc ſecundum additam contrarietatis relationem, relatiue dicãtur induta contrarii vocabulum, dicitur enim nigrum (& ſi non albi nigrum, albi tamen contrarium) & econuerſo, album dicitur nigri cõtrarium, & ſic oportet contraria oppoſita non eſſe correlatiua & eſſe correlatiua. Nec tamen hoc ſufficit ad dʼſcernendum contrarie oppoſita, ſed oportet ſpecificari quali relatiua denominatione oportet ea eſſe correlatiua: & hoc fecit Ariſtote. (cum dixit ea oportere a contrarietatis relatione denominata, ſibi inuicem cõtraria dici) Tertium quod quia Ariſtoteles ſuperficietenus (vt logicum decet res ſub intentionibus conſiderantem) oppoſita contrarie manifeſtauit per differentiam a relatiuis & diſparatis; nec aperuit quid contraria oppoſitio ſit, ſed quæ contrarie oppoſita dicuntur, non vera deſcriptione, ſed aliquali maiore explicatione, quã contrariorum nomen ſonet, ideo non eſt mirandum ſi contrarie oppoſita declarauit; per dici ſibi inuicem contraria. Ex dictis nanque iam patet, quod adiunctæ huic particulę duæ aliæ, tres contrariorum conditiones oſtendũt; quas contrariorum, aut contrarie oppoſitorum nomen non explicat &c.

*Quæcunque vero contrariorum talia ſunt, vt in quib. nata ſunt fieri, & de quibus prædicãtur neceſſarium ſit alterum ipſorum ineſſe. nihil horum eſt medium, quorum vero non neceſſarium eſt alterum ineſſe, horum omnium aliquid eſt medium oĩno, vt ægritudo, & ſanitas in corpore animalis nata ſunt fieri, & neceſſarium eſt alterum ineſſe animalis corpori vel ægritudinem, vel ſanitatem. Et par & impar de numero prædicãtur, & neceſſarium eſt alterum in numero eſſe, vel impar, vel par, & nullum eſt medium eorum, neque ægritudinis, & ſanitatis, neq; imparis, atque paris. Quorum vero nõ eſt neceſſarium alterum ineſſe eorum eſt aliquid medium, vt nigrum & album in corpore animalis nata ſunt fieri, & non eſt neceſſarium alterum eorũ eſſe in corpore. non enim oẽ corpus aut album, aut nigrum eſt. Sed prauum & ſtudioſum prædicantur quidem de homine, & de aliis multis, ſed nõ eſt neceſſarium alterum eorum ineſſe illis de quibus prædicantur non .n. omnia vel praua vel ſtudioſa ſunt, ſed eſt horum medium. Albi quidem & nigri fuſcum & pallidum, & quicunque alii ſunt colores, praui vero & ſtudioſi quod neque prauum, neque ſtudioſum eſt. In aliquibus itaque nomina poſita his quæ media ſunt, vt albi & nigri fuſcum & pallidum, in quibus autem nominã quidem medio aſſignare idoneum non eſt, ſed per vtriuſque extremorum negationem (quod medium eſt) determinatur, vt neque bonum, neque malum, neque iuſtum, neque iniuſtum.*

Deinde diuidendo contraria per mediata & immediata, magis eorum naturã aperit, tali ordine. Primo ponit diuiſionem bimembrem cum membrorum deſcriptionibus dicens, contrariorum quædam eſſe, quorũ nihil eſt medium ideſt immediata; & iſta ſunt quæcũque talia ſunt; vt in quibus nata ſunt fieri, & de quibus prædicantur; neceſſe eſt alterum ipſorum ineſſe; quędam vero, quorũ eſt aliquod mediũ, id eſt mediata; & iſta ſunt quæcunque talia ſunt, vt non ſit neceſſe alterum ipſorũ ineſſe ei, in quo nata ſunt fieri. Secundo declarat exemplariter vtrunque membrum: & quo ad primum adducit in exemplum languorem & ſanitatem in naturalib. & in mathematicis parem & imparem declarans in eis ſaluari deſcriptionem primi mẽbri, & ex deſcriptione deſcriptum. Quo ad ſecundum autem adducit album

& ni-

& nigrum in corpore;& prauum & ſtudioſum in aĩa:& ſimiliter procedit a deſcriptione ſecundi membri ad deſcriptum,vt clare patet in textu. Tertio diſtinguit quoad nos(ſecundum mẽbrum)contraria.ſ.mediata dicens in aliquibus contrariis mediatis impoſitum eſſe nomen ei,quod eſt medium,vt fuſcum,pallidum, croceum &c. nomina ſunt mediorum inter album & nigrum; in aliquibus vero nomen proprium medii non habemus,ſed negatione vtriuſque extremi circumloquimur(vt patet de medio inter prauum & ſtudioſum) quod dicimus, nec prauum,nec ſtudioſum,& ſic de aliis. Aduertenda ſunt ad intellectum huius literæ duo.Primo quod mediũ eſt duplex.ſ per participationem,& per abnegationẽ.Medium per participationem dicitur,quod ita ab vtroque extremo differt,quod tamen vtriuſque naturam participat; vt pallidum ita,nec album nec nigrum eſt;vt tamẽ albi nigrique naturam ſapiat.Medium vero per abnegationem dicitur,quod vtriuſque extremi negationẽ omnino habet;vel ſimpliciter,vt lapis nec prauus, nec ſtudioſus;vel ſecũdum tempus,vt homo in infantia nec prauus,nec ſtudioſus;vel ſecundum partem,vt homo ſecundum corpus nec prauus,nec ſtudioſus. In hoc ergo loco non eſt ſermo de medio per abnegationem; quoniam inter omnia contraria inuenitur tale medium;ſed eſt ſermo de medio per participationem; quoniam ex hoc diuiduntur contraria inter ſe,quod quædam eorum habent tale medium,& quædam nõ. Diligenter autem attende,quod non dixit Ariſto.aliqua contraria eſſe indiuiſibilia,ſed immediata,& ideo nõ oportet ex hoc loco dubium quempiã reddi quomodo inter cõtraria immediata poſſit eſſe motus;immediatio ſiquidem rerum non obſtat motui,ſed indiuiſibilitas, vt patet de motu, qui eſt inter nigrum,& immediate ſibi vicinam ſpeciẽ coloris,puta fuſcum;vnde ſic poteſt motus de infirmitate in ſanitatem, ſicut de fuſco in nigrum ( non obſtante immediatione;) licet inter ea motus eſſe non poſſet; ſi vtrunque eorum in indiuiſibili cõſiſteret. Secũdo aduertendum eſt circa ea,quæ exemplariter in textu dicũtur, quod etſi vbique exempla excutiẽda non ſint( quia exẽpla ponimus non quod ita ſint, ſed vt addiſcentes intelligant.)In logica præſertim Ariſtotelis ponderanda minime ſunt;quoniam aliorum opinionibus frequenter in huiuſmodi vtitur;vt patet hic cum dicit,prauum & ſtudioſum inueniri in aliis ab homine.Platonicũ enim eſt, vocare deos omnes bonos; dæmonum vero quoſdam bonos & quoſdam malos,ſignificando per ideo ſubſtãtias intellectuales ſupra globum lunarem,per dęmones vero eas,quæ ſunt infra &c.

***Priuatio vero & habitus dicuntur quidem circa idẽ aliquid,vt viſio & cęcitas circa oculum, vniuerſaliter autem dicere eſt,in quo natus eſt habitus fieri,circa hoc dicitur vtrunque eorum ordine.***

Hic tertio determinãs de oppoſitione priuatiua quatuor facit.Primo deſcribit q̃d ſint priuatio & habitus dicens;priuatio & habitus ſunt quæ circa idem,ideſt in eodem nata ſunt fieri ordine ideſt ordinate.Notanda ſunt hic tria.Primum eſt,quod quamuis priuatio( vt in quinto metaphy. ſcribitur)multis modis dicatur; quos vide
T.c.27. ibi ſi placet,in communi tamen vſu loquentium dupliciter ſumitur;& vno modo dicitur priuatio,negatio alicuius formæ in ſubiecto apto nato habere illã;& hoc modo tenebra dicitur priuatio luminis & ignorantia priuatio ſcientiæ;& ſic priuatio ponitur vnum principium naturalium(in 1.Phyſi.)Alio modo & ſtrictius dicitur pri
T.c.66. uatio negatio formæ in ſubiecto apto nato habere vtrãque ordine irregreſſibili;& hoc modo cæcitas dicit̃ priuatio viſus,& mors priuatio vitæ; & ſic ſumitur in hoc loco ab Ariſt.priuatio,vt patet ex illa particula,ordine; & ex eo quod inferius dicet ſcilicet q̃d a priuatione ad habitum non fit regreſſus.Secũdum eſt, quod quamuis Ariſtote.explicite nõ dixerit in hac deſcriptione priuationem eſſe negationem, implicite tamẽ hoc inſinuauit quoniã impoſſibile eſt duo pure poſitiua fieri circa idẽ proximum ſuſceptibile ordine ſcilicet tali, ad quem ſequatur irregreſſibilitas:poſitiua nanque quæ in eodẽ ſuſceptibili fiunt contraria ſunt,inter quæ(vt dicetur)trãſmutatio mutua eſt; niſi in aliquo ſubiecto,cui alterum ineſt a natura. Tertium eſt,quod Ariſt.valde obſcure inſinuauit nobis priuationis & habitus naturam, contentus additione illius particulæ,ordine.Sed diuus Tho. 8. Metaphyſicæ,lectione.4.& 10.eiuſdem.lectione.6. obſcuritatem hanc produxit in lucem dicens, duplex eſſe priuationum genus.Quædam priuatio eſt, quæ ita immediate reſpicit ſubiectũ,ſicut habitus, cui opponitur, ſicut tenebra & ignorantia &c. & iſtæ non habent fieri circa idem ordinate;ex eo nanque quod priuatio immediatum ordinem habet ad ſubiectum,ſicut habitus;non eſt ordo circa generationem eorũ;quamuis ſit ordo priuationis inter omnem habitũ & eius priuationem. Quædam vero priuatio eſt,quæ nõ habet immediatum ordinem ad ſubiectum,ſed reſpicit illud mediante ſuo habitu; vt mors non reſpicit commune ſuſceptibile vitæ & mortis, niſi mediante vita.non enim mors fieri poteſt niſi vita præceſſerit;& tales priuationes habent fieri circa idẽ circa q̃d fiunt habitus ordinate; & ꝑ iſtũ ordinẽ(vt infra patebit)eſt in eis irregreſſibilitas. Et q̃a(ut iã dictum eſt.)Ariſ. deſcribit hmõi priuationem & habitum,ideo appoſuit illam particulam ordine; ita quod habitum & priuationem dixit quæ nata ſunt fieri circa idem ordine immediationis & mediationis, habitus n. natus eſt fieri immediate priuatio aũt mediante habitu.

Infra eodẽ cap. 8. meta. circa t.c.14. & 10. meta. circa t.c.16.

Sed occurrit hic ſtatim dubium; quia iſta differentia aſſignata non videtur habere ueritatem. aut enim loqueris de priuatione & habitu in ordine ad ſubiectum abſolute,aut in ordine ad generationem eorũ in ſubiecto,ſi primo modo,de omni priuatione & habitu uerificatur quod ſubiectum non æqualiter reſpicit utrunq; quoniam ad habitum ordinatur per ſe, ſicut ꝑfectibile ad propriam perfectionem;ad priuationem uero nõ niſi ꝑ accidens;q̃a ſcilicet habitus non eſt perpetuus &c. Si ſecundo modo,tunc falſum eſt quod dicitur, quia ſequeretur quod nullus poſſet eſſe cæcus niſi prius generatus fuiſſet in eo uiſus; quod in cæcis a natiuitate falſum apparet,non enim tales cæcantur cum ex utero exeunt ſed in materno utero cæci naſcuntur.Ad hoc dicitur,q̃ loquitur de priuatione & habitu. ſecundo modo ideſt ſecundum ordinem generationis eorum,ita quod dicimus inter priuationem & habitum eſſe ordinem generationis,ad eo ut impoſſibile ſit fieri priuationem immediate,ſed neceſſario oporteat eam mediante habitu fieri,ideſt mediante generatione habitus, nec ſequitur, ergo omnis cæcus habuit quandoque uiſum,ſed ſequit̃, ergo omnis cæcus habuit generationem terminabilem ad uiſum;quæ & terminata eſſet niſi impedimentum affuiſſet.Impoſſibile eſt ſiquidem,aliquod eſſe prius cęcũ aut ſurdum,quam actio generantis factiua uiſus, aut auditus,dum facit impediatur,ita quod ex corruptione generationis uiſus cæcitas fit,eſt ergo inter habitũ & priuationem ordo generationis uel in ſe,uel in ſuis generationibus,& hoc eſt ſimpliciter neceſſarium: ita quod illa priuatio dicitur fieri non niſi mediante habitu; cuius factio factionẽ habitus præſupponit;immo in ipſius habitus factionis,aut conſeruationis impedimẽto ſeu corruptione ꝑ ſe conſiſtit.Et quia hoc non conuenit aliis priuationibus(de quibus diximus Ariſtotelẽ mõ non loqui)ideo patet aſſignatam differentiã & expoſitionẽ illius particulæ ordine,optimã eſſe.Exemplariter autem liquet inter priuationẽ & habitum uniuerſaliter nõ eſſe talẽ generationis ordinẽ,tenebra.n.nõ fit neceſſario luce præſuppoſita,sit eius generationis impedimento; ſed ſola lucentis abſentia a diaphano; ignorantia ſimi

Eſſentialis eſt hæc priuationis & habitus differentia.

liter

liter nobiſcum naſcitur abſque cuiuſcunque actionis impeditione, vt patet &c.

*Priuari autem tunc dicimus vnumquodq; ſuſceptibilium habitus quando in quo natū eſt, ineſſe, vel quod natum eſt habere, nullo modo inſit. Edentulum. n. dicimus non quod non habet dentes, & cæcum, non quod non habet viſum, ſed quod non habet quādo natum eſt habere, quædam. n. generatione, neque dentes, neq; viſum habēt, ſed non dicuntur edentula, neque cæca.*

Secundo deſcribit quid ſit priuari dicens: quod priuari eſt ſuſceptibile habitus nullo modo habere illum, vbi tres cōditiones requiri dixit ad priuari. Prima eſt, quod illud quod dicitur priuari ſit aptum natum ſuſcipere habitum; pp quod lapis non eſt priuatus viſu. Secunda eſt quod non habeat illum habitum; aliter priuatum nō eſſet. Tertia eſt quod nullo modo habeat illum; ideſt qđ non habeat illum eo modo, quo natum eſt habere: ſiue iſta modificatio attendatur ſecundum tempus; vt patet in catulo, qui non eſt priuatus viſu ex hoc quod ante nonum idem non videt· quia licet careat eo quod eſt aptus natus habere; non tamen caret illo quando natus eſt habere; ſiue ſecundum locum; vt patet de aere exiſtente in cauernis, qui non dicitur priuatus luce, vnde ibi non eſt nox, ſiue ſecundum partem, vt patet de homine, qui nō dicitur priuatus viſu ex eo quod non videt ſecundū aures, aut partem poſteriorem capitis; ſiue ſecundum quātitatem, vt patet de homine, qui non dicitur aliqualiter cęcus ex eo quod non videt ita acute ſicut aquila; & breuiter ſecundum quamcunque circunſtantiam attendał modificatio ſeu determinatio iſta, ſemper verificał qđ priuari non dicitur niſi ſecundum illam circunſtantiam ſibi deficiat; & quia omnis circunſtātia modificat rem, cuius eſt circunſtantia, ideo communi vocabulo omnes comprehendens dixit Ariſt. (nullo modo habet) ac ſi dixiſſet ideſt non habet: ſecundum illam circunſtantiam, qua natum eſt habere; & declarauit ſtatim hoc quo ad circunſtātiam temporis, quam important ly (quādo) & declaratio eius non eget expoſitione; niſi quod nouitiis dicendum eſt, ꝙ per generationes intendit res genitas ſecundum id quod habent ex generationibus, ſic nanq; generatio catuli eſt ſine viſu, & hominis ſine dentib. Aduerte hic quod ſi ſenſus prædictus ex Ariſtotelis deſcriptione verbaliter ſumi debet, negatio importata in ly nullum, ſupra verbum cadere immediate debet; vt dicatur nullo modo habet ideſt non habet aliquo modo. i. illo modo, quo natū eſt habere &c. Quæritur autem hic, cur Ariſt. deſcripta priuatione ſeorſum deſcripſerit priuari; & tamen cum deſcripſit relatiue aut contrarie oppoſita, non deſcripſit poſtmodum referri, aut contrariari, vnde diſparitas? hoc Ad hoc dr, quod diſparitas iſta orta eſt ex ſingulari conditione, quam addit priuari ſupra rem, quæ eſt priuatio: quam non addit referri ſupra relationem, nec contrariorum eſſe ſupra rem contrariā. In aliis nunq̄ a priuatione ad hoc quod ſubiectum denominetur tale ſufficit ꝙ res illa habeatur, ad hoc. n. qđ aliquis a paternitate pater dicatur, ſufficit, ꝙ paternitatem actu habeat, & ſimiliter ad hoc quod aliquid ſit calidum ſufficit, ꝙ habeat caliditatem. In priuatione vero non ſufficit quod habeał à ſubiecto apto nato res illa q̄ formaliter eſt priuatio. i. negatio habit᷑, ſed oportet apponere circūſtātias. ſ. qñ, vel vbi &c. nō. n. a negatione viſus res apta nata videre dł cæca, niſi apponatur, ꝙ negatio illa habeatur qñ debeat haberi habitus, vnde Ariſtot. nihil aliud in priuari deſcriptionę expreſſit niſi cōditionem hanc ſingularem, vt patet in textu.

*Priuari vero & habere habitum non eſt habitus, & priuatio, habitus enim eſt viſus, priuatio vero cæcitas, habere viſum non eſt viſus, nec cæcum eſſe, cæcitas, priuatio enim quædam eſt cæcitas, cæcum vero eſſe priuari, non priuatio eſt. Nam ſi idem eſſe cæcitas, & cæcum eſſe, vtraque de eodē prædicarentur, nunc vero minime ſed cæcus dicitur homo, cæcitas vero nullo modo dicił.*

Tertio oſtendit non eſſe idem, ſed inter ſe diſtingui hęc duo quę deſcripſit. ſ. priuationem & priuari, & ſimiliter habitum & habere habitum, & adducit rationē talem ad hoc, cęcum eſſe non eſt cæcitas & ſimiliter habere viſum non eſt viſus. ergo priuari non eſt priuatio, & hr̄e habitum non eſt habitus, declarat conſequentiā ex terminis, quia conſtat quod cæcum eſſe eſt priuari, & cęcitas priuatio; & ſimiliter viſus eſt habitus, & hr̄e viſum eſt hr̄e habitum. Antecedens vero probat ſic. ſi cæcū eſſe eſſet idē quod cæcitas, prædicarentur de eodē, ſed nō prædicantur de eodem, quia eſſe cæcum prædicatur de homine, cæcitas autem non, ergo a deſtructione conſequentis ſequitur quod cæcum eſſe non ſit cæcitas, quod eſt oppoſitum antecedentis, & ratio adeo clare in litera patet vt non ſit opus applicatione. Dubium tamen circa hoc occurrit tale, aut Ariſtot. intendit concludere ꝙ priuari, & priuatio diſtinguuntur ſicut denominatiuum & denominans, aut ita quod vnum non ſit ſecūdū rē omnino idem quod alterum, eo modo, quo inter entia rationis poteſt dici diſtinctio, ſecundum rem, ideſt qđ unum non eſt aliud, ſi primum intendit ſuperflua videtur ſollicitudo iſta; iam enim in Antepredicamentis declarauerat, quomodo denominatiua differant ab his, à quibus dicuntur. Si uero ſecundum intendit, fallacia cōſequentis in proceſſu eius eſt, procedit enim ex hac maxima, quæcunque ſunt idem prædicantur de eodem, in uirtute nanque huius categoriæ, tenet illa ſua conditionalis, ſi cæcitas & cæcum eſſe eſſent idem prædicarenł de eodem, conſtat autem quod ex illa maxima non poteſt cōcludi determinate talis uel talis diſtinctio ſed aliqua, diſtinctio q̄ poteſt etiam eſſe diſtinctio ſm modū ſignificandi tantum, uarietas nanque modi ſignificandi ſufficit ad hoc quod aliquid prædicetur de aliquo & nō prędicetur de eodem, ut patet de albedine & albo, albū enim de Sorte prædicatur, albedo autem nō, & ut dictū fuit ſolo caſu differūt. Ad hoc dicitur, quod Ariſtoteles intendit concludere priuationem & priuari, non eſſe oīno idem ſecundum rem, ideſt rem ſignificatam per priuari, non eſſe omnino idem cum re ſignificata per priuationem, unde non diſtinguit inter cæcum & cæcitatem, diſtinctio ſiquidem iſta ex denominatiuorum ratione ſufficienter nota eſt, ſed diſtinguit inter cæcum eſſe & cæcitatem, ſimiliter non diſtinguit uiſum a uidente, ſed uiſum a uidente eſſe, ut expreſſe patet in textu. Conſtat autem quod licet albedo & album differant ſolo caſu, albedo tamen & album differunt ſecundū rem, eſſe nāque album non eſt ipſa albedo, licet ipſam exigat, ita in propoſito eſſe cæcum aliud a cæcitate eſt, & habere uiſum aliud a uiſu eſt. Nec eſt in proceſſu Ariſtot. ſane intellecto uitium, quoniam etſi ex illa maxima ſic uniuerſaliter ſumpta non poſſit iſta ſpecialis diſtinctio concludi, ex ipſa tamen de ſignificatis rebus intellecta, ſecluſis modis concipiendi & ſignificandi euidenter concluditur, aliqualis ſecundum rem ſignificata diſtinctio. Si. n. aliqua duo ſecluſis modis concipiendi &c. non prædicātur de eodem, oportet illa non eſſe omnino idem ante oēm modū concipiēdi & ſignificandi. ſic ſe aūt habent cæcum eſſe & cæcitas, eſſe nanque cæcum de homine prædicatur, cæcitas nō, qa res illa, quæ eſt cæcitas, aliud quid eſt ab eſſe cæcum, ſeu habere cæcitatem, ſic ergo Ariſtotelis conditionalis ex parte rei ſignificatæ intelligenda eſt, & ſimiliter illa propoſitio in propoſito, quę eſt eius fundamentum, ſic autem accipiendo intentum abſque fallacia concluditur, ut ex dictis patet &c.

In diffinitione tertia.

*Oppoſita vero etiam hæc videntur eſſe, ideſt priuari & habitum habere, tāquam priuatio & habitus. modus enim oppoſitionis idem eſt, nam ſicut cæcitas viſui oppoſita eſt, ſic cæcum eſſe & viſum habere, opponuntur.*

Quarto

Quarto di. it, quod quamuis priuari, & habere habitum non ſint idem cum priuatione & habitu, eadem tamen ſpecie oppoſitionis opponuntur, ſicut enim cæcitas priuatiue opponitur viſui, ſic cæcũ eſſe priuatiue opponitur ei quod eſt habere viſum &c.

*Non eſt autem neque id, quod ſub affirmatione & negatione eſt, affirmatio & negatio, affirmatio nanque eſt oratio affirmatiua, & negatio oratio negatiua, quod vero ſub affirmatione & negatione eſt, nulla eſt oratio, dicuntur autem hæc eſſe oppoſita adinuicem tanquam affirmatio & negatio, nam & in his modus oppoſitionis eſt idem. Sicut enim affirmatio ad negationẽ opponitur, vt qui ſedet ei, qui non ſedet ſic & res, quæ ſub vtroque eſt, opponitur, ſcilicet ſedere aliquem ad non ſedere.*

Hic quarto de oppoſitione determinat contradictoria, omiſſa deſcriptione eorum, quia affirmatio & negatio in notitia omnium ſunt, tali quod ſat ſit ad contradictorie oppoſita recipienda, vnde duo de contradictorie oppoſitis tradit. Primum eſt diſtinctio eorum, Secundũ eſt, quod cum diſtinctione iſta vnitas manet oppoſitionis. Quo ad primum dicit, in oppoſitis cõtradictorie eſſe duo ex parte cuiuſque extremi, ex parte ſiquidem affirmationis eſt affirmatio ipſa, & id, ꝙ ſub affirmatione iacet, ſicut ſignatum in ſigno, ex parte quoque negationis ſunt duo. ſ. negatio ipſa, & id quod ſub negatione iacet, ſimiliter ſicut ſignatũ in ſigno, verbi gratia, in iſtis cõtradictorie oppoſitis Sortes ſedet, Sortes nõ ſedet, nõ ſolum ſunt orationes ipſæ affirmatiua. ſ. & negatiua, ſed ſunt earum vltimo ſignificata. ſ. Sortem ſedere & Sortẽ non ſedere. Sciendum eſt hic ante quã vltra progradiamur, quod nomine affirmationis & ſimiliter negationis non intelligitur affirmatio ſcripta, vel vocalis, ſed affirmatio ſecundum quodcunque eſſe ſiue in ſcripto, ſiue in voce, ſiue in mente, nomine autem eius, quod ſub affirmatione vel negatione iacet, intelligitur res extra cõiuncta tali expoſitioni, vel ſine illa, puta Sortes habẽs ſeſſionem vel ſine ſeſſione. Cum ergo in oppoſitis contradictorie ſit cõſiderare ex parte cuiuſq; extremi duo, probat Ariſtot. talia non eſſe idem tali ratione, affirmatio eſt oratio affirmatiua, & ſimiliter negatio eſt oratio negatiua, ea, quæ ſub affirmatione, & negatione iacent, non ſunt orationes, ergo id quod iacet ſub affirmatione non eſt affirmatio, neque id quod iacet ſub negatione eſt negatio. Aduerte hic primo, quod dictum Ariſt. ſ. affirmatio eſt oratio affirmatiua, & negatio eſt oratio negatiua, non eſt vt diffinitio accipiendum: rudis nanq; diffinitio eſſet affirmationis per affirmatiuum, & negationis per negatiuum, ſed accipiendum tanquam ſimpliciter verum, ſicut ſi dicerem, quod homo eſt animal humanum, non enim fuit ſibi curæ hoc in loco res hæc, q̃a propoſito ſufficit quod tam affirmatio quã negatio ſit oratio, ſeu enuntiatio quæ eſt earum genus. in hoc enim ſtat vis rationis ſuæ, ex hoc nanque quod affirmatio eſt oratio, & id, quod ſub affirmatione iacet, nõ eſt oratio, concludit, ergo id quod ſub affirmatione iacet non eſt affirmatio. (In primo autem libro perihermenias) ſubtiliter diffiniuit affirmationẽ & negationem, vt patet ibi. Aduerte ſecundo quod quia omnis commplexio verbalis, in qua conſiſtit tam affirmatio quam negatio, fit ꝑ actum animæ, res extra quæ per affirmationem, aut negationem ſignificatur complexa eſſe non poteſt, eo q̃d actus intellectus nihil ponit in re cognita, ac per hoc nõ poteſt eſſe oratio affirmatiua aut negatiua, ſed eſt res habens ſibi cõiunctum illud, quod de ea affirmatur, vel non habens illud ſibi coniunctum, Sortes enim habens albedinem, aut carens albedine non eſt complexũ q̃d, ſeu oratio, ſed res coniuncta ſecundũ rem alteri rei, aut coniuncta. Vtrunque igitur aſſumptorum ab Ariſtotele verum eſt, ſequitur ergo in affirmatione & negatione, quæ contradictorie oppoſita dicuntur alia quædam duo latere, de quibus ſubdit cõſequenter quomodo opponatur dicens, quod concedendum eſt ea, quæ ſub affirmatione & negatione iacent, quamuis affirmatio, & negatio non ſint, oppoſita eſſe ſicut affirmatio & negatio opponuntur ideſt opponi contradictore. non. n. contradictorie opponuntur ſolæ orationes, puta Sortes ſedet, Sortes non ſedet, ſed earum fundamenta in re. ſ. ſedere, non ſedere. Ex hoc loco ſumit̃ quod duplicia ſunt contradictoria ſcilicet complexa & incomplexa, complexa ſunt affirmatio & negatio, incomplexa vero ea quæ ſub affirmatione & negatione iacent ideſt earum fundamenta extra animam &c.

*Quod autem priuatio & habitus non ſic opponuntur vt ad aliquid, manifeſtum eſt neq; enim hoc ipſum quod eſt oppoſiti. viſus enim non eſt cæcitatis viſus, nec alio vllo modo ad ipſum dicitur, ſimiliter autem neque cæcitas dicitur viſionis cæcitas, ſed priuatio quidem viſionis cæcitas dicitur, cæcitas vero viſionis non dicitur. Amplius ad aliquid omnia ad conuertentia dicuntur, quare & cæcitas ſi eſſet eorum, quæ ad aliquid ſunt, vtique & conuerteretur ad illud, ad quod dicitur, ſed non conuertitur, neque enim viſus dicitur cæcitatis viſus.*

Hæc eſt tertia pars principalis huius capituli, in qua cõparaturus declaratas oppoſitiones inter ſe, ſicq; oſtẽdere intendens, q̃d non cõincidunt, ſed ſeparata eſt vnaquæque oppoſitionum dictarum ab altera, tria facit. Primo priuatiuam oppoſitionem ſeparat a relatiua. Secundo ſeparat eandem a cõtraria. ibi (Q̃m autem neque vt contraria.) Tertio ſeparat oppoſitionem cõtradictoriã à cæteris. ibi (Quæcunque vero tãquam affirmatio.) Aduertendum eſt, hic ꝙ quia ſuperius Ariſto. contrariã oppoſitionem a relatiua ſeparauit, ideo nunc earum diſtinctiones non meminit, ſed ad priuatiuæ drĩam ab vtraq; earum ſe ſtatim tranſtulit diſtinguendam; & vt inchoatum ordinem, quo diſtinguẽdo poſteriorem oppoſitionem a priori procedit, obſeruaret, non ſeparat priuatã a contradictoria ſicut nec contrariam a priuatiua, nec relatiuam a contraria diſtinxit, ſed econuerſo, quia cõtraria, quæ poſt relatiuam poſita eſt, a relatiua ſeparauerat, ſubſequenter nunc priuatiuam a relatiua & cõtraria diſtinguit, & ſic conſequenter contradictoriam ab omnibus antepoſitis ſeparabit, nec ꝑꝑ hoc neceſſe doctrinæ aliquid ademptum eſt, ſed ordinatæ breuitati conſultum, mutuæ ſiquidem ſunt drĩæ, quibus ſeparantur & ſimul declarantur, q̃m ex patre vtriuſque extremi differẽtes conditiones afferuntur, vt in proceſſu patebit. Ponit ergo primo talem concluſionẽ. Oppoſita priuatiue non opponuntur relatiue & probat eã dupliciter. Primo ſic, relatiue oppoſitorum vtrunque hoc ipſum quod eſt ſui oppoſiti eſt, ſecundum habitudinem caſus genitiui vel quomodolibet aliter priuatiue oppoſitorum neutrũ alterius eſt, aut quomodolibet aliter ad alterum dr̃, ergo priuatiue oppoſita vt ſic, non opponuntur relatiue. Declaratur minor exemplariter. viſus. n. non dr̃ cæcitatis viſus, nec cæcitatis viſus cæcitas, licet dicat̃ viſus priuatio, ſicut ſuperius dictum eſt, quod calidum nõ dr̃ frigidi calidum, licet dicatur frigidi contrarium. Secundo ſic, omnia relatiue oppoſita dicuntur reciprocata ideſt ad conuertentiam, priuatiue oppoſita non dicuntur reciprocata: ergo, declaratur minor, quia viſus non dr̃ cæcitatis viſus, quod tñ eſſet neceſſarium, ſi cæcitas diceretur relatiue ad viſum. oportet. n. vt aſſumptum eſt oĩa correlatiua ad conuertentiam dici. Notandum eſt hic, quod iſta ſecũda ratio non ſolum adducta eſt ꝑꝑ principale intẽtum, ſed ad excludendam apparentiam, quæ in fine primæ rationis remanſit, q̃n dictum eſt, quod cęcitas, nõ dr̃ viſus cæcitas. ſed ad viſus priuatio, minus ſiquidem clare dimiſſum videbatur quomodo cæcitas nõ eſſet viſus cæcitas, cum cõſonans videatur prima facie ſermo dicens, cæcitatem eſſe viſus cæcitatem, exclusa eſt autem apparentia hæc ſufficienter ex ſecũda ratione, vt patet &c.

Quod

*Quod autem neque vt contraria opponuntur ea, quæ ſecundum priuationem & habitum dicuntur, ex his manifeſtum eſt. Quorum enim contrariorū nihil eſt mediū, neceſſe eſt in quibus nata ſunt fieri, aut de quibus prædicātur, alterum ipſorum ineſſe ſemper, eorum enim nihil erat medium, quorum alterum neceſſarium erat ineſſe ſuſceptibili vt languorem & ſanitatem, & impari atque pari. quorum vero aliquid eſt medium, nunquam neceſſe eſt omni ineſſe alterum. neque enim neceſſe eſt omne ſuſceptibile candidum, vel nigrum eſſe, neque frigidum neque calidum, horū enim medium aliquid nihil prohibet eſſe, eorum autem erat aliquid medium, quorum nō erat neceſſarium alterum ineſſe ſuſceptibili, præter illa ſubiecta, quibus naturaliter vnum ineſt, vt igni calidum eſſe, & niui candidum. In his enim determinate neceſſariū eſt alterum ineſſe, & non vtrumuis contingit. non. n. poſſibile eſt ignem frigidum eſſe, neque niuem nigram, quare omni quidem ſuſceptibili nō eſt neceſſarium alterum eorum ineſſe, ſed ſolis, quibus natura vnum ineſt, in his determinate vnum, non vtrum is contingit, in priuatione vero & habitu nihil horum quæ dicta ſunt, verū eſt. neque enim ſemper ſuſceptibili neceſſarium eſt alterum ineſſe eorum. quod enim nondum natū eſt habere viſum, neque cæcum, neque viſum habens dicitur, ideoque non erunt hæc talium cōtrariorum, quorum nihil eſt mediū. Sed neque vt ea, quorum eſt medium, neceſſarium. n. eſt omni ſuſceptibili alterum illorum ineſſe, quando enim iā natum fuerit habere viſionem, aut cæcū, aut habens viſionem dicetur, & horum non determinate alterum, ſed vtrumuis contingit. in cōtrarijs autem, quibus medium eſt, nunquam neceſſarium fuit omni ſuſceptibili alterum ineſſe, ſed quibuſdam, & his determinate, vnum. Vnde palam eſt, quod ſecundum neutrum modum tanquam cōtraria oppoſita ſunt hæc, quæ ſecundum priuationem & habitum opponuntur.*

Hic iam ſeparat priuatiuam oppoſitionem a contraria, ponendo ſimiliter vnicam concluſionem. ſ. priuatiue oppoſita non opponuntur contrarie probando eam dupliciter, & quoniam prima ratio intendit oſtendere priuatiue, oppoſita diſtingui ſigillatim a ſingulis modis contrariorum ideo circa eam ſic proceditur. Primo replicat diuiſionem contrariorum ſubtilius declarādo eorum conditiones, ex quibus intendit concludere intentum. Contrariorum ergo inquit quædam ſunt immediata, & hæc ſuperius diximus eſſe ea, quorū neceſſe eſt alterum ineſſe eorum ſuſceptibili, modo autem declarando dicimus, quod ſunt ea, quorum alterum neceſſe eſt ineſſe eorum ſuſceptibili omni, & ſemper quidē numerus & omni tempore oportet ꝙ ſit par, aut impar. Quædam vero ſunt mediata. & hæc diximus eſſe ea, quorum non eſt neceſſe alterum eorum ineſſe, modo autem dicimus, quod ſunt ea, quorum non eſt neceſſarium alterū eorum ineſſe omni eorum ſuſceptibili quocunque tempore, & ſi alicui ſuſceptibili, alterum neceſſario ineſt, nō contingit vtrunque illi ineſſe: non enim eſt ineſſe omne corpus eſſe calidum, aut frigidum, neque nunc neque in futurū, & illud corpus, quod neceſſario eſt calidum, ex cuius natura ſcilicet neceſſario fluit in eo caliditas, non poteſt effici de calido frigidum, ſed vnum cōtrariorum determinate ſuſcipere poteſt, vt patet de igne, qui quoniam neceſſario eſt calidus non poteſt fieri frigidus. Habemus ergo tres cōditiones contrariorum, quarum prima pertinens ad immediata, eſt quod neceſſe eſt alterū eorum ineſſe eorum ſuſceptibili omni & ſemper. Secunda pertinens ad contraria mediata reſpectu omnium ſuſceptibilium eorum eſt, quod nunquam omni ſuſceptibili eorum neceſſe eſt alterum eorum ineſſe. Tertia pertinens etiam ad contraria mediata, ſed reſpectu ſubiectorum quibus naturaliter inſunt, eſt, quod talibus ſubiectis neceſſe eſt alterum determinate ineſſe, i. non hoc, vel illud, ſed hoc, puta calorem, aut albedinē. Deinde oſtendit oppoſitas conditiones inueniri in priuatiue oppoſitis dicens (In priuatione autem &c.) Vnde per oppoſitum ad illas tres conditiones ponit tres conditiones relatiue oppoſitorum. Prima eſt, quod non ſemper omne ſuſceptibile eorum habet alterum eorum, vt patet de catulo ante nonum diem, qui cum viſus & cæcitatis ſuſceptibilis ſit, non dicitur pro tunc cæcus, aut videns, & per hoc patet dr̄ia a contrariis immediatis. Secunda eſt quod omni ſuſceptibili eorum neceſſe eſt alterum ineſſe, quamuis non ſemper vt dictū eſt, neceſſe eſt enim omnem catulum quandoque fore videntē, vel cæcum; & per hoc patet differentia a cōtrariis mediatis reſpectu omnium ſubiectorum eorum. Tertia eſt qđ nulli ineſſe eſt ineſſe alterum eorum determinate, ſed omne ſuſceptiuum vnius eſt ſuſceptiuum alterius, omne. n. quod poteſt videre, poteſt cæcari, & per hoc patet differentia a contrariis mediatis reſpectu ſubiectorum quibus naturaliter inſunt. Demum concludit (Vnde palam eſt &c.) Eſt autem adeo clare cōtexta ratio hæc ab Ariſtote. vt non ſit opus applicatione dictorum ad textū, id tamen recolendum eſt quod vis rationis conſiſtit in hoc, contrarie oppoſita habent iſtas tres conditiones. ſ. & cetera priuatiue oppoſita non habent illas, ſed earū oppoſitas ergo priuatiue oppoſita non ſunt contraria.

Contrariorum tres cōditiones.

CIRCA tertiam conditionem contrariorum aduerte cum dicitur alterum contrarium ineſſe alicui naturaliter, dupliciter poteſt intelligi. Vno modo vt naturale dicitur a natura, quæ eſt principium paſſiuum, & ſic non intelligitur, quoniam manifeſte falſum eſt neceſſario ineſſe illi tale contrarium; mutatio enim naturalis de contrario in contrarium ſubiecto naturaliter ſuſceptiuo vtriuſque fit. Alio modo vt naturale dicitur a natura, vt eſt principium quaſi actiuum eo modo, quo ſubiecti naturam paſſio ſequitur. & ſic ſumitur hic naturaliter ſeu a natura ineſſe contrarium alicui ſubiecto, & ſic verificatur quod neceſſe eſt illud contrarium determinate ineſſe tali ſubiecto ſemper, eo quod ſemper comitatur naturam eius, ut naturalis proprietas eius, ut grauitas corpus graue &c.

Contrariū naturaliter alicui ineſſe quid ſit.

CIRCA Exempla adducta ad einſdem conditionis declarationem, dubitatio non parua eſſet ſi exempla eſſent ponderanda, unde quia & exempla ſunt & phyſicam trahunt quæſtionem a præſenti negocio extraneā, ideo exemplorum more ſuſcipiantur. Quod & ubique etiam in noſtris exemplis obſeruandum ducimus etiam ſi uera ſiut &c.

CIRCA ſecundam conditionem priuatiue oppoſitorum ſcilicet quod omni eorum ſuſceptibili alterum quādoque neceſſe eſt in eſſe: notato, quod intelligitur phyſico more, ſcilicet niſi tempore ſit ſuſpenſum. neceſſe eſt nanque catulum omnem uidentem, uel cæcum fore, niſi ante nonum diem moriatur, hoc autem, non erat in contrariis mediatis, quia quantumcunque aliquid colorabile duret, non eſt neceſſe id quandoque fieri album, aut nigrum & cætera.

*Amplius in contrarijs quidē cum ſit ſuſceptibile, poſſibile eſt adinuicem fieri mutationem, niſi alterū alteri naturaliter inſit, vt igni calidum eſſe, nanq; poſſibile eſt quod ſanum eſt languere, & candidum nigrum fieri, & ex ſtudioſo prauum, & ex prauo ſtudioſum poſſibile eſt fieri. prauus enim ad meliores exercitationes deductus, doctrinā (& ſi ad modicū aliqd proficiat ut melior ſit) ſi certe ſemper quamuis modicum incrementum ſumpſerit, palam eſt, quod aut perfecte mutabitur, aut ſatis multum incremētum ſumet. Semper enim bene mobilior ad uirtutem fit, etiam quodcunque incrementum ſumpſerit a principio. ex hoc etiā veriſimile eſt plenius ſumere incrementum, & hoc dum ſemper fit, perfecte in contrariū habitum reſtituetur, niſi forte tempore prohibeatur. Verum in priuatione & habitu impoſſibile eſt mutationē adinuicem fieri. ex habitu enim in priuationem fit mutatio,*

*cio, à priuatione vero in habitũ impoſſibile eſt. neque. n. cæcus factus aliquis rurſus vidit, neque cum fuerit caluus, rurſus comptus eſt factus, neque cum fuerit edentulus dentes ei iterum orti ſunt.*

Hæc ſecunda ratio ad eandem concluſionem, & eſt talis, inter contraria poteſt eſſe mutua tranſmutatio ſtáte eodem ſuſceptibili: niſi alterum inſit naturaliter: inter priuatiue oppoſita non poteſt eſſe mutua tranſmutatio, ſtãte eodem ſuſceptibili, ergo priuatiue oppoſita non ſunt contraria. Maior exemplis multis manifeſtaẽ, & in contrariis circa corpus, & in contrariis circa animá vitium ſcilicet & virtutem, & eſt ſermo eius valde clarus. Minor quoque manifeſtatur exemplis prædeclarando ex quo extremo mutatio incipere nõ poteſt ſcilicet ex priuatione, quamuis enim ex habitu mutari quis poſſit in priuationem, non tamen econuerſo ex priuatione ad habitum &c. Ex hoc loco habes duas propoſitiones notabiles, ſcilicet quod cótraria nata ſunt fieri circa idẽ; niſi alterum inſit a natura, & quod de priuatione ad habitum nõ eſt regreſſus, & prima quidem propoſitio declarata iam eſt.

In eo. cap.

Secunda autem (ſi terminorum declaratio recolatur) adeo patet, vt inſtantiæ de tenebra & lumine & ſimilib. ceſſent, non enim eſt ſermo iſte de omni priuatione & habitu cõmuniter, ſed ſtricte ſumimus priuationem & habitum (vt ſuperius declarauimus) .ſ. pro priuatione & habitu ordinem generationis inter ſe habentibus. Nec eſt ſuperficietenus attẽdendum, quod dixit existente ſuſceptibili, ſine nãque hac clauſula ruit ſecunda hæc propoſitio, quoniam de priuatione ad habitum poteſt fieri regreſſus, redeúdo rurſus ad primam ſeu remotam materiá, vt habetur ex octauo metaphyſicæ. text. commen. 14.

Tex. c. 14.

non autem exiſtente ſuſceptibili; nõ enim fieri poteſt ex mortuo immediate viuum ideſt quod cadauer illud manẽdo mutetur in viuũ, hoc autem eſt regredi exiſtente ſuſceptibili, quamuis poſſit ex mortuo multis mediis tranſmutationibus fieri viuũ, puta ſi corpus illud mortuum comedatur, digeratur, cõuertatur in ſemen aut menſtrua & organizetur, & cætera: hoc autem eſt regredi redeundo in primam materiá, & quia in tali regreſſu nõ manet illudmet ſuſceptibile, quod prius habuit vitam, ſed corrumpitur neceſſario ꝑ tot tranſmutationes, ideo dixit de priuatione ad habitum non eſſe regreſſum exiſtence ſuſceptibili. Nec vageris quærẽdo in textu hanc particulam in ſubſumptione aut declaratione minoris rationis factæ, quoniam ibi non eſt, ſed in maiore appoſitam, ſubintelligendam in minore, reliquit, vt nos formauimus, ex his vt S. Th. vbi

8 Metaphy. & 10.

A priuatione ad habitum non eſt regreſſus.

ſupra dicit, apparet cauſa quare de priuatione ad habitum nõ poteſt eſſe naturaliter regreſſus exiſtente ſuſceptibili. eſt enim cauſa huius irregreſſibilitatis, naturalis ordo talium generationum, variatio cuius aut ꝓteritio non ſubeſt poteſtati cauſarum nuturalium. oportet. n. ſi naturalia agentia debent producere ex tali materia, puta cadauer viuum, quod per multas generationes ordinate procedatur, ita quod ex priore in poſteriorẽ fit immediate mutatio, & non econuerſo, vt patet de pane, ex quo fit ſanguis, & non econuerſo, & ex ſanguine lac & non econuerſo, & ſimiliter ex vino fit acetũ, & nõ ecõuerſo, & in propoſito ex comeſtis carnibus mortuis fit ſanguis, embrio, animal &c. tandem ex viuo fit mortuũ & nunquam econuerſo in immediate prius mutatio immediate fieri poteſt ex poſteriore. ex naturali igitur ordine generationum habitus & priuationis fit, vt ex habitu poſſit mutatio in priuationem fieri, & ex priuatione regredi non poſſit ſtante ſuſceptibili, licet (vt dictũ eſt) redeundo ad primum eegredi poſſit &c.

*Quæcunque vero tanquam affirmatio & negatio oppoſita ſunt, palam eſt quod nulla prædictorum modo oppoſita ſunt. In ſolis enim iſtis neceſſarium eſt ſemper aliquid quidem eorum verum, aliud autem falſum eſſe. neque enim in contrariys neceſſarium eſt ſemper alterũ verum eſſe, alterum vero falſum, neque in his, quæ ſunt ad aliquid, neque in habitu, & priuatione, vt ſanitas & lãgor cõtraria ſunt, & neutrius neq; verũ neq; falſum eſt. ſimiliter autem & duplũ & dimidiũ tãquã relatiua oppoſita ſunt, & non eſt eorum neutrum, neque verum, neque falſum, ſed neque ea, quæ ſecundum priuationem & habitum dicuntur, ſicut viſio & cæcitas. Omnino autẽ eorum, quæ ſecundum complexionem nullum dicuntur, nihil neque verum, neque falſum eſt, omnia autem, quæ dicta ſunt, ſine complexione dicuntur. Sed maxime videbitur hoc tale contingere in his, quæ ſecundum cõplexionem contraria dicuntur, ſanum nãque eſſe Socratem ad languere Socratem contrarium eſt. Sed neque in his alterum ſemper verum, alterum autem falſum eſſe contingit. Cum enim Socrates ſit, erit illud quidẽ verum, illud vero falſum, cum vero non ſit, ambo falſa ſunt. neque. n. languere, neque ſanum eſſe verum eſt, cum non ſit ipſe Socrates omnino. In priuatione vero & habitu cum non ſit, neutrũ verũ eſt, cũ vero ſit, non erit alterum verũ, alterum autem falſum, habere namque viſum Socratem ad id, quod eſt Socratem cæcum eſſe, oppoſitum eſt, ſicut priuatio & habitus. & cum ſit, neceſſarium non eſt alterũ verum, vel falſum eſſe. cum enim nondum ſit natus habere, vtraque falſa ſunt, & viſum cum habere, & cæcũ eſſe. In affirmatione vero & negatione ſemper ſiue ſit, ſiue non ſit, aliud quidem verum erit, aliud vero falſum. Languere namque Socratem & non languere Socratem, cum ipſe ſit, palam eſt, quia alterum eorum verum alterum vero falſum eſt: & cum non ſit ſimiliter. languere enim cum non ſit, falſum eſt, non languere autem verum. Quare in his ſolis proprium erit ſemper alterum eorum verum, alterum falſum eſſe, quæcunque tanquam affirmatio, & negatio oppoſita ſunt.*

Hic ſeparaturus oppoſitionem contradictoriam ab aliis, vnica hoc facit ratione, quæ talis eſt. Contradictorie oppoſitorũ neceſſarium eſt ſemper alterum eſſe verum, & alterũ falſum, contrarie relatiue & priuatiue oppoſitorum non eſt neceſſarium ſemper alterum eſſe verum, & alterum falſum, ergo contradictorie oppoſita, affirmatio, ſ. & negatio nec relatiue nec contrarie nec priuatiue oppoſita ſunt. Maiorem ſtatim ponit tanquá primum principium, idem enim importat quod illud principium, de quolibet eſt affirmatio vel negatio vera vel falſa, & de nullo ambo ſimul. Minorẽ vero diffuſe ſubiungit tali ordine primo ipſam ſubſumit, & præſupponit tacite talem aliorum oppoſitorum diſtinctionem. ſ. quod poſſunt accipi incomplexe & complexe, & ſubdit inductionem declarantem minorem inducendo de contrariis & relatiue & priuatiue oppoſitis incomplexe, vt patet. Deinde dicens (Omnino autem &c.) probat eandem minorem ſic limitatam tali ratione, nullum incomplexum eſt verum aut falſum, omnia huiuſmodi oppoſita ſunt incomplexa, ergo nullum eorum eſt verum aut falſum. Poſt hæc declarat minorem loquendo de oppoſitis illis cõplexe cum dicit (Sed maxime &c.) & primo in contrarie oppoſitis, puta Socratem eſſe ſanum, & Socratem eſſe infirmum, & intendit, quod licet in iſtis ſit verum aut falſum, & quádoque neceſſario vnum ſit verum & alterum falſum, non tamen ſemper, quia ſubiecto non exiſtente ambo falſa ſunt, deinde in priuatiue oppoſitis, puta Sortem eſſe videntem & Sortem eſſe cæcum, & intẽdit ſimiliter quod licet in iſtis ſit verum aut falſum, & quandoque neceſſe ſit alterum eſſe verum & alterum falſum, non tamen ſemper, quia & ſubiecto nõ exiſtente, & ſubiecto exiſtente pro aliquo tempore, ambo falſa ſunt. Quod in contradictorie oppoſitis impoſſibile eſt inuenire, ſiue enim Sortes ſit, ſiue non, oportet alterum eſſe verum & alterum falſum, & ſic patet tota ratio, quæ ex ſe clara eſt in textu. Ex qua correlarie concluditur, quod proprium eſt contradictoriorum neceſſario ſemper alterum eſſe verum, & alterum falſum &c.

Con-

De contrarus.

*Contrarium autem bono quidem e x neceſſitate malū eſt, hoc autem palam eſt per ſingulorum inductionem, vt ſanitati languor, & iuſtitiæ iniuſtitia, & fortitudini timiditas ſimiliter autem & in alijs. Malo autem aliquādo bonum quidem eſt contrarium, aliquando autem malum, egeſtati enim cum ſit malū, ſuperabundantia contraria eſt, cum etiam ipſa ſit malum, ſed in paucis hoc tale quilibet inſpiciet, in pluribus vero ſemper malo bonū contrarium eſt.*

Hæc eſt quarta pars principalis huius capituli, in qua rediens ad contrariorum naturam magis dilucidandam quinque facit, iuxta quinque conditiones. quas eis attribuit, quæ ſuis patebunt locis. Prima conditio, a qua incipit eſt. quod bono cōtrarium eſt neceſſario malum, ſed non econuerſo, malo enim & bonum & malum contingit contrariari. Aduertenda ſunt hic diligenter duo. Primo quid nominis terminorum. Secūdo ſenſus proprietatis aſſignatæ, ex horū.n. minus perſpicaci intuitu, male intellectus videtur, & dubiis circūdatus textus iſte, cū tamen vt clare patebit, nulla ambiguitas remaneat his intellectis Bonum dupliciter ſumi poteſt. ſ. materialiter & formaliter, ſumendo materialiter idem eſt dicere bonum & ens: ſumendo formaliter multum differt, qm̄ addit rationem appetibilis, hic ſumitur bonum formaliter (qm̄ philoſophi conſuetudo eſt formaliter loqui.) Rurſus bonum formaliter dupliciter ſumi poteſt. ſ. præciſe, & ſecundum totam ſuam formalem latitudinem, ſumere bonum formaliter præciſe eſt ſumere bonum ſub ratione bonitatis in communi, præcidendo omnem ſpecialem bonitatis rationem, loqui autem de bono formaliter ſecūdum totam ſuam formalem latitudinem, eſt loqui de ipſo vt extenditur ad per ſe boni in quantū boni dr̄ias, hic eſt ſermo de bono formaliter vt comprehendit in ſe ſuam formalem latitudinem. Nec hoc nouū vi-

Tex. cō. 43.

deatur aut abſonū, qm̄ vt ex Septimo metaphyſicę habetur, pedale nedum ſumitur formaliter pro præciſa rōne pedalitatis, ſed pro per ſe differentiis pedalis, qm̄, vt ibi dicitur, omnis pedalis differentia pedalitas quędam eſt, & ſimiliter in propoſito omnis per ſe, differentia boni formaliter ſumpti, bonitas quædā eſt, ac per hoc ſub bono formaliter ſumpto comprehenditur, eſt autem latitudo formalis boni, quæ fit per illam diuiſionem boni

Prima parti. q. 5. ar. 6. ca.

qua diuiditur in honeſtū, & delectabile, & vtile. hæc.n. eſt formalis boni diuiſio (vt ſancto Tho. in prima parte quæſtione quinta articulo vltimo placet) ſicut latitudo entis materialis eſt, quæ attenditur penes diuiſionē eius in decem prædicamenta, qm̄ hæc diuiſio conuenit ſibi vt eſt idem quod ens, vt ibidem à Sācto Tho. habetur.

Art. 6. ad primum.

Malum quoque ſumitur formaliter, & non præciſe, ſed pro tota latitudine ſua formali quæ attenditur penes diuiſionem mali in oppoſita prædictorum, inhoneſtum. ſ. inutile & indelectabile, contrarie ſumpta non negatiue. Senſus vero proprietatis aſſignatæ eſt, omne contrariū bono eſt malum, nō omne autem contrarium malo eſt bonum, ſed quandoque bonum, quandoque malum Ex hoc autem ſenſu patet nec haberi quod bono inquantū bonum, ſit aliquod cōtrarium, nec quod omni bono ſit aliquod contrarium, nec quod malo inquantum malū, nec quod omni malo aliquid contrarietur, ſed tantū habetur quod ſi bono cuique inquātum bonum eſt, aliqd contrarietur, illud oportet eſſe de genere malorū, ſi vero malo aliquid contrarium dicitur, illud non oportet eſſe de genere bonorum, ſed poteſt eſſe de genere bonorum, & malorum, vt manifeſte patet, tum ex verbis textus, tum ex exemplis, tum ex eo quod ſubdit q. ſ. in paucis malis hoc inuenitur. ſ. quod malo contrarietur tā bonum quam malum, illa nanque pauca ſunt, quæ bonum non habent pro altero extremo, ſed mediū, vt eſt in oībus fere moralibus & quibuſdam naturalibus, in his nāque quoniam bonitas conſiſtit in medio duorum malorum oportet extremo malo contrariari, & bonum & alterum malum extremum, vt oportet de timiditate, cui contrariatur fortitudo & audacia, & auaritia cui cōtrariatur liberalitas & prodigalitas, & febri cholericæ contrariantur ſanitas & febris phlegmatica &c. in reliquis autem quorum bonitas non eſt in medio inter duas malitias, quamuis circa medium conſiſtant malo non contrariatur malum, ſed bonum. Tum ex eo quod ſtātibus dictis omnes ambiguitates tolluntur. Ex prima nanque diſtinctione, ex qua diximus quod de bono formaliter eſt ſermo præſens, ſoluitur dubium quod fit de calido, cui bonum cum ſit, alterum bonum contrariatur. ſ. frigidum, & ſimile eſt de albo & nigro &c. hoc nanque non eſt contra documentum hic traditum, quoniam non negatur bono materialiter bonum contrariari, ſed bono formaliter, calidum autem & frigidum abſolute, nec bonum nec malum ſonant. Vnde potes diſtinguendo dicere quod eſſe calidum poteſt accipi dupliciter. Vno mō inquantum calidum, & ſic ſibi contrariatur frigidum. Alio modo inquantum bonum, & ſic ſi habet cōtrariū, ſibi non formaliter cōtrariatar frigidum ſed malū. Verbi gratia calido inquantum eſt bonum cōplexionis humanæ contrariatur malum complexionis humanæ, qđ eſt infirmitas cui ſorte ſubſternitur frigiditas & non cōtrariatur formaliter ipſa frigiditas, cuius ſignum eſt, qa ſi frigiditas ipſa non eſſet materiale in infirmitate, & infirmitas eſſet, nihil minus contrariaretur illi bono, & ſimiliter eſt dicēdum de albo & nigro, amaro & dulci & aliis huiuſmodi, hæc enim omnia inter materialiter bona numeranda ſunt, & ſibi inuicem contraria cū ſunt, ex hoc quod ſumitur quodcūque eorum vt boni aut appetibilis rationem induit, tunc malum neceſſario cōtrariabitur, ſi contrarium habet ſecūdum illam boni rationem. Notanter autem dico (quodcunq; eorum) quia nihil minus boni rationem induere contingit frigidum q̄ calidum; & amarum quam dulce &c. vt patet in medicinalibus. Ex ſecunda vero diſtinctione, qua bonum formaliter extendi diximus ad omnem formalem differentiam boni, & ſimiliter malum ad omnem formalem rōnem mali excluditur obiectio inferēs, ergo alicui bono inquantum bonum eſt aliquid contrarium, & conſequēter ergo omni bono, talis nanque illatio, etſi poſſet fieri ex antecedente, in quo diceretur bonum formaliter p̄ciſe habere contrarium, non tamen ex antecedente qđ ex documento hoc habetur, quoniam dicitur contrariū aliquid eſſe bono formaliter non pręciſe, ſed ſecundum aliquam ſpecialem rationem bonitatis. Ex ſenſu autem declarato, tot inſtantias manifeſte patet excludi, quot enumerauimus ibi propoſitiones, ex eo non haberi.

Malū malo contrarium eſt vt vere cōtrarium, bonū vero, vt medium inter contraria.

RESTAT tamen adhuc aliqualiter dubiū, quomodo malo uni contrarientur quandoque bonum & malū cum in 10. Metaphyſicę expreſſe dicatur quod unū uni tantum contrariatur. Ad hoc ex dictis ſolutio accipi poteſt, quoniam iam diximus quod hoc nō habet locū niſi quando bonitas cōſiſtit in medio duarum malitiarū, tunc autem ut in ſecundo ethicorum dicitur, malo alterum malum opponitur, ut uere contrarium, bonum autem ut medium inter contraria. Vnde ſicut albo contrariatur nigrum & uiride diſſimiliter, quia nigrum ut uere contrarium, uiride autem ut medium, medium enim utrique extremo contrariatur, ut dicit in Quinto Phyſi. ſic prodigalitati contraria eſt auaritia, ut uere cōtrariū, liberalitas ut medium. Conceditur ergo uniuerſaliter, unum uni tantum contrariari, ut uere contrarium, ſeu, ut extremum, ſic enim intelligitur propoſitio illa 10. Metaphyſico. quia contraria ibi proprie accipiūtur ſcilicet pro maxime diſtantibus, quæ extrema eſſe conſtat, & conceditur malo contrariari bonum & malum, alterum ut medium, & alterum ut extremum &c.

Tex. cō. 15.
Cap. 8.
T. c. 52.
T. c. 14.

*Amplius contrariorum non neceſſariū eſt ſi alterum ſit & reliquum eſſe. Sanis nanque oībus ſanitas quidem*

*erit*

*erit, languor vero non, ſimiliter autem cum omnes albi ſint, albedo quidem erit, nigredo vero non.*

Hic ponitur ſecunda contrariorum conditio ſcilicet quod non eſt neceſſarium ſi vnum contrariorum ſit, qđ reliquum ſit, & declaratur exemplariter, vt patet.

T.c.8. Sed hic dubitatur, quia in ſecundo de cœlo & mundo dicitur, quod ſi vnum contrariorum eſt, reliquũ quoque neceſſe eſt eſſe &c. Ad hoc dicif dupliciter. Primo, quod diminute adducitur textus Ariſto. inquit enim ꝙ ſi vnum contrarium fuerit natura, reliquum neceſſe eſt, vt ſit natura, & intendit vt Auer. in commento. 18. dicit & arabica translatio teſtimonium perhibet, quod ſi vnum contrarium fuerit naturale, quod reliquum erit naturale, cuius oppoſitum hic non dicitur. Secũdo dicitur propter expoſitionem ſancti Thomę & concluſionem ibi ab Ariſt. intentam, ſcilicet ignem eſſe eo quod terra eſt, quod propoſitio illa, ſi vnum cõtrarium eſt in natura & reliquum neceſſe eſt eſſe, intelligitur de neceſſitate phyſica propter quod ex identitate ſubiectĩ phyſici probatur ibidem, hic autem loquimur de neceſſitate logica, propter quod non firmatur in textu, niſi ex caſibus imaginariis, ex quibus non concluditur oppoſitum phyſicæ neceſſitatis inter eſſe contrariorũ, ſed ſufficienter concluditur oppoſitum logicæ neceſſitatis, quia logica neceſſitas eſt ex habitudine terminorum, quæ nullo imaginatio caſu poteſt variari. phyſica autem non ſolũ imaginariis, ſed realibus euentibus impediri poteſt, licet nõ vniuerſaliter (vt in poſterioribus, declarauimus.)

Cap. 4. Cap. 6. Cap. 10. Eſt ergo ſenſus præſentis textus, quod ſi vnum contrariorum eſt, non eſt neceſſarium alterum eſſe: ideſt non implicat contradictionem alterum non eſſe, vt patet in caſibus &c. cum hoc tamen ſtat quod ſi vnum cõtrariorum eſt in rerum natura. quod alterum etiam ſit neceſſario neceſſitate naturalis curſus propter appetitum naturalem materiæ ad aliud contrarium &c. & in hoc tandẽ redit tex. arabicus, quoniã ſi ambo ſunt naturalia, & nihil eſt a natura fruſtra vtrunque oportet a natura quandoque poni ineſſe, & ſic naturali neceſſitate ſi vnum eſt reliquum oportet eſſe &c.

*Amplius ſi ei, quod eſt, Socratẽ eſſe ſanum ad id quod eſt Socratem languere contrarium eſt, non contingit autem ſimul vtraque eidem ineſſe, non erit paſſibile ium alterum contrarium ſit, & reliquum eſſe. cum enim ſit Socratem ſanum eſſe, non erit languere Socratem.*

Hic ponitur tertia conditio contrariorum, quæ talis eſt, impoſſibile eſt cum alterum contrariorum ineſt alicui, reliquum illi ineſſe, quod idem eſt ac ſi dixiſſet, impoſſibile eſt ambo contraria alicui ineſſe. Probat autem hoc, quia contraria non ſe compatiuntur in eodẽ, ſimul, & eſt ſermo clarus &c.

*Palam vero eſt, quod circa idem aut ſpecie, aut genere nata ſunt fieri contraria, languor nanque & ſanitas in corpore animalis nata ſunt fieri, albedo autem & nigredo ſimpliciter in corpore, iuſtitia vero & iniuſtitia in anima.*

Hic ponitur quarta conditio contrariorum talis, contraria habent naturaliter fieri circa idem ſcilicet ſubiectum numero aut ſpecie, aut genere, quod idem eſt cũ eo quod pluries in philoſophia dicitur ſcilicet quod eadem eſt materia contrariorum, declarat autem hoc exẽplariter, licet ratione trãſmutationis facile probari poſſet, quia ſufficit hic ſuperficialis declaratio.

*Neceſſarium eſt autem omnia cõtraria vel in eodem genere eſſe, vel in contrarijs generibus eſſe, vel ipſa genera eſſe. album enim & nigrum in eodem genere ſunt, color enim genus eorum eſt, iuſtitia vero & iniuſtitia in cõtrarijs generibus, huius enim uirtus, huius autem vitiũ genus eſt, bonum vero & malum non ſunt in genere, ſed ipſa ſunt genera aliquorum exiſtentia.*

Hic ponitur quinta cõditio contrariorũ talis: omnia contraria aut ſunt in eodem genere, aut in contrariis generibus, aut ſunt genera cõtrariorum, & declarat ſingulas particulas ſingulis exemplis, vt clare patet: loquitur autem non de genere phyſico, ideſt ſubiecto, de quo locutus eſt in quarta conditione, ſed de genere logico, id eſt prædicabili in quid. Quod vero dixit bonum & malum eſſe genera cõtrariorum, vt ſanctus Thomas in prima quæſtione de malo, ex Simplicio refert quadrupliciter exponitur. (Da malo q. 1.) Primo a quibuſdam ſic, bonum & malũ ſunt genera contrariorum ſcilicet virtutis & vitii, & nõ ſunt in genere ſcilicet contrario ideſt non ſunt in cõtrariis generibus, ſed in qualitate. (Bonũ & malum contrariorum genera ſunt.) Sed hæc expoſitio non videtur conſona textui, in quo ſunt tria membra, quoniam tertium cõincideret cum primo niſi aliqua limitatio ibi addatur. Propter quod Porphyrius diſtinxit contraria in vniuoca & æquiuoca, & dixit, vniuoca aut eſſe in eodem genere proximo, ut album & nigrum ſub colore, aut eſſe in contrariis generibus proximis, vt caſtitas & impudicitia ſub virtute & vitio, cum tamen ſint in vno genere remoto ſcilicet prima ſpecie qualitatis. Aequoca vero nec eſſe in vno genere nec pluribus, ſed omnia genera circuire, & propterea aliorum genera eſſe eo modo, quo tranſcendentia genera vocantur, & hęc ſunt bonum & malum. Ipſe vero Simplicius dixit bonum & malum eſſe genera contrariorum pro quanto quorumcunque contrariorum alterum habet rationem boni & alterum mali, extendendo mali vocabulum ad imperfectum, quia alterum contrariorum eſt ut habitus & alterum vt priuatio (vt dicitur. 10. metaphyſicæ) & in idem redit expoſitio Auicennæ dicentis, quod ſunt genera cõ- T.c.16. trariorum, ideſt generalia contraria ideſt generales cõditiones contrariorum. Vltimo dici poteſt quod Ariſto- In proœmio te. ſecundum famoſam Pythagoræ opinionẽ loquitur, poſuit autem Pythagoras (vt patet in primo methaphyſicæ) duos ordines rerum, quorum alter ſub bono, alter ſub malo comprehenditur &c.

## De priori Cap. 2.

*PRius autem alterum altero dicitur quadrupliciter, Primo quidem & proprie, ſecundum tempus ſecundum quod antiquius alterum altero & ſenius dicitur. in eo enim quod tẽpus amplius eſt, & antiquius & ſenius dicitur. Secundo autem quod non conuertitur ſecundum ſubſiſtendi conſequẽtiam, vt vnum duobus prius eſt, duobus enim exiſtentibus, mox conſequens eſt vnũ eſſe, vno autem exiſtente non eſt neceſſarium duo eſſe, idcirco nõ conuertitur ab vno conſequentia, vt ſit reliquum, prius autẽ videtur illud eſſe a quo non conuertitur in eo, quod eſt eſſe, conſequentia. Tertio vero ſecundum ordinẽ quendam prius dicitur, quemadmodũ & in diſciplinis & orationibus. nam & in demonſtratiuis diſciplinis eſt prius & poſterius per ordinem, elementa enim in Geometria priora ſunt his, quæ deſcribuntur per ordinẽ. Sed in grãmatica elemẽta priora ſunt ſyllabis, & in orationib. ſimiliter proœmiũ prius ẽ narratione per ordinẽ. Amplius præter ea, quæ dicta ſunt, quod melius eſt & honorabilius prius naturaliter eſſe videtur, conſueuerũt enim & plurimi honorabiliores, et magis a ſe dilectos priores dicere apud ſe. Et quidem & pene alieniſſimus hic priorũ modus, modi itaque, qui dicti ſunt de priore, iſti ſunt. Videtur autem præter eos, qui dicti ſunt, alter eſſe prioris modus, eorum enim quæ conuertuntur ſecundum eſſentiæ conſequentiam quod alteri quõlibet cauſa eſt, digne prius natura videtur. Quod vero ſunt quædam huiuſmodi palã eſt, eſſe nanq, hominem conuertitur ſecundum eſſentiæ conſequentiã ad verã orationem de ſe. nã ſi eſt hõ, vera eſt oratio, qua dicitur homo eſt, & homo conuertitũ orationi, quia eſt, & ſi vera eſt oratio, qua dicitur quia hõ eſt, conſequitur eſſe hominem, eſt autem quidem vera*

oratio

*oratio nequaquam cauſa vt ſit res, veruntamen videtur quodammodo res cauſa vt ſit oratio vera. dum enim res eſt vel non eſt, vera oratio aut falſa dicatur neceſſe eſt. Ideoque ſecundum quinque modos prius alterum altero dicitur.*

IN hoc ſecundo capitulo poſtprædicamẽtorum tradit modos prioris & primo famoſos, & ideo quatuor eos nominat in principio, deinde addit quintum ſatis latentem adeo autem ordinate & aperte explanat eos, vt nõ ſit opus expoſitione ſcripta, ſed doctoris lectio ſufficiat ad nouitiorum inſtructionem. Notandum tamen diligẽter eſt quod ex quinto modo prioris manifeſte apparet falſum eſſe illam maximam ſcoticam, omne abſolutũ prius natura alio diſtinctum realiter &c. poteſt eſſe ſine ſuo poſteriori, expreſſe namque dicitur ab Ariſt. hic quod ſtant iſta duo ſimul. ſcilicet aliquid eſſe prius natura altero, vt cauſam cauſato & [illegible] illa in eſſendo conſequentiam, & conſ[illegible] non poſſe [illegible] ne altero, ſi enim prius poſſet eſſe ſine poſteriori, iam non conuerteretur in eſſendo eorum conſequentia, idẽ non valeret, hoc eſt, ergo illud eſt, & econuerſo, niſi forte contingenter quod ab arte relinquitur: ſermo enim præſens conſequentia neceſſaria intelligitur, vt de ſe patet &c.

## De ſimul. Cap. 3.

*SImul autem dicuntur ſimpliciter & proprie quidem quorum generatio eſt in eodem tempore. neutrũ enim eorum neque prius, neque poſterius eſt. Simul itaque hæc dicuntur ſecundum idem tempus. Natura autem ſimul ſunt quæcunque conuertuntur quidem ſecundum eius, quod eſt eſſe, conſequentiam, ſed nequaquam cauſa eſt alterum alterũ vt ſit. vt in duplo & dimidio, conuertuntur etenim hæc, nam cum ſit duplum, eſt dimidium, & cũ ſit dimidium, eſt duplum, ſed neutrum alteri cauſa eſt vt ſit Dicuntur autem ſimul natura & quæ ex eodem genere diuerſo diuiduntur ad inuicẽ. E diuerſo autem diuidi ab inuicem dicuntur, quæ ſecundum eandẽ diuiſionem ſunt, vt greſſibile, volatile & aquatile, hæc enim e diuerſo diuiduntur, cum ſint ex eodem genere ſecundum diuiſionem, animal nanque diuiditur in hæc, volatile & greſſibile & in aquatile. & nihil horum prius vel poſterius eſt, ſed ſimul per naturam hæc eſſe videntur. Diuiditur autem & vnũquodque horum in ſpeciem rurſus, vt greſſibile animal & volatile & aquatile. Erunt ergo & illa ſimul natura quæcunque ex eodem genere ſecundum eandem diuiſionem ſunt, genera vero ſpeciebus ſemper priora ſunt. neque enim conuertuntur ſecundum quod eſt eſſe conſequentiam, vt cum ſit quidem aquatile, eſt animal: cũ vero ſit animal, non eſt neceſſe vt ſit aquatile. Simul ergo natura dicuntur quæcunque conuertuntur quidem ſecũdum eius quod eſt eſſe conſequentiam, ſed nequaquam q̃dem cauſa eſt alterum alteri vt ſit, & ea quæ ex eodem genere & diuerſo diuiduntur abinuicem, & ſimpliciter ſimul ſunt, quorum generatio in eodem tempore eſt.*

IN hoc tertio capitulo tradit duos modos principales ſimultatis ſcilicet temporis & naturę, ſed ſubdiuiſo ſecundo modo in duo membra, tres modi efficiuntur omnes. Primus eſt eorum, quæ ſunt ſimul tempore. hæc autem deſcribit eſſe quorum generatio eſt in eodem tempore quod dupliciter exponi poteſt, primo intelligẽdo per generationem etiam conſeruationem, ita quod illa dicantur ſimul tempore, quorum generatio & conſeruatio ſunt in eodem tempore, adæquate, & hæc vocantur coæqua eua, vt ſubiectum & propria eius accidentia quarto modo, & ſic verba ſequentia, ſcilicet neutrũ enim eſt prius neque poſterius abſolute ſuſcipienda ſunt vt declarantia prædictum ſenſum. Secundo intelligendo per generationem, ipſam rei factionem, ita vt ad eſſe ſimul tempore, ſufficiat eodem tempore incæpiſſe, nec requiratur quod eodem tempore finiantur, & ſic illa verba, neutrum enim eſt prius, neque poſterius gloſſanda ſunt idest neutrum eſt antiquius, aut minus antiquum altero, & hoc modo dicimus gemellos eſſe eiuſdem ætatis & neutrum altero antiquiorem, vtraq; expoſitio bona eſt, & licet prima Alberto placeat, ſecundã tamen vſus cõfirmat, hic percipue vbi famoſus ſermo habetur. Secundus modus ſimultatis eſt, quo illa, quæ conuertuntur ſecundum eſſendi conſequentiam & neutrum eſt alteri cã eſſendi, ſimul natura dicuntur vt correlatiua. Et aduerte, quod intelligitur dictum hoc excludendo cauſalitatẽ ſecundum omne genus cauſæ, & non tantum efficiẽtis aut materialis, propter quod modus iſte in ſolis relatiuis inueniri [illegible]tur. Tertius modus eſt, quo illa, quæ ex eodem genere e diuerſo diuiduntur adinuicem ſimul eſſe [illegible]tur, & declarans quid ſit quod dicit, ſubdit, e diuerſo [illegible] alteruttum diuidi dicuntur illa, quæ ſecundum eandem ſunt diuiſionem, ideſt oppoſita membra eiuſdẽ diuiſionis, vt volatile & aquatile reſpectu animalis, & penutum, & non pennatum reſpectu volatilis &c. Aduerte quod quia ſimultas naturæ duo exigit, ſ. coexiſtentiam neceſſariam, & neutrius ab altero præſuppoſitionem, & primum horum ſtat cum prioritate naturæ, vt patet de ſubiecto & proprio & Sortem ſedere, & veritate orationis, per ſecundum horum, ſcilicet per negationem præſuppoſitionis vtrinque completur ratio ſimultatis naturalis. Et quoniam in ratione ſuperioris cõueniũt omnia inferiora, ideo vterque modus ſimultatis naturæ continet iſtas duas conditiones, ita quod quõuis modo dicamus aliqua eſſe ſimul natura, affirmamus ea ſe inuicem comitari, & negamus alterum ab altero præſupponi; & de primo quidem modo patet, de ſecũdo autem ex eo manifeſtum eſſe poteſt, quod impoſſibile eſt genus diuidi per alterum membrum tantum, & conſtat neutrum altero prius diuidere ipſum, quia eſſet tunc altero tantum diuiſum; duos tamen modos ſimultatis naturalis dixit Ariſ. quia differunt in hoc quod primus eſt ſine diſparitate naturalis nobilitatis, ſecundus autem eſt cum diſparitate naturalis nobilitatis, quoniam neutrum relatiuorum eſt altero nobilius, & diuidentium idem genus alterum ſe hãbet vt habitus & alterum vt priuatio, vt dicitur 10. Metaphyſicæ, propter quod modus iſte aliquid habet admiſtum prioritatis naturalis, ſi prius nobilitate naturæ, prius natura vocandum eſt, & hoc eſt verum loquendo de rebus, quæ diuidunt, propter quod diximus in ſolis relatiuis ſimultatem naturæ ſaluari, ſed cõſiderando membra diuiſionis inquantum diuidentia ẽ diuerſo vnum &c. Simultas naturæ omnino & pure ſaluatur, & ſic intelligendus eſt textus præſens, cætera ex ſe clara ſunt &c.

## De motu. Cap. 4.

*MOtus autem ſpecies ſunt ſex, generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, ſecũdum locum mutatio. Alij itaque motus palam eſt, quod alij abinuicẽ ſunt. non enim eſt generatio corruptio, neque augmentũ diminutio, nec alteratio ſecundum locum mutatio, ſimiliter autem & alij. In alteratione vero habet quandam dubitationem, ne forte neceſſarium ſit id quod alteratur per aliquam reliquarum motionum alterari. Hoc autem non eſt verum. nam pene ſecundum omnes paſſiones, aut plures alterari nos accidit, nulla aliarum motionum communicante. nam neque augeri neceſſariũ eſt quod per paſſionem mouetur, neque minui, ſimiliter autem in alijs. Ideoque erit alia præter illos motus alteratio. nam ſi eadem eſſet oporteret id quod alteratur, mox vel augeri vel minui, vel ſequi quandam aliarum motionum ſed nõ eſt neceſſe. ſimiliter autem & quod augetur, aut alia aliqua mutatione mouetur alterari oportere. ſed ſunt quædam creſcentia, quæ non alterantur vt quadrangulum circũpoſito gnomone creuit quidẽ, altera-*

*tum vero nihil factum eſt, ſic & in alijs huiuſmodi, quare alij ſunt motus abinuicem. Eſt autem ſimpliciter quidem motui, quies contrarium, his autem quæ per ſingula ſunt, generationi quidem corruptio, augmētationi quidē diminutio, ſecūdum locum vero mutioni ſecundum locū quies, maxime autē videntur appoſita eſſe ad contrariū locum mutatio, vt ea quæ eſt inferius ei, quæ eſt ſuperius & ea quæ eſt ſuperius ei, quæ eſt inferius. Reliquo vero aſſignatorum, motuum, nō facile eſt aſſignare quid eſt cōtrarium, videtur autem nihil & eſſe contrarium, niſi quis & in hoc ſecundum qualitatem quietem opponat, aut in contrarium qualitatis mutationem; ſicut & in mutatione ſecundum locum quietem ſecundum locum, aut in cōtrarium locum mutationem. eſt enim alteratio ſecundū qualitatem mutatio. Quapropter opponitur motui ſecundum qualitatem quies ſecundum qualitatem. aut in contrarium mutatio qualitatis. vt album fieri ad id quod eſt nigrum fieri, alteratur enim in cōtraria qualis mutatione facta.*

IN hoc quarto capitulo de motu tria dicit, primo numerum ſpecierum. dicens eas eſſe ſex, quarum duę primæ ſunt mutationes ſecundum ſubſtantiam, duæ ſequētes ſecundum quantitatem, quinta ſecundum qualitatē, vltima ſecundum locum, has enim tantum ſpecies generales fama diſtinxit propter earum manifeſtā inſpectionem: diuerſitatem ſecundo prædictarum ſpecierum tradit dicens, alios motus .i. motus quos alios diximus ſpecifica alietate, palam eſſe quod alii ſecundum veritatem ſunt, licet de alteratione dubitari poſſit ex eo qđ aliqs crederet alterationem nō ſeparari ab aliis mutationibꝫ Sed hoc non inducat queſtionem, quia falſum eſt ipſam non inueniri ſine aliis motibus, vt patet de eo qui nigreſcit in ſolis aſpectu quieſcens ſecundum locum & alios motus, ergo alteratio eſt alius motus ab aliis, & ſtat rō in hoc, ſi alteratio eſſet idem motus cū aliis non poſſet ſeparari ab eis, ſed poteſt ſeparari. ergo &c. Et quoniam ex ſeparabilitate cōcluſit diſtinctionem alterationis ab alteratione concluderet augmentationem nō eſſe diuerſam ab alteratione, ſed potius ſpeciē vel modū eius. Addit ſimile eſſe de augmentatione, ſ. quod poteſt ſeparari ab alteratione, & dat exemplum in mathematicis de augmento quadrati circunpoſito gnomone: vocatur autem gnomon quadratum ſuper diametrum cōſiſtens cū duobus ſupplementis. hoc.n. appoſito quadrato manifeſte quadratū maius conſtituitur, vt in hac figura patet.

*Quadrati augmentum Gnomone circompoſito.*




Aduerte hic, quod quia vt pluries dictum eſt ſecūdū famam loquitur Ariſto. ſecundum quam augmentatio extenditur ad omnem quantitatis additionem qua res maior dicitur; ideo augmentationem abſque alteratione fieri dixit, & cauſe dedit exemplum in mathematicis vt vel ſic cognoſceretur, quod ſecundum vulgus loquitur, ſi enim ſubtiliter de augmentatione dicēdum eſſet, ipſam inſeparabilem concederet, & modum arguendi prædictum ſophiſticum ſecundum fallaciam conſequētis aperiret. Tertio contrarietatem in motu inuentā aperit, extendens contrietatem ad oppoſitionem quoq; priuatiuam, quæ illius eſt radix, & motui in communi quietem contrariam ponit, ſingulis vero motibus ſingulos motus & quietes, vt clare patet in textu, in quo omnia, quæ dicatur, licet dubitatiue dicantur, quia adhuc, non probata, ſunt tamen vera, vt in quinto phyſicorum patet &c.

## De habere. Cap. 5.

H*Abere autem multis modis dicitur. Aut enim tanquam habitum, & effectum, aut aliam quamlibet qualitatem, dicimus enim diſciplinam habere atq; virtutem. Aut quantitatem, quæ contingit ei qui habet magnitudinem. dicimur enim habere tricubitam magnitudinem vel quadricubitam. Aut vt ea, quæ circa corpus ſunt, vt veſtimentum, vel tunicam. Aut in mēbro, vt in manu annulum. Aut membrum vt manum vel pedem. Aut in vaſe vt in modio grana tritici, aut in lagena vinum. Vinum enim habere lagena dicitur, & modius grana tritici, hæc ergo omnia habere dicuntur vt in vaſe. Aut vt poſſeſſionem, habere enim domum, aut agrum dicimur, aut etiam vir vxorem habere, aut vxor virū. Sed videtur alieniſſimus qui nunc dictus eſt modus eſſe eius quod eſt habere. nihil enim aliud vxorem habere ſignificamus, niſi quia cohabitant. Forte tamen & alij quidem apparebunt modi eius quod eſt habere, ſed qui conſueuerunt dici pene omnes numerati ſunt.*

IN hoc vltimo capitulo enumerat quot modis dicamus aliquid habet rem aliquā, & quia ſermo ſuus eſt ſufficienter ex ſe manifeſtus ſecundum præſentem intētionem, in quinto nanque metaphyſicæ ſubtilius hęc diſcutienda relinquuntur, ideo nihil addendum reor, deſtinctionem tamen inter habere Poſt prædicamentum & habitum prædicamentum, & habitum primam ſpeciem qualitatis poſitam ſuperius in prædicamento qualitatis diligens Lector poterit nouitiis repetere & ſic tādem finitur pręſens opus Die nona Ianuarii, Anno chriſtianæ ſalutis milleſimo quadringēteſimo nonageſimo octauo, in conuentu ſancti Appollinaris in ſuburbiis Papiæ. Quicquid igitur veritati contrarium, aut minus conſonum in his commentariis alicui videbitur, quoniam mallem viuens aut reuocare, aut conſonum oſtendere q̈ poſtmodum temere deſpici autē impugnari, Rogo dubitantes aut detrahentes, vt viuo tam in his quam cæteris ſcriptis & ſcribendis congredi velint ob veritatis exaltationem, & gloriam primæ ſummæque veritatis. Ad cuius participationem media diui Thomæ doctrina trahere ſtudioſos omnes viribus totis nitimur &c.

F I N I S.

# ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS POSTERIORVM ANALYTICORVM LIBER PRIMVS.

## CVM THOMAE A VIO CAIETANI Cardin. Sancti Sixti acutiſsimis Annotationibus.

### De neceſsitate Demonſtrationis. Cap. 1.

*a.1. Diſcurſiua ſyllogiſtica ratiocinatiua, cogitatiua.*

*OMnis doctrina, & omnis diſciplina* intellectiua, ex præexiſtente fit cognitione. Manifeſtum eſt autem hoc ſpeculantibus in omnibus. Mathematicæ enim ſcientiarũ per hunc modum fiunt, & aliarum vnaquæq; artiũ. Similiter autem & circa orationes & quæ per ſyllogiſmos & quæ per inductionem. vtraq; enim per prius nota faciunt doctrinam, illæ quidem accipientes tanquam a notis, illæ vero demonſtrãtes vniuerſale per id quod manifeſtum eſt ſingulare. Similiter autẽ* 2. Cõcluſio. *& Rhetoricę perſuadent. aut enim per exempla, quod eſt inductio, aut per enthymema, quod eſt ſyllogiſmus. Dupliciter autem neceſſarium eſt præcognoſcere, alia namque quod ſunt prius opinari neceſſe eſt, alia vero q̃d eſt quod dicitur, intelligere oportet. quædam aũt vtraque vt quoniam omne quod eſt, aut affirmare, aut negare verũ eſt, quia eſt; triangulum autem quod hoc ſignificat, ſed vnitatem vtraque, & quid ſignificat, & quod eſt. non enim ſi*- 3. cõcluſio. *militer horum vnumquodque manifeſtum nobis eſt. Eſt autem cognoſcere alia quidem prius cognoſcentem, quorundam autem ſimul accipere notitiam, vt* quæcunq; cõtingunt eſſe ſub vniuerſalibus, quorum habet cognitionẽ. Quod enim omnis triangulus habet tres angulos ęquales duobus rectis præſciuit, quod vero hic, qui eſt in ſemicirculo triangulus ſit, ſimul inducens cognouit. Quorũdã.n. hoc modo diſciplina eſt & non per medium extremũ co-* 4. Cõcluſio. *gnoſcitur, quæcunque iam ſingularia contingunt eſſe, & non de ſubiecto aliquo. Ante aũt quam iis inducere aut accipere ſyllogiſmum quodammodo quidem fortaſſe dicendum eſt ſcire, mõ autem alio non. quod enim neſciuit ſi eſt ſimpliciter, hoc quo mõ ſciuit, vt quod duos rectos habet ſimpliciter? ſed manifeſtum eſt quod ſic quidẽ ſcit; ſimpliciter autem non ſcit. Si vero nõ. Mẽnonis ambiguitas accidet, aut.n. nihil addiſcet, aut quæ nouit. Non autem ſicut quidam nituntur ſoluere, dicendum eſt, nunq̃d ſciuiſti omnem binarium qui par eſt, aut non? dicenti nũ attulerunt quendam binarium, quem non opinatus eſt eſſe. Soluunt.n. non dicentes cognoſcere omnem binariũ eſſe poſſe parem, ſed quem ſciunt, quod binarius ſit. Et etiã ſciunt quidem cuius vere demonſtrationem habent, & cuius acceperunt, acceperunt aũt non de omni cuius vtique ſciunt quod triangulus aut numerus ſit, ſed ſimpliciter de omni numero & triãgulo, nulla.n. propoſitio accipitũ hmõdi, q́ quem tu noſti numerum, aut quam noſti lineam rectã, ſed de omni ſimpliciter. Sed nihil (vt opinor) prohibet, quoniam eſt quod addiſcit ſcire, eſt aũt ſic ignorare, inconueniens enim non eſt ſi ſcit quodãmodo quod addiſcit, ſed ſi hoc modo, vt inquantum addiſcit, & ſcit.*

### Summa huius capituli hæc eſt.

1. Cõcluſio. OMNIS doctrina & diſciplina intellectiua ex præexiſtente fit cognitione, probatur inductiue in omnibus modis ſciẽdi. ſ. ſyllogiſmo, enthymemate, inductione & exemplo & in omni genere diſciplinæ: tam ſpeculatiuæ quam practicæ: & tam ſcientificæ quam opinatiuæ.

2. Cõcluſio. Præcognitio eſt duplex. ſ. quid: & quia probaẽ a priori: quia præcognita ſunt tria. ſ. principia: ſubiectũ: & paſſio: principia, quia ſunt, ſubiectũ quia eſt, & quid eſt paſſio, quid eſt, probatur a priori, quia non ſimiliter vnumquodque horum eſt nobis cognoſcibile ad demonſtrationem. 3. Cõcluſio. Principia vniuerſalia priua tempore cognoſcũtur concluſione, principia vero ſingularia nota: in ipſa ſubſumptione ſub vniuerſalibus eſſe ſimul tempore cũ concluſionibus cognoſcuntur, prius tamen natura, ꝓbatur a priori, quia quorundam hoc modo diſciplina eſt.

4. Cõcluſio. Ipſa concluſio antequam ſyllogizetur eſt cognita ſecundum quid: ignota autem ſimpliciter; probatur deducendo ad impoſſibile: quia aliter redit ambiguitas. Mẽnonis ſcilicet aut nihil diſcere, aut ea quæ nouimus. Solutio enim dicentium non cognoſci omnia ſingularia cognoſcendo vniuerſale, ſed quæ nota ſunt eſſe ſingularia illius: falſa eſt, quia vniuerſale eo modo ſcitur, quo in demonſtratione aſſumitur, aſſumitur autem omne ſimpliciter: & non omne quod noſti, vel noui.

### Series autem hæc eſt.

TRactatus de demonſtratione Ariſ. quoniã demonſtratio quatuor q̃ſtiones habet ſicut & quodlibet ſcibile ſcilicet an eſt, q̃d, quia eſt, & ꝓpter quid eſt, nec perfecta notitia rei ſine his haberi poteſt, in hoc primo capitulo an ſit demonſtratio, in ſequentibus vero vſque ad ſextum decimum capitulum exclusiue, pertinẽtia ad quæſtionem quid eſt demonſtratio. Inde autem vſque ad finem primi libri pertinentia ad q̃ſtionem quia eſt. i. quali paſſiones demonſtrationis, puta finitatem, perfectionem, vnitatem, certitudinem diuerſitatem &c. In ſecundo demum libro de pertinentibus ad quæſtionẽ ꝓpter quid ideſt de cauſis, demonſtrationis, ideſt de medio, vſque ad vltimum capitulum excluſiue, & de dignitatibus in vltimo capitulo determinat, ſicque (vt Ale. dixit) demonſtrando docet demonſtrare. Quia vero idem eſt quærere & determinare in ſcibilibus, an aliq̃d ſit, & an neceſſe ſit illud eſſe: quia nihil tale ſuperfluum, aut ꝑ accidens contingit eſſe, ſed aut non eſſe, aut neceſſario eſſe, quia per accidẽs eſſe reputatur nõ eſſe in huiuſmodi, ideo volens determinare demõſtrationẽ eſſe in hoc capitulo, intendit oſtendere neceſſitatem ſyllogiſmi demonſtratiui: cuius neceſſitas (quia inſtrumentum eſt) ex eius fine, qui nihil aliud eſt, quam ſcientiæ generatio ſumenda eſt. Et vult declarare ſciẽtiam generari de nouo in nobis ex præexiſtente in nobis notitia & cõſequẽter nõ eſſe nobis inditam, ſed aliunde infuſam; vt Socrates & Plato dixerunt, ſed demõſtratiuo diſcurſu ex noto ad ignotum acquiſita; & conſequenter ad ſcientiæ generationem neceſſarium nobis eſſe demonſtratiuum ſyllogiſmum, de quo præſens liber tractat. Vnde ab ipſo fine inchoans proponit diſciplinam intellectualem ex præexiſtente in nobis cognitione generari. Deinde ad intẽtum deſcendens oſtendit quæ & quotuplex ſit iſta præexiſtens cognitio. Et quæ & quot ſint illa quæ præcognoſcuntur ante demonſtrationem (in ſecunda concluſione.) Inde quomodo in ipſo exercitio demonſtrationis principia, de quibus oportet ꝓcognoſcere, quia, ſunt quæ ꝓcognoſcunẽ diuerſimode. (in 3. concluſione.) Demum quõ ipſa concluſio præcognita ſit, antequam demonſtraretur. (quarta concluſione) inſinuat: & rñdet ambiguitati platonicæ, excludens ſimul falſam quorun-

dam reſponſionem. Et ſic notitia concluſionis generaẽ ex præexiſtente cognitione principiorum ſubiecti, paſſionis, & ipſius concluſionis ſm quid, præexiſtente dico ordine tẽporis, quo ad principia vniuerſalia: ordine aũt naturæ tantum quo ad principia ſingularia.

Ex præexiſtenti cognitione.

CIRCA primam concluſionem aduertendũ eſt qđ ly ex præexiſtente cognitione, poſitum in prima cõcluſione non oportet gloſſari, ſ. ſenſitiua, ſed indefinite relinquendum eſt. Et expectanda eſt expoſitio Ariſt. quã ſubiungit in ſequentibus concluſionibus. Quod. n. ab ipſo expoſitum eſt noſtram non expoſcit gloſſam. Fuit autem adeo ſolicitus circa exponendam illam particulam reſoluendo vſque ad primas cognitionis radices, vt cum hic ꝓponat quid & quia præcognoſci, in ſecundo libro diligẽter inueſtiget, quomodo ipſum quid cognoſcitur & conſumet præſens opus declarãdo, quomodo ipſum quia ſit nobis notum.

Quot nam præcognitiones & præcognita ſint, & quibus præcognitionibus præcognitotum quodlibet ante ſcientiam præcognoſci oporteat.

CIrca ſecundam concluſionem. Ad euidentiam præcognitionum & numeri earum, Aduerte ꝙ cum ꝑcognitio non dicatur in propoſito quælibet cognitio alteram præcedens, ſed ea tm̃ ex qua diſcurſus diſciplinalis fit: oportet præcognitionem omnem primæ, vel ſecũdæ operationis intellectus opus eſſe; cum autem obiectum primæ operationis intellectus ſit incomplexũ nõ dicens eſſe vel non eſſe, quod ſufficienter diuiditur per quid rei, & quid nominis, & obiectum ſecundæ ſit complexum verbaliter, in quod dr̃ eſſe vel non eſſe, quod ſufficienter diuiditur per complexum ſignificãs eſſe verũ, & ſignificans eſſe reale: cuncta complexus mira breuitate Ariſ. ꝑcognitiones oẽs reduxit ad duas. ſ. quid, & qa, ſub quid quid rei, & quid nominis, ſub quia, & quia eſt & qa verum eſt (analogice) cõprehẽdẽs. Rurſus quia nõ quodlibet quid; nec [illegible]libet quia diſcurſum quẽlibet facit, ſed limes aliqui[illegible]m eſt, ex ipſa quæ diſcurrẽdo inueſtigatur concluſi[illegible]umere oportet, cuius quid, & cuius quia, præcognoſ[illegible] eſſe ſit. Concluſionem autẽ quia concluſio eſt ex al[illegible]ibus principiis inferri neceſſe eſt & duos terminos in ſe habere. ſ. ſubiectum & ꝑdicatum; quorum coniunctio vel diuiſio inferatur. Horũ igitur trium præcognitiones illas oportet eſſe non vniformiter; quia vniformia nõ ſunt, nec ſm ſe, nec vt cognita. Quia ergo principia, ex quibus concluſio inferenda eſt complexa ſunt, quę vt ſic non habent niſi eſſe verum, iõ precognoſcenda ſunt tm̃ quia ſunt, ideſt, quia vera ſunt. Subiectum autem quia incomplexũ eſt; & vtrunq; qd habet & complexionem facit cum ſuo eſſe & independens eſt tam ſm eſſentiam quàm ſm eſſe a ſua paſſione, quæ prædicatur in concluſione. precognoſci oportet dupliciter. ſ. quid eſt, & quia eſt. Prædicatum autem qđ paſſio vel per modum paſſionis ſe habens eſt, incomplexum quidem ens eſt, & vtrunque quid; & eſſe proprium cũ quo cõplexionem facit habet: ſed qm̃ eius eſſe quæritur, & eius quid rei ante eius eſſe cognoſci non poteſt ſolum quo ad quid nominis cognoſci oportet.

De principiorum præcognitione.

CIRCA eandem ſecundam concluſionem, quo ad id quod ibi dr̃, de præcognitione principiorum, aduerte quoſdam minus bene intelligentes dicta a S. Tho. In expoſitione textus inficiari eius rationem, quam reddit de hoc quod de principiis nõ præcognoſcitur quid. Ratio ſiquidem eius eſt quia complexorum nõ eſt diffinitio; principia autem complex ſunt. Aiunt iſti quod aſſignantes hanc rationem a veritate deuiant, quia in æquiuocatione laborant Complexorum. n. non eſt diffinitio qd rei. Philoſophus autẽ loquitur hic de diffinitione quid nominis: quæ etiam complexis conuenit. Sed arguentes hoc modo, Ariſt. textum minus perſpicaciter ſunt intuiti. Falſum eſt ſiquidem quod Ariſt. hic coarctet ſe ad diffinitionem quid nominis; licet de illa etiã loquatur. Vnde textus ait. Alia nanque (quid eſt quod dicitur) intelligere oportet: vbi expreſſe apparet profunde ſpeculantibus quod diffinitionẽ quid rei non excluſit dicẽdo quid eſt quod dicitur. Quamuis. n. cognoſcere quid dicitur ſit ſolum cognoſcere quid nominis, cognoſcere tñ quid eſt id quod dicitur, non eſt præciſe cognoſcere quid nominis, ſed comprehedit in ſe etiam quid rei, nec obſtat expoſitio S. Th. interpretantis, quid eſt qđ dicitur. i. quid ſignificat nomen qm̃ ſermo Ariſt. prægnans eſt: & vtroque modo exponi poteſt. Et exponiẽ a S. Th. hic & alibi: volente ex hoc textu quod de ſubiecto præſupponiẽ quid rei. Si enim vniuerſaliter intelligaẽ quid nominis, exponendum eſt; ſi autem in demonſtratione ſimpliciter, quid rei, tam ſubiecti ꝙ̃ paſſionis qñq;, vt infra oſtẽdetur. Vnde Ariſt. de quid in cõi loquitur, cum duas ꝑcognitiones ſtatuit. ſ. quid, & quia: ſicut etiam loquiẽ de quia in cõi; vt extẽdit ſe ad eſſe verum, & ad eſſe ſimpliciter. Quia igitur de quid in cõi ſermo eſt, & ſimpliciter loquendo, principia, quia cõplexa ſunt, nõ habent quid, quia abſolute loquendo, non habet diffinitionem. Ideo Sanctus Thomas ſimpliciter dixiẽ, quod de principiis non præcognoſcitur quid: quia complexa ſunt & indiffinibilia. Amplius quia complexa, vt ſic, quid nominis ꝓprie non habent: ſat fuit diuo Thomæ de complexis vt ſic loquẽti declarare, quod quid rei non habent. hoc. n. declarato nullum remanebit quid principiorum præcognoſcendum. Quod autem complexa vt ſic proprie nõ habeant quid nominis, patet tũ ex Boetii verbis hic dicentis quod quid ſignificat, non in propoſitionibus totis accipitur, ſed in terminis tm̃, tum ex rõne, ꝙ̃ ibi innuit. ſ. ꝙ propoſitio ſignificat ineſſe aliud aliis magis ꝙ̃ ſignificat aliquid, tum ex aduerſariis dicentibus, ꝙ complexa habent quid nominis dupliciter, vel vt ſignificantur nomine incõplexo, vt hiſtoria Troiana dr̃ Ilias, vel ratione terminorum ſuorum. liquet. n. quod neutro iſtorum modorum ipſis complexis, vt ſic quid aſſignaẽ, ſed rõne alicuius incomplexi. Amplius cum ex eadem radice cõplexis inſit carere, qd rei & quid nominis, ex hoc. ſ. ꝙ cõmplexa ſunt vt ex dictis patet. Aſſumens S. Th. ꝙ cõplexorũ non eſt diffinitio, & iõ de principiis nõ ꝑcognoſcitur quid vtrunque quid ſufficienter excluſit.

Quid eſt quod diciẽ cognoſcere eſt ipſum quid rei etiã attingere.

## Quæſtiones Quatuor.

1 Num ſubiectum præcognoſci oporteat quo ad quid nominis, vel quid rei.

2 Num ſubiectum præcognoſcatur quo ad eſſe in rerum natura, vel obiectiuum.

3 Num paſſio præcognoſcatur quo ad quid rei. vel quid nominis.

4 Num quælibet ſcientia ſupponat ſuum ſubiectum eſſe.

CIrca eandem ſecundam concluſionem dubitaẽ quadrupliciter. Primo: an cum dicitur, de ſubiecto præcognoſcitur quid intelligatur quid rei, an quid nominis Quod enim intelligendũ non ſit quid rei ex ipſius Ariſ. obſeruatione videtur. In ſcientia enim de anima, cuius ſubiectum eſt anima, inueſtigat quid eſt anima, & non præſupponit. Nec poteſt dici quod hoc fecit: non inquãtum tradens ſcientiam de anima, ſed indutus alterũ habitum. Primo, quia cum diffinire animã ſit Philoſophi naturalis, quia non abſtrahit a materia ſenſibili, nõ erit facile fingere, ad quã partem naturalis philoſophię hoc pertinet, ſi non ad ſcientiam de anima. Secundo, quia admiſſa hac fictione quid diceretur ad id quod ſuperius tactum eſt, quod ſcilicet in hoc opere, cuius ſubiectum eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus, Ariſt. inquirit quid ſit demonſtratio? Præterea, Si ante demonſtrationem oportet ſcire quid rei ipſius obiecti; oportet dicere quod habemus quod quid eſt cuiuſq; rei, de qua ſcimus aliquid demonſtratiue, hoc autem experimur falſum eſſe: multa enim de Luna, Sole, & Deo ſcimus, quorum ꝙ quid eſt ignoramus. In oppoſitum eſt hic auctoritas Porphyrii, Alberti, & ſancti Thomæ.

1. de anima Tex. cõm. 6.

Io t. c. 6.

Egidius ſuper tex. c. 1. dubio vlt.

Secundo dubitatur, an cũ dicitur de ſubiecto præcogno-

gnoſcitur quia eſt, intelligatur de eſſe in rerum natura a
ctualiter. Videtur enim quod ſic, per rationem, quā ad
hoc innuit Porphyrius, illud eſſe ſubiecti p̄ſupponitur,
quo ſubſtat paſſioni, ſed ſubiectum nō ſubſtat paſſioni
niſi ſecundum ſuum eſſe reale in rerum natura, ſuppon̄
do quod paſſio ſit accidens (vt communis via tenet,) er
go ſubiectum eſſe in rerū natura ſupponitur. Maior eſt
euidens: ex eo quod tota ratio quare de ſubiecto pręſup
ponitur eſſe, eſt quia ſubſtat paſſioni. In oppoſitum au
tē eſt primo quod ſcientia abſtrahit ab eſſe, actualis exi
ſtentię, nā abſtrahit a cōtingēter accidenti (quale eſt eſ
ſe actuale) Secundo quoniam contingeret quod ſciētia
ſupponeret falſum quoniam corruptis roſis ille qui iam
acquiſita ſciētia de roſis vtitur, ſi ſuponit roſam eſſe ſup
ponit falſum, qm̄ roſa tunc ſecundū veritatem non eſt.

tertia.q. Tertio dubitatur, an cum dicitur, quod de paſſione p̄
cognoſcitur quid, intelligatur qd nominis, aut quid rei,
Videtur ſiquidem quod quid rei præcognoſcendum ſit,
quia medium oportet eſſe præcognitum, ſed mediū eſt
quod quid eſt paſſionis (vt dicitur in ſecundo huius) er-
T.com.8. go. In oppoſitum ſunt verba Ariſtotelis in hoc loco di-
cētis, quod de paſſione præcognoſcitur quid ſignificat,
& S. Tho. illa exponentis.

quarta.q. Quarto dubitatur, an omnis ſcientia ſupponat ſuum
ſubiectum eſſe: an aliqua tantum. Ad euidentiam horū.
ſuper de ente & eſſentia in proœmio. Primo declarandi ſunt termini in dubiis aſſumpti ſcili-
cet quid rei & quid nominis. Secundo ſigillatim reſpon
dendum eſt. Quid nominis: vt alibi diximus: nihil aliud
eſt quā quidditas nominis, ſicut quid rei eſt ipſa rei qd-
ditas. Nominis autem cum ad aliquid ſit & eſſentialiter
alterius ſignum, tunc præcognoſcitur quidditas quando
eius ſignificatio innoteſcit. Rei autem quidditas non ni
ſi per eſſentialia omnia pateſit. Vnde & proprium inter
rogatiuum quid nominis eſt quid ſignificat, propriū ve
ro interrogatiuum quid rei, eſt quid eſt. Differt ergo qd
nominis a quid rei, quia cognoſcere quid nominis, eſt
cognoſcere quid ſignificat nomen. Cognoſcere autem
quid rei eſt cognoſcere quid eſt res ſignificata per no-
men. Et quia rei quidditas eſſentia eſt, quam entia tan-
tum habent, & res non cognoſcitur quidditatiue niſi p
ſuam diffinitionem explicantem eam a prima potentia
vſque ad vltimum actum, ideo quid rei entium tantum
eſt, & vnico modo cognoſci poteſt. Quia vero ad quid
nomen refertur: vt ſignum ad ſignificatum eſſe non o-
portet, & per communia & accidentalia, & nutus, & ſi-
Deciſio primæ q. gna, declarari poteſt, iō quid nominis non entis eſſe po-
teſt, & incertos habet modos ſuæ manifeſtationis. Ad
Tex.com.3. primum ergo dubium dicitur, quod demonſtratio, vt in
fra dicetur, eſt duplex, quædam a priori, & quædā a po-
ſteriori. Si loquamur de ſcientia a priori, ſic oportet co-
gnoſcere quid rei ipſius ſubiecti, quia qđ quid eſt ſubie-
cti, eſt cauſa paſſionis, ad quam oportet vltimo reſolue-
re demonſtrationem propter quid, vt in ſecundo huius
dicitur, & hoc expreſſe ponunt hic Porphyrius, Alber-
vbi ſupra. t.c.8. tus, & S. Th. Si vero loquātur de ſcientia a poſteriori, tūc
ſufficit quid nominis p̄cognoſcere de ſubiecto, vtimur
ſiquidem in talibus demonſtrationibus effectu loco diſ
finitionis ipſius ſubiecti vt medio termino & cā in co-
gnoſcendo. Ad obiecta autem in oppoſitum dicitur, ꝙ
cum in qualibet ſcientia ſpeciali vltra principia cōmu-
nia complexa & incomplexa, quæ ſupponuntur in me-
taph. ſint principia propria illi ſcientiæ, oportet ſcientiā
ſecari in duas partes, in quarum prima iactantur poſitio
nes complexæ & incomplexæ, in ſecunda vero inueſti-
gantur paſſiones virtute illorum principiorum, cuius ſi-
gnum euidenter apparet in principio Euclidis. Et quia
huiuſmodi poſitiones ſi ſunt incomplexæ, cognoſcūtur
prima operatione intellectus, ſi cōplexæ ſunt per ſe no-
tæ, ideo oportet diuidere opus ſcientificū in intellectū,
cuius eſt cognoſcere, quod quid eſt, & per ſe nota, vt in
T.c.17. ſecundo huius dicitur, & ſcientiam proprie dictam, quæ
proceſſu demonſtratiuo acquiritur, & ſic cum vnū prin
cipiorum propriorum ſit quod quid eſt ſubiecti, anteq̄
ſcientia generetur quidditas ſubiecti cognita eſt, & per
hoc patet reſpōſio ad vtrūque obiectorū & ſimilia. Di
co ſiquidem quod mos eſt Ariſt. poſitiones facere in li-
bris ſuis, vt patet in prædicamētis, & principio Periher
menias, & Primo Priorum, & primo Phyſicorum, & lo
cis adductis, poſitiones autem tales ſunt ante ſcientiam,
& non pars ſcientiæ, ſed ſciētiæ propria principia. Et iō
ſimpliciter concedendum eſt quod Ariſt. regulam hanc
obſeruauit. Nec obſtat quod in prædictis locis demon-
ſtratiuo diſcurſu diffinitionem materialem per finalem
inueſtigat, aut concludat, qm̄ hoc eſt per accidens. Sicut
enim primæ operationi intellectus per accidēs miſcetur
ſecunda, dum diffinitio componendo partes eius cogno
ſcitur, ita etiam eidem immiſcetur tertia, dum diffinitio
applicatur ſyllogiſmo diſcurſiuo ipſi diffinito, & quia in
his quæ ſunt per accidens contingit falli ſapientes (vt in
elenchis dr̄) ideo habitus in p̄dic[illegible] locis acquiſitus pu-
tatur ſcientificus: ſed re vera no[illegible], quia per accidens
eſt per demonſtrationem acqui[illegible]. Ad vltimam vero
obiectionē dr̄, ꝙ de Sole, & Luna & huiuſmodi non ha
bemus ſcientiā a priori ſimpliciter, & ideo non eſt opus
Secundæ q. deciſio. præcognoſcere quod quid eſt ipſorum. Ad Secundum
dubium dr̄, quod oportet præcognoſcere ſubiectum eſ-
ſe in rerum natura actualiter, temporibus tn̄ ſuis, ſi ſubie
ctum indiuidua non continua, ſed ſm̄ ſucceſſionem ha-
bet, & hoc in ſcientiis realibus. in rationalibus. n. ſufficit
quod ſubiectum ſit in eſſe obiectiuo, & ſimiliter in non
entibus. Cauſa autem huius eſt ratio facta dubitando, q̄
confirmatur ſic, illud eſſe præſupponitur de ſubiecto, ꝙ
de ipſo in illa ſcientia non poſſe probari dr̄: ſed tale eſt
eſſe actualiter in rerum natura: ergo. Maior patet ex eo,
ꝙ ideo dicitur non poſſe probari quia hic ab Ariſt. dr̄ p̄ Primo phy. c. vlt. 2 phy.
ſupponi. Minor autē nec a proteruis negari poteſt. Ex c. 26. duodecimo metaph. c. 6.
ipſo. n. diſputationis exercitio cōuinci poſſunt. Cum. n.
Commen. in tot locis ait, nullam ſcientiam probare ſu-
biectum ſuum eſſe: nec a priori nec a poſteriori, quia p̄-
ſupponit illud eſſe, clarū eſt quod loquitur de eſſe actua
li actualiter in rerum natura, quia de ſubſtātiarum ſepa- Tex. c. 45. &
ratarum eſſe loquitur, quod probatur 8. Phyſic. de illis. 46. idē, te.
Qm̄ ergo vertitur in dubium Commentatoris dictū, qđ cōmē. 78. &
ex illa Ariſt. propoſitione Commen. acceptū aſſerit cō 83. te. c. 53.
tra Auicennam, de eſſe ſubiecto actualiter in rerum na- vbi ſupra.
tura locutio eſt. Si dicatur quod ſecus eſt de ſubſtantiis Tex. c. 32.
ſeparatis & de aliis, quia illæ perpetuæ, ſunt, & in perpe
tuis non differt eſſe & poſſe, vt dr̄ in 3. Phyſi. & cōſequē
ter præſupponere de eis poſſe exiſtere; perinde eſt ac p̄-
ſupponere exiſtere; hoc nihil obſtat. Primo, qm̄ forma
liter differunt etiam in perpetuis eſſe & poſſe, licet non
duratione, & conſequenter quoq; dicatur ꝙ præſuppo-
nitur eſſe, & non dicitur præſupponitur poſſe eſſe opor
tet formaliter loquendo, vt Ariſ. cōſueuit de ipſo poſſe
vt induit ipſum eſſe, loqui, & nō ecōuerſo. Secundo qm̄
licet particularia horum inferiorum corrumpātur & in
telligentiarum perpetuentur, vniuerſalia tamen vtro-
rumq; de quibus tantum per ſe ſunt ſcientiæ & demon
ſtrationes & diffinitiones, perpetua ſunt, & non differt
in eis eſſe & poſſe, quoniam illa propoſitio, in perpetuis
&c. cum ex perpetuitatis vi formaliter neceſſaria ſit, in
oībus perpetuis tenet, quo fit vt propoſitio illa magis fa
ueat propoſito quam aduerſę opinioni. Vnde propriam Cap. 2.
vocem ignorant & negant qui dicunt, quod de ſubiecto
non præſupponitur eſſe in rerum natura, & Commenta
tori nihilominus expreſſe cōtra dicunt in dictis locis, &
hic dicenti, de ſubiecto quod præcognoſcitur quod ip-
ſa res ſit inuēta. Clara enim luce patet aſſuetis in doctri T. c. 14.
na eius, quod rem inuētam eſſe apud ipſum nihil aliud
eſt quam rem eſſe. Amplius cum eſſe (Quinto Meta.) ſit
duplex ſcilicet actualis exiſtentiæ, & quod ſignificat ve
ritatem propoſitionis; aut iſta concluſio, de ſubiecto p̄-

ſupponitur quia eſt, intelligitur de eſſe actualis exiſten-
tiæ actualiter, & habetur intentũ, aut potẽtialiter, vt ſit
ſenſus, de ſubiecto præſupponitur quia eſt. i. quia poteſt
eſſe, ſeu non repugnat eſſe, quod idem eſt: quia (non re-
pugnantia) potentia logica eſt, & hoc non primo, quia
ſic poſſet dici ꝙ de paſſione p̃ſupponitur q̃a eſt. i. quia
pót eſſe, & ſibi non repugnat eſſe. Quis n. faciens demõ
ſtrationem demonſtrat de aliquo paſſionem, quam nõ
ſupponat poſſibilem vt ſit? Nullus ſiquidem conatur ad
cognoſcendũ eſſe, ꝙ impoſſibile putat eſſe, ſecundo q̃a
gloſſa hæc deſtruit textũ. Cũ. n. a cõpoſito & aliquo ter
mino, & eius conditione diminuente, non liceat inferre
illum terminum ſimpliciter, ex hoc quod dico, quia pót
eſſe, ſeu non repugnat eſſe; non licebit inferre q̃a eſt q̃a
potẽtia eſt cõditio diminuens, vt Cõm. dicit. 4. Metaph.
Comm. 15. comm. 15 Et conſequenter ex veritate illius gloſſę non
ſequetur veritas textus dicentis, quod oportet de ſubie
cto p̃cognoſcere quia eſt. Aut ergo gloſſa non recta eſt
aut Ariſt. male dixit, aut intelligitur de eſſe ꝙ ſignificat
veritatem propoſitionis, & hoc in idem redit cum prio
ribus, quia fundamentum veritatis eſt eſſe rei. Quod ſi
fingas quod de ſubiecto preſupponiẗ quia eſt, id eſt quia
eſt tale, de quo aliquid poſſit demonſtrari, eiſdem rõni-
bus refellitur; hoc. n. modo proportionaliter loquendo,
& de paſſione præſupponitur quia eſt, quia demonſtra-
tor ſupponit eam eſſe talem, quæ poſſit de aliquo demõ
ſtrari, aliter non aſſumeret ipſam vt extremum demon
ſtrabile, & cõditio minuens nõ eripitur per hoc. Ad pri
mam obiectionem aũt in oppoſitum dr̃, ꝙ ſcientia ab-
ſtrahit ab eſſe actuali exiſtentiæ in particulari, & nõ ab
exiſtentiis in cõi, nec a ſuppoſitioue exiſtentiarum. Duę
ſiquidem q̃ones de rerum exiſtentiis quærũtur. ſ. an eſt,
& quia eſt. Et certum eſt ꝙ q̃ones ſunt æquales numero
Tex. c. 1. his quæ vere ſcimus, vt in ſecundo dr̃. Quomodo aũt eſ
ſe contingenter & q̃uo non contingenter adſit rebus, in
principio ſecundi declarabitur. Non acceptetur aũt in-
terim, eſſe ita contingenter adiacere rebus, quod ſcien-
tiam ſubterfugiat. Ad ſecundam vero dr̃ quod ſecus eſt
in acquiſitione ſcientiæ & in vſu eius; in acquiſitione. n.
oportet ſubiectum eſſe in rerum natura, vt generet ſui
ſcientiam in nobis, q̃m nihil agit niſi ſit. in vſu autem ac
quiſitæ ſciẽtiæ ceſſat hæc cauſa, ſed remanet alia, q̃ cõis
eſt acquiſitioni & vſui. ſ. quod oportet ſubiectum entis
rationem habere, nullus. n. quærit nõ entis paſſiones, en
tis aũt ratio non aliter habetur ab aliquo quam per eſſe,
T. c. 7. q̃m ens eſſe ſignificat (vt in ſecũdo dicet Ariſt. c. ſexto.)
& ideo oportet ſupponere ſubiectũ eſſe. Nec eſt falſum
ſubiectum eſſe p p hoc quod actualiter non eſt, q̃m nõ
ſupponitur ipſum eſſe nũc vel tunc, ſed eſſe temporibus
Circa tex. c. 12. ſuis, ſicut & cõcluſiones demõſtrationis perpetuas, hoc
Cap. in no. vlt. mõ dicemus infra. Nec obſtat ſi recurratur ad Deſtruat
Deus &c. q̃m adhuc vere ſupponeretur ſubiectum eſſe,
eo quod ſupponeretur eſſe tempore ſuo, ſubtractis talis
caſus imaginarii impedimentis vnde ex dictis iam pate
re poteſt quod nihil aliud intendit Ariſt. per hoc quod
dixit, quod de ſubiecto præſupponitur quia eſt, niſi q̃d
oportet ſubiecto in demonſtratione vti, ſuppoſito q̃d
ſit, ſeu ac ſi eſſet cuius ſignum eſt, quod ſiquis quærat cẽ
tauri ſcientiam cum inuenerit ipſum nõ eſſe, deſiſtet, &
ſi vellet vltra progredi ad inueſtigandas proprietates ſi
gnificati per centauri nomen vteretur centauro ac ſi eſ
ſet, & ſic ad vlteriora procederet ſupponendo ſubiectũ
eſſe. Ad tertium dubium dicitur prænotãdo duo. Primũ
Tertiæ q. Deciſio. eſt, quod licet quid rei, & quid nominis formaliter ſum
pta plurimum differant (vt ſupra oſtenſum eſt) materia-
liter tamen coincidere poſſunt, vt patet cum ad quid no
minis reſpondetur per eſſentialia propria; vnde & cõtin
git quandoq; quod ipſa diffinitio quodammodo quid-
ditatiua nõ habet rationem quid rei, ſed quid nominis,
quod ſic manifeſtatur, ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ſe ha
Tex. c. 4. bet ad cognoſci ex Secundo Metaphſic. Diffinitio autẽ
quid rei non eſt niſi eorum quæ ſunt, quia entium realiũ
tantum eſt; igitur diffinitio alicuius nõ cognoſcitur ſub
ratione quid rei, niſi cognoſcatur illud eſſe. Et ideo ſi ali
qua res ſit ignota quo ad ſuum eſſe, & haberetur eius dif
finitio qualis, tunc poteſt haberi, diffinitio illa habet ra-
tionem quid nominis & non quid rei. Vnde & quæſtio Cap. 13. circ. t. com. 13.
an eſt præcedit quæſtionem quid eſt. Secundum notan
dum eſt quod demonſtratio in propoſito eſt duplex, q̃-
dam terminans quæſtionem quia eſt, & quedam termi-
nans queſtionem propter quid tantum, vt infra dicetur.
Differunt aũt in propoſito, hæ demonſtrationes; quia
per primam ſcitur paſſionem ineſſe ſubiecto, in ſecun-
da vero præcognoſcitur paſſionem ineſſe ſubiecto (quia
quæſtio quia eſt præcedit quæſtionem propter quid) &
ſcitur per eam cauſa, propter quam ineſt talis paſſio, ut
patet in inueſtigatione cauſæ eccliplis, quã Lunæ ineſ-
ſe videmus. His præſuppoſitis dicitur ad dubium cũ di-
ſtinctione, quod in demonſtratione terminante queſtio
nem, quia eſt paſſionis de ſuo proprio ſubiecto, impoſſi
bile eſt p̃cognoſci q̃d rei (paſſionis) formaliter loquẽdo
ideſt ſub ratione quid rei; quia cum paſſionis eſſe ſit ſu-
biecto ineſſe, & ante demonſtrationem ignoretur ipſã
ineſſe ignorabitur ipſam eſſe, & conſequenter eius quid
rei, quod entis tãtum eſt. Poteſt tamen præcognoſci ali-
quo mõ eius quid rei materialiter ſub ratione quid no-
minis, quod aſſumetur vt medium in demõſtratione. In
demonſtratione autem terminante queſtionem ꝓpter
quid tantum nihil prohibet pręcognoſci, quid rei ipſius
paſſionis, quia ipſius eſſe præcognitum fuit. Et ſimiliter
in demonſtratione terminante quia de non proprio ſu
biecto, ſed parte ſubiecti, quoniam iam ipſum ineſſe p̃-
cognitum eſt, & quid eſt. Ad obiecta ergo dicitur, quod
diffinitio paſſionis, quam contingit eſſe medium in de-
mõſtratione & oportet eſſe præcognitam, eſt diffinitio
quid nominis formaliter, quæ tamen aliquo modo ma-
terialiter eſt quid rei. Et ideo notanter S. Th. dicens hic
quod antequam ſciatur de aliquo an ſit, non poteſt ſciri
proprie de eo quid eſt, appoſuit illud verbum proprie;
& hoc loquendo de demonſtratione terminante q̃ſtio-
nẽ quia eſt; quia (vt dictum eſt) in ea, quæ terminat que-
ſtionem propter quid, medium eſt diffinitio quid rei ip
ſius paſſionis, vt in ſecundo huius dicitur. Et hanc diſtin
ctionem diligẽter notato ſi vis intelligere diuerſa Ari-
ſto. & Sancti Tho. dicta. Quartum dubium quia exigit Te. c. 8. t. c. 15. ſi.
diſcuſſionem quæſtionis an eſt, in principio ſecundi li-
bri Deo fauente ſoluetur.

1. Cur de paſſione non præcognoſcitur quia.
2. Cur de paſſione præcognoſcitur quid rei.

Circa dicta S. Tho. in expoſitione eiuſdem ſecundæ
concluſionis, duplex dubium occurrit. Primum eſt
circa cauſam aſſignatam quare de paſſione non præco-
gnoſciẗ quia. Dicit. n. hoc eſſe propterea, q̃m eſſe ipſius
paſſionis per demonſtrationẽ quæritur vr̃. n. quod hoc Cap. primo dubio. 8.
q̃d aſſignatur pro cauſa, nõ ſit vniuerſaliter verum; q̃m
experimur nos cognoſcere paſſionẽ eſſe, & quærimus p
demonſtrationem an talis paſſio inſit tali ſubiecto. Cõ
ſtat autem quod tunc non quęritur eſſe ipſius paſſionis,
ſed tantum ineſſe eius huic, non ergo inconuenit præco
gnoſcere paſſionem eſſe; nec cauſa quod de paſſione nõ
præcognoſcitur quia eſt, quoniam eſſe ipſius concludi-
tur. Aſſumptum quo ad primam partem declaratur (q̃m
quo ad reliqua clarum eſt) quando quærimus an terra
ſit rotunda, an cœlum ſit ſphæricũ. Iam nouimus, rotun
ditatem eſſe in rerum natura, nihil aliud inquirimus ni-
ſi an rotũditas inſit terræ, ſphæricitas cœlo &c. Secundũ 2. Dubium.
dubium eſt circa cauſam aſſignatam, quare de paſſione
nõ præcognoſcitur quid rei; dicit enim hoc eſſe q̃m paſ
ſionis eſſe eſt ineſſe & ante demonſtrationem ignoraẗ
ipſam ineſſe, & conſequenter ipſam eſſe, & conſequen-
ter quid eſt, quoniam quæſtio quid eſt præſupponit q̃-
ſtionem an eſt. Accidit enim hic dubium. Tum quia
vt de-

vt deductum eſt;non ſequitur, non præcognoſcitur paſſionem ineſſe tali ſubiecto,ergo non præcognoſcitur ipſam eſſe. Tum quia alia quæſtio eſt quæſtio an eſt,& alia quia eſt,vt patet in principio ſecundi. Et propterea dicet quiſpiam,quod de paſſione quæritur quia eſt, prægnoſcitur an eſt. Et conſequenter quid eſt: & ſic ratio. T.c.1. S.Th.non concludit intentum. Ad primum horum dr, quod de paſſione cõtingit loqui dupliciter. Vno modo materialiter idеſt pro re illa, quæ eſt paſſio probãda de tali ſubiecto. Alio modo formaliter ideſt ꝑ re vt eſt paſſio. Primo modo non inconuenit paſſionem præcognitam eſſe quod ſit;ſed nihil obſtat dictis.S. Th. eo quod de paſſione formaliter loquebatur. Secundo autem modo ſumpta paſſio vt paſſus;ſubiectũ nõ qđ cũq;, ſed ꝓprium reſpicit & aliud eſſe: vt ſic non habet niſi ineſſe proprio ſubiecto:& impoſſibile eſt ipſum præcognoſcere eſſe ante demonſtrationem terminantem quæſtionẽ quia eſt; vt dictum eſt: quoniam tali ineſſe quæritur. Et quia S.Tho (iuxta conſuetudinem ſuam)formaliter loquebatur; ideo dixit;quod quia eſſe ipſius paſſionis q̃ritur non præcognoſcitur. Secundo dicitur quod S. Th. attendens his,quæ per ſe concurrunt ad præcognitionẽ ob ea quæ per accidens immiſcentur a rectitudine regulæ vniuerſalis recedere noluit. Conſtat enim qđ demonſtrationi non contingenter euenit quod præcognoſcatur de ſubiecto:quid & quia:& de paſſione quid; & de principiis quia;quoniam ex his ꝓcedit demonſtratio neceſſario. Accidit autem demonſtrationi; quod paſſionẽ ꝓcognoſcatur eſſe.nõ enim vis demonſtrationis hoc exigit,ſed potius oppoſitum;quoniam hoc eſt proprie per eam quæſitum,quoniam igitur per ſe loquendo demonſtratio paſſionis eſſe quærit;& ꝑ accidens præſupponit
2. Dub.ſol. ipſam eſſe;ideo de ea non præſupponit quia eſt. Ad ſecundum dicitur; quod ad habendum quid rei paſſionis non ſufficit qualitercunque cognoſcere ipſam eſſe: ſed oportet cognoſcere paſſionem in primo ſubiecto; qm̃ ex principiis primi ſubiecti cauſatur & diffinitur,iõ valet in propoſito,non cognoſcitur ipſam ineſſe primo ſubiecto;ergo nec ipſam eſſe;ita ſufficienter quod poſſit hr̃i quid rei. Ad id vero quod additur de quæſtionibus an eſt & quia eſt,dicitur,licet diſtinctæ ſint; dato etiam quod quæſtio an eſt,etiam q̃rat de paſſione, nihil aliud ſequitur quam quod contingit præcognoſcere paſſionẽ eſſe,nõ tamen taliter ꝙ ſufficiat ad diffinitionem quid rei. Quod autem S.Th.idem uideatur intelligere hic ꝑ quęſtionem an eſt paſſionis;& quia eſt;nihil obſtat;qm̃ verum eſt de paſſione vt paſſio eſt;Sed de his in principio ſecundi erit amplior ſermo. Nunc ſat ſit hęc dixiſſe.

Concluſio quomodo ante demonſtrationem ſit præcognita.

Ca. 1 ſuper tex.com.1. Circa quartam concluſionem & eius probationẽ aduerte quod Ariſt.tangit duas extremas opiniones; circa præcognitionem concluſionis quam quærimus:& ponit ſe medium. Prima fuit Socratis & Platonis dicentium;cõcluſiones ſimpliciter præcognoſci. Secunda fuit quorundam;quorum nomina non inueni,dicentium cõcluſiones nullatenus pręcognoſci. Media autẽ eſt Ariſt. dicentis:concluſionem vniuerſaliter quidem cognoſci, actualiter vero ſeu ſimpliciter ignorari. Primam opinionem tetigit Memnonis ambiguitatem ponens, ſecundã reſponſionem quorundam falſam adijcias,medium vero ſubiunxit. Et nota quod licet prima opinio ponens nos aut nihil diſcere,aut ea quę nouimus;multis fulta ſit rationibus:quas habes in Alberto,ab Ariſt.tantum vna adducta eſt; quia illam(logici negocii)eſt diſſoluere, & in eius falſa ſolutione,alteram confutat opinionem;& illius ſolutio vera,ſua directe opinio eſt,& ſatiſfacit directe alteri logico fundamento illius opinionis, quod eſt tale. Concluſio,quam quærimus;aut eſt nobis nota; aut non ſit,nota,ergo diſcimus ea,quę nouimus,ſi ignota,ergo cum inuenerimus eam neſcimus nos ſcire illã, & conſequenter non ſciemus:& ſi ſic,ergo nihil diſcimus. Cõſequentia patet exemplariter de quærente ſeruum fugitiuum; ſi enim illum non nouit cum inuenerit neſcit ſe inueniſſe. Hæc inquam omnia ſoluuntur dicendo;quod concluſio ſiquidem præcognoſcitur ideſt ſecundum qđ ſimpliciter autem non. Nec intelligas per hanc ſolutionem;quod concluſio præcognoſcitur in potentia & neſcitur in actu.hic enim non eſt intellectus Ariſt.quoniã ſecundum hunc ſenſum; nõ deiiciuntur aduerſariorum rationes.non enim ſufficit ad notitiam ſerui fugitiui & ſimilium,cognoſcere ea in potẽtia; quia hoc nihil aliud eſt quam poſſe illa cognoſcere,vt patet. Et ſimiliter ſecunda opinio,quam expugnat impreſſe hic Ariſt.nõ dicebat concluſionẽ ita ignotam quod non poſſet cognoſci,quia ponebat concluſionem illam omnino impræcognitam poſt modum cognoſci;ſed intelligendum eſt ꝑ hanc ſolutionem quod concluſio eſt præcognita virtualiter;nõ cognita ſimpliciter. Cognoſci enim virtualiter plus eſt quam cognoſci potentialiter,ſicut eſſe hominẽ plus eſt quam eſſe animal. Dicitur autẽ cognita virtualiter,quia cognita eſt in eius principiis,in quibus virtualiter continetur concluſio,ſicut in ſuis cauſis. Et tanto ꝑfectius virtualiter cognoſcitur,quanto principia propinquiora ſunt concluſioni. Quod autem hic ſit verus ſenſus;patet ex omnibus antiquis expoſitoribus. Et ex hoc quod ſic omnibus prędictis ſatisfecit Ariſ. Sufficit enim ad notitiam concluſionis principia eius complexa & incomplexa,de quibus diximus quod oportet præſupponere quid,& quia cognoſcere,quod ſecunda opinio nõ aduertit,& ſic ad eius notitiam ſimpliciter procedere.

CIRCA quartam concluſionem dubitatur ſic. Concluſio eſt aliquo modo cognita ante demõſtrationem; ergo præcognita non ſunt tria tantum;ſed quatuor ſcilicet principia;ſubiectum,paſſio,& concluſio.& cõſequẽter inſufficienter determinatum eſt de præcognitis; Antecedens eſt ipſa quarta concluſio. Cõſequentia autem valde euidens eſt ex eo quod cõcluſio,neque principiũ, neque ſubiectum,neque paſſio eſt,ſi enim nihil horum eſt,& præcognoſcitur,quartum præcognitum eſſe oportet. Ad euidentiam huius dubitationis ſciendum eſt,ꝙ ad hoc quod aliquid(abſolute loquendo)poſſit dici cognitum,exigitur quod ipſum cognitionẽ terminet primo vel ſecundario ideſt ſit primo terminans actum cognoſcendi,vel ſit conterminãs illum,ſicut ſpeculum eſt primum terminans actum videndi, ſpecies autem in eo eſt conterminans eandem viſionem, vnde ſi aliquid in ſeipſo cognoſcatur cognitum abſolute dicendum eſt,ſi autem cognoſcatur in alio(abſolute) nec cognitum nec incognitum dicendum eſt. Sed videndum eſt quomodo in alio cognoſcatur. Si enim in alio cognoſcitur. ita qđ cum illo terminet etiam ipſum cognitionem illam,tunc abſolute dicendum eſt illud cognitum eſſe,licet ſecundario. Si autẽ in alio cognoſcitur, ita quod illud,in quo cognoſcitur,terminet cognitionem, & ipſum non conterminet illam,tunc abſolute fatendum non eſt, id qđ in alio cognitum dicitur,cognitum eſſe ,ſed cũ additione diminuente cognitum eſſe quodammodo,vel ſecundum quid,uel uirtualiter,uel aliqua huiuſmodi conditione. His prælibatis dicitur ad dubium,quod quia præcognitum oportet eſſe cognitum. Et concluſio dicitur ꝓcognoſci aliquo modo,quia principia ſua cognoſcũtur, & non ideo,quia actum præcognitionis conterminet in principiis, quia ſic eſſe cognita ſimpliciter & excellentiſſimo modo,conſequens eſt quod concluſio non ſit dicenda ſine additione aliqua præcognita,ſed cum conditione diminuta dici debet pręcognita aliquo modo,ſeu ſm quid. Ad formam rationis negatur cõſequentia. Cõmittitur ſiquidem in illo proceſſu fallacia a ſm quid ad ſimpliciter,præcognita. n. enumerata ſunt præcognita abſolute,ideſt abſq; additione aliqua. Concluſio aũt(ut ex dictis patet)non eſt præcognita abſolute , & iõ eorũ

Si concluſio eſt prę cognita, quomodo non ſint quatuor ꝓcognita.

numerũ non ingreditur, nec in ſufficientem arguit.

## De diffinitione demoſtrationis Cap. 2.

1. propoſitio. *SCire autem opinamur vnumquodque ſimpliciter, & non ſophiſtico modo, qui eſt ſecundum accidens, cum cauſam arbitramur cognoſcere propter quã rei, & quod illius cã eſt, & non contingere hoc aliter ſe habere. Manifeſtum igitur quod tale aliquid ſcire eſt, nanque eſt nõ*
Cor. *ſcientes & ſcientes, hi quidem opinantur ſic ſe habere, ſcientes autem & habent cauſam. Quare cuius ſimpliciter eſt ſcientia hoc impoſſibile eſt aliter ſe habere. Si qui*
2. propoſitio. *dem igitur & alius eſt ſciendi modus dicendũ poſterius.*
* ſ.l. epiſtemonicon, vel ſcientialem. *Dicimus autem ſcire & per demonſtrationem intelligere, demonſtrationem autem dico ſyllogiſmũ* apodyticon. ideſt facientem ſcire, ſed apodyticon dico ſecundum quẽ in habendo ipſum ſcimus. Si ergo eſt ſcire (vt poſuimus) neceſſe eſt demonſtratiuam ſcientiã eſſe ex veris, & primis & ĩmediatis, & notioribus & prioribus, & cauſis concluſionis. ſic enim erunt propria principia eius quod demonſtratur, ſyllogiſmus quidem erit & ſine his, demõſtratio autem non erit, non enim faciet ſcientiam, verũ quidem igitur oportet eſſe, quoniam nõ eſt ſcire quod nõ eſt, vt quod diameter commẽſurabilis. Ex primis autem demonſtrabilibus eſt eo quod non ſciet non habens demonſtrationem ipſorum. Scire enim eſt quorum demonſtratio eſt & non ſecundum accidens habere demonſtrationem. Cauſas quoque & notiora oportet eſſe, & priora, cauſas quidem, quoniam tunc ſcimus cum cauſas cognoſcimus, & priora, ſi vere cauſæ ſint, & notiora non*
Diſtinctio. *ſolum altero modo intelligendo, ſed & in ſciendo quod ſunt. Priora autem & notiora dupliciter ſunt. non enim idem eſt prius natura & ad nos. neq; notius natura & nobis notius. Dico autem ad nos priora & notiora proxima ſenſui, ſimpliciter autem priora & notiora quæ longius ſunt. Sunt autem longiora quidem vniuerſalia maxime, proxima autem ſingularia, & opponuntur hæc adinuicem. Ex primis autem eſt quod ex proprijs principijs; idem .n. dico primum & principium, eſt aũt principium demonſtrationis propoſitio immediata. Immediata autẽ eſt qua non eſt altera prior; Propoſitio aũtem eſt enũciationis altera pars vnum de vno. Dialectica ſimiliter eſt accipiens vtramuis. Demõſtratiua autem determinate alterum, quoniam verum eſt. Enunciatio autem eſt contradictionis vtrauis particula. Contradictio autem eſt oppoſitio cuius non eſt medium ſecundum ſe. Pars autẽ contradictionis, quæ quidem aliquid de aliquo eſt, affir-*
Diuiſio. *matio, quæ vera eſt aliquid ab aliquo, negatio, immediati autem principii ſyllogiſtici poſitionem quidem dico, quam non eſt monſtrare, nec neceſſe eſt habere aliquẽ docendum, quam vero neceſſe eſt habere quemlibet docẽdum dignitatem vel maximam propoſitionem. Sunt .n. quædam huiuſmodi, hoc enim maxime in huiuſcemodi conſueuimus nomen dicere. Poſitionis autem quæ quidẽ eſt*
Subdiuiſio. *quamlibet partem enunciationis accipiens, vt dico aut quidem eſſe aliquid, aut non eſſe ſuppoſitio eſt, quę vero ſine hoc, diffinitio eſt. diffinitio enim poſitio quidem eſt, ponit enim arithmeticus vnitatem hoc indiuiſibile eſſe ſecundum quãtitatem, ſuppoſitio enim nõ*
Concluſio. *eſt, nam quid eſt vnitas & eſſe vnitatem non idem eſt.*
*Quoniam autem oportet ſcire & credere rem huiuſmodi habendo ſyllogiſmum, quem vocamus demonſtrationem eſt aũt hoc ea ſcire, ex quibus eſt ſyllogiſmus, neceſſe eſt non ſolum præcognoſcere, prima, aut omnia, aut quædã,*
Secũdo metaph. tex. 4. *ſed etiã magis. Semper enim propter quod eſt vnũquodque illud magis eſt, vt propter quod amamus illud amicum magis eſt. Quare ſiquidem ſcimus per prima & credimus, illa ſcimus magis & credimus, quoniam propter illa & poſteriora, non autem poteſt credere magis quæ ſcit quæ non contingunt, neque ſciens, neq; melius diſpoſitus quam ſciẽs. Accidit autẽ hoc niſi aliquis præcognouerit per demonſtrationem credentium. Magis enim neceſſe eſt credere principijs aut omnibus, aut quibuſdã quam concluſioni. Magis autem debentem habere ſcientiam per demonſtrationem, nõ ſolum oportet principia magis cognoſcere & magis credere ipſis quam ei quod demonſtratur, ſed neque aliud ipſo credibilius eſſe, neq; notius oppoſitis principijs, ex quibus erit ſyllogiſmus cõtrariæ deceptionis, ſiquidem oportet ſcientem non incredibilem eſſe.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

SCire ſimpliciter arbitramur, rẽ per cauſam cognoſcere, ꝑ q̃ res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, quod non eſt contingere aliter ſe hoc habere. Declaratur a ſigno quia omnes ſic ipſius ſcire nomine vtuntur. Prima ꝓpoſitio.

Simpliciter ſcibile eſt neceſſarium. Cor.

Scire vocamus, intelligere per demonſtrationem. 2.

Demonſtrationem vocamus ſyllogiſmum apodycticon, ideſt facientem ſcire. 3.

Demonſtratiua ſciẽtia eſt ex veris, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, & cauſis concluſionis, probatur a priori. Ex ſupradicta diffinitione, quia aliter non faceret ſcire &c. Concluſio principalis.

Ex veris. ꝓbat a priori, qa qđ non eſt, non eſt ſcire &c.

Ex primis & ĩmediatis. ꝓbat a priori, qa non ſciret, &c.

Ex cauſis. probatur a priori, qm̃ tunc ſcimus cũ cãs &c.

Ex prioribus. probatur a priori, quia ex cauſis.

Ex notioribus, vtroq; modo ſcilicet quo ad quid, & qa probatur a priori, quia ex cauſis.

Priora & notiora dupliciter ſm naturã, vt remota a ſenſibus, vniuerſalia. ſ. & quo ad nos, vt proxima ſenſui, ſingularia. ſ. Principium demonſtrationis eſt propoſitio immediata. Immediata eſt, qua non eſt altera prior. Diſtinctio.

Propoſitio eſt vnũ de vno, enunciationis altera pars.
Dialectica ſimiliter eſt accipiens quamlibet partem.
Demonſtratiua determinat alterũ, quoniam verũ eſt.
Enunciatio eſt contradictionis quælibet pars.
Contradictio eſt oppoſitio: cuius non eſt mediũ ſm ſe
Pars contradictionis eſt duplex. affirmatio & negatio.

Immediati principii, aliud eſt poſitio, aliud dignitas. & aſſignatur differentia inter iſta a poſteriori, quia quẽlibet docendum neceſſe eſt habere dignitatem, non poſitionẽ. Poſitionis alia eſt ſuppoſitio, alia diffinitio. Et aſſignatur differentia inter iſta a priori, quia non eſt idẽ vnitas & vnitatem eſſe. Diuiſio. Subdiuiſio.

Principia demonſtrationis oportet non ſolum precognita eſſe, ſed magis cognita nobis quam concluſio ſola demonſtratione nota. probatur dupliciter. Primo oſtenſiue a priori, quia propter quod vnumquodque &c. Secundo deducendo ad impoſſibile, quia neque ſciens, neque melius diſpoſitus quam ſciens &c. Concluſio.

Oppoſita principiis demonſtrationis oportet eſſe notiſſima & certiſſima nobis in falſitate. probatur a priori, quia oportet ſcientem non incredibilem eſſe.

## Series autem hæc eſt.

INTENDENS in hoc capitulo diffinire demõſtrationẽ tria facit. Primo præmittit tres diffinitiones quid nominis; duas ipſius ſcire, quod eſt nominis demonſtrationis, & vna ipſius demonſtrationis diffiniendo, in primis tribus propoſitionibus, vt ex his quid ſit demonſtratio cõiicere queat. Secundo ipſam demonſtrationis diffinitionem, ex premiſſis concludit, ſex particulas in eius diffinitione ponẽdo & ſingulas ex dictis bene appoſitas ꝓbat. Et qm̃ vltimo loco probauit quartã particulã . ſ. ex notioribus, quia ex cauſis, quæ non uidentur eſſe notiores, ſed occultiores effectibus, ideo ſubiunxit diſtinctionem prioris & notioris, intendens quod demonſtratio eſt ex notioribus, & prioribus ſimpliciter. Tertio ꝓbatarum particularum tres declarat. ſ. ex primis, immediatis, & notioribus, primo illas duas ſimul dictas, quod principium demonſtrationis qđ eſt idem, quod primũ, eſt propoſitio immediata, & ſubdit quid ſit immediata, & quid propoſitio, & conſequenter addit differentiã in

ter

ter dialecticam & demonſtratiuã propoſitionem, enunciationem, vt declaret quõ propoſitio demõſtratiua eſt enunciationis altera pars, & conſequenter, quia contradictione, declarando iſta vſus fuerat, diſſinit eam cũ ſuis partibus; & ſic notificato principio immediato diſſinitiue, declarat illud diuiſiue non ſolum eius diuiſionẽ, ſed ſubdiuiſiue apponens. Vltimo ly ex notioribus declarat in duabus vltimis concluſionibus; addendo quod intelligitur ex notioribus nõ ſolum ſimpliciter, ſed etiam nobis, nõ ſolum quo ad ſui veritatem, ſed etiam quo oppoſitorum ſalſitatem.

Non etiam neſciri quomodo intelligatur.

CIRCA probationem illius particulę, ex veris. Nota quod illa propoſitio aſſumpta. ſ. ꝙ nõ eſt, non eſt ſcire, poteſt hr̃e duplicem ſenſum. Primus eſt, ꝙ non eſt. i. id de quo non vere prædicatur eſt ſm adiacens, non eſt ſcire idest de eo non eſt ſcientia, & hoc nec eſt ſm mentẽ Ariſtotelis, quia intẽdit probare complexa principia eſſe vera, de quibus nõ vere dicitur eſt ſm adiacens, & qa exemplum adductum ab ipſo. ſ. quod diameter ſit commenſurabilis, extraneum eſt ab hoc ſenſu, nec eſt verus, quia multa, de quibus non prædicatur vere eſt ſm adiacens ſciuntur, vt patet de coniunctionibus & ſitibus & aſpectibus cœleſtium corporum, & multis inferiorũ, qñ non ſunt. Secundus ſenſus eſt quod non eſt, id eſt, qđ alicui non ineſt, non eſt ſcire. ſ. illud ei ineſſe, & hic ſenſus eſt verus, & ad propoſitum. Verus ſiquidem, quia aliter ſcire eſſet ſalſorum. Ad propoſitum autem, quia ex hoc vniuerſaliter probatur quod ſcientia ſit verorũ, ſiue ſint propoſitiones de ſecundo adiacente, ſiue tertio. De nullo. n. contingit ſcire quod ſit, aut qđ ſit tale, niſi eſſe aut eſſe tale illi inſit, & quia ex hoc directe concluditur, qđ principia complexa ex quibus eſt ſcientia, ſunt vera. aliquid enim ineſſe alicui eſt fundamẽtum veritatis ipſius enunciationis ſignificantis hoc ineſſe illi. Et quia exemplum Ariſtotelis hoc præ ſe fert, vt patet. Et quia iuxta hunc ſenſum a priori ꝓbatur demonſtrationem eſſe ex veris, quoniam vt in prædicamentis dicitur, ab eo quod res ſignificata per orationem eſt vel non eſt, oratio dicitur vera vel falſa. Et vt in poſt prædicamentis dicitur, licet ſic eſſe vt per orationẽ ſignificatur, & ipſam eſſe veram ſint cõuertibilia, tamen ſic eſſe quod nihil aliud eſt quam quod hoc loco vocamus, quod eſt, cauſa eſt, quod oratio illud ſingificans ſit vera, ſicut per oppoſitum, ſic non eſſe vt per orationem ſignificatur, quod hic vocamus. quod non eſt, cauſa eſt quod oratio ſit falſa. Ex his patet quam ſuperflua ſit ſolicitudo eorum, qui ex hac ꝓpoſitione occaſionem ſumunt diſputandi, an de his, quę non habent exiſtentiam in rerum natura ſit ſcientia & huiuſmodi.

Num demonſtratio ſimpliciter procedat ex cauſis in eſſendo, q̃ veræ cauſæ ſunt, an ex cauſis in eſſendo virtualiter.

CIrca illam particulam ex cauſis, nota quod cũ cauſæ rei ſcitæ ſunt duplices, in cognoſcendo & eſſendo ſimul & cognoſcendo tm̃, in ꝓpoſito non eſt dubiũ ꝙ ſit ſermo de cauſis in eſſendo & cognoſcendo ſimul, quia ſcire, de quo loquimur, eſt rem cognoſcere per cauſam, propter quam res eſt. Sed quia cauſa, propter quam res eſt, ſeu in eſſendo, dicitur dupliciter, quædã. n. eſt vere & realiter cauſans (ſm aliquod genus cauſalitatis) id cuius cauſa dicitur, quæ & diſtinguitur realiter ab eo cuius eſt cauſa, ſicut rationalitas eſt cauſa riſibilitatis; quædam autem eſt, quæ non tam eſt cauſa eius, cuius cã dr̃, quam ratio quod illud inſit; & non ſolum ratio quod cognoſcaẗ ineſſe, ſicut omnimoda immutabilitas in Deo eſt cã ſuæ ęternitatis; & immaterialitas (ꝑpropriedicta) inuenta in anima eſt cauſa ſuæ immortalitatis. Ideo dubium eſt an demonſtratio ſimpliciter procedat ex cauſis vtroque modo, an primo tantum. Quod enim demõſtratio ſimpliciter exigat pręmiſſas continentes cauſam primo modo ex ipſo cauſæ nomine accipi poteſt. Cauſa enim proprie loquendo ꝓpter quam res eſt: oportet ꝙ

Cauſa in eſſendo dupliciter.

cauſet vere & proprie illud quod propter ipſam eſt: aliter cauſa proprie non eſt. Hæc enim eſt dr̃ia inter principium & cauſam, quia principiũ alicuius dicitur eſſe illud, quod eius non eſt cauſa, vt punctum eſt principium lineæ; cauſa vero proprie ſonat id quod vere cauſat. Et confirmatur quia Ariſtot in textu diſtinguit cauſam cõtra principium, dicens demõſtratiuam eſſe ex primis & cauſis. declarando enim ſeipſum ait, idem dico primũ & principium. Confirmaẗ ſecundo hoc idem ex illo verbo textus. Scire eſt rem cognoſcere per cauſam ꝑp quã res eſt, ly nanque propter, habitudinem cauſalitatis notat inter cauſam & eſſe rei, vt ipſa verba præ ſe ferunt. Vbi autem talis cauſalitas eſt, verã oportet eſſe cauſam. Quoniam autem ſufficiat demõſtrationem ſimpliciter procedere ex cauſa ſecũdo modo dicta, accipi poteſt ex demonſtrationibus metaphyſicalibus, quę cum a priori fiunt ex huiuſmodi cauſis procedunt, vt patet in exemplo adducto de æternitate Dei ex omnimoda immutabilitate. Ad hoc dubium dicitur præmittendo, quod duplex eſt demonſtratio ſimpliciter Quædã ex natura rei ſcibilis. quædam ratione noſtri. Demonſtratio ſimpliciter ex natura rei ſcibilis; eſt illa, cuius concluſio ex natura ſua ſibi vendicat, quod nobis non niſi demonſtratio diſcurſu ſimpliciter nota ſit. Huiuſmodi autem concluſio eſt ſola illa, quæ ex natura ſua medium habet, & conſequenter coniunctio ſuorum terminorum ex ſe habet, quod non niſi per medium illud ſimpliciter cognoſcaẗ. Demonſtratio autem ſimpliciter ratione noſtri eſt illa, cuius concluſio merito ſui poteſt a nobis ſimpliciter & perfecte cognoſci ex terminis, licet ratione noſtri offuſcari & impediti luminis diſcurſum demõſtratiuum exigat. Talis autem concluſio eſt omnis illa, quæ ex natura ſuorum terminorum immediata eſt, ſed ratione noſtri medium habet a priori, quia nos non comprehendimus terminos eius, ſecundum eorum conceptus completos, ſed alterius eorum duo conceptus nobis inſunt, quorum altero vt medio vtimur, vt in ſequenti dubitatione declarabitur. His ergo ſtantibus reſpondetur quod demõſtratio ſimpliciter (ex natura rei ſcibilis) procedit ex cauſis in eſſendo realiter cauſantibus. Demõſtratio autem ſimpliciter ratione noſtri procedit ex cauſis in eſſendo ſecũdo modo. Vnde ſi teneatur quod Ariſtoteles loquatur hic tantum de demonſtratione ſimpliciter, ex natura rei ſcibilis, iam patet quomodo vſus ſit nomine cauſæ, & quod demonſtrationes metaphyſicales adductæ non clauduntur ſub demonſtratione hic diſſinita. Quia vero mihi videtur, quod de omni demonſtratione ſimpliciter loquatur, ideo dico, ꝙ per cauſas intellexit cauſas tam primo quam ſecũdo modo ſumptas. Et ad obiectione in oppoſitum dico, quod licet apud latinos cauſa proprie non dicatur niſi quę vere cauſet, græci tamen cauſæ nomine vtuntur, vbi apud nos principii & nõ cauſæ nomen aſſumitur, vt teſtatur. S. Th. in q. diſpu. de potentia Dei. q. 10. ar. primo ad octauum. Vnde cum Ariſtoteles græco ſcripſerit idiomate cauſam nõ ita ſtricte accepit. Ad confirmationem dicitur, quod non ea ratione addit cauſas ſupra principia in diſſinitione demonſtrationis, quod ꝑ cauſas intellexerit cauſas, q̃ vere cauſant, ſed principia retulit ad ipſas primas propoſitiones quas poſtmodũ ibi declarauit eſſe immediatas &c. cauſas autem retulit ad ipſas propoſitiones ratione medii cõtenti in ipſis, quod debet eſſe cauſa in eſſendo altero dictorum modorum; ac ſi diceret, demonſtratio ſimpliciter procedit non ſolum ex propoſitionibus quæ ſunt principia immediata in illa ſcientia, ſed etiam ex continentibus cauſam rei ſcitæ. Et ex hoc patet quid reſpondendum ſit quærentibus, cur addidit ly prioribus, poſtquam dixerat ex primis, cum ſuperlatiuum comparatiuum includat, præſertim ſecundum expoſitionem S. Tho. dicentis ꝙ propoſitiones hic appellantur primæ in ordine ad poſteriores, quæ per eas probantur. Ex eadem

quinto me. Tex. c. 1.

Solutio.

dem

dem ſiquidem radice naſcitur reſponſio dicens, ꝙ hoc
iđ factũ eſt, quia ſupra diuerſa cadunt. ly n primis (vt di
ctum eſt) cadit ſupra ipſis propoſitionibus; & ly priori-
bus, ſupra medium, quo concluſio demonſtranda eſt, ita
quod vt iterum dicatur, ſenſus eſt. Demonſtratiua ſcien
tia eſt ex veris propoſitionibus, quæ ſunt principia im-
mediata illius ſcientiæ, & continent in ſe cauſas rei ſcitę
priores & notiores ea, ſignum autem ꝙ ly prioribus, rõ
ne medii determinet principia &c. eſt, quia Ariſtoteles
propoſitionem immediatam diffiniuit per negationem
prioris, abſq; dubio vt dicetur intendens per propoſitio
nem priorem continentem in ſe medium a priori, ꝓ ꝙ
prædicatum inſit ſubiecto. Sic ſiquidem immediata, &
principia ſunt nota non per aliud, quia. ſ. ſunt nota, non
Ca. 3. circa. t. c. 6. per alium medium terminum, vt infra patebit. Ad ſecũ
dam confirmationem dr̃, quod ly ꝓꝓ, de ſe non habet
quod certam habitudinem importet, quia cõius eſt, quã
cauſæ nomen. Dicere. n. poſſumus, quod linea eſt ꝓꝓ pũ
ctum, ideo eam habitudinem ponit, quã id ſupra quod
cadit exigit. Vnde in propoſito quot modis diſtingui
tur cã, tot modis diſtinguẽdum eſt ly ꝓꝓ. Poſſet autem
principali difficultati breuius vnico verbo ſatisfieri di-
cendo quod demonſtratio ſimpliciter procedit ex cau-
ſis in eſſendo formaliter vel virtualiter. Cauſa in eſſen-
do formaliter eſt illa quæ vere cauſat, &c. Cã aũt in eſ-
ſendo virtualiter eſt ipſa rõ eſſendi a priori. quæ (ſi illud
cuius cã dr̃, cauſaretur) ſufficiẽs in ſuo ordine cã illius eſ
ſet. Sicut in exemplis adductis oĩmoda immutabilitas
æternitatis cã eſt uirtualiter; nõ ꝙ æternitas ab immuta
bilitate cauſet̃, ſed qa ſi cauſaret̃ immutabilitas eſſet il-
lius cã, & ſimiliter immaterialitas ꝓprie dicta eſt cau-
ſa immaterialitaris, non quod illam proptie, cauſet, ſed
quia ſi cauſaretur immaterialitatem ſortiretur ſibi cau-
ſam. Nec paruipendenda eſt reſponſio iſta, qm̃ Ariſt. ip
T. c. 13. ſe in 2. de Cęlo & mundo, teſtatur ſua verba qñque ta-
liter exponenda. Cum. n. probaret dextrum cœli eſſe o-
tiens, quia inde incipit cœleſtis motus obiicit contra ſe
T. c. 5. ſic, motus cœli nunquam incæpit ſm̃ prædeterminatio
T. c. 6. nem octaui Phyſi. ergo falſo dictum eſt, quod ab orien
te incipit motus cœleſtis. Et reſpondet quod motus cœ
li incipit ab oriente non quod inde inceperit, ſed quia ſi
incępiſſet, inde incępiſſet, ac ſi ſub noſtris verbis diceret
quod non incipit inde formaliter, ſed virtualiter, quia
ſi inciperet, inde inciperet. Eſt quoque non irrationabi-
lis hic modus loquendi, quoniam rationibus formalibus
innititur. Vnde ſermone formali loquendo non incom-
pacte dicitur immutabitatem eſſe cauſam ęternitatis, &
immaterialitatem immortalitatis, & ſic de aliis.

Mediũ quo modo oporteat præcognoſci pro cõcluſionis noticia. CIRCA illam particulam ex notioribus vtroq; mo
do aduerte, quod duplex eſt modus cognoſcendi aliquã
concluſionem demonſtratiue. Vno modo ſm̃ cõſequẽ-
tiam eius ex ꝑmiſſis talibus ſeu tali principio. Alio mo-
do ſm̃ ſeipſam concluſionem conſequentem, ꝓꝓ tñ ta-
le principium vel tales præmiſſas. Ad cognoſcendã ali-
quam cõcluſionem primo modo ſufficit cognoſcere ne
ceſſariam connexionem talis cõcluſionis ad tale mediũ
ſiue multæ ſint concluſiones, ſiue paucæ, ſiue vna, & ad
vnum vel plura principia talem habitudinem cognoſca
tur habere, non refert. Ad cognoſcendum autem cõclu-
ſionem ſecundo modo non ſufficit cognoſcere neceſſa-
riam connexionem concluſionis ad tale mediũ vel prin
cipium, ſed hoc exigitur & vltra hoc reqtitur, ſquod co-
gnoſcatur euidẽter tale principium eſſe. quamuis enim
quilibet intelligens animal rationale, intelligat ſibi ne-
ceſſatiò cohærere admiratiuum, & huic riſibile &c. nun
quam tamen ſciet hominem eſſe riſibilem, niſi ſciat ani
mal rationale ineſſe homini. Quia igitur ad ptimũ mo
dum cognoſcendi ſufficit cognoſcere qđ eſt, ſeu impor
tatur per medium vel principium, aut præmiſſas, & deri
uationem concluſionis inde, & non exigitur cognoſce-
re ſic eſſe vt præmiſſe denotant̃ taliter ſcire cõcluſionẽ
non eſt vere ſcire, quia huiuſmodi non eſt vere ſcientia
conſequentium, ſed conſequentiatum. Ad ſecundum au
tem cognoſcendi modum exigitur cognoſcere & quid
eſt medium, & quia eſt, ſeu ſic eſſe vt præmiſſæ impor-
tant, & hoc eſt verę ſcire, quia ſic vere ſcit̃ & connexio
concluſionis ad principia & ipſa concluſio. Ideo Ariſt.
hęc inſpiciens dixit, quod oportet demonſtrationem eſ
ſe ex cauſis notioribus non ſolum altero modo intel-
ligendo, ſed etiam in ſciendo quoniam ſunt. Euiden-
ter autem hinc ſcire poſſunt omnes, q doctrinas quaſq;
defendere præſumunt, quod cum principia ſic eſſe vt ſi-
gnificant non norint, conſequenter ad illa principia lo-
quendo, conſequentiarum tantum ſcientiam acquirunt
& tradunt, conluſiones vero ipſas incertas, ſicut & prin-
cipia ſuſtinent.

CIRCA diffinitionem propoſitionis immediatę no Propoſitio immediata qđ medium excludat.
tato duos terminos. ſ. ly immediata, & ly altera priori.
Sicut. n. cauſa dicta eſt dupliciter. ſ. in eſſendo & cogno
ſcendo ſimul, & in cognoſcendo tm̃, ita mediũ dicitur
dupliciter. ſ. in eſſendo & cognoſcendo ſimul & in co-
gnoſcendo tm̃. Et quia multæ propoſitiones carent me
dio, quo prædicatum inſit ſubiecto, & ſunt illæ, per quas
ſit reſolutio demonſtrationum ſimpliciter, quæ tñ ha-
bent mediũ quo ad nos a poſteriori, quo nos cognoſci-
mus illas demonſtratiue; iđ in propoſito, propoſitio im
mediata dicitur per negationem medii in eſſendo, & nõ
per ptiuationem medii in cognoſcendo tm̃. Et qm̃ non
omnis propoſitio carens ſm̃ ſe medio eſt omnibus aliis
prior, aut æqua, cũ dignitas prima (puta de quolibet eſt
affirmatio vel negatio) omnes præcedat, ideò non per
cuiuſq; priotis negationem diffinitã intelligas, ſed eius
per quam ſm̃ ſe probari egeat. Prima dignitas enim etſi
ſit aliis immediatis prior, non tamen ita eſt prior, qđ ꝑ
ipſam aliæ ſecundum ſe probari egeant, licet forte ali-
cui male diſpoſito per prima principia manifeſtati poſ
ſit. Et ſi ſubtiliter inſpiciantur verba Ariſtot. gloſſa nõ
egent, qm̃ dixit immediata propoſitio eſt, qua non eſt
altera prior. ſ. propoſitio: ly. n. altera cũ relatiua ſit ꝓ
poſitionem antedictam refert. Et cum ſit relatiuum di-
uerſitatis accidẽtis, diuerſitatem accidẽtalem ſonat; quo
ſit vt in diffinitione iſta negetur non enunciatio prior,
ſed propoſitio ptior, ideſt quæ pro ipſa inferenda ſit, &
non quælibet ꝓpoſitio, ex qua quomodolibet, puta vir
tualiter inferri poteſt, negetur, ſed ea tantum quæ eſt al
tera ab ipſa, qualis eſt vtraque præmiſſa reſpectu cõclu
ſionis, cum enim conueniant in terminis præmiſſa vtra
que & concluſio magis alteritatem quadam quam alie
taté inter eas eſſe videmus. Erit ergo ſenſus integer, ꝓ- Nota.
poſitio immediata ideſt carẽs medio in eſſendo, eſt qua
non eſt altera prior, ideſt cuius non eſt aliqua præmiſſa,
quæ ſit prior ſimpliciter ipſa. Si enim prior medio ter-
mino caret, ꝑmiſſis ptioribus neceſſe eſt carere, & econ
uerſo, & c. & ſic diffinitio & diffinitũ cõuertunt̃. Et hæc
expoſitio licet in idem redeat cum prima, in hoc tamen
differt ab illa, quia iſta nullam addit limitationẽ literæ
niſi quoad illud verbum prior; quod etiam Ariſt. pręde
clarauerat, ſed proprietatem vocabulorum enucleauit.

Num omnis immediata propoſitio ſit qua non eſt altera prior

CIrca eandem diffinitionem propoſitionis imme-
diatæ dubitatur, quia non videtur conuenire omni
immediatæ: nulla ſiquidem propoſitio demonſtrabilis
a ptiori eſt qua non eſt altera prior (vt de ſe patet.) Mul
tæ autem propoſitiones immediatæ ſunt demouſtrabi
les a ptiori, omnes ſcilicet illæ, in quibus diffinitio data
per cauſam materialẽ prædicatur de diffinito. Non om
nis igitur propoſitio immediata eſt, qua non eſt altera
prior. Quod propoſitio autem, in qua diffinitio mate
rialis prædicatur de diffinito ſit immediata liquet, eo
quòd inter diffinitionem & diffinitum nihil eſt me-
dium, nulli enim prius ineſt diffinitio quã diffinito, me

dio

dio autem, ꝙ vere eſt mediũ, prius ineſt extremum quã alteri extremo, quod vero ſit demonſtrabilis à priori infra teſtatur Ariſtot. docens diffinitionem materialẽ demonſtrare per finalem. Ad hoc dubium dr̃, quod de ꝓ-

Secundo huius. T.4.8.

poſitione dupliciter loqui poſſumus. Vno modo ſm ſe ipſam. Alio modo ratione noſtri. Si loquamur de propoſitione ſm ſe, ſic dr̃ quod illa ſola eſt immediata, cuius terminorum ſignificata ſm ſeipſa ſumpta nullo coniunguntur medio; huiuſmodi autem eſt omnis propoſitio, in qua diffinitio de diffinito prædicatur, & vniuerſaliter omnis propoſitio in primo modo dicendi per ſe. Illa vero eſt immediata ratione noſtri, cuius terminorũ ſignificata ſic cõcepta nullo concipi poſſunt iungi medio, dico autem ſic concepta ideſt vt ſtant ſub illis conceptib. quos nomina in propoſitione aſſumpta exprimuut. & quia quot modis dr̃ vnum oppoſitorum, tot modis dr̃ & reliquum; ideo ꝓpoſitio dupliciter mediata inuenitur, quædam ſm ſe, & eſt illa cuius ſignificata per terminos, ex natura ſua abſque medio non cohærent, quædam vero eſt mediata ratione noſtri, licet non ſm ſe, & eſt illa, inter cuius ſignificata terminorum ſic cõcepta, aliquod nobis patere poteſt medium, quod ſit ratio, quare alterum extremum reliquo inſit. Dixi autem propoſitionẽ mediatam rõnẽ noſtri, quia ex intellectu noſtro, qui natus eſt adunata diuidere prouenit qđ aliqua propoſitio ſecundum naturam ſuam immediata, ſit nobis mediata, eo quia ſimplex ſignificatũ ſubiecti dupliciter concipit, & vt ſtat ſub vno conceptu, facit ipſam minorem extremitatem, vt aũt ſtat ſub alio facit ipſum medium terminum, & ſic diuidendo terminum vnũ ratione ſignificati ſm ſe, in duo, apud nos immediatam ſm ſe facit mediatam nobis. (verbi gratia) Et eſt exemplum ad propoſitum obiectionis iſtius ꝓpoſitionis, in qua diffinitio materialis prædicatur de diffinito, ſ. domus eſt operimentum ex lapidibus & cemẽto & lignis: ſubiectum poteſt dupliciter accipi. vno modo quo ad ſuum ſignificatum ſm ſeipſum. & ſic cum eius ſignificatum ſit ipſa domus ſm ſeipſam, quæ ex ſe in ſe claudit omnem ſuam diffinitionem, conſequens eſt, quod inter ipſum ſubiectum & prædicatum, nullum omnino cadat medium, & conſequenter quod iſta ꝓpoſitio ſm ſe ſit immediata. Si aũt ſubiectum illud ſumatur quo ad ſuũ ſignificatum, vt ſic conceptum, ſic cum ſignificatum eius ſit domus confuſe accepta, quia diffiniuit nomen diffinitum confuſe ſignificat (vt dr̃ in Primo Phy.) Domus aũt ſub tali cõceptu

Tex.c.5.

differat à ſeipſa concepta diſtincte tam ſm diffinitionẽ finalem q̃ materialem; conſequens eſt vt inter ſubiectũ tale & prædicatum medium ſit, ſ. ipſummet ſubiectum ſub alio conceptu (puta diffinitionis finalis) & conſequẽter propoſitio iſta eſt mediata ratione noſtri. Cum autẽ dicimus ſignificatum alicuius termini eſſe rem confuſe vel diſtincte conceptam & huiuſmodi; non intendimus quod confuſio aut diſtinctio ſit pars ſignificati, ita vt ſignificatum domus ſit totum hoc, domus confuſe concepta, aut domus ſm ſeipſam, ſed intendimus quod huiuſmodi ſint conditiones ſignificatorum. Ex his patet qđ ad obiectionem dicendum ſit; ſeruãdo ſiquidem vniformitatem inter immediationem & indemonſtrabilitatẽ propoſitionis, & ſimiliter inter mediationem & demonſtrabilitatem eiuſdem. Reſpondetur quod nulla propoſitio immediata ſm ſe eſt demonſtrabilis ſm ſe a priori, licet aliqua immediata ſm ſe ſit demonſtrabilis (ratione noſtri) a priori, qa eſt ratione noſtri mediata, & ſimiliter habet alteram priorẽ ſe ratione noſtri. Hmôi autem ſunt omnes propoſitiones, in quibus diffinitio materialis prædicatur de diffinito. Et ideo tales propoſitiones ſunt demonſtrabiles & indemonſtrabiles, demonſtrabiles quidem ratione noſtri, indemonſtrabiles vero ſecundum ſe, ſicut & ſunt mediatæ ratione noſtri, & immediatæ merito ſui, propterea & inter diffinitionem & diffinitum inuenitur medium ratione noſtri, non vt præ diffinitum, ſed vt ratio inhærendi, licet ſm ſe inter diffinitionem & diffinitum nullũ omnino ſit medium. Aduerte autem diligenter quod non dico demonſtrationẽ per cauſam finalem eſſe demonſtrationem quo ad nos, ſeu ratione noſtri, & non ſm ſe, Noui, n. quod demõſtrare dẽtes anteriores eſſe acutos ꝑ ꝑ ſciſſionem cibi, & ꝙ arboribus datæ ſint frondes ad conſeruationem fructus &c. huiuſmodi eſt demonſtrare vere & ſecundum rẽ; ſed dixi quod demonſtrare vnam diffinitionem de diffinito per alteram eiuſdem diffinitionis, quæcunque ſit illa, eſt proceſſus demonſtratiuus ratione noſtri, q̃m ſm rem non ſunt in tali proceſſu tres termini (vt infra amplius patebit.) hoc enim tantum modo hoc in loco oſtẽdere intendimus. Vtrum autem ratione eius a quo ſumitur diffinitio poſſit diffinitio vna ſecũdum rem vere demonſtrari per aliam, inferius perſcrutandum eſt, cũ de hoc Ariſt. tractabit in ſecundo libro c.7.

CIRCA diuiſionẽ immediati principii aduerte Thomiſta, quod S. Tho. licet dicat quod omnis propoſitio, in qua prædicatũ eſt de rõne ſubiecti, ſit immediata, & per ſe, non tñ dicit quod ſola talis ſit immediata & ꝑ ſe nota. Declarabitur. n. infra, quod ꝓbatio, in qua prima paſſio prædicatur de ſuo primo ſubiecto, eſt immediata ſecundum ſe, & quod cum vnum generaliſſimum negatur ab alio eſt propoſitio immediata. Qũo autem tutari debeas diſtinctionem propoſitionis immediatæ a S. Thoma hic aſſignatam in ſequenti c. diffuſe oſtendetur cum de propoſitione per ſe nota agetur.

CIRCA propoſitionem illã maximam aſſumptã ab Ariſtotele, ſemper ꝑ ꝑ ꝙ vnũquoq; illud magis, eſt diligenter attendendum quod multipliciter gloſſatur a diuerſis, & ab ipſomet S. Th. quadrupliciter exponitur in diuerſis locis, hic. ſ. & in prima parte. q.87. art.2. ad tertium. Et in primo ſententiarum. di.12. q. prima artic.2. Et in q. de ve. q.10. ar.9. ad tertium. Hic ſiquidem dicit, quod cum cauſa ſit potior effectu, ſi conuenit in nomine cum eo, eſt magis talis, ſi autem non, habet aliquid dignius. Et ſic ſemper cauſa eſt magis. In prima vero parte dicit, quod iſta maxima tenet in his, quæ ſunt eiuſdẽ ordinis, puta in vno genere cauſalitatis, nõ autem diuerſorum (v.g.) recte dicitur, ſanitas quæritur propter vitã, ergo vita magis quæritur, quia vtrunque quæritur vt finis, ſed non recte videtur. Sanitas quæritur propter medicinam, ergo medicina magis quæritur, quia ſanitas vt finis, medicina vt agens quæritur. In primo vero ſententiarum dicit, quod iſta maxima tenet, quãdo illud quod conuenit alicui propter aliud eſt diuerſum in vtroque, & cauſa eſt eſſentialiter ordinata ideſt eſt cã totius ſpeciei, vt calor inuenitur in igne & in miſto. In quæſtionibus autẽ de veritate dicit, quod hæc maxima non tenet in cauſis non ſuſcipientibus illud nomen, quod effectui dant. Sicut non valet, Sortes eſt albus propter albedinẽ, ergo albedo eſt magis alba, qa albedo non eſt alba. Poſſumus autem, vt hæc propoſitio formaliter teneat, has omnes &c. gloſſas ad vnam breuem & veriſimam in oĩ genere cauſæ reducere, dicendo, quod tñ tenet quando nomen totius accepti effectus reflectitur cum diuerſitate ſupra vere cauſam. Notanter autem dico (totius effectus accepti) quia propter defectum huius conditionis non valet, Socrates eſt homo propter Platonẽ, ergo Plato eſt magis homo. totius. n. effectus hic non eſt ly homo, ſed totum hoc quod dico, eſt homo, quod non reflectitur ſupra cãm. Illud enim antecedens eſt falſum, Socrates eſt homo quia Plato eſt homo; & ſi eſſet verum valeret conſequẽtia, ergo Plato eſt magis homo. Quod vero addidi (reflectitur ſuper cãm) inſinuat qđ nomen illud totius effectus, reducatur per aduerbium cauſale in id ſupra quod cadit ly propter (v.g.) Luna eſt lucida ꝓpter Solem, ergo Sol eſt magis lucidus, reflexio fiat ſic: Luna eſt lucida quia Sol eſt lucidus, ergo Sol eſt magis lucidus. Et iſta reflexio eſt valde notanda, propter de-

Propter qđ Vnumquodque tale & illud magis. 2. huius cir. t.c.3. cap..3. dubio vl. in 3. expoſitione c.7. dub. 1. cir. mediũ cir. t.c.8. ca. 7 dub.2. ca. 19 circa t. com.381 ca. 13. cir. tex. com.31.

ter eſt ſcien ifico nobilior.quia notitia actualiter elicita ex illo,eſt nobilior ſimpliciter notitia actualiter elicita ex iſto.Nec obſtat,quod habens habitum principiorũ ſit in potentia ad ſcientiam,quia hoc non ineſt ex ipſo habitu principiorum,aliter ſtante habitu nũquam ſcire tur ſed ex natura ipſius intellectus,qui eget continuo & tempore & exercitio ad diſcurrendum ex noto ad ignotum.

## Duo eliduntur errores, alter eorum,qui omnino demonſtrationem tollũt,alter vero illorum omnium,qui demonſtrationem eſſe ponunt. Cap. 3.

Propoſitio.

*Quibuſdam quidem igitur propter id quod oportet prima ſcire non videtur eſſe ſcientia ſimpliciter. Quibuſdam autem eſſe, omnium tamen demonſtrationẽ eſſe,quorum neutrum neque verum,neque neceſſariũ eſt. Supponentes enim non eſſe omnino ſcire hi in infinitum exiſtimant reduci,tanquam non ſcientes poſteriora per priora,quorum non ſunt prima,recte dicentes, impoſſibile enim eſt infinita tranſire,& ſi ſtant & ſint principia hæc ignorata eſſe cũ demonſtratio non ſit ipſorum, quod vero dicunt eſſe ſcire ſolum. Si vero non eſt prima ſcire neque quæ ſunt ex his eſt ſcire ſimpliciter,neq; proprie, ſed ex conditione ſi illa ſint.Quidam autem quod ipſum ſcire ſit confitentur per demonſtrationem eſſe ſolum,ſed omnium eſſe demonſtrationem nihil prohibet ſecundum eos,contingit enim circulariter fieri demonſtrationem & ex his quæ ſunt adinuicem.Nos autem dicimus neq; omnem ſcientiam demonſtratiuam eſſe,ſed eorum,quæ immediatorum,indemonſtrabilem. Et hoc quod neceſſariũ ſit manifeſtum eſt.ſi enim neceſſe quidẽ ſcire priora, & ex quibus eſt demonſtratio,ſtant autem aliquando immediata,hæc quidem priora indemonſtrabilia eſſe neceſſe eſt.Hæc igitur ſic dicimus & nõ ſolum ſcientiam,ſed & principium ſcientiæ eſſe dicimus.ipſa enim cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimus.Circulo quoque quod impoſſibile ſit demonſtrare ſimpliciter manifeſtũ eſt,ſi vere ex prioribus & notioribus oportet eſſe demonſtrationem.impoſſibile enim eſt eadẽ ſibipſis ſimul priora & poſteriora eſſe,niſi altero modo,vt hæc quidem ad nos,illa vero ſimpliciter,quo certe modo inductiue facit notum.ſi autem eſt,non vtique erit ſimpliciter ſcire bene determinatum,ſed dupliciter aut non ſimpliciter altera demonſtratio ſit ex nobis notioribus. Accidit aũt dicentibus circulo demonſtrationem eſſe nõ ſolum quod nũc dictum eſt,ſed nihil aliud dicere quam ſi eſt hoc, eſt hoc,ſic autem facile eſt demõſtrare omnia. Manifeſtum autem eſt quod hoc accidit tribus terminis poſitis, per multos enim aut per paucos reflectere dicere nihil differt per paucos autem,aut per duos.Quando enim a exiſtente ex neceſſitate ſit b,hoc autem ipſum c, cum igitur a ſit ex neceſſitate erit c, ſi igitur enim ſit a neceſſe eſt b eſſe,hoc autem cũ ſit,a erit.hoc enim inerat circulo. Ponatur a in quo eſt c,b autem cum ſit,a eſſe dicere, eſt ipſum c dicere,hoc autem eſt quoniam cum ſit a, eſt c. ſed c.cum a idem eſt, quare accidit dicere circulo demonſtrationem eſſe nihil aliud niſi cum ſit a eſt a,ſic aũt mõſtrare omnia leue eſt.At vero nec hoc poſſibile eſt, niſi in his quæcunque ſe inuicem conſequuntur,ſicut ſunt propria.vno quidem poſito oſtenſum eſt quod nequaquã eſt neceſſarium eſſe alterum.dico autem vno quod neq; termino vno,neque propoſitione vna poſita,ex duabus autem propoſitionibus primis & minimis contingit,ſiquidem eſt ſyllogizare,ſiquidem igitur & a ipſi a, & c inerant,& hæc adinuicem ipſi a quidem,contingit ex alterutris monſtrare omnia quæſita in prima figura, ſicut oſtenſum eſt in his quæ de ſyllogiſmo ſunt.Oſtenſum eſt autem quod in aliis figuris aut non ſit ſyllogiſmus, aut non de acceptis.Non autẽ æqualiter prædicantia nequaquã eſt monſtrare circulo,quare quoniam pauca in huiuſmodi demonſtrationibus ſunt,manifeſtum eſt aũt quoniam vanum eſt & impoſſibile ſic dicere ex his quæ ſunt adinuicem eſſe demonſtrationem,& propter hoc omnium cõtingit demonſtrationem eſſe.*

(Margin, beside the lines beginning "ſcire ſit confitentur": Conclusio principalis.)

### Summa huius capituli hæc eſt.

Propoſitio.

DVo ex eo quod oportet prima ſcire orti ſunt errores extremi.Primus eſt. Nullius eſt ſcientia. Secundus eſt Omnium ſcientia eſt per demonſtrationem. Primi ratio eſt,quia in principiis alicuius concluſionis aut eſt proceſſus in infinitum, & ſic nihil ſcitur,quia infinita non eſt tranſire.aut eſt ſtatus,& ſic remanent ignota,quia non poſſunt ſciri,ex quo carent prioribus.Secundi ratio eſt.quia contingit circulariter demonſtrationẽ fieri.Nos autem dicimus,non omnium ſcientiam demõſtratiuam eſſe,ſed immediatorum eſſe indemonſtrabilem,probatur a priori.Quia principia in quibus eſt ſtatus,ſunt immediata.Cognoſcuntur autem inquantũ terminos cognoſcimus.Demonſtratio ſimpliciter non poteſt eſſe circularis.probatur tripliciter.Primo a priori,quia circulus,non poteſt eſſe a prioribus ſimpliciter,quia impoſſibile eſt eadem eſſe ſeipſis priora & poſteriora ſimpliciter,licet hoc ſit poſſibile altero & altero modo.Secundo etiam a priori:quia circulus eſt ab eodem ad idẽ, vt patet ſumptis tribus terminis & loco tertii poſito primo.Tertio etiam a priori;quia circulus completus conſtat ex terminis conuertibilibus in primo modo primæ figuræ tantum;non omnis autem demonſtratio ſimpliciter conſtat ex talibus terminis etiam in illo primo modo,ergo.

(Margin, beside the lines beginning "di ratio eſt": Conclusio principalis Secunda cõclusio.)

### Series autem ſatis clara hæc eſt.

QVIA dictum eſt quod oportet principia demonſtrationis eſſe ſcita;& hinc errores duo orti ſunt, quorũ Primus erat Heracliti ſequacium. Secundus autem Empedoclis(vt teſtatur Albertus.) ideo intendens eos deſtruere;duo facit.primo eos proponit cum ſuis rationibus.Secundo quia vtriuſque commune propoſitũ erat; quod ſcire eſt per demonſtrationem tãtum intelligere. ideo principali concluſione determinat contra vtrunq; & ſimiliter ſoluit primi rationem,& in ſecunda concluſione ſecundum elidit errorem.

Quidnam ſit propoſitio per ſe nota, & quot eius genera ſint

CIrca illud dictum,principia cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimus. Quia principium immediatum ex propriis terminis cognitum nihil aliud eſt quam propoſitio per ſe nota(quoniam reſolutio cõcluſionis,quæ eſt per aliud nota ſit ad eam.)Et de ipſa non parua eſt inter doctores diſputatio;ideo hic videndum eſt,quæ propoſitio ſit per ſe nota,& quæ non. Et circa hoc tria faciam.Primo determinabo veritatẽ ex S.Th. prima parte quæſtio.2.art.primo.Et primo contra Gẽtiles c.11.& primo ſentẽtiarum diſt.3.art.2.&q.de ve. q.10.art.12.ſumpta Secundo obiicitur in oppoſitum. Tertio reſpondebitur obiectionibus. Merito quoque hucuſque dilata eſt quæſtio hæc,quia vt in proceſſu quæſtionis apparebit tota difficultas eſt;an cũ dicitur principia cognoſcimus &c.per ly terminos,accipere debeamus ipſos terminos cum ſuis diffinitionibus vel rationibus,an ipſos terminos tantum & non eorum rationes. Sciendum eſt ergo,quod propoſitio per ſe nota multipliciter inuenitur; quædam enim eſt per ſe nota ſecundum ſe tantum,quædam quo ad nos tantum. quædam ſecũdum ſe & quo ad nos.Et hoc dupliciter, vel quo ad nos omnes,vel ſapientes.Deſcribatur autem [illegible] facilioirem perceptionem diuiſio iſta ſic.

(Margin, beside the first line of this paragraph: t.6; beside the lines "eſt,quæ propoſitio ſit per ſe nota" and "hoc tria faciam": Prima. q. 2. art. 2.)

Pro-

Propoſitio per ſe nota.

Secundum ſe tantum, Secundum ſe, & quo ad nos. Quo ad nos tantum.

Omnes. Sapientes.

Primo top.

CVm enim propoſitio per ſe nota dicatur, ex eo qđ eſt non per alium terminum nota, ſed ex propriis, & quot modis dicitur vnum oppoſitorum tot dicatur & reliquum, conſequens eſt, vt quoties dr̃ propoſitio nota per medium: toties dicatur propoſitio nota per ſe, ſeu non per medium, quod idem eſt. Cum autem medium propoſitionis ſit triplex; quoddam quo ad nos tantum (vt patet quando procedimus ab effectu ad cauſam,) & quoddam ſecundum ſe & quo ad nos (vt patet quando procedimus a cauſa ad effectum.) Et quoddam ſecũdũ ſe tantum (vt patet in propoſitionibus, in quibus prædicantur proprietates ſpecificæ intelligẽtiarum de ipſis.) Tales enim habent medium ſecundum ſe, ſed non quo ad nos, triplicem quoque oportet eſſe propoſitionem ꝑ medium notam. Et cõſequenter triplex erit propoſitio nota per ſe, ſeu non per alium terminum medium, ſicut & triplex eſt negatio medii, reſpondens triplici affirmationi medii ſuprapoſitæ. Quædã ergo propoſitio eſt nota non ꝑ aliud mediũ ſimpliciter, licet ſit nota ꝑ mediũ quo ad nos vt iſta. Deus Eſt. Quædã vero eſt nota nõ ꝑ aliud mediũ, quo ad nos, licet ex natura ſua habeat mediũ ſimpliciter, vt nix eſt alba. Dubitãs. n. de ea eget ſenſu, nõ medio; vt dr̃. 2. Topicorum. Quædã vero eſt nota nõ ꝑ aliud mediũ ſimpliciter, nec quo ad nos, vt de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, & hoc quo ad omnes homines: quo ad ſapientes vero, quia ſcilicet ipſis eſt nota non per medium, vt incorporalia nõ eſſe in loco, vt Boetius in libro de hebdomadibus ait. Et ſic ratio diuiſionis & membra eiuſdem facile patere poſſunt mutando vocabula. idem enim eſt dictu propoſitio non per medium nota, & per ſe nota. Vnde propoſitio per ſe nota ſecundum ſe tantum, eſt, quæ ſecundum ſe caret medio, hæc autem propoſitio, quã ex natura ſua immediatã diximus, eſt quæ ſit quoties prædicatũ cadit in ratione ſubiecti; & cum paſſio prima prædicatur de ſuo primo ſubiecto, vt infra patebit, & cum vnum generaliſſimũ negatur ab alio &c. Propoſitio autem per ſe nota, quo ad nos tantum, eſt illa, quæ certa nobis eſt abſque medio licet illud ſecundum ſe habeat. Propoſitio vero per ſe nota ſecundum ſe, & quo ad nos, eſt quæ vtroque caret medio. Et ſi hoc ſit reſpectu omnium noſtrum vocatur dignitas, quam neceſſe eſt quemlibet docendum habere. Si autem quo ad aliquos ſapientes, eorum cõmunis animi conceptio dicitur. Diligenter autem attendũ eſt, qđ cum dicimus; propoſitio per ſe nota ſecundum ſe, ly ſecundum ſe determinat tam ly per ſe nota, quam ly propoſitio, ita quod ſenſus eſt, propoſitio ſecundum ſeipsã ſumpta, nota nõ per medium, quod ex natura ſua ſit medium, ſed ex propriis tantũmodo terminis, loqui autem de propoſitione ſecundum ſe, eſt loqui de ipſa ſecundũ ſuorum terminorum ſignificata ſecũdum ſe ſumpta, & non veniat ſub hoc vel illo conceptu, vt in præcedenti

Boetius in li de hebdomadibus ca. primo & infra c. 19. circa. 1. com. 38. infra c. 13. te. cx. c. 31.

declarauimus capitulo. Vnde loquendo de propoſitione ſm ſe nulla eſt dr̃ia inter iſtam, homo eſt albus, & iſtam. animal rationale eſt diſgregatiuũ viſus, quia nulla eſt inter ſignificata ſecundum ſe ſumpta diuerſitas, licet quo ad nos differãt, quia differunt ſicut diffinitio & diffinitum, quorum nos diſtinctionem facimus; propterea & diximus quod omnis propoſitio, cuius prædicatũ eſt de ratione ſubiecti, eſt per ſe nota ſm ſe, & ſimiliter ea, cuius prædicatum eſt prima & primo paſſio. Tales ſiquidem propoſitiones habent ſuorum terminorum ſignificata talia quod ſm ſe ſumpta nullum penitus medium ſimpliciter compatiuntur, vt de ſe patet. Ex quib. ſequitur quod qñ de propoſitione per ſe nota ſm ſe tractatur idem terminus ſunt diffinitio & diffinitum; quia ſignificatum ſm ſe ſumptum idem eſt, licet quo ad nos diſtinguantur ſm confuſionem, & diſtinctionem, quia vt dr̃. 1. Phyſi. t. comm. 5. nomen diffiniti ſignificat naturam cõfuſe, diffinitio vero diſtincte. Et quia hoc eſt noſtræ poſitionis fundamentum. ideo probo illud dupliciter, primo ſic. Diffinitio & diffinitum differunt tantũ ſecundum confuſe & diſtincte concipi, ergo nullam differentiam ſecundum ſe habent. Antecedens eſt ex ſe euidens. Non enim facile eſſet fingere aliquam dr̃iam, quæ illam præueniret, aut maior illa eſſet. Conſequentia probatur, vt ſic. Concipi nihil reale ponit ſupra rem conceptam, ergo dr̃ia ſm concipi nõ eſt dr̃ia quidditatis ſignificatæ ſm ſe, ergo diſtincte vel confuſe concipi non ponit diſtinctionem in re concepta ſecundum ſe. Quæcunque ergo differunt tantum ſecundum confuſe & diſtincte concipi, nullam habent ſecundum ſe dr̃iam, qđ erat propoſitum. Scđo ſic. In proceſſu quo probatur aliquod prædicatum ineſſe ſubiecto, quia ineſt eius diffinitioni ex parte rei ſiue ſm ſe, committitur fallacia petitionis principii, ergo diffinitio & diffinitum ſecundum ſe ſunt idem terminus, cõſequentia tenet, & antecedens probatur, primo auctoritate S. Th. in fallaciis. c. de fallacia petitionis principii Et Alberti magni in 1. Elench. c. eodẽ Vbi expreſſe dicunt. quod ꝓcedere a diffinitione ad diffinitũ, eſt petitio principii; quia ſi negatur quod homo currat. nõ minus negatur quod animal rationale currat: 2. auctoritate Ariſt. dicentis in 1. Elencho. quod fallacia petitionis principii, ſit totidem modis quoties contingit quod erat in principio petere. Vbi Albertus magnus ait quod Ariſt. remittit ſe ad Octauum Topico. vbi determinatum eſt, quot modis contingit petere quod eſt in principio, patet autem in 8. Topicorũ. c. 11. quod quinque modorum ibi poſitorum primus eſt, quando diffinitũ petitur in ſua diffinitione, vt Albertus magnus gloſſat vtrobique. Nec hoc videatur alicui mirabile; quoniã (vt inquit S. Tho. vbi ſupra) proceſſus a diffinitione ad diffinitum conſideratur dupliciter, vno modo ſecũdum ſe, & ſic accidit in eo peccatum prædictum, quia idem accipitur vt diuerſum, alio modo ratione noſtri, apud quos differt a diffinito, & diffinitio eſt notior, quia explicat id quod implicite dicit diffinitum, & ſic nullũ vitium accidit in tali proceſſu, immo vnus locorum Topic. eſt, & quod plus eſt demõſtratiuus proceſſus illo vtitur applicato ad materiam neceſſariam. Contra hãc autem determinationem multi diuerſimode arguunt. Et quidem contra primum membrum diuiſionis, quod ſcilicet aliqua ſit propoſitio per ſe nota ſecundum ſe tantum, & ſuam declarationem qua dicitur, quod ea eſt per ſe nota ſecundum ſe, quæ ex rationibus ſeu diffinitionibus terminorum ſuorum eſt euidens. Scotus in primo ſententiarum. di. 2. quæſt. 2. arguit quadrupliciter intendens probare, quod quo ad propoſitionem per ſe notã, alius terminus eſt diffinitum, & alius diffinitio. Et conſequenter ſi propoſitio aliqua eſt euidens non niſi ex diffinitionibus ſuorum terminorum, non eſt per ſe nota; quia non ex ſuis, ſed aliis terminis euidentiam habet. Eſſet enim euidens ex diffinitionibus ſuorum terminorum

T. c. 5.

Cap. 16.

Cap. 3.

Cap. 11.

In fallaciis. cap. 16.

Sco. primo d. 2. qu. 2. in declaratione per ſe nota.

mino-

minorum qui ſunt alii termini a terminis quorum ſunt
T.c.8. 1 diffinitiones. Arguit ergo primo ſic. Quod quid eſt alte
rius termini eſt medium in demonſtratione, ex ſecundo
Poſte. ergo altera pmiſſarũ nõ differt a concluſione niſi
ſicut diffinitio à diffinito. Tũc vltra pmiſſa talis demõ
ſtrationis eſt propoſitio per ſe nota, cõcluſio autem eſt
demonſtrata. ergo quo ad ppoſitionem per ſe notam,
alius terminus eſt diffinitio; & alius diffinitũ. Cuius op-
poſitum pro fundamento tu aſſumis. Et confirmat hoc
dupliciter primo quia ſi in propoſito diffinitio & diffi-
nitum eſſent idem, terminus in demonſtratione potiſſi-
2 ma eſſet petitio principii. Secundo quia eſſent ibi tantũ
duo termini; quod falſum eſt. Secundo arguit ſic. Impoſ
ſibile eſt eundem conceptum eſſe priorem & poſterio-
rem: & haberi & non haberi de eadem re; ſed idem põt
concipi prius ſecundum nomen quam ſecundum diffini
tionem; ergo cõceptus per nomen diffiniti & diffinitio-
T.c.5. nem non eſt idem. Minor patet ex 1. Phy. vbi dicitur q
nomina ſuſtinent ad diffinitiones, hoc qđ totum ad par
tes, ideſt quod nomen confuſe importans id quod diffi-
nitio diſtincte eſt, prius notũ diffinitione. ergo &c. Ter
3 tio ſic ad idem; quia aliter ſequeretur quod omnis ppo-
ſitio in primo modo dicendi per ſe, eſſet per ſe nota; qđ
eſt falſum. Et quod quælibet propoſitio eſſet per ſe no-
ta in ſcientiis ſpecialibus; quam metaphyſicus poſſet ha
bere per ſe notam ex diffinitionibus terminorum; quod
4 non eſt verum. Quartò ſic. Bene ſtat demonſtratio ali-
cuius prædicati de diffinito; cum hoc quod illud prædi
catum ſit per ſe notum de diffinitione, ſicut habere tres
eſt demonſtrabile de triangulo, cum tamẽ notum ſit p
ſe de eius diffinitione, dicendo omnis figura plana &c.
ergo alius terminus eſt diffinitio; & alius diffinitũ quo
ad propoſitionem per ſe notam. Et conſequenter male
dictum eſt quod propoſitio quæ ex rationibus ſeu diffi-
nitionibus terminorum eſt euidens; eſt per ſe nota ſm
in fin. huius declarationis. ſe. Ex quibus infert Scotus, quod quia propoſitio per ſe
nota eſt nata habere euidentiam ex propriis terminis in
quocunque intellectu poſitis; licet actu non concipiant
nulla eſt diſtinctio inter propoſitionem per ſe notã ſe-
cũdum ſe & quo ad nos. Et ſimiliter nulla eſt diſtinctio
inter propoſitionem per ſe notam ſapientibus vel inſi-
pientib. quia hoc pertinet ad cognitionẽ terminorũ; qui
præſupponunt ad intellectum ppoſitionis per ſe notæ.

Num omnis propoſitio ſecundum ſe, nota, ſit etiam per ſe nobis nota.

Contra eandem diuiſionem, & primum eius mem-
brum arguit Petrus Aureoli ordinis minorum, in-
Aure. primo di. 2. q. 1. in. q. art. 4. tendens probare quod omnis propoſitio per ſe nota ſe
cundum ſe, ſit per ſe nota nobis ſic. Omnis ppoſitio ex
propriis cõceptibus nota cuilibet habenti illos, eſt per
ſe nota; ſed omnis propoſitio per ſe nota ſecundũ ſe, eſt
ex propriis conceptibus nota, ergo omnis propoſitio p
ſe nota ſecundum ſe cuilibet habenti eius proprios con
ceptus eſt per ſe nota, ſed quilibet formãs eã habet eius
proprios conceptus. ergo cuilibet formanti eam eſt p ſe
nota: ſed nos formamus eam, aliter nec a poſteriori illa
eſſet nobis nota, ergo nobis eſt per ſe nota, probatio qđ
quilibet formans eam habeat eius proprios conceptus,
qa niſi habeat eius proprios conceptus iam non format
eam, ſed aliam, quia identitas propoſitionis ex identita-
tes conceptuum, non vocum ſumenda eſt. Confirmatur
hoc ſic. Sortes formans propoſitionem quam vocas per
ſe notam ſecundum ſe tantum, puta Deus eſt, aut fert in
tuitum ſuum ſuper illos conceptus, ex quibus conſurgit
per ſe notitia illius propoſitionis, aut ſuper alios: ſi ſuper
illos, ergo illos habet & eſt ſibi per ſe nota: ſi ſuper alios
ergo non fert intuitũ ſuum ſuper illa propoſitione, ſed
ſuper alia, quia illa propoſitio ita integratur ex propriis
conceptibus quod non ex aliis. Alietas ſiquidem partiũ:
alietatem totius inducit. Conſtat autem conceptus incõ
plexos, partes eſſe conceptus complexi, quia eſt propo-
ſitio. Omnis ergo propoſitio per ſe nota ſecundũ ſe om
ni formanti eam eſt per ſe nota, & conſequenter nobis,
qui formamus eã, aliter nec a poſteriori eſſet nobis no-
ta, vt dictum eſt. Ad ſoluendas has obiectiones nõ opor
tet alia iacere fundamẽta: ſed ex præmiſſis reſpondetur,
vt eo pulchrior & efficacior, oſtendatur doctrina, quo
ex ea omnes difficultates accidentes ſoluuntur. Talis. n.
eſt natura rectæ diffinitionis (vt dicitur in 4. phyſico) T.c.31.
Argumenta ergo Scoti ſoluuntur ex ſupra poſita diſtin Ad 1m
ctione quod de propoſitione & diffinitione & diffinito
contingit loqui dupliciter: vno modo ſecundum ſe, alio
modo ratione noſtri, ſi ſecundum ſe loquamur, ſic nulla
eſt inter diffinitionem & diffinitum differentia. Et ſic
concluſio demonſtrata ratione noſtri eſt ſecũdum ſe p
ſe nota, quia nihil aliud eſt quam ea quam nos alteram
præmiſſarum facimus, & ſimiliter ſecundũ ſe incidit ibi
petitio principii, licet non ratione noſtri. Et ſimiliter
ſunt in tali proceſſu ſecundum ſe duo tantum termini,
licet ratione noſtri ſint tres. Similiter ad ſecundum gra- Ad 2m
tis conceditur quod alius eſt cõceptus diffinitionis a cõ-
ceptu diffiniti, ſed non ſecundum ſe, ſed ratione noſtri.
Tertii quoque tam prima conſequentia quam eius con Ad 3
ſequens conceditur. Secunda autem conſequentia nihil
valet, & eius conſequens implicat in adiecto. Implicat
enim quod ppoſitio, cuius termini quidditatiui cogno-
ſcuntur a Metaphyſico, & tantum ex quidditatibus ter-
minorum eſt per ſe nota ſecundum ſe, ſit per ſe nota in
ſcientia ſpeciali. ſufficit enim quod ſit per ſe nota Me-
taphyſi. Ad quartum dicitur ſicut ad primum ſcilicet q Ad 4m
illud aſſumptum (ſtat quod aliquod prædicatum ſit
per ſe notũ a diffinitione alicuius, & de diffinito demõ-
ſtretur) eſt verum ratione noſtri, ſed non ſecundum ſe,
iam enim dictum eſt, quod ſecundum ſe incidit ibi peti
tio principii. Vnde ad clariorem horum intelligentiam
aduerte quod demonſtratio etiam potiſſima inſtrumen
tum intellectus humani coniuncti eſt & non rerum pro
prietas, res enim ipſæ indifferẽtes ſunt vt diſcurſiuæ, aut
abſque diſcurſu cognoſcantur, ab intellectu ſiquidem ſe
parato, ſimplici intellectu intelliguntur, a nobis aũt ſyl
logiſtico diſcuſu attinguntur, vnde in 5. Meta. dicitur. T.c.20.
quod ſcibile non refertur ad ſcientiam, quia eius expers
eſt. Quia autem demonſtratio intellectus noſtri eſt in-
ſtrumentum, ad diſcurſiuè cõcludendum in materia ne-
ceſſaria, & inſtrumentum oportet eſſe conforme vtenti
illo, & proportionato materiæ, circa quã verſatur, opor-
tet demonſtrationem conformẽ eſſe intellectui noſtro,
& concluſioni ſcibili vt ſic. Sed quoniam inſtrumẽti vti
litas nulla eſt niſi in caſu agentis, ideò in ipſa inſtrumẽti
cõfectione pmittendæ ſunt aliquæ conditiones eius, re-
quiſitæ ex parte materiæ, quæ impedirent vſum agẽtis,
& attendendum eſt, vt ſit proportionatũ vtenti. Inepte
enim imbecilli artifici daretur inſtrumẽtum non facile
mobile, propterea quia materia exigeret inſtrumentum
adeo graue, melius enim proportionatum ſibi inſtrumẽ
tum traderetur, vt poſſet ſecũdum vires operari. Demõ
ſtratio ergo etſi ſecũdum ſe ſeu ratione materiæ, quod
idem eſt, exigat quod concluſio eius non ſit ex rationi-
bus terminorum nota, attamen ex imbecillitate intelle
ctus, quæ communiter inuenitur in hominibus, qua ſit
vt aliquid ignoret de diffinito quod nouit de diffinitio
ne, oritur quod demonſtratio conformis noſtro vſui ſit
illa, in qua medium eſt quidditas alterius termini, & cõ
ſequenter quod in ea prætermittatur id quod ex ſe exi-
geret, propterea Ariſtot. & cæteri coſecturi demonſtra
tionem, talem nobis edidere, qualem vtilem eſſe cogno
ſcebant, nec tamen ſiluerunt quod aliæ eſſent eius con-
ditiones, ſi noſtra nõ obſtaret infirmitas. Ad ea aũt quæ
addit Scotus cõtra diuiſiones illas, dr quod illa diuiſio
S. Th. artificioſe facta eſt per differentias propoſitionis
per ſe notæ, quia enim propoſitio per ſe nota, idem ſo-
nat q propoſitio non per aliam propoſitionem nota,
hoc

hoc autem quod dico non per aliud notum, recte diui-
r 6 l 23 dater in ſecũdum ſe & in quo ad nos, vt patet per Ariſt.
diuidẽtem eius oppoſitum ſ. per aliud notum. in hæc ea
dem membra. ſ. in per aliud notum ſecundum ſe, & per
aliud notum quo ad nos. per hoc. n. diſtinguitur demon
ſtratio quia a propter quid conſequens eſt quòd prima
diuiſio neceſſaria, & non ſolum recta fuit. Et ſimiliter ſe
cunda diuiſio per eaſdem deias magis contractas facta
eſt, vt patet in ipſa diuiſione. Quod autem terminorum
cognitionis in huiuſmodi diuiſione meminerimus ad in
ſinuandam ſeu circumloquẽdam verã (quam diximus)
Auree. argu mẽta ſoluũtur. differẽtiam factum eſt, vt philoſophorum mos eſt. Ad
argumenta vero dicitur quod cum identitas propoſitio
nis ſecundum ſe attendatur penes identitatem ſui ſigni
ficati complexi, & totalis ſignificati, quod poteſt conci-
pi confuſe, & diſtincte; eadem ſecundum ſe propoſitio
eſt quæ conſtat ex diffinitis, cum illis quæ conſtat ex rõ
nibus eorum, & non differt niſi ſicut diſtincte & confu-
Notato. ſe cognita, quod eſt differre quo ad nos. Vnde ad argu-
mentum dicitur quod maior eſt ſic modificanda, omnis
propoſitio ex propriis conceptibus nota cuilibet haben
ti illos diſtinctè eſt per ſe nota; aliter non eſt vera vni-
uerſaliter: habenti enim illos confuſe licet quandoq; ſit
per ſe nota, non tamen ſemper, quia quandoque ad eui-
dentiam complexi ſignificati ſufficiunt conceptus con-
fuſi terminorum, vt in iſta, Omne totum eſt maius ſua
parte, quandoque non, vt in iſta, Deus eſt. Eſt etiam di-
ſtinguenda illa propoſitio, quod quilibet formãs eam,
Ad confirmationem. habeat eius proprios conceptus, diſtincte vel cõfuſe. Et
per hoc patet reſponſio ad confirmationem. quia Sortẽ
formantem iſtam ꝓpoſitionem, Deus eſt, ferre intuitũ
ſuum ſuper illos conceptus ex quibus conſurgit per ſe
notitia illius propoſitionis, põt intelligi dupliciter, vno
modo diſtincte, & ſic eſt falſum. eſſet enim ſibi ꝑ ſe no-
ta, alio mõ confuſe, & ſic eſt verum. Et hoc ſufficit, Iden
titas enim propoſitionis ſecundum ſe variatur ex alieta
te conceptuum obiectalium ſecundum ſe, & non ex va
rietate conceptuum formaliũ, & ideò non variatur ex
diſtinctè vel cõfuſè concipi, vt dictum eſt, quia prius nõ
oportet quod varietur ex veritate poſterioris.

CIRCA ſecundam cõcluſionem dubitari poſſet an
cir. tex. cõ. 30. dubio. 1. demonſtratio circularis ſit aliquo mõ poſſibilis. ſ. a prio
ri vel poſteriori. Sed quoniã de hoc inferius in c. 13. ha-
bebiẽ ſermo, & multa oportet præcognoſcere ante hãc
quæſtionẽ, ideo illucuſque quæſtio hæc differatur. Illud
tamen aduerte, quod nec prima nec tertia ratio impro-
bat demonſtrationẽ circularem eſſe impoſſibilem, extẽ
dendo demonſtrationem ad quia, & propter quid, ſecũ
da autem ratio quantum militet contra demonſtratio-
nem circularem, cuius altera ſit propter quid & altera
quia, tunc dicetur. Sufficit enim nunc ꝙ contra demon-
ſtrationem circularem ſimpliciter accepte tur.

## De omni & per ſe Cap. 4.

Conclu. 1. *QVoniam autẽ impoſſibile eſt aliter ſe habere cuius
eſt ſcientia ſimpliciter, neceſſarium vtique erit id
eſſe ſcibile quod eſt ſecundum demonſtratiuam ſcientiã.*
Cor. *Demonſtratiua autem eſt quam habemus in habendo de*
T. c. 9. *monſtrationem. Ex neceſſarijs itaque ſyllogiſmus demõ
ſtratiuus eſt. Accipiendum eſt igitur ex quibus & qua-
libus demonſtrationes ſunt. Primum autem determina-
bimus quid ſit de omni, & quid per ſe, & quid vniuerſa
le. De omni quidem igitur hoc dico, quod vtique eſt nõ in
quodam quidem ſic in quodam autem non, nec aliquãdo
quidem ſic, aliquando vero non, vt de omni homine ani-
mal, ſi verum eſt dicere hominem, verum eſt dicere ani
mal, & ſic tunc alterum, & alterum, & ſi in omni linea
punctum. ſimiliter eſt. Signum autem eſt quoniam inſtan
tias ſic proferimus, ſicut de omni interrogati, aut ſi in*
Primus modus per ſe. *quodam non, aut aliquando non. Per ſe autem ſunt quæ-
cunque ſunt in eo quod quid eſt, vt triangulo ineſt linea
punctum lineæ, ſubſtantia enim ipſorum ex his eſt, & q̃-
cunque inſunt ratione dicente quid eſt. Et quibuſcunq;*
*eorum, quæ inſunt ipſis, ipſa quidem ſunt in ratione quid* T. c. 8.
*eſt demonſtranti, vt rectum ineſt lineæ & circulare, &
par & impar numero, & primũ & compoſitum, & iſo-
cheli, quod eſt æquilaterum, & ſcalenon id eſt altera par
te longius, quæ omnibus his inſunt in ratione dicenti qd
eſt, hinc quidẽ linea, inde vero numerus, ſimiliter & in
alijs huiuſmodi vnicuique per ſe eſſe dico, quęcunque vero
neutraliter inſunt accidentia ſunt, vt muſicum, aut albũ*
*animali. Amplius quod non dicitur de ſubiecto alio quo* Tertius.
*dam, vt ambulans & album, cum quoddam alterum am
bulans ſit & album. Subſtantia autem & quæcunq; hoc
aliquid ſignificant non alterum aliquod ſunt quod vere
ſunt. Quæ quidem igitur non de ſubiecto ſunt per ſe dico,* Quartus.
*quæ vero de ſubiecto accidentia ſunt. Item alio mõ quod
quidem propter ipſum ineſt vnicuique per ſe, quod vero
propter ipſum accidens, eſt vt ſi ambulante Coriſco coru
ſcat, accidens eſt. non enim propter id quod ambulat co-
ruſcat, ſed quod accidens dicimus hoc eſſe. Si vero pro-
pter ipſum per ſe, vt ſi aliquod interfectum interijt ſecun
dum interfectionem, quoniam propter id quod interfectũ*
*eſt interijt. Sed non quod accidit interfectum interijt.* T. cõ. 10.
*Quæ igitur dicuntur in ſimpliciter ſcibilibus per ſe ſic
ſunt, ſicut in eſſe prædicãtibus, aut ineſſe propter ipſa q̃
ſunt ex neceſſitate. Non enim contingunt non ineſſe, aut
ſimpliciter aut oppoſita, vt lineæ aut rectum aut obli-
quum, & numero par aut impar. Eſt enim contrarium
aut priuatio aut contradictio in eodem genere, vt par &
impar in numeris ſecundũ quod ſequitur. Quare ſi neceſ-
ſe eſt aut affirmare, aut negare neceſſe eſt, & quæ per ſe
ſunt ineſſe, de omni igitur & per ſe determinatũ ſit hoc
modo.*

### Summa huius capituli hæc eſt.

SYllogiſmus demonſtratiuus eſt ex neceſſariis; proba Prima concluſio.
tur a priori, quia quod ſcitur per eum eſt neceſſariũ
quia impoſſibile eſt aliter ſe habere.

Accipiendum eſt ergo ex quibus & qualibus demon Cor.
ſtrationes ſiunt.

De omni dico, quod eſt non in quodam quidem ſic, Diffinitio.
& in quodam non, neque aliquando ſic, & aliquãdo nõ.
Probatur a ſigno, quia altero iſtorum modorũ proferũ
tur inſtantiæ contra de omni.

Primo modo per ſe inſunt quæcunque inſunt in ra- Diffinitio.
tione dicente quid eſt, vt linea ineſt triangulo, & pun-
ctum lineæ.

Secundo modo per ſe inſunt quæcunque inſunt aliis, Cor.
quæ in ratione eorum inſunt quid eſt demonſtranti.

Quæcunque neutraliter inſunt accidentia ſunt.

Tertio modo per ſe ſunt, quæ non de ſubiecto dicun
tur aliquo quodã. Quæ vero de ſubiecto accidẽtia ſunt.

Quarto modo per ſe ineſt quod propter ipſum ineſt.
Quod vero non propter ipſum accidens eſt, vt ſi ambu
lante aliquo coruſcauit.

Quæ ergo dicimus in ſimpliciter ſcibilibus, per ſe ſic Secũda concluſio.
ſunt, ſicut in eſſe prædicantibus, aut ineſſe propter ipſa.

Et hæc inſunt neceſſario, vel ſimpliciter, vel ſub di- Tertia concluſio.
ſiunctione. Probatur hoc vltimum a priori, quia talia di
ſiuncta aut opponuntur contrarie immediate, aut priua
tiue, aut cõtradictorie in eodem genere, quæ neceſſe eſt
affirmare vel negare.

### Series autem hæc eſt.

DIFFINITA demonſtratione, intendens oſtende-
re in ſequẽtibus ex quibus & qualibus neceſſariis eſt de
monſtratio in hoc cap. tria facit. Primo rationem talis
proceſſus prima concluſione aſſignat. Secundo præmit-
tendorum trium ſcilicet de omni, per ſe, & vniuerſali
quid ſint. Duo prima diffinit ſigillatim. Tertio quomo
do demonſtrator vtatur (per ſe,) inſinuat ſecunda con-
cluſione, & addit quod talia ſunt neceſſaria, in tertia cõ
cluſione.

Quę nam ſubiectorũ & temporũ uniuerſitas ad de omni requiratur.

CIRCA diffinitionem de omni, aduerte quod vniuerſalitas ſubiectorum & temporum diffiniens de omni nõ oportet quod ſit vniuerſalitas poſitiua & actualis. iſta.n. Deus eſt actus purus, eſt de omni, cum ſit per ſe, & nõ ſingularis, & tamen nec actu nec aptitudine eius ſubiectũ habet partes ſubiectiuas, & ſimiliter eius ſignificatũ nec menſuratur, nec eſt menſurabile temporum dĩiis. Sed ſufficit ꝙ ſit vniuerſalitas vtraque negatiua & virtualis, negatiuam inquam ita quod nulla pars ſubiectiua ſi cui tale prædicatum non conueniat & ſimiliter nulla ſit dĩa tẽporis in qua non conueniat. Virtualis vero quia ſi ſubiectum haberet ſub ſe partes ſubiectiuas & menſuraretur tempore, cuilibet, & ſemper adeſſet tale prædicatum vnde notanter (vt Albertus dixit) Ariſt. diffinens de oĩ, vtranque vniuerſalitatem negatiue poſuit, dicens non in quodam ſic, & in quodam, nõ, neque aliquando ſic, & aliqñ non. Aduerte ſecundo ꝙ uniuerſalitas tpis ſiue poſitiue ſiue negatiue intelligatur non oportet ꝙ intelligatur ꝓ omni tempore ſimpliciter ſed pro omni tẽpore quo tale prædicatum natum eſt ineſſe tali ſubiecto. non enim illud tantum dicitur eſſe ſemper quod nũquam abeſt, ſed illud quoque ſempiternũ dicimus, quod infallibiliter ſuo tempore inuenitur, vt ortus & occaſus ſolis, & coniũctiones planetarũ & ſimilia, quæ perpetuo perſeuerant. Hęc .n. omnia in demonſtrationibus vt concluſiones neceſſariæ cedunt vt patet in aſtrologia, & conſequenter de omni ſunt. Quod autem iſta expoſitio ſit ſecundum mentem Ariſ. probatur ſic. De omni poſterioriſticum exigit vniuerſalitatem ſuppoſitorum, propter formam ſyllogiſmi, vniuerſalitatẽ temporis, aũt (vt Albertus ait) propter materiam neceſſariam, circa quam verſatur demonſtrator, neceſſarium.n. immutabile & perpetũ eſt. Talis ergo exigitur temporis uniuerſalitas, qualẽ neceſſaria materia requirit. Conſtat autem quod prædicata omnia neceſſaria ſunt, aliter de eis non eſſet ſcientia, & tamen perpetua non ſunt niſi modo dicto, quia ſcilicet infallibiliter quãdo nata ſunt ineſſe inſunt. ergo talis tẽporis vniuerſalitas

Infra primo huius. Te. c. 49.

ſufficit ad de omni. Et confirmatur, quia in primo huius Ariſ. expreſſe dicit, talem perpetuitatem concluſioni demonſtrabili ſat eſſe. Si dicatur ꝙ de coniunctionibus & aſpectibus planetarum. & ſimilibus in actu non eſt ſciẽtia, ſed in aptitudine tantũ, & conſequenter ꝙ hmõi non ſunt nec perpetua, nec neceſſaria, ſed aptitudines ad ipſa. contra primo quia hoc videtur contra intentionem explicitam loquentium de huiuſmodi, non.n. dicunt ꝙ Luna eſt eclipſabilis, nec qđ Mars eſt Saturno cõiungibilis ſed, ꝙ Lunę ineſt eclipſis, & Marti coniunctio, licet nõ dicant hoc eſſe nunc. Secundo quia ſm hoc ita erit ſcientia de coniunctionibus, & aſpectibus & retrogradationibus & ſtationibus, & huiuſmodi, quæ inueniuntur in cęleſtibus corporibus, ſicut eſt ſcientia de iſtis, homo eſt albus, homo currit, homo nauigat, homo diſputat & his ſimilibus. hæc.n. omnia demonſtrabilia ſunt in potentia. Aſſerere autem hoc, alienum ab humano ſenſu eſt. omnes.n. dicimus de iſtis non haberi ſcientiam & de illis haberi loquentes proculdubio de vtriſque in actu, in vniuerſali tamen, non in particulari. Aduerte tertio non eſſe extra latitudinem propoſitionum de omni poſterioriſtico, propoſitiones naturales, in quibus prædicatum ineſt neceſſario in ſubiecto, vt in pluribus tam ſuppoſitis, quam temporum dĩiis, quando natum eſt ei ineſſe, licet in aliquo, vel aliqñ fallat per accidens tales ſiquidẽ propoſitiones ſunt & præmiſſæ & concluſiones ſæpe in demonſtrationib. naturalibus, cum ſcibiles ſint, & conſequenter ſunt per ſe & neceſſariæ, quia (vt infra oſtenditur) neque de his quę ſunt per accidens, neque de poſſibilibus aliter ſe habere, demonſtrationes fiunt, per ſe autem & neceſſariũ de oĩ ſupponunt, ſunt igitur & iſtæ de omni & habent vniuerſalitatem temporum & ſuppoſitorum, non ſimpliciter neque quando natum eſt eſſe, ſed vt in plurib. neceſſariã, vnde de omni poſterioriſticum analogum quoddam eſt

T. c. 18.
T. c. 15.

diuidendum per hos tres modos ſcilicet ſimpliciter, & qñ natum eſt ineſſe, Et ut in pluribus neceſſario, quando natum eſt ineſſe. Et conſtituit tres ſupradictos ordines propoſitionum. ſ. earum, in quibus eſt vniuerſalitas ſubiectorum & temporum ꝙ ſimpliciter, & earum, in quibus vniuerſalitas vtraque non continua ſed regularis, & earũ in quibus vniuerſalitas vtraque eſt neceſſaria quidẽ, ſed cum per accidens defectu. Nec oportet vt ſi quælibet cuiuſque iſtorum ordinum eſt de omni, quod diffinitio aſſignata de omni ab Ariſto. conueniat ſimpliciter cuilibet. Sed ſufficit ꝙ in primo tota ſimpliciter ſaluetur & in aliis ſm quandam proportionalem imitationem, aliter uniuoce, non analogice ly de omni diceretur de oĩbus ſupradictis. Ad euidentiam modorum dicendi per ſe notandum eſt, quod per ſe poteſt accipi dupliciter. vno modo poſitiue, alio modo negatiue. Si ſumatur poſitiue, vel eſt conditio incomplexorum, & ſic diſtinguitur contra hoc qđ dico, in alio, & conſtituit tertium modum ſecundũ quẽ ſubſtantia & quæcunque ſignificant hoc aliquid, entia per ſe ſunt, album vero & ambulans, entia in alio. Vel eſt conditio complexorum, & ſic diſtinguitur cõtra per accidẽs ut idem ſonat quod accidentaliter ſeu contingenter, & conſtiuit reliquos tres modos perſeitatis. Primum quidẽ ſi ſit cõditio complexi ſubſtantialis, ſecundum vero ſi ſit accidentalis. i. extra rei eſſentiam. Quartum ſi ſit cõditio cauſalitatis in ſubiecto reſpectu prędicati, ut patet in textu. Si autem ſumatur per ſe, negatiue, poteſt accipi etiam dupliciter ſcilicet ut conditio incomplexi, & ſic diſtinguitur contra hoc quod dico cum alio, & nihil aliud niſi ſolitudinem denotat & ſic dicimus ꝙ quantitas per ſe neque circularis neque recta, & animal per ſe neque rõnale neque irrationale, nihil aliud intendentes, niſi ꝙ quantitati & animali ſolitarie ſumptis nihil eorum ineſt & hoc modo pe ſe non conſtituit aliquem perſeitatis modum. Si autem per ſe negatiue ſumptum ſit cõditio complexi, ſic diſtinguitur cõtra per accidens, ut idẽ ſonat qđ per aliud, & ſic dicimus qđ iſta, hõ eſt albus, eſt per ſe, quia homo eſt albus, nõ quia aliquid aliud ſit albũ ſed q̃a ipſum informat albedo, iſta vero, album eſt homo, eſt per accidens, quia albo nõ ineſt homo, niſi quia id quod ſubſternitur albedini, eſt homo, & hoc quoque modo, per ſe nullum perſeitatis modum conſtituit.

Num definitio, & quæ in diffinitione ponuntur per ſe de definito prædicentur.

CIrca primum modum dicendi per ſe, dubitatur, quia non uidetur uerum quod quæcunque ponũtur in diffinitione prædicentur per ſe de diffinito. Subiectum enim ponitur in diffinitione ſui proprii accidentis, & tamen non prædicatur per ſe de eo, ſed per accidens (ut infra in hoc primo dr̃ c. 18.) nec põt dici ꝙ hoc intelligit de partibus diffinitionis in recto, & non in obliquo; expreſſe nanque in textu dantur exempla de partibus diffinitionis in obliquo ut patet de linea reſpectu triãguli, & puncto reſpectu lineæ, & Albertus & S. Thõ. hic dicunt qđ ad hunc modũ pertinent non ſolũ ea, q̃ in recto, ſed & in obliquo diffiniunt aliquid. Ad hoc dubium dr̃ ꝙ q̃libet pars diffinitionis eo mõ, quo ponitur in diffinitione, prædicatur in primo mõ dicendi per ſe de diffinito, ita quod ſi diffinitur in recto, prædicatur per ſe in recto, & ſi in obliquo, in obliquo. Et quia accidens dupliciter diffinitur ſcilicet in concreto & in abſtracto, & quando diffinitur in concreto, ſubiectum ponitur ibi in recto, ut patet dicendo, ſimum eſt naſus curuus: & quando diffinitur in abſtracto, ſubiectũ ponitur in obliquo ut patet cũ dicitur, ſimitas eſt curuitas naſi: ideo ſubiectũ prædicatur in primo modo dicendi per ſe in obliquo de proprio accidente in abſtracto in recto vero de eodem in concreto. Ad auctoritatem autem Ariſtotel. dicentis quod ſubiectum prædicatur de ſuo proprio accidente per accidens, dicitur quod ſicut per ſe ſumitur dupliciter uno modo ut diſtinguitur contra per aliud, alio modo ut

Te. c. 35. & 36.

Prima reſponſio.

xit. Ariſt. ꝙ per ſe ſecundo modo ſunt, quæcunq; inſunt
alijs &c. intelligitur ſalua prædicatione directa. Hęc re
ſponſio & ſi quo ad primã obiectionem repellẽda non
videatur, in ſ[illegible] tamẽ non plene ve. vř, quia vt patebit, ꝓ
poſitio in qua diſſinitio accidentis in concreto prædica
tur de eo eſt per ſe in primo modo, licet improprie, &
tamen ibi interuenit prædicatio indirecta: non ergo prę
dicatio indirectam perſeitatem oĩno deſtruit. Sed dato
ꝙ ſic eſſet obiectioni ſecundæ non ſatisfit, quia prædi-
catio dr̃iæ de genere non eſt minus directa quam prędi
catio ſimi de naſo, & chriſpitudinis de capillo, & paris
de numero, & ſimiles, ſicut. n. in iſtis ſubiectũ cadit in ra
tione prędicati & cõius eſt prædicato, & ꝓdicarũ com-
paratur ad ſubiectum vt forma ad materia, ita in illis fit
in quib. dr̃ia prædicatur de genere. genus. n. vt dictũ eſt,
quia proprie eſt dr̃iæ materia, in eius ratione, vt additũ
cadit, & cõius eſt ipſa, & dr̃ia ſe habet ad ipſum vt for-
ma ad materiã. Non eſt ergo indirecta prædicatio dr̃iæ
de genere, aut oẽs iſtæ ſunt indirectæ, quod eſt volunta

*Secunda reſponſio.*

rium. Oportet igitur aliter reſpondere & dicere cum A
riſt. in hoc c. ꝙ prædicatum recipiens in ſua ratione ſub
iectum, quoddam eſt, qđ ſimpliciter illi ineſt neceſſario
vt riſibile homini & habere tres triangulo, quoddã ve-
ro quod non ſimpliciter, ſed ſub diſiũctione neceſſario
ineſt ſubiecto, vt par vel impar reſpectu numeri. Et ſe-
cũdum hoc dicitur ꝙ hmõi adductæ propoſitiones, eo
modo quo ſunt neceſſariæ ſunt per ſe, & quia non ſunt
neceſſariæ niſi prædicato ſub diſiunctione ſui oppoſiti
ſumpto, ideo non ſunt per ſe niſi illo modo vnde iſta, a-
nimal eſt rationale non eſt per ſe, ſed iſta, animal eſt
rationale vel irrationale, ſicut iſta, numerus eſt par
non eſt per ſe, ſed iſta, numerus eſt par vel impar, vnde
Auerrois, hic ait, ꝙ quia genus diuiditur per oppoſita di
uiſione eſſentiali, non euadit ab vno eorum, & propor-
tio eius ad vtrunque membrum ſub diſiunctione eſt ſi-
cut proportio hominis ad riſibile. Ariſt. quoque in tex-
tu ait, ꝙ in ſecundo mõ per ſe inſunt triangulo Iſopleu-
ros, & ſcalenon, & altera parte longius, intelligẽs ꝑ hæc
dr̃ias trianguli diuiſiuas, potius quam ſpẽs. Qñ ergo dř
in textu, ꝙ per ſe ſecundo modo inſunt quæcunq; &c.
intelligitur ſic, quæcunque inſunt alijs, quæ in eorũ ratio
ne ſunt, per ſe inſunt ſimpliciter, vel ſub diſiũctione ſui
proprij oppoſiti. Et per hoc patet reſponſio ad alias in-
ſtantias ſimiles. ſ. naſus eſt ſimus, capillus eſt criſpus &c.
hę. n. oẽs ſub diſiunctione ſunt per ſe ſecundo mõ, quia
ſubiectum ponitur in ratione prædicati. Conſiderandũ
eſt rurſus, ꝙ quia ad propoſitionẽ per ſe in ſecundo mo
do ſufficit in ſubiecto includi id quod ponitur in diffini
tione prædicati, & non oportet ſemper ipſum ſubiectũ
poni in diſſinitione prædicati, vt patet quando paſſio
ſuperioris de inferiori prædicatur, ideo cum in textu diſ
finitur ſecundus modus dicendi per ſe, & dicitur ꝙ ipſa
ſubiecta inſunt in diſſinitione prædicati, gloſſetur, ipſa
ſecundum ſe vel aliquid ſibi intrinſecum. Ad maiorem
claritatem huius ſecundi modi dicẽdi per ſe, aduerte ꝙ
etiam in hoc modo tripliciter propoſitiones reponun-
tur. nam quædam proprie & principaliter, & hæ ſunt tã
illæ in quibus proprium de ſuo primo ſubiecto vel eius
diffinitione enunciatur, vt homo eſt riſibilis, & aĩal rõ-
nale mortale eſt riſibile, quã illæ in quibus diſſinitio ꝓ
prij de primo ſubiecto vel diſſinitione ſui primi ſubie-
cti dicitur, vt homo eſt naturaliter potens ridere &c. &
animal rationale mortale eſt naturaliter potens ridere
&c. vel aliquid huiuſmodi, & hoc tam in proprijs ſimpli
citer, quam in diſiunctis, ſiue diſiuncta ſint dr̃iæ diuiſiuę
ut animal eſt rationale vel irrationale, ſiue ſint propria,
quæ vocantur paſſiones diſiunctæ, vt numerus eſt par
uel impar. Quædam autem proprie & ſecundario, & hæ
ſunt illæ, in quibus paſſio ſuperioris prædicatur de infe-
riori, vt Iſoſcheles habet tres angulos, & illæ, in quibus
paſſio inferioris prædicatur de ſuperiori particulariter
ſumpto, ut quædam figura habet tres, & illæ, in quibus
paſſio alicuius ſubiecti prædicatur per ſe de ſubiecto il-
lius ſubiecti, ut miſtum eſt uiſibile, ſi color miſto per ſe
ineſt, & illæ, in quibus paſſiones mathematicales prædi
cantur de ſenſibilibus, de quibus ſunt demonſtrabiles,
uel per medium naturale a priori, ut terra eſt rotunda,
uel per medium mathematicum. vt radij reflexi habent
tres angulos ęquales &c. Quædã uero improprie, & ſunt
tam illæ, in quibus diſſinitum prædicatur de diſſinitio-
ne data non ſecundum exigentiam rei, ſed modi ſignifi
candi, ut naſus curuus eſt ſimus, quam illæ, in quibus diſ
finitum prædicatur de ſua diſſinitione data ſecundum
rei exigentiam, ut curuitas naſi eſt ſimitas, & animal ra-
tione mortale eſt homo. In his ſiquidem, quia ſubiectũ
eſt ipſa ratio prædicati, quod prædicatum non denomi
natur ſubiectum ideo in ſecundo modo improprie repo
ni oportere duximus. Sunt etiam hic locandæ & illę in
quibus directe inferiora ſub diſiunctione de ſuperiorib.
prędicantur, ut quantitas diſcreta eſt numerus uel ora-
tio. Eſt quoque & hic attendenda latitudo ſecundi mo-
di dicendi per ſe non ſolum ſecundum iſtos tres propo-
ſitionum ordines, ſed in quolibet ordine, illa digniorem
locum uidetur tenere quę prius nominata eſt. Cauſas au
tem horum ſatis ex rerum ordinatorum conditionibus
eluceſcere credimus.

Num omnia, quæ non primo, vel ſecundo modo inſunt, per
accidens inſint.

CIrca propoſitionem illã correlariã quam poſt duos
primos perſeitatis modos addit. ſ. (Quęcunq; ve-
ro neutraliter inſunt accidentia ſunt) dubitatur. Si enim
hoc uerum eſt ſequitur quod illa, quę inſunt per ſe iux-
ta quartum modũ per ſe accidentaliter inſunt, quod eſt
manifeſte falſum, quia propoſitiones quarti modi ingre
diuntur demonſtrationem, ut in textu dř. Ad hoc eſt di
cẽdum quod quartus modus ut diſtinctus formaliter ab
alijs utatur per ſe ut conditione cauſalitatis, & effectus,
& ut ſic non habeat ut prædicetur de cauſa, quælibet ꝓ
poſitio quarti modi inquantum includit perſeitatem ꝑ-
dicationis, ingreditur primum uel ſecundum modũ: in-
quantũ includit perſeitatẽ cauſalitatis ingreditur quar-
tum modũ, & propterea omnis propoſitio per ſe ratio
ne prædicationis, oportet ꝙ ſit in primo uel in ſecundo
modo. Vnde iſta (decollatus interiit) ratione cauſalitatis
eſt in quarto modo, ratione uero prędicationis eſt in ſe
cundo quia interitus eſt ut paſſio decollationis, licet nõ
adequata ſibi, ſed de ſubiecto ſuperiori cõi decollationi
ſuſpẽſioni, & cęteris huiuſmodi. Subtiliter ergo ac opti-
me dixit Ariſt. quęcunque nec in primo, nec in ſecũdo
modo inſunt accidentaliter inſunt, quia omnis inhęſio
expers utriuſque perſeitatis, eſt etiã expers quarti modi
reſpectu illius ſubiecti. Vnde notanter dixit neutraliter
inſunt, inſinuans per ly inſunt quod de perſeitate prædi
cationis loqueretur, in eſſe ſi quidem prædicationẽ fun-
dat. Signum neque huius non paruum eſt, quod Ariſto.
contra quodlibet per ſe, ponens ſuum accidens contra
per ſe quarti modi non oppoſuit accidentalem prædicã
tionẽ, ſed cauſalitatẽ, dicens, ꝙ uero non ꝑ ipſum acci
dẽs eſt ut ſi ambulãte coruſcauit. Quod aũt oĩs propoſi
tio extra primum & ſecundũ modũ ſit pure per accidẽs
declaratur ſic termini propoſitionis poſſunt dupliciter
ſumi. ſ. quidditatiue, uel ſecundũ eſſe qđ habent in hoc
& in illo realiter, uel ſecundũ rationẽ. Manifeſtũ eſt aũt
quod perſeitas propoſitionis confectæ ex eis non ſequi
tur habitudinẽ eorũ ſecundũ eſſe qđ hñt hic uel ibi qa
tale eſſe particulare contingens & corruptibile eſt, cum
omni eo quod ſequitur ad ipſum, propoſitio autem per
ſe eſt neceſſaria & perpetuæ ueritatis, unde fit, ut propo
ſitio per ſe nõ fiat ex terminis niſi ſecũdũ habitudinem
quam quidditatiue ſumpti inter ſe habent. Talis autem
habitudo in propoſito nihil aliud eſt quam quod ex
diſſinitione ſua coniunctio eorum neceſſaria ſit, &

quia propoſitio ex duobus reſultat terminis, ſubiecto.ſ.
& præpicato, oportet quod quadrupliciter ſe hře poſ-
ſint propoſitionis extrema ad perſeitatem. Aut.n.ſubie
ctum quidditatiue determinat ſib prædicatú,aut econ-
uerſo prædicatú quidditatiue determinat ſibi ſubiectú
aut vtrinque reliquú,aut neutrú alterú.Si primo mó,ſit
propoſitio per ſe in primo modo perſeitatis,in quo ꝓ-
dicatum eſt ipſa quidditas ſubiecti, vel de ſubiecti qd-
ditate. Si Secundo modo,ſit propoſitio per ſe in ſecun
do perſeitatis modo,in quo prædicatum determinat ſi
bi ex ſua diffinitione tale ſubiectum . Si tertio mó hoc
eſt impoſſibile niſi in correlatiuis,quia daretur circulus
diffinitionum.Correlatiuorú aút diffinitio alterius non
facit alterius pręicatum extra primú modum, quia v-
num correllatiuorú nó diffinitur,ad reliquum niſi in ob
liquo.Si aút quarto mó tunc propoſitio eſt pure per ac-
cidens:vnde nanque perſeitas coniunctionis terminorú
erit,ſi neutrú ex ſua diffinitione,alterum ſibi neceſſario
vendicat.Iam.n.dictum eſt,ꝙ ſola ſm diffinitionem ha
bitudo perſeitatem prædicationis conſtituit. Quæcun-
que igitur naturaliter inſunt, accidentia ſunt.

3. mod᷑ ſubſtantiis conuenit.

CIRCA tertium modú perſeitatis aduerte ex ſupra
dictis quod cum textu dr̃(ꝙ per ſe ſunt,quæ non de ſub
iecto dicuntur alio quodam ) ſufficit ꝙ intelligatur de
ſubiecto inhæſionis,quo ſubſtátia caret,& hoc inſinuaſ
ſe videtur Ariſt.per illa verba,alio quodam. ſubiectum
enim inhæſionis eſt vere aliud ab eo quod de eo dicitur
& ſecundum hoc tã prima quã ſecunda ſubſtantia per
ſe eſt iuxta hunc tertium modú, vt ẽt textus manifeſtẽ
proponit. Vnde cum S.Tho.declarando tertium modú
dicit quòd per ſe vt ſignificat aliquid ſolitarium, conſti
tuit tertium modum perſeitatis,non intelligitur de qua
libet ſolitudine,ſed ea tantú q̃ diuiditur contra in alio.
hæc.n.ſolitudo eſt quæ tertium cóſtituit modú, nec iſta
ſolitudo ſecundum rem intelligenda eſt negatiue , quia
modus importatus(in ly per ſe)vt conſtituit ſubſtantiã
poſitiuus eſt,licet nec negatiue ſignificetur.

Quartus modus ad cauſalitatẽ, licet inadæquato, ſpectat.

CIRCA quartú modú perſeitatis diligẽter aduerte
ſubtiliſſimam S.Tho.expoſitionem,ſm quã iſte quar-
tus modus diſtinguitur a ſecundo formaliter(vt dictum
eſt)quia perſeitatis ſecundi eſt perſeitas prædicationis,
quarti vero cauſalitatis.Et quia contingit quãdoque,ꝙ
idem ſit per ſe cauſa alicuius,& per ſe ſubiectum eiuſdẽ
vt patet de ſubiecto reſpectu propriæ paſſionis, ideo
quandoque ſecundus modus & quartus coincidunt in v
nam propoſitionẽ ſecundú diuerſas eius condónes.Ap-
paret autem hoc manifeſtius quam ſupra in hac propo
ſitione,animal rationale mortale eſt riſibile,in qua ſub
iectum,& ponitur in róne prædicati,& cauſa illius pro-

Egidius hic.

pria eſt.Vnde non intelligunt S.Thom.qui eius expoſi
tionem impugnant,& ex rudi ingenio prouenit impu-
gnare hoc:quia quartus modus requirit cauſam,quæ ita
ſit cauſa ꝙ nó ſubiectum,& ꝙ dici debet,interfectus in
teriit ſecundum interemptionem,hoc.n.falſum eſt, vt
Albertus magnus in hoc loco dicit,& ex Ariſtotelis ver
bis habetur.ait.n.Item alio modo quod propter ipſum
ineſt vnicuique per ſe.In quibus verbis ſufficiẽter quar-
tum modum per ſe diffinientibus,reduplicationis, aut
cauſæ,de qua non prædicatur effectus,nullo modo me-
minit quin potius prædicationem effectus de cauſa in
hoc modo concurrere affirmat per ly quod ineſt: ineſ-
ſe enim prædicationem fundat.

Qui modi per ſe ingrediantur demonſtrationem.

CIRCA ſecúdam concluſionem ſciendum eſt quod
aliud eſt loqui de his modis perſeitatis in ordine ad totã
demonſtrationem ſimpliciter,& aliud in ordine ad eius
concluſionem tantum. Similiter aliud eſt loqui de illis
in ordine ad demonſtrationẽ concludentem talẽ cócluſionem,
& aliud in ordine ad demonſtrationẽ ſimplici-
ter & in cói.Si.n.loquamur de tota demóſtratione,ſim-
pliciter & in cói,ſic omnes modi ingredi poſſunt demó
ſtrationem,maior enim & minor & concluſio fieri poſ
ſunt & in primo & in ſecundo & quarto modo,vt patet
diſcurrendo per demonſtrationes,quando demonſtra-
tur vna diffinitio per aliam,vel paſſio prima per diffini
tionem ſubiecti,vel ſecunda paſſio per primam &c.Ter
tius autem modus ratione ſubiecti, etiam a demonſtra
tione vniuerſaliter non excluditur. Si autem loquamur
de demonſtratione ſimpliciter concludente talem
concluſionem.ſ.vere & ſimpliciter ſecundum naturam
ſuã ſcibilem,& quoad eius concluſionem tantú,ſic di-
citur ꝙ ſecundus & quartus modus tm̃ demonſtrationẽ
ingrediuntur. Taceo de tertio,quia incomplexus eſt. Et
hoc modo intelligendus eſt S.Tho.in hoc loco,qui ſim cap.11.c.10.
pliciter ſcibilia,concluſiones ſecundum naturam ſuam
ſimpliciter ſcibiles interpretatus eſt. Themiſtius autem
Auer.& Albertus primo modo intelligendi ſunt,cú di-
cunt primum modum in ſimpliciter ſcibilibus admitti.

Paſſio ſub disiunctione quomodo comparetur ad ſubiectú.

CIRCA tertiam concluſionem ſciendum eſt ꝙ paſ
ſio ſub disiunctione neceſſaria cuius textus meminit,nó
eſt vt quidam putant paſsio vna ſimplex circumlocuta
ꝑ tale diſiúctú,ſed(ſunt forte)duæ paſsiones inadęqua
tæ ſigillatim tali ſubiecto ſuperiori , adæquatę autem
eius inferioribus,& ideo ,cum disiunctione, neceſſario
inſunt ſuperiori,& illud in earum diffinitione vt additú
recipiunt,ſicut & duæ differentiæ ex oppoſito euacuan
tes generis poteſtatem generi neceſſario inſunt ſubdi-
ſiunctione,& in vtriuſque ratione genus vt additum ca
dit.Sed quia metaphyſici negoci hoc eſt ſufficiat dixiſ
ſe quia ſic eſt,ibi autem ſi ſtudioſam vitam conceſſerit
nobis Deus,propter quid dicetur.

Num omnis propoſitio per ſe conuertatur in propoſitionem
per ſe.

DVbitatur an propoſitio per ſe conuertatur in pro-
poſitionẽ per ſe.Pro parte ſi quidẽ affirmatiua ẽ;
quia omnis propoſitio,in qua ſubiectum ponitur in ró-
ne pręicati eſt per ſe ſecundo modo,& in qua prædica
tú ponitur in diffinitione ſubiecti eſt per ſe primo mo-
do conſtat aút ꝙ propoſitio per ſe in ſecundo modo
conuertitur in eam,in qua prædicatú ponitur in ratione
ſubiecti,ergo conuertitur in propoſitionẽ per ſe primo
modo,vt iſta,numerus eſt par vel impar,conuertitur in
iſtã,par vel impar eſt numerus.Pro parte vero negatiua
eſt,quia in ſubiecto cuiuſcúq; propoſitionis per ſe clau
ditur intrinſece ratio formalis inhærẽtiæ prædicati,ſed
hoc nó poteſt ſaluari in conuertente propoſitionẽ per
ſe:quia impoſſibile eſt quod ſubiectú & prædicatum ali
cuius propoſitionis ita ſe habeant ꝙ vnú dependeat ab
altero ecóuerſo in eodem genere cauſæ.ergo &c.In hac Scotiſtæ.
dubitatione quidam ſcotiſtæ tenent ſimpliciter partem
negatiuam,quidã mouentur ex ratione ſecundo loco ad
ducta.& ex eo ꝙ credunt ſubiectú prædicari non poſſe
de paſſione in primo modo,quia ponitur in diffinitione
eius vt additú. qđ nihil aliud eſt quã eſſe extraneum a
ratione formali illius.Confirmantq; opinionẽ ſuã ex di
ctis Auer.in ſecundo de anima.com 66.& 67.vbi dici- Comm. 66. & 67.
tur ꝙ color eſt viſibilis per ſe,quia ſubiectum eſt cauſa Reprobaſ.
prædicati.Sed hęc opinio peripatetitis non cóſonat. Tú
quia iam oſtenſum eſt oẽm propoſitionem neceſſariam
eſſe per ſe,ac per hoc cum iſta ſit neceſſaria,rónale ẽ ho
mo,erit per ſe. Tú quia illæ propoſitiones ſunt per ſe,q̃
bus conueniunt modi perſeitatú ſecundú diffinitiones
datas ab Ariſt.conſtat aút ꝙ iſtis(rónale eſt homo) &
his ſimilib.cóuenit diffinitio ſecúdi modi per ſe,& iſtis
(par vel impar eſt numerus) conuenit diffinitio primi
modi,quia in illis ſubiectum ponitur in ratione prædi-
cati,& in his prędicatú ponitur in ratione ſubiecti,ergo
&c.Nec eſt audientum dictum eorum,ſ.ꝙ id,quod po- Reſpon. Scoti.
nitur vt additum,non prædicatur in primo modo, quia
eſt extra rationẽ formalem diffiniti.Contrariatur.n.pri
mo Ariſtoteli,qui in hoc loco notanter exempla dedit
de his,quæ cadunt in diffinitione vt addita. Contrariaſ
ſcđo veritati,quia cú ratio formalis rei & diffinitio ſint

idem in

idem in habentibus diſſinitionem, & apud Ariſt. ſepti
T.c.41. mo metaphyſicæ, per longũ proceſſum paſſiones & ac-
cidentia aut non hñt diſſinitionem aut habent pee ad-
T.cõ.15.16. & 17. dinim, nulla eſt diſſinitio quidditatiua accidentis in qua
non claudatus intrinſece ſubiectum. Sed quod decepit
Ratio erroris. eos eſt: quia aliud eſt ſubiectum eſſe extra eſſentiam paſ
ſionis & accidentis, & aliud eſt ſubiectum eſſe extra ra-
tionem quidditatiuam eius, & cum primum ſit verũ, cre
diderunt ſecundum quoq; verificari: quod tamen apud
peripateticos eſt error. Eſt ergo via media approbãda,
quod nec vniuerſalis affirmatiua ſcilicet omnis propoſi
tio per ſe conuertitus ſimpliciter in propoſitionem per
ſe, eſt vera, quia non conuertitur iſta, homo eſt animal,
nec vniuerſalis negatiua ſcilicet nulla propoſitio per ſe
conuertitus ſimplicites in propoſitionem per ſe, eſt ve-
ra, quia iſta homo eſt animal rationale, conuertitur in
iſtam, animal sationale eſt homo ſecundo mõ (vt etiam
in tractatu de demonſtsatione S. Tho. nomine inſigni-
to dicitus) & ex hoc patet ſufficientee quod ſubiectum
Nota. poſitum in ratione prædicati, imo quod plus eſt, eſt ipſa
ratio prædicati, & eius cauſa. Sed quædam ꝓpoſitiones
per ſe conuertuntur in per ſe. & hę ſunt omnes quarum
T.c.35. cõuertẽtes ſimpliciter ſunt neceſſariæ ex terminis. Nec.
obſtat his quod Ariſt inferius dicit. quod iſta eſt per ac
cidens, riſibile eſt homo: ibi enim non accipitur accidẽs
vt oppoſitus ad per ſe, de quomodo loquimur, vt in ca.
18. patebit diffuſe ex textu. Cõfirmat autem ſic eſſe (vt
diximus) frequens philoſophorum exercitium in demõ
ſtrando, dum cõuertendo præmiſſam demonſtrationes
faciunt, vt patet dum vtuntur in demonſtrationib. vtra
que harum, omne intellectiuum eſt liberum & econuer
ſo, omne liberum eſt intellectiuũ. & ſimiliter omne ne-
ceſſarium eſt æternum, & econuerſo, omne ęternum eſt
neceſſarium, & ſimiliter omne generabile eſt corrupti-
bile, & econuerſo, omne corruptibile eſt generabile, &
infinitis huiuſmodi propoſitionibus philoſophi vtun-
tur in diuerſis demonſtrationibus: conſtat autem quod
demonſtrationes nõ niſi propoſitiones per ſe aſſumũt.
Vnde vel fateamur omnes errare, quod temerariũ eſt,
vel concedamus multas propoſitiones pes ſe conuerti
ſimpliciter in per ſe. Ad rationem autem in oppoſitum
dicitus psimo quod loquendo de ſubiecto, vt diſtingui-
tur contra prædicatum maios illa nec eſt probata, nec
apparet vesa vniuerſaliter: in iſta enim homo eſt ani-
mal rationale, prædicatũ magis exprimit cauſam inhæ
rere in ſubiecto quam econuerſo, tamen non eſt dubiũ
quin ſit per ſe in primo modo. Dicitus ſecũdo quod da
to quod iſta admitteretue ſcilicet quod in omni propo-
ſitione per ſe ſubiectum claudit in ſe cauſam, quare præ
dicatum inſit ſibi, ſophiſma tũ cõſequẽtis eſt ex hoc in-
ferre, ergo claudit in ſe cauſam formalem, quoniam di-
uerſis generibus cauſarũ contingere hoc poteſt, & pro-
pterea ſtat ex eiſdem terminis fieri duas propoſitiones
per ſe, & in vtraque claudere ſubiectum cauſam in ſe in
hærentiæ prædicati in ſubiecto, diuerſimode tamen, in
altera ſcilicet materialem & effectiuam, in altera forma
lem, &c. Non eſt opus tamen hanc deſcriptionem pro-
poſitionis per ſe admittere, ſed ſtandum eſt in illis, quas
Comm. 66. dedit Ariſt. ex quibus hæc non habentur. ſat enim eſſe
psopoſitioni per ſe dixit ſi prædicatum ponitur in ratio
ne ſubiecti & econuerſo, niſi quis diminute eum diffiniſ
ſe fingat. Auctoritas vero Auerroris ex ſecundo de ani-
ma nõ confirmat aduerſarios, ſed magis deiicit, quoniã
ibi Auerrois expreſſe dicit qnod in hoc differt ſecũdus
modus per ſe a primo. quod in ſecundo ſubiectũ eſt cau
ſa prædicati, in primo uero econuerſo prædicatum eſt
cauſa ſubiecti. Vnde ſi ex hac auctoritate arguendũ eſt
manifeſte concluditur quod non in omni propoſitio-
ne per ſe ſubiectum claudit cauſam inhærentiæ prædi-
cati in ſubiecto, cuius oppoſitum aduerſarii inde cõclu-
dere volebant.

## De vniuerſali Cap. 5.

Deſſinitio.

*Vniuerſale autẽ dico quod vtique de omni ſit, & per*
*ſe, ſecundum quod ipſum. Manifeſtum igitur eſt quæ* Correlariũ. Propoſitio prima.
*cunque ſunt vniuerſalia ex neceſſitate inſunt rebus. Per*
*ſe autem & ſecundum quod eſt ipſum, idem eſt. vt per ſe*
*ineſt lineæ punctum, & rectum etenim ſecundũ quod li-*
*nea. & triangulo ſecundum quod triangulus, duo recti. et*
*enim per ſe triangulus duobus rectis æqualis eſt. Vniuer*
*ſale autem eſt tunc, cum in quolibet & primo demonſtre*
*tur, vt duos rectos habere. neq; figuræ cuilibet ineſt vni*
*uerſale, quãuis eſt demonſtrare de figura, quod duos re-*
*ctos hẽt, ſed non de qualibet figura, nec vtitur qualibet fi*
*gura demonſtrans. Quadrangulus enim figura quædam*
*eſt, non habet ans duobus rectis æquales, ſed iſoſcheles q*
*dem, duobus rectis æquales habet, ſed non primũ, ſed triã*
*gulus, prius. Quod igitur quodlibet primum monſtratur*
*duos rectos habere, aut quodcunque aliud huic prima in*
*eſt vniuerſale eſt, & per ſe demonſtratio huius vniuerſa*
*liter eſt, aliorum autem quodammodo non per ſe, neque*
*de æquicruse eſt vniuerſaliter, ſed frequentius id eſt per*
*aliud. Oportet autem non latere, quod multoties contin-*
*git peccare & non eſſe quod demonſtratur primum vni*
*uerſale, ſecundum quod videtur vniuerſale demonſtrari* Modi errandi circa prædicatũ vniuerſale.
*primum. Decipimur deceptione hac cum aut nihil ſit ac*
*cipere a ſuperiori extra ſingulare, quam ſingularia. Aut*
*ſit quidem, ſed innominatum eſt in differentibus ſpecie*
*rebus. Aut ſi contingat eſſe ſicut in parte totum in quo*
*monſtratur, eis autem quæ ſunt in parte quidem ineſt de*
*monſtratio, & erit de omni, ſed tamen non eſt huius pri* Secundus.
*mi demonſtratio vniuerſaliter, dico autem huius primi* Tertius.
*ſecundum quod eſt demonſtratio cum ſit primi vniuerſa*
*lis. Si igitur aliquis demonſtrabit quod recte quidem nõ*
*coincidunt, videbitur vtique eſſe demonſtratia propter*
*id quod omnibus rectis ineſt, non autem eſt, ſiquidem nõ*
*quoniam ſic æquales ſint fiat hoc, ſed ſecundũ quod quo-*
*modocunque æquales. Et ſi triangulus nõ eſſet aliud quã*
*iſoſcheles, videbitur vtique eſſe demonſtratio. Et propor*
*tionale quidem commutabiliter eſt ſecundum quod nume*
*ri ſunt, & ſecundum quod lineæ, & ſecũdum quod firma,*
*& ſecundum quod tempora ſunt quemadmodum demon*
*ſtrabatur aliquando ſeorſum, ſic contingens eſt de olous*
*vna demõſtratione demõſtrari ſed ſunt propter id, quod*
*innominatũ quidem omnia hæc vnum, vt longitudines,*
*firma tempora, & ſpecie differunt a ſe inuicẽ, ſeorſum ac*
*cipiebatur, nunc autem vniuerſaliter monſtratur non. n.*
*ſecundum quod lineæ ſunt, aut ſecundum quod numeri in*
*erant, ſed ſecundum quod hoc, quod vniuerſale ponunt eſ*
*ſe. Propter hoc neque ſi aliquis monſtrauerit vnumquẽ*
*que triangulum demõſtratione. aut vna aut altera quod* Correlariũ ſecundum.
*duos rectos habet vnumquemque iſoſchelem ſeorſum &*
*ſcalenon id eſt gradatum, nondum cognouit triangulum*
*quod duas rectos habet niſi ſophiſtico modo. neque vni*
*uerſaliter triangulum, neque ſi nullus eſt præter hac triã*
*gulus alter, neque ſecundum quod triangulus eſt cogno-*
*uit, neque omnem triangulum, ſed aut ſecundum nume-*
*rum, ſecundum ſpeciem hoc autem omnem, & ſi nullus*
*eſt, quem non nouit.*

*Quando igitur non nouit vniuerſaliter, & quando no* Correlariũ tertium Regula cognoſcendi vniuerſale.
*uit, ſimpliciter. Manifeſtum eſt quod ſi idem eſſet trian-*
*gulo eſſe & iſoſcheli, aut vtrique, aut omnibus. ſi non*
*idem, ſed alterum, ineſt autem ſecundũ quod triangulus,*
*nõ nouit. Vtrum autem ſecũdũ quod eſt triangulus, aut ſe*
*cundum quod eſt iſoſcheles, & quando ſecundum hoc in*
*eſt primo & vniuerſaliter cuius eſt demonſtratio. Mani*
*feſtum eſt, quod quando ablatis inerit primo, vt iſoſche-*
*les æneo remoto triangulo inſunt duo recti, ſed æneum eſ*
*ſe remoto & iſoſchele, ſed non figura aut termino, ſed nõ*
*primis duo ergo primo. ſiquidem triangulo ſecundũ hoc*
*ineſt aliis, & huius vniuerſaliter eſt demonſtratio.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

Diffinitio. VNiuerſale dico quod cum de omni ſit & p ſe eſt ſecundum quod ipſum.

Correlariũ. Quæcunque ſunt vniuerſalis ex neceſſitate inſunt rebus. Per ſe & ſecũdum quod ipſum eſt idem, vniuerſale

Propoſitio prima. Propoſitio ſecũda. autem tunc eſt cum in quolibet & primo demõſtratur, declarantur vtraque exemplariter.

Demonſtratio per ſe huius vniuerſalis eſt, aliorũ autem quodammodo non per ſe.

Modi errandi. Erramus autem circa vniuerſalis acceptionem tripliciter. vel cum nihil ſit accipere a ſuperiori extra ſingulare. vt ſi triangulus non eſſet aliud quam iſoſcheles. Vel cum innominatum eſt ſubiectum proprium. ſicut in differentibus ſpecie rebus, vt commutata proportio inuenitur in numeris, lineis firmis, & temporibus. Vel ſi cõtingat eſſe ſicut in parte totum in quo monſtratur, vt ſi de rectis lineis non concurrere monſtretur.

Correlariũ. Siquis monſtraret vnumquemque triangulum quod duos rectos hẽt, triangulum non cognouit, quoniã duos rectos habet, niſi ſophiſtico modo, nec vniuerſale trianguli nec omnem triangulum ſecundum ſpeciem, ſed ſecundum numerum, etiam ſi nullus eſt quem non nouit.

Correlariũ. Si triangulo & iſoſchele, aut vnicuique aut omnibus idem erat eſſe cognoſcens, hæc ſimpliciter nouit: ſi vero non idem, ſed alterum, non nouit vniuerſaliter.

Regula. Id cui primo ineſt aliquid ſeu cuius aliquid eſt vniuerſale, non eſt id quo remoto illud remanet. neque omne illud, quo remoto illud non remanet, ſed illud cui ineſt, & per ipſum aliquod quibuſque in eſt.

## Series autem hæc eſt.

INTENDENS. tertium præmittendum. ſ. vniuerſaliter in hoc capitulo explanare quatuor facit. Diffinit nanque primo ipſum vniuerſale & declarat eius diffinitionem ex conuenientia inter p ſe, & ſecundũ quod ipſum prima propoſitione. ſecundo oſtẽdit, quomodo demonſtrator vtatur vniuerſali ſecunda ꝓpoſitione. Tres modos errandi circa vniuerſale tertio declarat, duobus adiunctis correlariis, quorum primum ſequitur ex ſecundi erroris deſtructione. ſecundum vero ex radicali ratione, qua omnes eliduntur errores, diſtinctione. ſ. vel indiſtinctione formali, quam errantes non aduertunt. Regulam vltimo valde notabilem ſubdit, ad ſumendum vniuerſale accommodatis exemplis iſoſchelis figuræ, & triãguli reſpectu ipſius habere tres &c.

Num diffinitio Prædicati vniuerſalis ſit competens.

CIrca diffinitionem vniuerſalis dubitatur dupliciter primo quia videtur in ea cõmitti nugatio. Cũ enim ſecundum quod ipſum ſit idem quod per ſe, (vt in textu dicitur) ſuperflue vtrunque in diffinitione ponitur. ſufficiebat enim ponere ſecũdum quod ipſum. Inſuper cum per ſe ſit de omni, non oportebat ibi ponere de omni,

Secundo dubitatur quia non videtur diffinitio illa explanare totam diffiniti naturam, ſed diminuta. iſta ſiquidem propoſitio, iſoſcheles habet tres, ſeu homo habet ſenſum tactus de omni & per ſe ſecundum quod ipſum eſt, tamen prædicatum non eſt vniuerſale talis ſubiecti, vt de ſe patet: quia habere tres eſt vniuerſale trianguli, & eſſe ſenſitiuum ſecundũ tactum eſt vniuerſale animalis. Aſſumptum declaratur quo ad tertiam particulã, quia quo ad primas duas euidens eſt. probatur ergo ſic, illud conuenit alicui ſecundum quod ipſum, quod cõuenit ſibi cum reduplicatione ſui, quia ſecundum quod ipſum & inquantum tale idem ſunt, ſed in qualibet iſtarũ hoc inuenitur, iſta enim eſt ſimpliciter uera, hõ inquantum homo habet ſenſum tactus, & ſimiliter iſta, iſoſcheles inquantum iſoſcheles habet tres. ergo &c. Et confirmatur, quia illud ineſt alicui cum reduplicatione & ſecundum quod ipſum, quod ineſt rõne ſuæ diffinitionis qdditatiuæ; ſed ſupradicta ſunt huiuſmodi: ergo &c. patet minor, quia diffinitio ſubiecti aſſumeretur ꝓ medio ſecundum uiam communem ad demonſtrandum talẽ cõcluſionem. Medium autem eſt ratio quare maior extremitas inſit minori. Ad primam dubitationẽ dicitur, qđ quia in diffinitione oportet explicite ponere ſuperiora omnia uſque ad ultimam differentiam, & tñ poſteriorẽ implicite quodammodo claudere priorem (ut patet: cũ dicitur animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis) ideo in diffinitione uniuerſalis explicauit de omni, & p ſe. Nec ob hoc ſequitur nugatio, quia ad nugationem non ſufficit qualiſcunque incluſio unius in altero. ſed exigitur ꝙ unum includat formaliter & intrinſece in conceptu formali alterius. Vnde dicere animal rationale non eſt nugatio, quia animal ut additum in conceptu rationalis cadit, & ſimiliter dicere naſus ſimus & ſimilia. Et quoniã per ſe non includit formaliter de omni, nec (ſecundũ ꝙ ipſum) includit formaliter per ſe, licet illa inferant ſicut etiam rationale infert animal, ideo nulla nugatio in propoſito accidit Quod autem per ſe non includit formaliter & intrinſece de omni, patet ex diffinitionibus per ſe in c. præcedenti. Quod uero (ſm quod ipſum) nõ includat formaliter & intrinſece utrunq; patet ex hoc c. ubi Ariſ. in prima propoſitione, exponens ſecundum quod ipſum, ait quod idem ſonat quod primo: clarum aũt eſt ex dicendis, quod in ratione (primi) formaliter & intrinſece nõ clauditur aliquod horum. Nec te decipiat quod dici conſueuit, quod iſta ſe hñt ſicut ſuperius & inferius, eo enim ſenſu dictum eſt, quo dicimus quod rationale & animal ſe habent ut inferius & ſuperius, quia omne rationale eſt animal, & non econtra, unde ex hoc nõ habetur, quod poſterius inter iſta includat formaliter & intrinſece ſuum prius.

Ad ſecundam dubitationem dr̃, ꝙ quia ſm quod ipſum duo ſonat. ſ. ly (ſm quod) quod denotat cauſalitatẽ, & ly (ipſum quod importat ipſam cauſam uel rationem eſſendi: ideo cũ duplici diſtinctione intelligi poteſt. prima eſt quod ly (ipſum) poteſt dupliciter ſumi. uno modo pro omni eo quod actualiter & formaliter res eſt, alio modo pro eo tñ quo formaliter a cæteris res differt. Secũda diſtinctio eſt, quod ly ſecũdum quod poteſt dupliciter ſumi. Vno mõ ut notat reduplicatum eſſe rationem quod prædicatũ inſit huic. Alio modo ut notat reduplicatũ eſſe rationẽ adæquatum quod prædicatum inſit ſimpliciter. Si primo mõ utriuſque diſtinctionis accipiatur ſecundum quod ipſum, ſic reduplicat rem ratione cuiuſq; quod formaliter & intrinſece ſibi ineſt denotans illud eſſe rõnem, quare ipſum ſit tale: & ſic per ſe, & ſm quod ipſum ſunt termini conuertibiles. Sic. n. oĩs propoſitio per ſe, eſt ſm quod ipſum & econuerſo, quia tam in primo quam in ſecundo modo p̃dicatum conuenit ſubiecto ratione eius, quod actualiter & formaliter in ſubiecto clauditur. Et de primo quidem manifeſtum eſt, de ſecundo autem declaratur: quia paſſio ineſt ſubiecto ratione alicuius intrinſecæ partis ſuæ diffinitionis, partes aũt diffinitionis tales conſtat claudi actualiter & formaliter in diffinito: unde, cum non omnis propoſitio per ſe ſit ſecũdum quod ipſum, ut hic de eo loquimur, non accipitur in propoſito, ſecundum quod ipſum primo modo. Si uero intelligatur ſcđo modo, utriuſq; diſtinctionis, ſic (ſm quod ipſum) reduplicat rem ratione ꝓprii ſibi ſoli conceptus, quo formaliter eſt talis, & denotat illud eſſe adæquatã rõnem talis prædicati, & ſic per ſe eſt ſuperius ad ſecundum quod ipſum. ſic. n. non oĩs propoſitio per ſe eſt ſm quod ipſum, qm̃ quandocunq; genus dicitur de ſpecie eſt per ſe in primo modo & nõ eſt ſecundum quod ipſum, eo quod ſpecifica differentia non eſt ratio adæquata quare genus inſit, cum genus inueniatur extra illam, & multa conueniunt inferiori per ſe ratione ſuperiorum, quæ non conueniunt ei ratione eius quo differt ab illis, ut patet de omnibus paſſionibus ſuperiorum, & ſic ſumitur in propoſito. Vnde ad obiectiones dicitur ꝙ procedunt utendo ly ſecundum quod ipſum,

ipſum, primo modo & non ſecundo. homo.n. habet ſenſum tactus ſecũdum id quidem quod formaliter eſt, qa ſecundum quod eſt animal, ſed nõ ſm id quo differt ab animali, & cæteris ſpeciebus. Et ſimiliter iuxta primum ſenſum reduplicatiua admitti poteſt. Ad confirmationem dicitur, ꝙ ineſſe alicui ratione ſuæ diffinitionis qd ditatiuæ, põt intelligi dupliciter. Primo modo accipiendo diffinitionem a ſuis partibus, & hoc modo indubie verum eſt, quod quicquid vendicat ſibi aliquid ratione ſuæ diffinitionis, conuenit ei ſecundum quod ipſum, qa diffinitio ſoli diffinito cõuenit, & ipſum a cæteris diſtinguit: & hoc modo falſa eſt minor. Alio modo poteſt intelligi ineſſe alicui ratione ſuæ diffinitionis, accipiendo diffinitionem ratione ſuarum partium, & ſic falſum eſt in ꝓpoſito quod aſſumitur in maiori, & quia probatio minoris procedit hoc modo, quoniam diffinitio hominis nõ aſſumitur vt medium ad concludendũ ipſum habere tactum niſi ratione ſuæ partis, quæ eſt animal. ſufficeret enim animal aſſumere ꝓ medio, & ſimiliter eſt de iſoſchele & habere tres, ideo non concludit minorẽ in eo ſenſu, in quo probanda erat.

Num per ſe & ſecundum quod ipſum ſint idem.

CIrca primam partẽ primę propoſitionis. ſ. per ſe, & (ſm quod ipſum) eſt idem. Aduerte aliquos S. Th. expoſitionem non penetrare, credunt.n. ꝙ ſecundũ S. Th. per ſe & ſecundum quod ipſum idem ſint conuertibiliter. occaſionem aũt ſic opinandi ſumunt ex duobus. Primo ex eo quod introducẽdo præfata Ariſtotelis verba S. Th ait ꝙ ne aliquis crederet aliud eſſe quod in diffinitione vniuerſalis dixerat ꝑ ſe & ſm quod ipſum eſt, ſubdit per ſe & ſecundum qđ ipſum eſt, idem eſt; ſecundo ex eo quod paulo ante diuidendo textum ait, Circa primum duo facit, primo oſtendit quod vniuerſale continet in ſe & dici de omni & per ſe. ſecundo oſtendit qd
Secundo cõtra gẽ. c. 15.
addit ſupra ea, ibi vniuerſale autem. Hi autẽ ideo ad S. Th. mentem non perueniunt, quia S. Th. expreſſe in ſecundo contra Gentiles c. 15. multum intereſſe ſentit inter per ſe, & ſm quod ipſum. põt.n. vt clare patet idem conuenire pluribus per ſe, ſed non põt idem conuenire duobus ſm quod ipſum, quia quod conuenit alicui ſm quod ipſum, ipſum non excedit, ſicut habere tres nõ excedit triangulum.
Vbi ſupra contra gentil.
Qđ ſi forte dixerint ꝙ per ſe & ſm quod ipſum, ſimpliciter apud S. Thom. differunt, ſed non differunt ſecundum ipſum in hoc textu, refrent linguam ꝓp tria. Primo quia ſuperfluitatẽ ſm hoc impoſuit Ariſt. ſi.n. ſynonyma, aut idem formaliter & conuertibiliter ſunt, alterum ſuperfluit. Secundo quia diminutus eſſet S. Th. non declarando ꝙ æquiuoce accipit̃ hic ſecundum qđ ipſum, & in cõi vſu Philoſophorum, & ꝑſertim quia & omnes, & ipſe ex hoc c. vti conſueuerunt proprietate vocabulorum, ſumendo ſm quod ipſum, vt differt a per ſe, & ſonat idem quod primo vt in allegato c. euidenter apparet. Nec ſuperficietenus cõſideres hoc præſertim plurimũ ſiquidẽ apud me valet. Tertio quia S. Th. hoc expreſſe dicit, quod Principium huius capituli, in quo dicitur (vniuerſale autem dico quod cũ de omni ſit, & per ſe eſt ſecundum quod ipſum eſt) eſt diffinitio ipſius vniuerſalis: quod ſi diffinitio eſt, totam diffiniti naturam explicat, & conſequenter ly ſecundum quod ipſum non ſumptum eſt vt conuertitur cum ly per ſe vnde ideo Ariſt. dixit quod ſecundum quod ipſum, & per ſe idem ſunt, quia idẽ eſſentialiter ſunt ſicut inferius & ſuperius, propter quod ſubiunxit quid addit ſupra per ſe, quod. ſ. addit ly primo. Quando ergo dixit S. Th. qđ
Reſpondet argumentis.
ne aliquis crederet aliud eſſe &c. intellexit aliud eſſentialiter. Quod vero præmiſerat diuidendo textum intelligẽdum eſt explanatiue, ſeu declaratiue Ariſtote enim primo oſtendit ideſt explanat quod vniuerſale includit de omni & per ſe. & ſecundo oſtẽdit ideſt explanat qd addit ſupra ea, & hęc indubie vera ſunt, ſed cum his ſtat quod etiam primo ponat integram diffinitionem ipſius vniuerſalis, in qua non ita clare planum ſit quid addat vniuerſale ſupra ea, ſicut quod includat illa, ꝓp obſcuritatem illius vocabuli, ſm quod ipſum declarat poſt, per ly primo. Et hæc videtur mihi ſententia Ariſ. Si quis tamen per ſe, & ſecundum quod ipſum idem conuertibiliter eſſe contenderit ſi ſimpliciter hoc teneat, contra veritatem Theophraſtrum Albertum, S. Th. & viam cõmunem tenet.
Them. primo poſteriorũ c. 12. Auer. ca. 55.
Si autem hoc in loco tantum idem intelligat, quia Thæmiſtii Auerois, & S. Th. verba hoc ſibi fauent (ly ſecundum quod ipſum) non ſecundo, ſed primo modo exponat. vel ly. per ſe, exaltet, & ſecundum eius ſummum eo vtatur, & onus reſpondendi aſſumat.

CIrca ſecundam partem propoſitionis primæ. ſ. vniuerſale eſt, cum primo demonſtratur. Notandũ eſt quod cum ſuperlatiuum dupliciter exponat̃. ſ. negatiue & poſitiue, hic ly primo vtroque modo expoſitum veritatem habere oportet: quia quod conuenit alicui vt vniuerſale eius (vt modo loquimur de vniuerſali) nulli alteri ineſt prius, & ſibi ineſt prius omnibus aliis, alias ei non conueniret primo, vt in textu habetur, cum autem audis vniuerſale oportere ineſſe ita ei cuius eſt vniuerſale, quod nulli alteri prius, eſto cautus, & ſcito quod quo ad hoc id tantum cenſetur alterum quod formaliter differat a ſubiecto ſumpto ſecundum qđ ipſum modo expoſito. i. ſumpto ſm id quo formaliter differt a cæteris, ꝓp quod tam genus ipſius ſubiecti, quam quod inferius ipſo, alterum in propoſito eſt a ſubiecto: ita quod ſi aliquid ineſt ſubiecto rõne ſui generis, vel cuiuſuis ſuperioris vel inferioris non ineſt illi primo. Dr̃ia vero propria ſubiecti conſtitutiua, cum ipſo conuertibilis alterum a ſubiecto non eſt in propoſito, ſicut nec tota diffinitio ſubiecti alterum ab ipſo hic cenſetur. neque enim dr̃ia talis formaliter differt a ſubiecto ſumpto ſm quod ipſum eſt, neque diffinitio tota vt de ſe patet. idem nanque eſt formalis conceptus omnium eorum differens ſm diuerſos modos concipiendi, ſeu ſignificandi illum, vnde ex hoc qđ hominis diffinitioni, ſeu conuertibili dr̃iæ prius ineſſe dicimus riſibile quam homini, non ſequitur, ergo non conuenit homini primo: quia vt dictum eſt, alteri conuenire non dicitur niſi alterum habeat cõceptũ formalem a ſubiecto ſecundum quod ipſum.
Vniuerſale eſt quod ineſt primo quo intelligatur.
Nec prætereũdum eſt quod ſiue tale prædicatũ immediate fluat a differentia cõuertibili, ſiue mediate hoc non obſtat. Tam enim primam paſſionem quam ſecundam & quam tertiam ineſſe primo ſubiecto a quo originantur dicimus, eo quod oẽs a ſubiecto ſumpto ſm quod ipſum efflũt, licet quędam prius natura alia. Nec in hoc ergo fallaris, vt quia paſſio tertia per ſecundam de ſubiecto demonſtratur a priori, & ſimiliter ſecunda per primam ꝙ propterea neges ipſam ineſſe primo ſubiecto. Ad demõſtrationem enim ſufficit medium eſſe cauſam proximam ꝓdicati, & non oportet eſſe id a quo primo fluit prædicatum.
Obiectio.
Et ſi arguatur, prius ſecunda paſſio ineſt primæ, q̃ ſubiecto. quia prima paſſio uere mediũ eſt tũc, & prima paſſio differt formaliter a ſubiecto ergo non primo ineſt ſubiecto. Dicitur primo quod maior eſt falſa qm̃ licet in ſit ſecunda primæ proximius q̃ ſubiecto non tñ prius
Reſpondetur primo. ſecundo. tertio quarto.
Dr̃ ſecundo quod maior univerſaliter loquendo eſt impropria, qm̃ paſſio ſecunda nõ univerſaliter ineſt primæ, ſed fluit ab illa, a ſubiecto autem & fluit & eſt in illo. dicitur tertio quod prima paſſio ut manet in ea uis quidditatis ſubiecti nõ cenſetur alterum a ſubiecto. Dicitur quarto ad euellendas omnes huiuſmodi ambiguitates, quod cũ dicitur uniuerſale alicuius eſt quod ineſt illi primo &c. intelligitur ut ſubiecto ita quod id cuius. a. ita quod a nullo formaliter diſtincto mendicet ſubiici illi, licet alteri communicet ut medio, & ſic cauſat illud, quod a nullo ſibi mendicat hoc licet alteri communicet ut cauſæ mediæ, & ſic omnes obiectiones ceſſant.
Nota.

CIRCA declarationem ſecundæ partis primæ ꝓpo

ſitionis aduerte quod ex eis quæ ibi dicuntur, ſumitur illa regula generalis, quod quando aliquid cõuenit alicui ſubiecto primo, per illud ſubiectũ poteſt de quolibet alio cui conuenit (tam ſuperiori quam inferiori) & quam coniuncto realiter eidem demonſtrari a priori. Hæc tamen regula qualiter intelligenda ſit (propter quædam prædeclaranda) dicetur in 7. cap.

Vniuerſale prædicatum conuenire ſubiecto oportet ita quod per ipſum formaliter, vel participatiue inuentum reperiatur in aliis.

ſuper. t. cõ. 8. in ſolutione primi dubii circa finem.

CIrca regulam cognoſcendi vniuerſale. Dubitatur an illud, quod conuenit alicui primo, poſſit inueniri in aliquo, in quo eius primo ſubiectum non inuenitur ſecundum ſe. Et quia hæc quęſtio eſt inconſueta & valde neceſſaria ideo exemplariter declaro titulum. Videmus quod habere tres angulos æquales &c. primo conuenit triangulo, & ſecundario conuenit ſuperioribus & inferioribus eo, puta figuræ & iſocheli, & ſubiecto & accidentibus eius, puta æri & albedini, triangularibus. In oĩbus autem his nunquam inuenitur actualiter habere tres &c. niſi præinueniatur in eis ipſius trianguli natura ſecundum ſeipſam, vt patet. Nunquam enim figura habet tres æquales &c. niſi ſit triangularis & ſimiliter nunquam æs, aut albedo habet tres &c. niſi triangularitatẽ ſapiat. Quia igiť ſic videmus in huiuſmodi, dubitamus, an vniuerſaliter verum ſit, quod id, quod cõuenit alicui primo, ita vendicet ſibi illud primo ſubiectum, quod inueniri non poſſit in aliquo, in quo non inueniatur illud primo ſubiectum ſecundum ſe. Dico aũt ſecũdum ſe. i. formaliter, vt diſtinguiť contra virtualiter, ita ꝙ oporteat ad hoc ꝙ uniuerſale alicuius inueniať ĩ alio ꝙ eius primo ſubiectum formaliter ſit cõiunctum illi alii, vel vt ſuperius inferiori, aut econuerſo, vel vt actus potentiæ, aut econuerſo, vel vt pars toti, aut econuerſo, & huiuſmodi, & nunquam ſufficiat coniunctum eſſe illi virtualiter. Oritur autem quæſtio hæc hoc n loco ꝓꝑ examen vltimæ particulæ, quæ regulam complet. ſ. per ipſum aliis quibuſque ineſt. oportet nãque diſcurrere ſub ly. aliis, quæ referri intelliguntur, & quæ non. Prima aũt facie intuentibus textum, & expoſitores illuſtres apparet, qđ impoſſibile ſit inueniri vniuerſale alicuius abſq; eius primo ſubiecto formaliter. Ex textu quidem, quia in tota eius ſerie non niſi de his ſit ſermo, quibus ſubiectum formaliter cõicatur, vt in omnibus exemplis adductis, ibi etiã in ſingulis erroribus manifeſte liquet. Ex expoſitoribus vero quia dñt quod vniuerſale, de quo loqmur, conſiſtit in adæquatione ſubiecti ad prædicatũ, & econuerſo, quod ſi mutuo adæquantur, ergo vnum non inuenitur, vbi alterum non eſt. Subtilius aũt ſi perſcrutati fuerimus, inueniemus, quod id, quod cõuenit alicui primo, inuenitur vbi eius primo ſubiectum, nõ formaliter, ſed participatione tñ reperiue. Quod ſic manifeſtatur, quemadmodum in textu habetur, idem ſonant hęc tria a ineſt alicui per ſe, ſm quod ipſum eſt, & a. ineſt alicui primo, & a. ineſt alicui, & per illud ineſt cæteris, ac per hoc neceſſe eſt, vt vbicunque verificatur aliquod horũ triũ, ibi verificetur quodlibet illorũ. Et quia multa ſunt, quæ alicui inſunt & per illud cæteris q̃ illud participant, ita quod non ſunt illi ſubiecto realiter cõiuncta, nõ multa ſunt, quæ conueniunt alicui primo, & extra illud formaliter, licet non extra illud participatiue inueniuntur. Sunt autem huiuſmodi perfectiones cões Deo & aliis, vt in metaphyſica oſtenditur, perfectiones ſiquidem tales Deo formaliter inſunt, & per ipſius participationem formaliter inſunt aliis, in quibus naturam ipſam diuinã formaliter nõ inueniri manifeſtum eſt, vnde ex hoc põt ſic formari ratio ad propoſitum oſtedendum. Quicqd ineſt alicui & per ipſum cæteris, ineſt ei primo, ſiue ſecũdum ꝙ ipſum: perfectio cõis Deo, & aliis, ineſt Deo, & per ipſum cæteris, ergo ineſt Deo primo, ſiue ſecundum quod ipſum. Tunc vltra. Sed in illis cæteris non in eſt natura diuina formaliter, ſed participatiue tñ ergo aliquid, quod conuenit alicui primo. poteſt inueniri extra eius primo ſubiectum formaliter, licet non participatiue, quod erat intẽtum. Maior eſt ipſa Ariſt. regula, minor autẽ ex metaphyſicæ ſuppoſitis. Et quia multis forte videbitur hoc nouum & quærent quomodo poterunt gloſſare regulam Ariſ. ideo confirmo ſupradicta auctoritate, S. Th. in ſecundo cõtra Gentiles. c. 15. volẽtis quod eſſe conuenit Deo ſecũdum quod ipſum, & cæteris ipſius participatione. Fundatur autẽ doctrina hæc ſupra ipſis rerum naturis, quibus oportet noſtros conceptus conformes eſſe: ita vt, ſecundum diuerſitatem rerũ de quibus loqmur diuerſimode oporteat applicare vniuerſales regulas ad ipſas. vnde fit vt qa res hñs aliquod proprium, cõicatur aliis ſecundum ſeipſam tantum modis ſupradictis, & etiam proprium eius cõicetur eiſdem, ratione illius formaliter tantum inuenti in eis. vt de triãgulo & eius proprietate patet. Quia vero res aliqua non eſt cõicabilis ſecũdum ſeipſam, ſed participabilis, oportet quod eius proprium in aliis inuentum participatione quadam illius primi ſubiecti eis inſit, vt ſic, communicatio proprietatis, cõicationem quandam naturæ ſequatur, vt ſic proprium non fateamur exire ſuum primo ſubiectum. Sunt. n. (vt propoſita exempla ſequamur) oĩa alia a Deo, quædam diuinæ naturæ participationes, quaſi deitates participatæ, & ideo ſi id, quod primo diuinæ conuenit naturę eis conuenit non exigit ſuum primo ſubiectũ, imo comitatur illud, Saluatur igitur mutua adęquatio ſubiecti, & ſui vniuerſalis, non ſolum quando ipſum vniuerſale inuenitur tantum in eis, in quibus ſubiectum eius formaliter inuenitur, ſed etiam quando inuenitur extra ſuum primo ſubiectum formaliter, quia nõ inuenitur extra ſuum primo ſubiectum participatiue & hoc ſufficit, & maxime qñ tale uniuerſale ẽt participatiue inuenitur extra ſuum primo ſubiectũ, licet formaliter vt in ſimilibus eſt. Regula ergo Ariſt. dicens quod. ſ. primo alicuius ſubiectum, cui illud ineſt, & ſecũdum ipſum aliis ineſt, non eſt reſtringenda quo ad illam particulam, & ſecundum ipſum aliis, vt intelligatur ſecũdum ipſum formaliter inuentum in aliis, ſed ĩn ſua ãmplitudine ſuſcipienda, vt qualitercunque hoc fiat, dummõ ſaluentur iſtæ duæ conditiones. ſ. quod illud tale prædicatum inſit formaliter ſubiecto, & quod nõ niſi per illud, vel ſecundum illud, vel ratione illius cæteris inſit.

## Quod demonſtratio eſt ex iis quę ſunt per ſe, & ex neceſſariis. Cap. 6.

*SI igitur eſt demonſtratiua ſcientia ex neceſſarijs principijs, quod enim ſcitur nõ poteſt aliter ſe habere, quæ autem per ſe ſunt neceſſario inſunt rebus, hæc enim ſunt in eo quod quid eſt, quibuſdam, alia inſunt in eo quod qđ eſt prędicatis ibus de ipſis, quorum alterum oppoſitorum neceſſe eſt ineſſe manifeſtũ eſt quod ex huiuſmodi quibuſdam vtique ſit demonſtratiuus ſyllogiſmus. Omne .n. aut ſic eſt, aut ſecundum accidens, accidentia autem non neceſſaria ſunt. Aut igitur ſic dicendum, aut principiũ ponendum quod demonſtratio neceſſaria eſt, & ſi demonſtratum eſt, illud aliter ſe habere non poteſt, ex neceſſarijs igitur oportet eſſe ſyllogiſmũ, ex veris quidem enim eſt & non demonſtrantem ſyllogizaſſe, ex neceſſarijs autem non eſt, niſi demonſtrantem, hoc autem proprium demonſtrationis eſt. Signum, autem, quod demonſtratio ex neceſſariis, quoniam & inſtantias ferimus ſic ad opinãtes demonſtrare, quod non neceſſe, ſi opinemur aut omnino contingere aliter, aut ſermonis cauſa. Manifeſtũ autem ex his quod ſtulti ſunt, qui ſe exiſtimant recte accipere principia, ſi probabilis ſit propoſitio, & vera, vt ſophiſtæ, quod ſcire, ſcientiam eſt habere. Non enim quod probabile eſt, aut verum, principium eſt, ſed primum in genere, circa quod demonſtratur, & verum non oẽ proprium. Quod autem ex neceſſarijs oportet eſſe ſyllogiſmũ manife-*

*manifeſtum ex his eſt. Si enim qui n n eſt habens rationem propter quid exiſtẽte demonſtratione non eſt ſciẽs, Eſſe autem poſſet vt a, de c, ex neceſſitate eſſet, b, antẽ medium, per quod demonſtratum eſt, non ex neceſſitate, nõ ſciuit propter quid. Non enim eſt hoc propter medium. hoc enim contingit non eſſe, concluſio autem neceſſaria. Amplius ſi aliquis neſciuit rem nũc, habens rationem, & ſaluatus eſt ſalua re, nec oblitus, neque prius ſciuerat. corrumpi autem poſſet medium ſi non eſt neceſſarium, quare habebit quidem rationem ſaluam, re ſalua, neſcit autem, neque ergo prius ſciuerat. Si vero non corruptum eſt, contingit autem corrumpi, quod accidit, vtique eſſet poſſibile & contingens, ſed eſt impoſſibile ſic ſe habentẽ*
Cõcluſio. 1. *ſcire. Cum igitur concluſio neceſſitate quidem ſit, nihil prohibet medium non neceſſarium eſſe per quod demonſtratum eſt. eſt enim ex non neceſſarijs neceſſarium ſyllo*
Cõcluſio. 2. *gizare, ſicut & verum ex non veris. Cum autem mediũ ex neceſſitate eſt, & concluſio ex neceſſitate, ſicut ex veris verum ſemper. Sit enim a, de b, ex neceſſitate, & hoc*
Concluſi. 3. *de c, neceſſe eſt ergo & a c ineſſe. Sed cum non neceſſaria eſt concluſio, neq; medium eſſe neceſſarium poſſibile eſt, ſit enim a, in c, non ex neceſſitate, ipſi autem b ex neceſſitate, hoc in c, ex neceſſitate, & a ergo in c, ex neceſſitate ineſſet, ſed nõ conceſſum eſt. Quoniam igitur quod ſcitur*
4. *demonſtratiue, oportet ex neceſſitate ineſſe, manifeſtum, quod & per medium neceſſarium oportet habere demõſtrationem, aut non ſciet neque propter quid, neq; quod neceſſe eſt illud eſſe. ſed aut opinabitur neſciẽs, ſi accipiatur tanquam neceſſarium non neceſſarium, aut neque opinabitur, ſimiliter & ſi quod ſciat per mediata, ſiue propter quid, & per immediata.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

DEmonſtratiua ſcientia eſt ex neceſſariis. Probatur quadrupliciter, primo a priori. quia quod ſcitur eſt neceſſarium: ſecundo probatur a poſteriori ſic. quod eſt ex his, quę ſunt per ſe, eſt ex neceſſariis, vt patet inductiue in primo & ſecundo modo perſeitatis. Demonſtratio eſt ex his, quæ ſunt per ſe: quia omne aut ſic ineſt aut ſecundum accidens quod neceſſarium non eſt. ergo &c. tertio probatur a priori, quia concluſio per eã ſcita eſt neceſſaria. tenet conſequentia, primo ex differentia inter ſyllogiſmuum & demonſtrationem orta ex fine proprio demonſtrationis, qui eſt ſcire. Quarto ꝓbatur a ſigno, quia contra opinantes demõſtrare inſtamus ꝙ
Correlariũ. aſſumptum non ſit neceſſarium. Stulti ſunt opinati accipere bene principia, ſi probabilis ſit propoſitio & vera vt ſophiſtæ, quoniam principium demonſtrationis non eſt probabile vel improbabile, aut omne verum, ſed primum & proprium vnicuique. Secundo probatur illa cõſequentia a priori, quia ſcire eſt cognoſcere propter qd res eſt, neceſſaria autem propter quid neceſſarium eſſe oportet, aliter concluſionem oportet eſſe & præmiſſas non, vt patet in terminis generalibus. Tertio probatur poſteriori, quia ſiquis nunc neſcit, hñs rationẽ ſaluatus, ſaluare non oblitus, neque prius ſciuit. Talis eſt cognoſcens concluſionem neceſſariam per medium nõ neceſſarium. quia contingit illud corrumpi, ſi corruptum non
Concluſio. eſt, ergo &c. Concluſio neceſſaria non infert medium non neceſſarium, ſicut nec concluſio vera infert pręmiſ
Concluſio. ſas veras. Medium neceſſarium infert concluſionem neceſſariam eſſe. ſicut ex veris non niſi verum. patet in terminis generalibus.
Concluſio. Concluſio non neceſſaria infert medium non neceſſarium eſſe, patet in terminis generalibus.
Concluſio. addita. Medium non neceſſarium non infert concluſionem
Correlariũ. non neceſſariam eſſe. Reliquum erat hoc. Cognoſcens
ſecundum. neceſſariam concluſionem per medium nõ neceſſariũ, aut opinetur ſe per medium neceſſarium ſcire aut non, tam quia & per mediata, quam propter quid & per immediata.

## Series autem hæc eſt.

TRactaturus promiſſa, ſ. ex qualibus ſit demõſtratio. Egidius hęc
intendéſque in hoc capitulo declarare quod demõſtratio eſt ex neceſſariis, duo facit, primo ponit concluſionem principalem & quadrupliciter eã probat, adiuncto poſt quartam probationem correlario, ſequentibus deinde aliis duabus tertiæ rationis propoſitionibus: ſecundo declarat habitudinem inter medium & cõcluſionem in ſyllogiſmo, penes hoc quod eſt eſſe neceſſariũ tribus concluſionibus quartam reſiduam oſtendentib. correlatio oppoſito:

Intentum philoſophi in hoc capitulo quod ſit.

CIrca principalem concluſionem ſcito quoſdam, quibus non ſat oſtendere ingenium ſuum in adinuentione nouæ expoſitionis, niſi mordeant alienam, quæ a veritate non recedit, hoc in loco S. Tho. expoſitionem pugnare. Aiunt. n. ꝙ non recta ſit expoſitio dicens qđ in prima huius capituli propoſitione Ari. probat demõſtratiuam ſciam eſſe ex neceſſariis, quia ꝙ ſcitur impoſſibile eſt aliter ſe hr̃e, propterea, quia in textu ſit ſermo conditionalis ſic. (Si igitur eſt demonſtratiua ſcia, ex neceſſariis principiis, qđ. n. ſcitur non poteſt aliter ſe hr̃e) Ex hoc arguitur ſic. Nota conditionis. ſ. ly ſi. non cõſueuit poni ſupra conſequens, ſed antecedens. ergo non ꝓbatur in iſta conſequentia demonſtratiuam ſciam eſſe ex neceſſariis ſed aſſumitur. Pudet ridere. Manifeſtatur ſiquidem eorum cæcitas, dum ſibĩpſis nõ intendentes aliena fædare volunt, non enim illud totum eſt antecedens apud nos, qđ ſit ab ipſis, neque totus ſermo adductus vnã integrat conditionalẽ, ſed antecedens eſt. Si demonſtratiua ſcia eſt. cõſequens vero ex neceſſariis principiis. ſupple oportet eam eſſe: reſiduũ uero eſt ꝓbatio cõſequentiæ, vt clare habes in expoſitione S. Th. Illorũ aũt expoſitio an recta vel non recta ſit, mihi curæ non eſt, qm̃ circa textus expoſitionẽ, cuilibet licentiam non nego dicendi, vt libet, dummodo textum non deſtruat.

Num omne per ſe ſit neceſſarium.

CIrca ſecundam propoſitionẽ principalis concluſionis occurrit dubium nõ diſſimulandum ex eo quod aſſumitur ibi, quod omne per ſe eſt neceſſariũ. Hoc. n. non videtur verum, quia iſta, Sortes eſt homo, eſt per ſe in primo modo dicendi per ſe, cum prædicatum ponatur in diffinitione ſubiecti, ſi diffiniretur, vt habetur in quinto metaphy. c. de per ſe, & tamen iſta non eſt neceſſaria, quia tpalis eſt & corruptibilis. neceſſarium autem æternum eſſe conſtat quia impoſſibile eſt aliter ſe hr̃e: patet autem quod eius veritas temporalis & contingẽs ſit ex corruptione alterius extremi, Sortis. ſ. neq;. n. fieri poteſt vt coniunctio ſignificata per affirmatiuam propoſitionem remaneat inter aliqua altero eorum corrupto. Ad euidentiam huius dubitationis ſciendum eſt, ꝙ quia enuntiatio affirmatiua de tertio adiacente non ſignificat ſubiectum, aut prædicatum eſſe, ſed coniunctũ prædicari cum ſubiecto, ideo ad uidẽdam perpetuitatẽ & neceſſitatem ueritatis ſignificatæ per talem enunciationem, non oportet attendere an ſubiectum, uel prædicatum ſit, uel non ſit, & conſequenter nec an ſit corruptibile, uel incorruptibile, ſed oportet diligenter inſpicere, an coniunctio prædicati cum ſubiecto ſit temporalis & corruptibilis ſeu contingens, an perpetua & incorrupribilis ſeu neceſſaria. oẽ. n. neceſſariũ eſt incorruptibile, & econuerſo, & ſimiliter omne contingens eſt corruptibile & econuerſo. Ad uidendum autem an coniunctio prædicati cum ſubiecto ſit incorruptibilis, nõ oportet attendere, an prædicatũ nõ poſſit eſſe, aut intelligi ſine tali ſubiecto, ſed econuerſo an ſubiectũ non poſſit eſſe, nec intelligi (prima uel ſecunda operatione intellectus) ſine tali prædicato. Tunc. n. euidenter apparet cõiunctio pdicati & ſubiecti incorruptibilis, quãdo ſubiectum intelli non poteſt abſque coniunctione ad prædicatum

catum. Qũo.n. corrumpitur coniunctio, quæ nec ſecundum eſſe, nec ſecundum intellectum deſinere poteſt: cũ autem in prædicatione quidditatiua prædicatũ ita claudatur in ſubiecto, quod ſubiectum nec eſſe, nec intelligi ſine illo poſſit, conſequens eſt quod veritas per talẽ propoſitionẽ importata ſit inceſſabilis & neceſſaria. Quia vero omnis propoſitio, in qua ſpecies prædicatur de ꝓprio indiuiduo, eſt prædicatio quidditatiua (vt patet ex ſpeciei diffinitione) oportet qđ quælibet talis ſit neceſſaria & perpetua, & ſic iſta ꝓpoſitio Sortes eſt homo, eſt perpetuæ & incorruptibilis veritatis propter neceſſariam connexionem ſubiecti cum prædicato. Ad id vero quod obiiciebatur dicitur, quod nihil obeſt perpetuitati veritatis ſignificatæ per oppoſitionem, corruptio extremorum. Siue.n homo ſit, ſiue non, ſemper eſt verum dicere, homo eſt animal, nec minus ſiue Sortes ſit ſiue nõ, ſemper eſt verũ dicere Sortes eſt homo, ſi vniuoce vtamur Sortis nomine. Si nanque Sortis nomine, modo intelligas indiuiduum humanũ, & poſtea indiuiduum cadaueris, iam non vniuoce accipis Sortem. Simile enim ẽ ac ſi Sortis nomine canem, aut piſcem intelligeres. Vnde vniuocatione terminorum ſeruata ſimpliciter & abſolute neceſſaria eſt iſta, Sortes eſt hõ, ſicut & iſta homo eſt animal. Et ad maiorem claritatẽ ſuadeo hoc ex verbis Ariſt. in 4. c. Declarans ſiquidẽ ipſe in diffinitione de omni, quid ſit ſemper dici de aliquo, ait quod eſt ſi nunc eſt homo, nunc eſt animal, ideſt quodcunque de aliquo verificatur ſubiectum de eodem verificetur prædicatum, ex quo habetur, quod illud prædicatum ſem ꝑ eſt in ſubiecto, quod ſemper ſequitur ad ſuum ſubiectũ, & ſi neceſſario ſequitur propoſitio illa non ſolum eſt ꝑpetua, ſed ſimpliciter eſt neceſſaria. Cum autem ad Sortem neceſſario ſequatur homo, oportet quod ꝓpoſitio dicens Sortes eſt homo, non ſolum ſemper ſit vera, ſed neceſſaria. Decipiuntur vero in hac materia dicentes oppoſitum, quia ea æquiuoce Sortis nomine vtunẜ, & non aduertunt, quod non minus eſt neceſſaria iſta, ſor. eſt homo quã iſta Sortes eſt Sortes, quia neceſſario prima ad iſtam ſequitur. Non minus enim ſequitur, Sortes eſt Sortes, ergo Sortes eſt homo, quam ſequatur A eſt Sortes, ergo a eſt homo, illam autem ſcilicet. Sortes eſt Sortes, eſſe perpetuæ incorruptibilis. ſ. & neceſſariæ veritatis ſimpliciter eſt adeo per ſe notum, vt indiſciplinati & indiſpoſiti ad philoſophandum ſit quærere eius probationem. Amplius ꝑꝑ proteruos & debilioris ingenii viros. Omnis enunciatio cuius res ſignificata non põt aliter ſe habere, quam ſicut per illam enuntiationem ſignificatur, eſt enunciatio neceſſaria, patet iſta ex Ariſ. in ꝑdicamentis. Sicut.n. ab eo quod res ſignificata eſt vel nõ eſt oratio, dr̃ vera vel falſa, ita ex eo quod res ſignificata nõ poteſt aliter eſſe, vel poteſt, oratio dicitur neceſſaria vel contingens: ſed enunciatio quælibet, in qua ſpecies de indiuiduo ꝓprio prædicatur eſt huiuſmodi, ꝙ ſiliet res ſignificata per eam nõ poteſt aliter ſe habere, quam ſicut ſignificatur per illam. ergo & cætera. patet minor, qa res ſignificata per huiuſmodi ꝓpoſitiones nil aliud eſt, quam coniunctio ſubiecti cum prædicato vt patet. Talem autem coniunctionem (vt probatum eſt) impoſſibile eſt aliter ſe habere. Eſt igitur iſta, Sortes eſt homo, perpetuæ & ſimpliciter neceſſariæ veritatis, licet vtrunque extremũ poſſit non eſſe, hoc enim nihil obeſt, vt declaratum eſt.

T. c. 8.

Ratio erroris aliorum.

5 met. t. 23
7 met. t. 59

In prædicamento ſubſtantiæ circa fi. dicta vltima.

Quæcunque ſunt per ſe eo modo quo eorum naturalis diſpoſitio exigit, neceſſaria ſunt.

Circa eandem ſecundã probationem principalis cõclusionis. Dubitatur quomodo illudmet aſſumptũ ſcilicet Quæcunq; per ſe ſunt neceſſaria, verificetur. Cũ enim omnis concluſio demonſtrationis ſit per ſe, & propoſitiones, in quibus coniunctiones, aſpectus & eclipſis luminarium prædicantur demonſtratiue concludantur, eas ꝑ ſe oportet eſſe, & tamen neceſſariæ nõ ſunt, quia poſſunt aliter ſe habere eorũ ſignificata. Clarum eſt. n. quod corpora cœleſtia aliter & aliter ſe habent ſecundum huiuſmodi accidentia, quoniam non ſemper eis inſunt. Ad hoc multipliciter reſpondetur, primo negatur, quod iſtæ propoſitiones ſint per ſe, quia non demõſtrãtur in actu, ſed in aptitudine, ſed hoc eſt ſuperiꝰ, in quarto capitulo improbatum. Secundo dicit̃, quod iſtæ ſunt neceſſariæ in ordine ad cauſas ſuas, ita quod eclipſis relata ad lunam non ineſt ſibi neceſſario, relata autẽ ad cauſam ſuam, puta interpoſitionem terræ, ineſt ſibi neceſſario, quia poſita interpoſitione neceſſario ineſt. Sed nec reſponſio hæc ſic intellecta ſatisfacit, quia hoc ad neceſſitatem concluſionis non ſufficit. Primo, quia remaneret in rei veritate concluſio non neceſſaria, quoniam in ea cauſa non ponitur, ſed ſubiectum, puta luna & eclipſis. Secundo, quia iterum redit quæſtio eadem de neceſſitate alterius præmiſſæ, in qua ſubiecto cauſa coniungitur, puta interpoſitio terræ ipſi lunæ, non.n. eſt magis neceſſaria quam eclipſis. & ſi hoc iterũ interpoſitio terræ dicatur præciſe neceſſarium in ordine ad cauſam, iterũ de illa cauſa quæretur, & ſi aſſignabitur ſitus luminariũ in talibus locis, iterum de neceſſitate talis ſitus quæret̃, cum & ipſe non ſit neceſſarius magis, aut procedetur ergo in infinitum in huiuſmodi neceſſariis in ordine ad cauſas, aut ad aliqđ neceſſarium in ordine ad ſubiectum & cauſam ſimul venietur. Et cõfirmatur hoc, quia oportet non ſolum maiorem extremitatem ineſſe medio neceſſario, ſed etiam medium neceſſario ineſſe minori, & maiorem minori neceſſario coniungi, aliter demonſtratio non eſt. Secundum autem hanc rationem tãtummodo colligatio maioris extremitatis cum medio eſt neceſſaria, vnde non magis neceſſaria eſt iſta, luna eclipſatur, quam iſta, homo eſt diſgregatiuus viſus, vtriuſque ſiquidem prædicatum neceſſarium eſt in ordine ad cauſam ſuam, diſgregatiuum nãque uiſus neceſſarium eſt in ordine ad albedinem, quæ eſt eius cauſa. Et cum clarũ ſit quod neceſſitas iſtius non ſufficit ad demõſtrationis cõcluſionem, dicatur quod neceſſitas in ordine ad cauſam præciſe ad demonſtrationis concluſionem non ſufficit. Amplius neceſſarium præciſe in ordine ad cauſam eſt neceſſarium nõ niſi ex ſuppoſitione ſcilicet ſi cauſa ſit, ſed ad neceſſitatem concluſionis demonſtrabilis nõ ſufficit, quod reducatur ad neceſſitatem ſuppoſitionis, qꝛ ſic omnis concluſio eſſet neceſſaria: cum ex fine primi perihermenias habetur: quod quælibet propoſitio neceſſaria eſt ex ſuppoſitione. Ex ſupradictis ergo in quarto capitulo ſumenda eſt reſponſio: & dicendum eſt, qđ iſtæ ſunt per ſe & neceſſariæ: eo mõ: quo perpetuæ ſunt ſempiternæ autem ueritatis; ſunt non ſecundum oẽ tempus ſimpliciter, ſed ſecundum omne tempus, quo prædicata nata ſunt ineſſe ſubiectis, nunquam ſiquidem ſallit quando nata eſt eſſe coniunctio, uel oppoſitio luminarium. Vnde ad id quod aſſumitur, quod poſſunt eorum ſignificata aliter ſe habere, eodem modo dicitur quod impoſſibile eſt eorum ſignificata aliter ſe habere tempore quo nata ſunt eſſe, licet aliquo tempore nõ ſint, & hoc ſufficit: immo (ut in philoſophia naturali experientia oſtendit) ad neceſſitatem concluſionis demonſtrabilis ſufficit, quod ut in pluribus non poſſit aliter ſe habere. Neceſſitas enim propoſitionum, de qua poſterioriſticus loquitur, ex materia ſumenda eſt; & ſicut analogice, & nõ uniuocæ inuenitur, in diuerſis rebus, ita analogice in ꝑmiſſis & concluſionibus demonſtrationum diuerſarum requirẽda eſt, fatuum eſt ſiquidem quærere propoſitiones omnes neceſſarias uniuoce neceſſarias, ſi res ipſæ ſignificatæ non ſunt uniuoce neceſſariæ. Vñ (ſicut ſuperius diſtinctũ eſt) de omni, in tres ordines: ita neceſſarium diſtinguendũ eſt. In ſeparatis ſiquidem a materia eſt neceſſariũ ſimpliciter: in mobilibus autẽ, ſed incorruptibilibus, eſt neceſſariũ regulariter: in mobilibus au-

tem

Primo in notando circa finem.

Egidii opinio.

infra Tex. c. 19.

circa finem

in primo notando.

tem, & corruptibilibus eſt neceſſarium vt in pluribus. Quouis ergo horum trium modorum propoſitio neceſſaria ſit, demonſtrationem ingredi non prohibetur.

Omnem propoſitionem neceſſariam eſſe per ſe & econuerſo, alias omnes per accidens eſſe & non neceſſarias oſtendit.

CIrca id quod aſſumitur in probatione eadem. ſ. omne aut ſic ineſt, aut ſm accidens. (Accidentia. n. nõ neceſſaria ſunt.) Aduertẽdum quod ex proceſſu Ariſtotelis euidenter apparet, quod ꝓpoſitio per ſe in primo vel ſecundo modo & propoſitio neceſſaria conuertunt, & propoſitio per accidens & propoſitio non neceſſaria ſimiliter cõuertuntur. Si. n. omnis propoſitio eſt aut ſic idest per ſe in primo, vel ſecundo modo aut ſm accidẽs, & quælibet aliter per ſe eſt neceſſaria, & omnis ſm accidens eſt non neceſſaria, nulla remanet propoſitio neceſſaria, quę non ſit per ſe modo dicto, & nulla remanet propoſitio neceſſaria, quæ nõ ſit per accidens. Aliter diuiſio ſufficiens non fuiſſet, quia dictum eſt, omne aut ſic

Cap. 4. de p ſe.

ineſt, aut ſm accidens. Cum igitur oporteat hãc conuertibilitatem acceptare, & veram eſſe, ſcitu propoſitiones per ſe in primo & ſecũdo modo vocari hic omnes, quas ſupra diximus eſſe per ſe tam proprie quam improprie: & eas vocari per accidens quæ nec proprie nec improprie primum vel ſm modum perſeitatis ingrediuntur. Tu autem qui ſcrutato res operis hinc aduertas quã recta, & conſona Ariſtoteli fuerit ſupra a nobis explanata, doctrina (in capitulo de per ſe) & q̃ optime dictũ ſit, quod omnis ꝓpoſitio per ſe, oportet quod ſit in primo vel ſecundo modo. Reliquas enim Ariſtoteles expreſſe hic ponit eſſe non neceſſarias. Et quoniam prauæ diſpoſitionis ignorãtia multos occupaſſe ac detinere videtur in hac cæcitate (vt iam velut communis animi cõceptio a multis proferatur) quod propoſitio neceſſaria communior eſt propoſitione per ſe. Vltra ea quæ diximus confutãdos eos eſſe duximus auctoritatib. apertis vt vel ſic reſipiſcant, aut erubeſcant.

Tex. c. 14.

Themiſtius in c. 14. huius expreſſe dicit quod ſola ea, quæ dicuntur per ſe, ſunt neceſſaria & dicit Ariſtotelem hoc demonſtraſſe, conſtat autem ab excluſiua ad vniuerſalem terminis trãſpoſitis tenere argumentum: ergo oĩa neceſſaria ſunt per ſe. Auerrois quoque in commen. 15. huius expreſſe dicit, quod ſicut dixit Ariſtoteles demonſtratio non euadit quin ſit aut ex propoſitionibus per ſe, aut accidentalibus, & accipit accidentale vt infert cõuertibiliter non neceſſarium (vt probabitur.) ergo apud ipſum & Ariſt. propoſitio ꝑ ſe, & propoſitio accidentalis idest nõ neceſſaria diuidũt ſufficienter propoſitionem. cum ergo cõſtet propoſitionem neceſſariã non claudi ſub non neceſſaria. ergo clauditur ſub altero membro ſcilicet propoſitione quę eſt ꝑ ſe. nulla ergo reſtat foris propoſitio neceſſaria, ſed omnes clauduntur ſub per ſe. Quod autem Auerroris accipiat (ly accidentale) vt diſtinguitur contra neceſſariũ, patet ibidem, quia immediate poſt diuiſionem factam ſubdit has conſequentias, quod ſi eſt ex accidentibus nõ eſt ex neceſſariis quia accidentalia non ſunt neceſſaria & ſi eſt ex neceſſariis nõ eſt ex accidentalib. Ariſ. & hic (ut diximus) & in capitulo ſequenti, vt ibi dr, & in capitulo de per ſe, vbi poſt diffinitos modos ꝑ ſe dixit, q̃cũque neutraliter inſunt, accidentia ſunt, hoc idem ſentit.

Comm. 15.

Infra t. c. 18. te. c. 10.

Num ſcientia corrumpatur corrupta re ſcita.

CIrca vnam illarum quatuor conditionum quibus admitti ſcientia dicitur in tertia probatione illius q̃ſtionis ſcilicet ſalua re, Dubitatur an ſcientia corrumpatur corrupta re ſcita. Experientia enim oſtendere videt quod non oporteat corrumpi ſcientiã re ſcita corrupta. Philoſophi nanque habentes ſcientiam de roſis, non ꝑdunt eam hyemali tempore, quo roſæ corruptæ ſunt, & ſimilis eſt ratio in aliis. Ad hoc breuiter dicitur quod cũ ab eo qđ res eſt vel non eſt, oratio & vniuerſaliter ſcientię, quæ concluſionum eſt habitus, ſit vera vel falſa vt in prædicamentis dicitur, & ſcientiã falſam fieri ſit ipſam non eſſe, impoſſibile eſt ſcientiam remanere re ſcita corrupta, & ideo notãter Ariſt. addidit in textu illam particulam, ſalua re. Sed aduertere oportet, quod res ſcita ꝓprie loquendo non eſt ſubiectum vel prædicatum ſed coniunctio prædicati cum ſubiecto, quam quia neceſſariam eſſe oportet & per ſe incorruptibilem eſſe cõſtat, ſi tamen corrumperetur, ſcientia ipſa neceſſario corrumperetur. Vnde ad id quod in oppoſitum adducitur dicitur, quod licet tempore hyemali corruptę ſint omnes roſæ, res tamen ſcita corrupta non eſt. Tum quia res ſcita non eſt roſa (ſed roſam eſſe. a.) quod eſt impoſſibile aliter ſe habere quoniam neceſſarium eſt & incorruptibile. Tum quia roſa ſuo modo ſcita idest vt de quo eſt ſciẽtia, vt ſic incorruptibilis eſt. roſa. n. vniuerſalis de qua eſt ſciẽtia corruptibilis nõ eſt, vt infra dicet, ſed hæc roſa & illa corrũpuntur, de quibus non eſt ſcientia. Et ſi arguatur roſa eſt corrupta tẽpore hyemali. Roſa eſt res ſcita, ſaltem vt ſubiectum. ergo res ſcita eſt corrupta. Sophiſma fit ſecundum fallaciam accidẽtis. ſed de his infra. Ex hac autem tam facili fundata & breui reſponſione apparet quantum vagentur, illi qui ſcientiam remanere corrupta re ideo ſaluant, quia remanent ſemper res in cauſis ſuis. hoc enim eſt per accidens, nihil enim minus remaneret ſcientia mea de trianguli paſſionibus & roſa &c. ſi omnia annihilarentur me ſolo remanente, quam ſi remaneret prima cauſa, aut corpus cœleſte &c. extranea enim hæc ſunt a ſcientia iam habita, nulla enim mutatio ex his ſequitur in ea.

ſubſtantia circa ſue. n

Cap. 9.

Arguitur.

## Quod demonſtratio eſt ex his quæ ſunt per ſe, & non ex his quę ſunt per accidens. Cap. 7.

2. concluſio.

*ACcidentium autem non per ſe, quomodo determinatum eſt per ſe, non eſt ſcientia demonſtratiua. Non enim eſt ex neceſſitate demonſtrare concluſionem accidens enim contingit non ineſſe. de tali enim dico accidẽte. Atq dubitare fortaſſe aliquis poſſet, cuius cauſa hæc oporteat interrogare de his, ſi non neceſſe eſt concluſionẽ eſſe. Nihil enim differt ſi aliquis interrogatus quæcunq; & poſtea dicat concluſionem. Oportet autem interrogare, non tanquam neceſſarium ſit propter interrogata. ſed quod dicere neceſſe eſt illa dicenti & vere dicere ſi vere erunt quæ ſunt. Quoniam autem ex neceſſitate inſunt circa vnumquodque genus quæcunque per ſe, & ſecundum; quod vnumquodque eſt, manifeſtum eſt, quod de his, quæ per ſe ſunt, demonſtratiuæ ſcientiæ ex talibus ſunt, accidentia enim non neceſſaria ſunt. Quare non neceſſarium eſt concluſionem ſcire propter quid ſit, neque ſi ſemper ſit, non per ſe autem. vt ſunt per ſigna ſyllogiſmi quod. n. per ſe non per ſe ſciet, neque propter quid. Propter quid autem ſcire eſt per cauſam ſcire. propter ipſum ergo oportet & medium tertio, & primum medio ineſſe.*

Reſponſio.

3. concluſio.

Correlariũ.

### Summa huius capituli hæc eſt.

SCientia demonſtratiua non eſt accidentium non ꝑ ſe. probatur a priori, quia ex neceſſitate demonſtrat concluſionem accidens autem contingit non eſſe. 1. concluſio.

Quare de accidentibus non per ſe fiunt Interrogationes, ſi ex eis non poteſt fieri concluſio neceſſaria. Oppoſitio.

Oportet interrogare de his, non vt ex eis fiat concluſio neceſſaria, neceſſitate conſequentis, ſed neceſſitate conſequentiæ & vera ſit ſi vere ſunt præmiſſæ. Reſponſio.

Demonſtratiuæ ſcientiæ ſunt de his, quæ ſunt per ſe, & ſecundum quod vnumquodque eſt. Probatur a priori quia eſt de & ex neceſſariis circa vnumquodque genus: Accidentia enim quæ reliqua ſunt, non ſunt neceſſaria. 2. concluſio.

Non eſt neceſſarium concluſionem ſcire propter qd ſit ſi medium ſemper eſt, & non per ſe eſt. Probat a priori, quia ſcire propter quid, eſt ſcire per cauſam, tunc autem concluſio per ſe, non per ſe ſcitur. 3. concluſio.

Pro-

Propter ipſum ergo oportet medium tertio, & primum medio ineſſe. Correlariū.

### Series autem hæc eſt.

DECLARATVRVS in hoc capitulo demonſtrationis propoſitiones eſſe per ſe, prima cõcluſione determinat cõcluſiones demonſtrationis nõ eſſe p accidens, ſubiungens circa hoc dubitationem quandam & ſolu. ſ. In ſecunda deinde concluſione, demonſtrationis cõcluſiones per ſe, & præmiſſas per ſe, & ſecundum qđ vnumquoque eſt ſore determinat. Et quia præmiſſas, quæ faciunt ſcire ſimpliciter oportet eſſe per ſe præmiſſas, iõ deducit tertiam concluſionẽ, & eius correlarium ex ea.

Num demonſtrationis concluſio poſſit eſſe per accidens.

Dubiom. CIrca primam concluſionem dubitatur, quia vr̃ quod demonſtrationis concluſio poſſit eſſe per accidẽs, omnis. n. concluſio, in qua propria paſſio inferioris prædicatur de ſuperiori eſt per accidens, cũ etiam ipſum inferius ſuperiori accidat. multæ autem tales demonſtratiue concluduntur. igitur multæ demonſtrationis concluſiones ſunt per accidẽs. minor habetur ab Ariſtotele ſuperius in capitulo quinto vbi dixit, quod licet vniuerſale trianguli non demonſtretur primo niſi de triangulo, per ipſum tamen triãgulum contingit monſtrare de figura, quod habet duos rectos. (T.c.11.) Ad hoc dicitur, quod aliud eſt cõcludere paſſionem inferioris de ſuperiori, & aliud eſt concludere eãdẽ paſſionẽ inferioris de eodẽ ſuperiori particulariter ſumpt. (Reſpondet.) paſſio ſiquidem inferioris, quis accidat ſuperiori, non accidit, tamen ei particulariter ſumpto. Vnde iſta eſt per accidens, figura habet tres angulos æquales duobus rectis, iſta autem eſt per ſe (licet reductiue) aliqua figura habet tres angulos æquales duob. rectis. Et quod prima ſit per accidens probatum ſufficiẽter eſt. Quod autem ſecunda ſit per ſe & neceſſaria, probatur ſic. (C.6.t.c.17.) Omnis concluſio ex veris neceſſariis & per ſe recte ſyllogizata, eſt neceſſaria & per ſe, vt habetur ex præcedenti c. vbi dictum eſt ex neceſſariis neceſſariũ tantum ſequi, & quod propoſitio per ſe neceſſaria conuertuntur, ſed concluſio, in qua paſſio inferioris prędicatur de ſuperiori particulariter ſumpto recte ſyllogizatẽ ex veris neceſſariis, & per ſe, ergo talis concluſio eſt neceſſaria & per ſe. Minor exemplariter oſtenditur, faciendo talem demonſtrationem in Primo tertiæ. omnis triãgulis habet tres angulos æquales duobus rectis. omnis triangulus eſt figura. ergo quædam figura habet tres angulos æquales duobus rectis. Quia ergo aliud eſt concludere de ſuperiori, & aliud de ſuperiori particulariter sũpto, dicitur ad dubium quod nulla concluſio, in qua paſſio inferioris prædicatur de ſuperiori, eſt demonſtrabilis, licet ſit demonſtrabilis de eo particulariter ſumpto.

Nota. Et ad id quod adducitur ex textu Ariſtotelis, dicitur ꝙ Ariſtotelis intendit eo modo quo nunc declaratum eſt. Vnde cum dixiſſet, & tamen eſt de figura monſtrare, ꝙ hẽt duos rectos, ſubiunxit. (vbi ſupra t.c.11.) Sed nõ cuiuslibet figuræ eſt, nec vritur qualibet figura demonſtrans habere tres. Vbi clare inſinuat quod non de figura, ſed de quadam figura demõſtratur habere tres. Arguitur. Quod ſi obieceris ex eo quod indefinita particulari æquiualet, quod ſicut particularis in tertia figura concluſa eſt, ita indefinita concluditur, & conſequenter ita eſt neceſſaria iſta, figura habet tres, ſicut iſta, quædam figura habet tres. Reſponſio: Memento quod poſterioriſtica doctrina traditur hic, ſecundum quam, qa ad materiam deſcendit ſubiectum ſimpliciter & abſque ſigno, vniuerſalis magis vim obtinet quam particularis, & propterea incompacte loco particularis ſubiectũ ſimpliciter abſq; ſigno poneretẽ. Sed quoniam in verbis vis facienda non eſt, vbi de rebus conſtat, ideo dicitur quod dummodo demonſtrans paſſionẽ inferioris de ſuperiori vtatur ipſo ſuperiori non vt ſuperius eſt, ſeu non vniuerſaliter, ſiue hoc faciat particularizatione, ſiue indefinitione, non eſt curæ, quotis nanque modo loquaris oportet demonſtrare vis, quod ſuperiori particulariter ſecundum rem vtaris. Vnde & Ariſtoteli (vbi ſupra) nõ ſat fuit dicere, non cuiuslibet figuræ eſt, ſed addidit nec vtitur qualibet figura demonſtrans habere tres, ſophiſticas importunitates per hoc excludens. Ex his habes qualiter intelligenda ſit regula illa ex quinto capitulo ſumpta ſcilicet. (ex.t.c.11.in fine.) Quando aliquid conuenit alicui, primo, per illud ſubiectum poteſt de quolibet alio, cui ineſt a priori demonſtrari, intelligenda eſt enim quando coniunctio illius alterius cum primo ſubiecto illius proprii eſt neceſſaria & per ſe, aliter altera pręmiſſarum eſſet p accidens, quod demonſtratio non patitur, vt hic patet. Hanc gloſſam diligenter memoriæ commendato.

Num quæ per ſe inſunt neceſſario inſint.

CIrca probationem eiuſdem primæ concluſionis, aduerte quod ibi expreſſe Ariſt. ait accidens non per ſe nõ ex neceſſitate ineſſe, & declarat ſe loqui de per ſe eo modo quo ſuperius determinatum eſt de per ſe. & cõſequenter omnino vult quod omne accidens, quod neceſſario ineſt per ſe ineſt, & omne accidens, quod non per ſe ineſt, non neceſſario ineſt, ita quod accidens neceſſario ineſſe & per ſe ineſſe conuertibiliter ſe ſequi aſſerit. Et quoniam ſententia hæc profunda eſt, ſubtiliſſima eam S. Tho. expoſitione declarauit, & quia ſua quoque expoſitio difficultate & dubitatione non caret, eã declarare volo & enucleare ſecundum vires. Intendens igitur declarare S. Th. prædictam Ariſ ſententiam, qua dicitur. quod ſi accidens per ſe non ineſt, neceſſario non ineſt. Cum accidens triplex ſit ſcilicet ſeparabile, inſeparabile, & propria paſſio: primo reiecto, quia non neceſſario ineſt ad duo reſidua ſe cõuertit, & ſupponens quod vtrunque eorum neceſſario inſit, declarat quod vtrunq; eorum per ſe ineſt ei cui neceſſario ineſt tali proceſſu, omne accidens, quod neceſſario ineſt alicui ſubiecto, oportet quod habeat in illo ſubiecto cauſam, ex qua ita fluat, quod non poſſit non ſequi, aliter non eſſet aſſignare cauſam huius neceſſariæ connexionis. Sed vtrunque horum idest tam propria paſſio, quam accidens inſeparabile neceſſario ineſt. ergo vtrunque horum habet in illo ſubiecto, cui neceſſario ineſt, cauſam, ex qua ita fluit quod non poteſt non ſequi. Tunc vltra omne accidens habens taliter cauſam in ſubiecto, aut cauſatur a principiis ſpeciei, aut ex principiis indiuidui. ſi taliter cauſatur ex principiis ſpeciei, eſt propria paſſio, & conſequenter eius ſubiectũ, cui neceſſario ineſt, eſt ſpecies. Si vero taliter cauſatur ex principiis indiuidui eſt accidens inſeparabile, & conſequenter eius ſubiectum cui neceſſario ineſt. eſt indiuiduum. Tunc vltra omne accidens, quod cauſatur ex principiis ſubiecti, recipit in ſua diffinitione illud ſubiectum ex cuius principiis cauſatur, quia vnumquodque diffinitur ex propriis principiis. ſed accidens inſeparabile cauſatur ex principiis indiuidui. ergo in diffinitione accidentis inſeparabilis ponitur indiuiduum. Tunc vltra. ergo accidens inſeparabile per ſe prædicatur de indiuiduo in ſecundo modo dicendi per ſe. ergo de primo ad vltimum, omne accidẽs, quod neceſſario ineſt alicui, ineſt illi per ſe, quod erat declarandum.

CIRCA hunc proceſſum quadrupliciter dubitatur. Primo circa id quod ſupponitur ſcilicet qđ accidens inſeparabile neceſſario inſit. (Dubium.) primo quia hoc eſt contra Porphyrium dicentem quod accidens vt comprehẽdit ſub ſe ſeparabile & inſeparabile eſt quod contingit eidẽ ineſſe & non ineſſe, & quod adeſt, & abeſt ſubiecto pręter ſubiecti corruptionem. (cap. de accidente.) Si enim accidens inſeparabile abeſſe poteſt, non ineſt neceſſario, quia quod neceſſario ineſt impoſſibile eſt non ineſſe (vt dicitur in ſecũdo perihermenias.) (Secundo perihermenias.) Secundo quia quod neceſſario ineſt,

accidens

accidens autem inſeparabile non ſemper ineſt, qm̄ pulli coruorum albi naſci dicuntur, & poſtmodū nigreſcunt. Tertio quoniam Albertus in p̄dicabilibus ſuis dicit q̄d corui poſſunt fieri albi. impoſſibile eſt autem fieri oppoſitum eius quod neceſſarium eſt eſſe. ergo &c.

cap. de accidente.

Dubium 2. SECVNDO dubitatur circa proceſſum ipſum videtur. n. q̄ committatur æquiuocatio illius termini. ſ. (ineſſe neceſſario) quia nunc vt ſumitur pro ineſſe ſecundum rem, nunc vero pro vt ſumitur pro ineſſe ſm intellectū componentem & diuidentem. cum enim ſupponitur accidens inſeparabile ineſſe neceſſario intelligitur ſecūdū rem tantum (vt Porphyrius dixit) quia poteſt coruus intelligi albus. Cum autem Ariſt. ait quod omne accidēs, quod neceſſario ineſt, per ſe ineſt, intelligitur de illo accidente quod neceſſario ineſt ſecundum intellectum cōponentem & diuidentem ideſt quod ita ineſſe intelligitur quod ꝓpoſitio negatiua remouens tale accidens ab illo ſubiecto, ſit non ſolum falſa, ſed impoſſibilis, & implicans contradictionē &c. accidens. n. q̄ ſic neceſſario ineſt, per ſe ineſt, quia abſq; ſubiecto diffiniri non pōt, non aut omne quod ſecundum rem a ſubiecto remoueri non poteſt, vt de nigredine corui patet &c.

Dubium 3. TERTIO dubitatur circa id quod in fine aſſumitur. ſ. q̄ in diffinitione accidētis inſeparabilis ponitur indiuiduum. Hoc. n. vr̄ omnino impoſſibile, quia inter accidens & ſubiectum proprium, per quod diffinitur, eſt talis adæquatio q̄ ſoli illi conuenit primo, & ſi alteri conuenit, ratione illius conuenire neceſſe eſt. Inter accidens autem inſeparabile, & indiuiduum, talis adæquatio non videtur, intuemur. n. nigredinem, q̄ accidens inſeparabile eſt corui, extra ſpeciem inueniri coruorum, & non propter indiuidualem complexionem coruorum, vt patet & cætera & ſimiliter de albedine reſpectu cigni &c.

T. ca. 12. & 13. QVARTO dubitatur circa concluſionem principaliter intentam ex hoc proceſſu. ſ. q̄ accidens inſeparabile ſit accidēs per ſe. Eſt. n. regula generalis ex quinto capitulo huius ſumpta, quod omne accidens cōueniēs pluribus per ſe & vni non ratione alterius, cōuenit eis ratione alicuius communis per ſe inueniri in illis, qm̄ oportet cuiuſque accidentis per ſe inueniri ſubiectum cui conuenit ſm quod ipſum. Accidens autem inſeparabile, puta nigredo conuenit coruis pluribus, & nō ratione alicuius cōis per ſe illis conuenientis, ergo non conuenit, indiuiduis corui per ſe. &c. quod non conueniat eis ratione alicuius cōis, ex eo patet, quia principia indiuidui ſunt cauſa accidentis inſeparabilis, vt dictum eſt. principia enim indiuidui cōia non ſunt pluribus, ſed indiuiduo cuius ſunt principia ſunt. Quod autem illud commune (ſi fingeretur) non inſit per ſe indiuiduis ex eo patet quod oē prædicatum per ſe, aut eſt genus, aut ſpecies, aut differētia, aut propriū. Tale autem commune nihil horum eſt, vt clarum eſt. Præterea, iſtud commune aut eſt ſubſtantia, aut accidens: ſi ſubſtantia, ergo datur gradus ſubſtantialis medius inter ſpeciem & indiuidua, quod eſt alienum à philoſophia. Si accidens iterū redit quæſtio, quo modo per ſe inſit illis pluribus indiuiduis cum non inſit eis per ſe in primo modo perſeitatis, & oportebit inuenire vnum commune aliquod commune per ſe eiſdem, ratione cuius tale accidens illis cōueniat, & tunc iterum quæratur de illo, aut eſt ſubſtantia, aut accidens, & procedendo vt prius, dabitur proceſſus in infinitum, quod eſt abſurdum &c. Poſtremo dicere, quod accidens inſeparabile ſit accidens per ſe eſt contra communem conceptum philoſophorum, vnanimiter drīam ponētium, inter accidens propriū & inſeparabile, ex eo quod illud eſt accidens per ſe, hoc autem eſt accidens per accidens, inſeparabile tamen.

Solutio primi dubii. AD PRIMVM dubium dicitur, quod de accidente inſeparabili cōtingit dupliciter loqui. Vno modo in ordine ad ſpeciem. Alio modo in ordine ad indiuiduū, ſi primo modo ſumatur, tunc eſt prædicatum accidentale, & accidens quintum prædicabile, & vocatur accidens inſeparabile, & ſic accipit ipſum Porphyrius ponens illas deſcriptiones &c. Si autem ſumitur ſecundo mō tūc cadit ſub quarto prędicabili proprio. ſ. Nec conueniunt diſtinctiones accidentis aſſignatæ a Porphyrio, qm̄ (vt oſtenſum eſt) prædicatur per ſe de indiuiduo, & vocandum eſt proprium, qm̄ reſpectu eius (vt dictum eſt) accidens non eſt, ſed proprium. Et qm̄ S. Tho. hoc ſecundo modo loquebat̄ de accidente inſeparabili (vt verba eius oſtendūt) ideo recte ſuppoſuit ipſum neceſſario ineſſe. Ad reliqua duo obiecta ſimiliter dicitur, q̄d quia oportet difformiter applicare regulas poſterioribus rebus & nō vniformiter vti illis in omnibus, inde eſt quod nihil obſtant doctrinæ huic ea, quæ obiiciendo adducuntur. ſicut enim iam diximus, ſempiternitas non eodem modo reperitur in phyſicis & aliis & ſimiliter neceſſitas: propter quæ ſicut ſtat aliquam probationem in materia phyſicali eſſe de oī, & tamen carere vniuerſalitate ſuppoſitorum & temporum ſimpliciter, vt patet de illa, omnis canis habet viſum, & ſimilibus, ita ſtat eā eſſe neceſſariam, & tamen non ſempiterna ſimpliciter, ſed phyſice. Cōſtat autem quod accidentia, de quibus loquimur, phyſica ſunt, & ideo ſat eſt in eis inueniri neceſſitatem ſempiternitatem vniuerſalitatem & perſeitatem phyſico more. ſ. vt frequenter ſeu ſemper deductis impedimētis qm̄ natum eſt eſſe, quod ergo corui naſcantur albi ſēpiternitati ſimpliciter obſtat non phyſicæ, ſicut canem carere viſu ante nonum diem. Quod autē corui poſſint fieri albi, nec neceſſitati ſimpliciter, nō phyſicæ obſtat, ſicut & hominem naſci vel fieri cæcum aut mutum. Clarum eſt enim quod huiuſmodi ꝓpoſitiones (homo habet viſum homo habet auditum, & huiuſmodi) ſunt neceſſariæ & per ſe, & demonſtrabiles (niſi ad ſenſum eſſent notæ) & tn̄ impedimenta aliqua facilius inueniunt̄ priuātia hominem talibus quam coruum nigredine. Cā autem quare impediri poteſt accidens inſeparabile videtur eſſe, nō quia illud a quo primo fluit, ſeparabile ſit ab hoc coruo, quoniam illud (ut infra dicetur) in primo modo perſeitas conuenit huic coruo, ſed quia impediri poteſt fluxus nigredinis ab illo principio in tali particulari, ſicut & uiſus impeditur in homine cæco non p ſubtractionem principiū, ex quo originatur oculus, tam quo ad potentiam uiſiuam quam quo ad organum, ſed per admiſtionem alicuius impedientis ne a tali cauſa ueniat nunc talis effectus & in propoſito plus eſt: non enim puto coruū ita a nigredine poſſe abduci quin fuſcus remaneat & ſic ſaluatur neceſſitas phyſica &c.

Cap. 4.

Solutio ſecūdi dubii. AD SECVNDVM dubium dicitur quod nulla eſt in hoc proceſſu æquiuocatio, qm̄ loquimur de accidente inſeparabili in ordine ad ꝓprium eius ſubiectum q̄d eſt indiuiduum, modo declarato. Indiuiduo autem ineſt accidens inſeparabile neceſſario, non ſolum ſecundum rem, ſed etiam ſecundum intellectum componētem & diuidentem, phyſice tamen, cum in eius diffinitione cadat ſecūdum aliquid ſui, quia proprium illius eſt. Vnde propoſitio negans accidens inſeparabile ab indiuiduo illius ſpeciei cuius eſt accidens inſeparabile non ſolum eſt falſa, ſed impoſſibilis, ſicut negans quodcunque aliud prædicatum neceſſarium phyſice. Quādo ergo dicitur a Porphyrio, quod accidens inſeparabile non ſecūdum intellectum, ſed rem eſt inſeparabile, eſt intelligendum in ordine ad ſpeciem reſpectu cuius denominatur illud prædicatum accidens inſeparabile, & nō reſpectu indiuidui reſpectu cuius denominatur proprium, & ſic ſermo eius formaliter uerificatur & noſtræ non obſtat ſententiæ quia (ut diximus) hic loquimur de accidēte inſeparabili in ordine ad indiuiduum. Nulla igitur ęquiuocatio eſt, ſed ſemper de neceſſario ineſſe ſecundum intellectum componentem & diuidentem eſt ſermo. Antequam autem tertio ſatisfiat dubio, quartum ſoluendū cenſeo, ut facilior ſit diſciplina.

Solutio quarti dubii. AD QVARTVM ergo dubium dr̃, ꝙ accidens inſeparabile ineſt indiuiduis ratione alicuius cõis per ſe inueti in illis, & cõe illud ipſa indiuidui principia ſunt. Et ad huius improbationẽ dicitur quod cum principia rei ſint duplicia, formalia. ſ. & materialia, & principia formalia ſint ſpecifica. principia indiuidui materialia principia eſſe oportet. Principia autem materialia dupliciter ſumi poſſunt. Vno mõ vt conſtitutiua ſunt huius, & ſic propria ſunt huic, & cõia neque eſſe neq; intelligi poſſunt. Alio mõ abſolute ſm ſe & vniuerſaliter, qm̃ cum quadam latitudine plura vel omnia indiuidua illius ſpeciei vel generis ambiunt, & materialem ſimilitudinẽ vel diſſimilitudinem inter illa faciunt, & ſic cõia ſunt pluribus non ſolũ indiuiduis, ſed ſpeciebus & generibus: quia forma, quam primo reſpiciunt, eſt forma valde generalis, vt alibi dictum eſt. v. g. principia materialia aĩalium, ex quibus oritur maſculineitas, & ea ex quibus oritur fęmineitas, cum latitudinem habeant. ſm quam hæc ſunt oĩbus fęmellis cõia, & illa oĩbus maſculis, dupliciter poſſunt accipi. ſ. vt conſtituunt hunc maſculum vel illam fęmina, & vt ſunt cõia oĩbus vel maſculis vel fœminis, omnes enim maſculi cum aſſimilentur in maſculineitate, in principiis quoque talis ſexus neceſſario aſſimilantur, & ſimiliter eſt de fęminis inter ſe, hic quoque maſculus, ſicut ita eſt hic maſculus quod non ille, ita hæc habet ſui ſexus principia propria, quod non illa, & ſic de aliis &c. Ad primam vero probationem, quod tale cõe non inſit indiuiduis per ſe. dicitur qđ tale cõe ineſt indiuiduis per ſe, non vt genus, aut ſpecies, aut dr̃ia, aut ꝓprium, ſed vt principium materiale eorum, quod in cuiuſque eorũ diffinitione ſi diffinirentur, apponeretur, vnde cõuenit eis ꝑ ſe in primo modo dicendi per ſe, ſicut punctum ineſt lineę, & tñ neque genus, neque ſpecies, neque differentia, neque proprium eius eſt. Ad ſecundam probationẽ eiuſdem dicitur, quod tale commune eſt ſubſtantia; quia eſt principium materiale indiuidui ſubſtãtiæ. Nec ſequitur ergo quod datur gradus medius inter ſpeciem & indiuidua, quia tale cõmune pars indiuidui materialis eſt. Sola autem forma gradum in prædicamento conſtituit. Vnde non oportet quærere amplius per quod tale commune inſit pluribus indiuiduis, quia (vt dictũ eſt) in primo modo ineſt eis, ſicut nec per aliquid, animal per ſe ineſt boui leoni & homini &c. Ad id quod vltimo additur dicitur, quod ſecundum philoſophos illas differentia intelligenda eſt de proprio & accidente inſeparabili in ordine ad ſpeciem, & non in ordine ad indiuidua. Et merito, quia aliter nõ eſſet locutio formalis: res enim, quæ eſt accidens inſeparabile (vt dictum eſt) denominatur accidens inſeparabile in ordine ad ſpeciem, in ordine nanq; ad indiuidua proprium denominatur.

Solutio tertii dubii. AD TERTIVM nunc dubium dicitur, quod quia accidens inſeparabile non fluit a principiis formalibus ſpeciei, quia eius propria paſſio eſſet, nec a principiis materialibus indiuidui vt conſtituunt hoc: qa ſic extra hoc non inueniretur, ſed a principiis materialibus, quæ extra illam ſpeciẽ indiuidui abſolute inueniũtur: ideo nec hic coruus, nec aliquis coruus in diffinitione nigredinis, qđ accidens corui eſt inſeparabile, recipitur, ſed principia illa materialia ex qbus neceſſario oritur nigredo, ſeu cõe illud principium materiale, cui conuenit nigredo, puta corpus terminatum minimum lucis ſapiens in diffinitione nigredinis ponere debet, ſiquis eam diffinire vellet. Et quia tale commune (vt diximus) per ſe in primo modo conuenit indiuiduis corui & carbonis (& ſi qua ſunt hmõi) vt principium tñ materiale, conſequens eſt, quod nigredo per ſe in ſecundo modo inſit talibus indiuiduis. Continent. n. per ſe in ſe ipſis ſubiectum proprium, per quod diffinienda eſt nigredo. Sicut Sor. & Plato continent in ſe ipſis ſubiectum ꝓprium riſibilitatis. Vnde ex malo intellectu eorum, quæ dixit S. Tho. procedit obiectio. non. n. volumus quod ipſum indiuiduum, de quo accidens inſeparabile prædicatur per ſe in eius diffinitione ponatur quia hoc non oportet, ſed ꝙ per ſe in ſeipſo cõtineat cãm, ex qua neceſſario fluit, & conſequẽter ſubiectum, per quod diffiniri debet &c. Et ſic patet ꝙ̃ vniuerſaliter verificatũ ſit Ariſ. dictum ꝙ. ſ. omne accidens, ꝙ non ineſt per ſe, non ineſt neceſſario &c. Oſtẽdimus. n. quod etiam accidens inſeparabile illi, cui neceſſario ineſt, per ſe ineſt nulla æquiuocatione interueniente.

CIRCA eandem probationem eiuſdem concluſionis, aduerte ꝙ S. Th. mouet dubium ex eo qđ Ariſt. circularem demõſtrationem feciſſe videtur, dum ſuperius demonſtrationem neceſſariorum eſſe oſtendit, quia eſt de per ſe, & nunc oſtendit ipſam eſſe eorum quæ ſunt ꝑ ſe, quia eſt de neceſſariis &c. Et in reſponſione quatuor dicit dubitationem inducentia. Primum eſt, quod oſtendere demonſtrationem eſſe neceſſariorum (quia qđ ſciẽ eſt neceſſarium) eſt vera demonſtratio. Secũdum eſt, ꝙ oſtendere demonſtrationem eſſe neceſſariorum (qa eſt eorum quæ ſunt per ſe) non eſt vera demonſtratio, ſed ad hominem oſtenſio. Tertium, ꝙ tñ non expreſſe confirmat, ſed neceſſe eſt ſubintelligi, eſt ꝙ oſtẽdere demõſtrationem eſſe eorum, quæ ſunt per ſe, quia eſt neceſſariorum, eſt vera demonſtratio, qua in hoc c. vtitur Ariſto. Ex his autem conficitur quartum, quod eſt reſponſio ſua ad dubium motum, quod licet Ariſt. ſecundo & tertio proceſſu, qui circulares ſunt, vſus fuerit, ſecũdo tũ non vſus eſt vt demõſtratione ſimpliciter, ſed ad hominem, & ideo circulum demonſtrationum non facit, ꝓp quod primum proceſſum qui ſimpliciter demonſtratiuus eſt & circulo caret ad demonſtrandam concluſionẽ ſecundi proceſſus appoſuit. Inducunt autem horum ſingula dubitationes ſingulas, ſigillatim proſequendas.

CIRCA primum. n. vr̃, ꝙ falſo dictum ſit, quod ille proceſſus factus precedenti capitulo. ſ. demonſtratio eſt neceſſariorum, quia quod ſcitur eſt neceſſarium, ſit vere demonſtratio. Nullus ſiquidem proceſſus ab effectu ad cauſam eſt vere (vt modo loquimur) demõſtrationis autem effectum eſſe demonſtrationis ipſum demonſtrationis nomen ſuperius oſtendit, qñ dictum eſt. demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire. igitur procedere a conditionibus ipſius ſcire ad conditiones demonſtrationis non eſt vere demonſtrare. Ad hoc faciliter dr̃, quod quia cauſę ſunt ſibijnuicem cauſæ (vt dicit in quinto metaphyſicæ) non inconuenit ſcire effectum & cauſam demonſtrationis eſſe. Vñ poteſt dupliciter accipi. vno mõ vt effectus eſt demonſtrationis in genere cauſæ efficientis, & ſic illo non vſi ſumus in propoſito proceſſu. Alio modo vt finis demonſtrationis, quæ nihil aliud eſt, quã inſtrumentum intellectus ordinatum ad ſcire, & ſic eſt cã demonſtrationis in genere cauſæ finalis, & ſic ſumpſimus ſcire in propoſito, & quoniam cauſa finalis eſt primum omnium cauſarum & cauſa cauſarum, ideo proceſſus Ariſt. aſſumens pro medio ipſum ſcire, vt cauſam finalem demonſtrationis, vere a priori demonſtratiuus fuit, dum ex diffinitione ſcire, demonstrationem eſſe neceſſariorum concluſit dicens. Scitum est neceſſarium. ergo demonstratio est neceſſariorum.

CIRCA ſecundum vero maior occurrit difficultas: manifeſte ſiqdem apparet falſum illud ſecũdo dictũ. ſ. ꝙ proceſſus in præcedenti quoq; capitulo factus. ſ. demonſtratio eſt neceſſariorum, qa eſt de his quæ ſunt ꝑ ſe, non vere demonſtratiuus ſit, ſed oſtẽſio ad hominẽ. proceſſus. n. à priori (cęteris ſaluis cõditionibus) vere demonſtratiuus eſt, ille aũt a priori eſt, qa per ſe prius eſt neceſſario. ideo. n. propoſitio eſt neceſſaria, quia per ſe cęterarũ aũt conditionũ nullus apparet defectus, ergo demonſtratiuus vere vr̃. Ad hoc dupliciter. primo quod neceſſarium eſt prius ſimpliciter per ſe, & quod ideo eſt propoſitio per ſe, quia eſt neceſſaria, & non econtra cũ. n. neceſſarium pertineat ad rationẽ cauſæ, vt S. Th. ait quinto metaphyſica. cap. de neceſſario, quia cauſa eſt

ad

Solutio. 1. T. c. 15. — T. c. 2. — 2. Phy. T. c. 31. — Solutio. 2. — T. c. 15. — ſuper. 1. c. 6.

ad quam de neceſſitate ſeqtur effectus,& per ſe vel modus cauſandi, vel modus prædicandi, ponitur in quinto metaphyſicæ, prius autem ſit cauſæ ratio quam cauſandi, & prædicandi modus, conſequens eſt, quod neceſſa- Super t.cap. 63. rium ſimpliciter ſit prius per ſe. Et confirmatur hoc ex maiori ambitu ipſi' neceſſarii, neceſſitas.n. inuenitur in rerum natura inter illa, quæ ſi fierent extrema propoſitionis non facerent propoſitionem per ſe, vt patet in oĩbus propoſitionibus de ſecundo adiacente in ſubſtãtiis incorruptibilibus aliis a deo. Vnde ideo iſta eſt p ſe, homo eſt riſibilis, quia homo neceſſario cauſat in ſe riſibilitatem, & ſic de aliis &c. Secundo dicitur quod quicqd ſit de ordine neceſſitatis & perſeitatis, clarum eſt, quod neceſſarium prius ineſt ſcito, vt ſit quam per ſe, eo quod neceſſarium in diffinitione ipſius ſcire ponitur, per ſe autem non. nihil autem eſt magis intimum alicui, quã ſua diffinitio &c. Clarũ quoque eſt, ꝙ ſcire ponitur in diffinitione demonſtrationis ex fine ſumpta, & conſequenter de primo ad vltimum neceſſarium cadit in diffinitione demonſtrationis, & conuenit ei in primo modo dicẽdi p ſe, & ideo dato, quod per ſe prius ſimpliciter ſit neceſſario, non tamen prius ineſt demonſtrationi, ſicut eſſe corpus eſt prius ſimpliciter quam eſſe diſgregatiuum viſus, intimius tamen albedo ineſt eſſe diſgregatiuum viſus q̃ eſſe corpus, &c. Vnde quia concluſio in hoc proceſſu eſt, demonſtratio eſt neceſſariorũ, & mediũ erat, quia eſt de per ſe, ſatis ſubtiliter intuendo terminos concluſionis formaliter, quia maior extremitas inerat ſubiecto intimius & prius, quam medium, oſtenſio ad hominem, dicta eſt, & non vere demonſtratio. & hæc reſponſio vr̃ mihi ſm mentem S. Th. tenenda. Hoc enim võt eius verba ſonare cũ ait. ſed eſt oſtẽſio ad hominẽ, apud quem notum eſt quod demõſtratio ſit eorum, quæ ſunt per ſe: quaſi diceret, quod ſecundum naturam notius eſt quod demonſtratio ſit neceſſariorum, ſecundum hominem vero quod ſit per ſe, &c. Et quoniam oppoſitorum eadem eſt ſciẽtia, vt dicitur nono metaphyſicæ, ideo patet ex his ratio tertii dicti a S. Tho.

Concluſio Quarto metaphyſi. met. t. c 32. Tex. c. 4. Solutio 4.

CIRCA quartum vero poteſt dubitari, quia ex reſponſione iſta non videtur inconueniens dari circulum difformem, ita quod primus proceſſus ſit vere demonſtratio, & ſecundus demonſtratio a poſteriori. Verũ autem talis circulatio poſſit ſecundum veritatem fieri ſed quia vt præmiſimus, oportet ante hoc multa diſcutere. in c. 13. vbi ex intentione de hoc tractabitur, q̃ſtio hæc diſputabitur: ſufficit pro nunc Ariſtotelem circulum a ſe improbatum non feciſſe.

Super 5. ca. 30. in dubio circa ſecundam cõcluſionem.

CIRCA probationem ſecundæ concluſionis dubitatiuncula quædam eſt, quomodo probatio ſit efficax: nõ enim videtur ſequi, demonſtratio eſt ex neceſſariis circa vnumquodque genus. ergo eſt ex per ſe, & ſecundũ qđ ipſum &c. quia demonſtratio a poſteriori eſt ex neceſſariis in illo genere, quia nec ipſa egreditur ſubiectum generis, & tamen non eſt ex his, quæ ſunt ſecundum quod ipſum, cum non ſit ex cauſis, ſecundum quas inſunt paſſiones &c. Ad hoc facile dicitur, quod quia iam præſupponimus ex declaratis demonſtrationem eſſe ex prioribus ſimpliciter, & ſcire de quo loquimur eſſe rem p cauſam cognoſcere, non oportet amplius ſolicitum eſſe de neceſſariis a poſteriori. Quia quærimus ergo ex qualib. prioribus eſt demonſtratio, ſufficiẽter probatum eſt, ꝙ eſt ex per ſe, & ſecundum quod ipſum, quia ex neceſſariis, circa vnumquodque genus eſt &c. Poſſet quoq; nõ inconuenienter dici, quod ly circa, quandam neceſſariorum prioritatem inſinuare videtur.

Num ſi præmiſſæ eſſent neceſſariæ & non per ſe ſciretur concluſio propter quid.

CIrca tertiam concluſionem dubitatur, quia ibi ſecũdum expoſitionem S. Tho. dicitur quod ſi præmiſſæ eſſent ſemper & neceſſariæ, & non per ſe, neſciret cõcluſio propter quid vt ſunt per ſigna ſyllogiſmi. Ex hoc enim videtur quod neceſſarium & per ſe in propoſitionibus non conuertibiliter ſe ſequãtur, cuius oppoſitum T.c.18. ſuperius dixit Ariſt. Si enim aliqua præmiſſa eſt neceſſaria, quæ non eſt per ſe (vt hic dicitur) clarum eſt qd non conuertibiliter ſe comitatur. Siqui quoq; videtur ex hoc aliud inconueniens, quod. ſ. in demonſtrationibus a poſteriori præmiſſæ non ſunt per ſe, & conſequenter nec neceſſariæ, ſecundum doctrinam traditam. Et tamen in fine ſexti c. dictum eſt, quod nec quia, nec p p quid ſciri T.c.18. poteſt niſi ex neceſſariis &c. Ad hæc ſimul dicitur, quod præmiſſa & eſt præmiſſa, & eſt enunciatio, inquantum enunciatio eſt ad hoc quod ſit per ſe, ſufficit quod prędicatum ſit in diffinitione ſubiecti, vel econuerſo. Inquantum autem eſt præmiſſa (quia reſpectu concluſionis eſt præmiſſa) non ſolum exigit quod dictum eſt, ſed etiã ꝙ ſit per ſe præmiſſa illius concluſionis, & quia hoc habet ex medio, ideo exigitur, quod medium ſit per ſe mediũ illius concluſionis, medium autem nullum eſt per ſe medium, niſi ſit per ſe cauſa illius cõcluſionis, & ideo oportet de primo ad vltimum, quod ſi præmiſſa debet eſſe p ſe, quod ſit per ſe cauſa cõcluſionis. Quia ergo aliud eſt propoſitionem eſſe per ſe (inquantum enũtiatio eſt) & aliud inquantum præmiſſa eſt, quia ad illud ſufficit perſeitas prædicationis, & ad hoc exigitur perſeitas cauſalitatis in medio reſpectu concluſionis. Et multæ ſunt enũtiationes per ſe, quæ non ſunt præmiſſæ per ſe, & ſimiliter quia ad neceſſitatem præmiſſarum (vt ſic) ſufficit ꝙ contineant medium, quod neceſſario in[illegible] talem concluſionẽ, & ad perſeitatem earum vt ſit exigitur quod medium ſit cauſa per ſe concluſionis, & multæ ſunt pręmiſſæ neceſſariæ, quæ non ſunt per ſe, vt patet, qñ ex tertia paſſione, concludit ſecunda, & ex ſecunda prima &c. ideo conuertibilitas per ſe & neceſſarii in propoſitionibus poſita, intelligenda eſt de eis ſecundum quod enũtiationes ſunt, & non ſecundum quod pręmiſſæ ſunt. Et quia Ariſt. & S. Th. hoc in loco de præmiſſis vt præmiſſæ ſunt loquebantur, ideo dixerunt quod in ſyllogiſmis a poſteriori, præmiſſæ, & ſi ſint neceſſariæ, non tamen ſunt per ſe. Quod autem hæc ſit eorum mens, patet ex verbis ſubiunctis, quando ait, hoc enim per ſe, non per ſe ſcitur, quaſi diceret, tunc enim concluſio per ſe non ſcietur per præmiſſas, quæ ſint per ſe præmiſſæ eius, ſed p accidẽs. accidit enim eis ex noſtro intellectu', vt ſcire faciant illam concluſionem, quia non in eſſendo, ſed in cognoſcendo cauſæ ſunt. Vnde hoc magis explicans ſubdit neque propter quid.

## Quod demonſtratio nõ eſt ex extraneis. C. 8.

*NOn igitur eſt ex alio genere tranſcendentem monſtrare, vt Geometricũ Arithmetica. Tria.n. ſunt, q̃ ſunt in demonſtrationibus, vnum quidem, quo demõſtratur ipſa cõcluſio, hoc autem eſt, quod ineſt generi alicui per ſe: unum autem dignitates, dignitates autem ſunt ea, qua ex quibus, tertium genus ipſum ſubiectum, cuius paſſiones & per ſe accidentia declarat demonſtratio. Ex quibus quidẽ igitur demonſtratio, contingit eadem eſſe, quorum autem genus alterum, quemadmodũ Arithmetica & Geometria, non eſt Arithmeticam demõſtrationem coaptare ad accidentia magnitudinibus, niſi magnitudines numeri ſint, Hoc autem vt contingit in quibuſdã, poſterius dicetur. Arithmetica vero demonſtratio ſemper habet genus, circa quod demonſtratio, & alia conſimiliter. quare aut ſimpliciter neceſſe eſt idem eſſe genus, aut aliquo modo. ſi debet demonſtratio tranſcendere, aliter vero, quod impoſſibile, manifeſtum ex eodem enim genere neceſſe eſt extrema & media eſſe, nam, ne ſi non per ſe, accidentia erunt. Propter hoc geometrię non licet mõſtrare, quod contrariorum vna eſt ſciẽtia, ſed neq; quod duo cubi cubus, neque alii ſcientiæ quod alterius, niſi q̃cunque ita ſe habent inter ſe, vt ſit alterum ſub altero vt Perſpectiua ad Geometriã, & Harmonica ad Arithmeticen.*

*ticen. Neque ſi quid in eſt lineis, non ſecundum quod linea, & ſecundum quod ex principijs proprijs, vt ſi recta pulcherrima linearum, aut ſi in contrarium ſe habet ipſa circunferētia. non n. ſecundum quod proprium genus ipſorum eſt. ſ. d ſecundum quod commune aliquod.*

## Summa huius capituli hęc eſt.

Concluſio principalis. NOn eſt ex alio genere demonſtrare deſcendentem Declaratur ſic. Tria ſunt in demonſtrationibus. ſ. quod demonſtratur, & hoc eſt paſſio concluſa, ex quib. demonſtratur, & hæ ſunt dignitates: & de quo demonſtratur, & hoc genus ſubiectum cuius paſſiones demonſtrantur. Et in his quorum genus eſt alterum, dignitates eaſdem eſſe contingit, per ſe autem accidentia non contingit eſſe eadem, vt patet in accidētibus numeri & magnitudinis, in arithmetica & geometria. Sed & ſubiectū non contingit eſſe idem. Arithmetica enim habet proprium genus, circa quod ſit demonſtratio; & aliæ ſciæ 2. cōcluſio. ſimiliter &c. Neceſſe eſt ſimpliciter idē genus eſſe, aut ſic, ſi debet demonſtratio deſcēdere, probatur a priori, quia neceſſe eſt eodē genere media & extrema eſſe: aliter non per ſe inſunt, ſed accidentia ſunt. Cor. primū. Alterius ſciæ non eſt demonſtrare, quod alterius eſt, vt patet in geometria quæ non demonſtrat, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, nec ꝙ duo cubi ſunt vnus cubus, niſi q̄cunque ſic ſe hñt qđ alterū ſit ſub altero, vt perſpectiua ad geometriam. Secundum cor. Nullius ſciæ eſt demonſtrare id ꝙ ineſt ſubiecto ſuo & non ex propriis principiis eius vt ſic, vt patet in geometria quæ non demonſtrat quod linea recta eſt pulcherrima linearū, nec qđ ſit contraria circulari.

## Series autem hæc eſt.

INTENDENS in hoc c. declarare demonſtrationē non eſſe ex extraneis duo facit. Primo ex fine præcedentis capituli concludendo proponit principalem concluſionem & enumerando requiſita ad ſciam declarat eā inductione: ſcđo ex dictis concludendo, repetit eādem quam tñ ſecundam fecimus concluſionem, vt eius ſenſum ſub aliis verbis aperiat & probet, correlaria duo addendo. Dixit autem eandem eſſe primam, & ſecundam concluſionem, quia cum ſecunda dicatur, quod oportet eſſe idem genus ſimpliciter, vel ſic in demonſtrationib. & in prima dicatur, quod non poteſt eſſe aliud & aliud genus: nihil aliud in ſecunda fit, niſi quod declaratur, ꝙ ly aliud in prima poſitum intelligatur aliud omnino.

Nū & q̄uo medium & extrema eiuſdem generis eſſe oporteat.

CIrca primam concluſionem dubitatur, quomodo Ariſtot. generis nomine vtatur. Si enim genus accipit vt eſt vnum quinque vniuerſalium, falſum eſſe videtur, quod media & extrema oportet eſſe eiuſdem generis, contingit enim medium eſſe in genere ſubſtantiæ & alterum extremorum in genere qualitatis. Si autē genus aliter accipit, q̄uo verificabitur ꝙ a S. Th. in expoſitione ſecundæ concluſionis dr̄, ꝙ tunc ſimpliciter idem eſt genus, cum ad inferius propria dr̄ia ſuperioris cōſtitutum deſcenditur, & tunc eſt idem, ſic, qn̄ ad inferius In c. de genere. conſtitutum per extraneam dr̄iam venitur. Ad hoc dr̄, quod genus (vt a Porphyrio dicitur) poteſt accipi tripliciter, & ſm quamlibet ſignificationem eius verificatur, ꝙ non licet deſcendere de genere in genus. Si .n. (ly genere) denominet ſubiectum ſciētiæ, tunc genus ſumitur tertio modo, vt eſt vnum de quinque vniuerſalibus, extenſo tñ generis nomine, & ad analogum & ſpeciē ſpecialiſſimam. Et ſic cum dicitur, quod medium & extrema oportet eſſe vnius generis, non eſt intelligendum in recto, ſed in obliquo, ſeu non formaliter, ſed cāliter .i. oportet media & extrema eiuſdem generis eſſe ita ꝙ alterum extremum eſt ipſum genus, alterum eſt eius per ſe accidens, & ſic eſt eiuſdem generis cauſaliter, & in obliquo. Medium vero eſt alterius illorū vt ſic per ſe principium & cōſequenter eſt in obliquo eiuſdem generis, & ſm hunc intellectum clare patet, quod non licet demonſtrando deſcendere de vno genere in aliud omnino genus, quia alia omnino ſunt principia, & alię paſſiones eorum &c. Nec reputo hanc expoñē eſſe contra Albertum hic dicētem, quod hic nō accipitur genus, vt eſt vnum prædicabile, q̄m extendimus non generis nomē ad id, ad ꝙ genus primum prædicabilium non ſe extendit &c. Si autē ly genere denominet principia ſubiecti, vel ſubiectum rōne ſuorū propriorū principiorū tunc genus ſumitur ſecundo mō, vt ſigñat principium gñationis, & eſt ſenſus, quod non licet deſcendere de principio vnius gñationis in aliud oīno principium alterius generationis, & hoc verum eſt, quia cum idem ſit proprium principium ſubiecti & ſuarum paſſionum & ſcientię de eis, vbi eſt aliud omnino principium, eſt aliud ſubiectū, aliæ paſſiones, & conſequenter primæ demōſtrationes non pñt deſcendere ad iſtas, & ſm hoc media & extrema ſunt eiuſdem generis ſm originē vt patet, & illud cēſetur aliud omnino genus, ꝙ nec per dr̄iam extremam, prius ante ſe principium contrahit, nec per dr̄iam propriam &c. Si aūt (ly genere) denominet oīa, quę ſub vnica cadūt ſcia (vt ſic) ſubiectum. ſ. partes & paſſiones, tūc genus ſumitur primo mō vt idem ſignificat, quod collectionem multorum ad ſeinuicem & ad unum principiū quodammō ſe habentium: & eſt ſenſus, & non licet deſcēdere de genere in genus ideſt de una cognatione, uel colligatione per ſe rerum fluentium ordine quodam ab uno in omnino aliam cognationem &c. Et hoc uerum eſſe comprobatur ex dictis, quia tales colligationes oīno diverſæ oīno diverſa neceſſe eſt habere principia ꝓpria, & ea quæ a principiis oriuntur, & conſequenter ex una alia ſciri non poteſt &c. & ſm hoc media & extrema eſſe eiuſdem generis, nihil aliud eſt q̄ eſſe eiuſdem cognationis &c. & unum genus eſſe oīno aliud ab alio eſt unam colligationem non includere aliam, quod accidit qñ principium utriuſq; generis oīno aliud eſt, mō ſupra expoſito. &c. Et licet hæc tertia expoſitio clarius T. c. 43. quodammodo inſinuet ueritatem, ſecundaque Alberto conſona ſit, prima tñ ſecunda participans iudicio meo directe textū cōprehendit, eo ꝙ Ari. expreſſe ſubiectū ipſum genus denominat tam hic, quā inferius dicturus ſciam unam eſſe unius generis ſubiecti partes & paſſiones conſiderantem, &c. & puto ꝙ Ariſt. ſubiectum genus nominet non ſolum ea ratione, quia ut in plurib. eſt prædicabile de pluribus differentibus ſpecie: ſed etiā & potius quia eſt uniuerſale id, unde generantur eius paſſiones per ſe accidentia, & partes ſubiectiuæ, ſicut & in phyſicis aliqua eſſe eiuſdē generis & dr̄r quia ſunt eiuſdem ſubiecti, quod eſt eorū generationis principium in quo immediate recipiūtur &c. Et ſm hoc addendo primæ expoſitioni, ꝙ ſubiectum ipſum denominat genus: utroque modo clarius eſt q̄uo media & extrema ſunt eiuſdem generis, quia oportet ad eandem generationē omnia in demōſtratione poſita per ſe pertinere &c. Licet diuerſimode hoc ut principium, illud ut effectus &c.

CIRCA Declarationem primę concluſionis dubitatiuncula oriri poteſt, cur Ariſt. numerans ea, quę in demonſtratione ſunt medii non meminerit. Ad hoc facile dr̄, quod numerans extrema ſubiectum. ſ. & paſſionē ſufficienter per ea inſinuauit medium, quod ſubiungendo declarauit eſſe eiuſdem generis cum extremis.

## Quod demonſtratio eſt ſempiternorum. Cap. 9.

*MAnifeſtum autem, & ſi fuerint propoſitiones vniuerſaliter, ex quibus eſt ſyllogiſmus, quod neceſſe & concluſionem perpetuam eſſe hmōi demonſtrationis, & ut ſimpliciter dicam demonſtrationis. Non eſt igitur demonſtratio corruptibilium, neq; ſcia ſimpliciter ſed ita, ſicut ſecūdū accidens quoniā non vniuerſalis ipſius eſt, ſed aliqñ, & quodāmō. Quando autem ſit, neceſſe eſt* t. 21 t. 22

*alte*

*alterum non vniuerſalem eſſe propoſitionem, & corruptibilem. corruptibilem quidem, quoniam & concluſio, exiſtente, non vniuerſalem autem, quoniam hoc quidem erit, illud vero non erit, in quibus. quare non eſt ſyllogizare, vniuerſaliter, ſed quod nunc. Conſimiliter autem ſe hēt & circa deſinitiones. quoniam deſinitio eſt, aut principium demonſtrationis aut demonſtratio poſitione differens, aut concluſio quædam demonſtrationis. Eorum vero, quæ ſepe ſiunt, demonſtrationes, & ſcientiæ, vt lunæ deſectus manifeſtum, quod ſecundum quod quidem tales ſunt, ſemper ſunt, ſecundum quod vero non ſemper, ſecundum partem ſunt, quemadmodum autem deſectus, conſimiliter aliis.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

**1. concluſio.** NEceſſe eſt concluſionem demonſtrationis ſimpliciter perpetuam eſſe.

**Secunda.** Non eſt ergo demonſtratio, nec ſcientia ſimpliciter corruptibilium. probatur vtraque concluſio a priori, qa demonſtratio ſimpliciter eſt ex vniuerſalibus. tenet cōſequentia, quia temporalitas concluſionis includit non vniuerſalitatem eius, nō vniuerſalitas autem eius infert non vniuerſalitatem præmiſſæ, & econuerſo, nō vniuerſalitas præmiſſæ infert non vniuerſalitatem concluſionis &c.

Scientia eſt corruptibilium ſecundum accidens.

**ꝓpoſitio. 3.** Diffinitio quoque eſt perpetuorum, & non corruptibilium. probatur a poſteriori, quia aut eſt principium, aut concluſio demonſtrationis, aut demonſtratio poſitione differens.

**quarta.** Eorum autem, quæ ſæpe fiunt demonſtrationes, & ſcientiæ ſunt, declaratur a priori, quoniam ſecundum ꝙ huiuſmodi ſemper ſunt, inquantum autem non ſemper ſecundum partem ſunt.

## Series autem hęc eſt.

CVm declaraſſet demonſtrationem perſeitatem habere, deduxeritq; inde nō eſſe ex extraneis, in hoc capitulo intendit ex eo quod demonſtratio eſt de omni, ſempiternitatem eorum, quorum eſt demonſtratio oſtendere. & tria facit. Primo ponit primas duas propoſitum continentes concluſiones, quarum ſecunda oriť ex prima poſita per modum conſequentis vnius conditionalis, cuius antecedens fecimus medium, & ſequelā manifeſtauimus &c. Subditque quaſi aduerſatiuam ꝓpoſitionem ad priorum declarationem perfectam. Tertiam ſecundo concluſionem quia diffinitio eſt de numero eorum, quæ ingrediuntur demonſtrationem, ſatis commode inſeruit. tertio quomodo non ſempiternorū ſimpliciter q̄ tamen ſæpe fiunt ſcientia ſit, quarta concluſione declarat, qa hoc contradicere determinationi videbať.

ADVERTE circa literam duo: primum eſt qđ textus gloſſatus a S. Th. affirmatiue legitur, ibi (Quod autē vniuerſaliter non ipſius eſt.) Dico autem hoc, quia aliorum textus habet. (Quod autem vniuerſaliter &c.) ſecūdum eſt, quod cum multa antiqua commentaria S. Th. viderim in nullo inueni gloſſata ab eo verba textus immediate ſequentia (ly quare & concluſionem, vſque ad ly, ſimiliter ſe habet &c.) Miror autem de hoc, quia in antiquis textus exemplaribus verba illa inueniuntur. & ſunt hæc, cum ſit non vniuerſalem autem, quod hoc quidem erit, hoc autem non erit ex quibus eſt. quare nō eſt ſyllogizare vniuerſaliter, ſed qm̄ nūc eſt. Quæ ſaluo meliori iudicio poſſunt ſic continuari cum expoſitione S. Th. quare & concluſionem neceſſe eſt eſſe ſempiternā, cum ſit præmiſſa vniuerſalis. non vniuerſalem autem ꝓmiſſam dico, ꝙ hoc quidem erit, hoc autem non erit. i. quando in hoc vel nūc cōtinget. & in hoc alio vel tunc non continget coniungi terminos ex quibus eſt, & propterea cum tali præmiſſa non eſt ſyllogizare. i. concludere vniuerſaliter, ſed quoniam nunc eſt.

Num non vniuerſalitas concluſionis inferat non vniuerſalitatem alterius præmiſſæ.

CIrca probationem primæ & ſecundæ concluſionis dubitatur, quia nō videtur verum ꝙ ibi aſſumitur & exponitur a S. Th. ſ. quod nō vniuerſalitas concluſionis inferat nō vniuerſalitatem alterius præmiſſæ. hoc. n. **dubi.**
falſum eſſe apparet. in primo tertio non ſolum ſyllogizando ſed demonſtrando, vt patet dicendo. oīs hō eſt riſibilis, oīs hō eſt aīal. ergo quoddā aīal eſt riſibile, vbi euidenter apparet concluſionem non vniuerſalem eſſe. & tn̄ præmiſſæ ſunt vniuerſales prioriſticæ, & poſterioriſticæ &c. Ad hoc dř dupliciter & bene, primo, qđ dictum Ariſ. & S. Th. intelligendum eſt de præmiſſis aſſumentibus vere medium, quod in prima tn̄ figura contingit ſumere: in qua medium primo ſubiicitur, & tertio ꝓ eſt, nanque ſiquidem fallit quod ſi cōcluſio non eſt vniuerſalis, & vere medium aſſumit, quod oporter alteram præmiſſarum eſſe non uniuerſalem. & quia inſtantia adducta aſſumpſit mediū, quod & primo & tertio ſubeſt, ideo non eſt contra intentionem textus. Secundo dř qđ illud dictum eſt verum vniuerſaliter in omni figura, ſtādo tn̄ infra limites demonſtrationis. nō. n. nunc loqmur de forma ſyllogiſtica ſimpliciter, ſed ad demonſtratiuā materiam applicata &c. Et dř quod illa concluſio. ſ. qđdam aīal eſt riſibile & ſibi ſimiles, ſunt per ſe & de omni, vt ex dictis patet, & vniuerſaliter omnis cōcluſio ex neceſſariis concluſa tam in illo, quā quocunque alio modo eſt neceſſaria, quia ex neceſſariis nō ſequitur niſi neceſſarium, vt docuit Ari. omnem autem propoſitionem **Reſponſio.** **D c. 17.**
neceſſariam eſſe per ſe, & conſequenter de omni, ſupra declaratum & probatum eſt &c. Vnde licet iſta. aīal eſt riſibile, ſit per accidens, & iſta quoddam aīal eſt riſibile ſit particularis prioriſtice ꝑꝑ ſingularium particulare, reductiue tn̄ apud poſterioriſticum eſt de omni, qm̄ nihil eſt ſumere, ſub quodam animali, quod non ſit riſibile, & nullum tempus eſt ſumere in quo non ſit riſibile omne contentum ſub quodam animali &c. (vt de ſe patet &c.) Sed contra qm̄ de omni poſterioriſticum præſupponit de omni prioriſticū, ergo reſponſio nulla. Ad hoc dicitur, quod illa propoſitio virtualiter eſt de omni prioriſtice, qm̄ omne quoddā animal eſt riſibile &c. & hoc ſufficit. Dixi vtranque reſponſionem eſſe bonam, qm̄ prima reſponſio connexionem prędicati cum ſubiecto abſolute conſiderans, quod poſterioriſtici negocii primaria intentione eſt, veritatem dicit. ſecunda totam propoſitionem amplectens, quod a poſterioriſtico alienum non eſt, ueritatem quoque declarat. utraque ergo bona eſt, ſed prima Ariſtotelis mentem demonſtrationi potiſſimæ intentam penetrare magis uidetur. **Cap. 6.**

CIrca propoſitionem illam. Scientia eſt corruptibilium ſm̄ accidens notanda ſunt duo. Primo cā à S. Th. poſita, qua motus eſt Ariſ. ad eius oppoſitionem. ſcđo ſenſus multiplex eiuſdē cauſæ ꝑꝑ quā adiecit hic hanc propoſitionem, fuit diuerſitas opinionis ſuæ ab opinione Platonis. Cum. n. eſſet cōis animi conceptio, qđ ſcientia eſt impoſſibilium aliter ſe habere & ſempiternorum. Plato ſecutus; in hoc Cratilum & Heraclitum, dixit, quod entium corruptibilium, quæ apud nos ſunt ſcientia non eſt, & adinuenit ideas horum entium, ſeparatas ab eis ſm̄ eſſe, incorruptibiles & perpetuas, de quibus dixit dari diffinitiones & demōſtrationes, & ad hoc ſequebatur, ꝙ ſciēdo huiuſmodi ideas, neſciebamus entia corruptibilia quæ apud nos ſunt (ut. 7. Metaphyſicæ deducitur) & maxime ſingularia &c. Ariſt. autem ſenſibilia ſequens & nihil intelligens eſſe, ad quod ſenſibilia non manu ducant, tales ideas figmenta putauit & ſcientiam eſſe corruptibilium, & ſempiternorum ſaluauit; & ultra hoc poſuit ſciētiā eſſe corruptibilium ſecundū accidens. Intuitus ſiquidem eſt in re corruptibili, puta Socrate, naturā ſeu eſſentiā. ſ. humanitatem, & cōditiones eius indiuiduales. ſ. has carnes, hæc oſſa, hunc locū &c. **Sciētia quomō ſit corruptibilium.** **Primo metaphyſicæ. t. c. 4. & 5.** **T. c. 33.**

Conſiderandamq; cenſuit naturam non conſideratis indiuiduantibus conditionibus. (ſicut & vnius pomi videtur color viſo odore) & q̄m natura, cuiuſq; rei abſq; conditionibus indiuiduantibus conſiderata ſm rem quidē eſt coniuncta ſingulari, ſm abſtractionem vero intellectus, ſeu ſm ſe non includit aliquod ſingularium, & corruptio oīs & motus ad ſingularia per ſe terminatur, idō naturas rerum, ſm ſe ſumptas incorrupibiles & perpetuas dixit, & de eis dari diffinitiones & demōſtrationes & de corruptibilib. (incorruptibiliter ſumptis) ſcientiā eſſe ponens, ipſa corruptibilia ſm accidens ſciri poſuit, cum dixiſſet. ergo, incorruptibilium & ſempiternorū eſſe diffinitiones, & demonſtrationes, ne forte crederes talia ſempiterna ideas eſſe aut quæcunq; ſeparata ſm res, à corruptibilibus, addit, ꝙ etiam ipſorum corruptibiliū ſm accidēs, ſcientia eſt, vt Platonis opinionem ſimul & cauſam elideret &c. opinio quidem deiicitur in expoſitione iſtius propoſitionis (vt patebit.) Cauſa autem q̄a declarat, ꝙ radix illa opinionis Platonicæ. ſ. corruptibilium non pōt eſſe ſcientia, intelligi debet, per ſe. & non per accidens. Et conſequenter ꝙ deceptus eſt, nō diſtinguens inter per ſe & per accidens, nec mirū, q̄a ēt ſapiētes (vt primo Elenchorū dr̄) per accidens falli cōtingit.

Ad euidētiam autem ſenſus prædictæ propoſitionis aduerte, quod ly ſm accidēs, poteſt determinare ly corruptibilium, & poteſt determinare ly eſt. Si primo modo ſumatur, tunc ly corruptibilium ſtat pro vniuerſalibus. Et eſt ſenſus, quod ſcientia eſt eorum vniuerſalium quæ ſunt corruptibilia per accidens, & abſq; dubio hoc verum eſt, quia ſcientia eſt non de vniuerſalibus ſeparatis ſecundum rem a ſingularibus, quæ corrumpunt (vt Plato poſuit) ſed vniuerſalibus habentibus eſſe in particularibus generalibus & corruptibilibus, & conſequenter eſt de his, quæ corruptibilia ſunt ſecūdum accidens, ideſt aliud (particulare. ſ.) vere ſm accidens, ſecundum particularia quæ accidunt eis vt ſic. &c. Si autem ſecundo modo ſumatur ſic ly corruptibilium, ſtat pro particularibus, & eſt ſenſus quod ſcientia per accidens terminatur, ad corruptibilia ideſt particularia quæ per ſe corruptibilia ſunt. Et ideo abſolute corruptibilia vocantur. & hic ſenſus eſt non minus verus, & magis (vt arbitor) ſecundum mentem Ariſtotelis.

Verus quidem dupliciter. Primo quia cum ſcientia p ſe & primo terminetur ad vniuerſalia, quę incorruptibilia ſunt, non ſeparata ſm eſſe a corruptibilibus (vt Plato poſuit) ſed in quibus continentur ſingularia corruptibilia, oportet quod ſciētia per accidens terminetur ad ſingularia. Dictum eſt. n. quod ſcire rē prout eſt in alio, eſt ſcire rem illā ſm accidens. Tali ſiquidem mō. Sciēs omnē dualitatē eſſe parē, ſcit hāc dualitatē eſſe parem, &c. & ſciēs hominis naturā ſcit oīa hominis ſingularis &c. ſecundo quia ex eo quod ſcientia per ſe & primo terminatur ad vniuerſalia, extendere ſe pōt adminiculo inferiorum virium ad ſingularia corruptibilia, quorum naturæ ſunt illa vniuerſalia. Pōt. n. ſciens vti vniuerſali cognito dupliciter. Vno modo obiecto, & hoc facit cū intellectuales limites non egreditur, diffiniendo demonſtrādo paſsiones &c. Alio modo vt medio reſpectu ſingulariū & hoc miniſterio inferiorū virium applicatus facit, quoties cōcluſio eſt propoſitio ſingularis. oportet ſiquidem tunc alteram præmiſſorum ſaltem eſſe vniuerſalem. Quia ergo ſcientia nr̄a eſt de vniuerſalibus ſempiternis, non talibus, quæ ſingularium naturæ non ſunt, vt Plato poſuit, ſed talibus, vt eorū applicatione ad corruptibilia, quorum ſunt naturæ, ipſorum corruptibiliū notitiam habeamus, corruptibilium dicit ſcientiam eſſe per accidens, tum quia terminari ad indiuidua corruptibilia non conuenit ſcientiæ in intellectu conſiſtenti & directe, ſed dum egreditur quodammō & reflectitur adminiculo ſenſuum ſupra corruptibilia in quibus ſaluatur vniuerſale illud &c. Dixit aūt hunc ſenſum eſſe magis intentum ab Ariſt. primo. Quia iuxta hunc tm̄ ſenſum actualiter ſcimus & vniuerſalia incorruptibilia & ſingularia eorum corruptibilia, licet diuerſimode. Secundum enim priores ſenſus vniuerſale actualiter ſciri tantūmodo dicebatur (vt patet,) Et conſequenter funditus oppoſita opinio deſtruitur, dum ad oīa ſciētiam extendimus. ſecundo quia ſecundum hunc ſenſum dicta per ipateticorum profundius intelliguntur, dum dicitur ab eis, qd̄ diffinitiones & demonſtrationes rerum extra animam exiſtentium & particularium ſunt. vt habetur a commētatore primo de anima, commento octauo.

Ad ſupradictorum maiorem euidentiam aduerte ꝙ cum dr̄ naturas rerum corruptibiliū ſm ſe ſumptas, de quibus dantur demonſtrationes & diffinitiones, eſſe incorruptibiles & perpetuas poteſt intelligi dupliciter. Vno modo poſitiue, & ſic eſt ſenſus quod numquam deſinunt eſſe in rerum natura, quia ſemper aliquod indiuiduum eorū ſaluatur, licet hoc & illud corrumpatur. & hoc licet de multarum rerum naturis ſm ponentes ęternitatem mundi verificari poſſet, non tm̄ poſſet ſm eos, de oībus, quorum eſt ſcientia, verificari. Clarū eſt. n. (vt inferiora omittamus quæ in aliis terræ quartis perpetuari forte dicentur) ꝙ cōiunctiones, & ſitus & aſpectus cęleſtium corporum in rerum natura ſemper nō ſunt &c. propterea hoc mō intelligendum nō eſt, vniuerſalia incorruptibilia & perpetua eſſe. Alio ergo modo intelligitur. ſ. negatiue, & tunc eſt ſenſus quod abſtrahunt a corruptioni, & tēporū diſſerētijs, i. nō habēt in ſe unde corruptione, aut tempori ſubdātur. licet hoc habeant ſecūdum quod in particularibus ſunt, quorum per ſe primo tam generatio quam corruptio eſt. & hic ſenſus eſt verus in oībus, q̄m ſiue in rerum natura res ſint, ſiue non vniuerſaliter conceptę, variabilitatem aliquā non incurrunt. nihil. n. minus habitudines & cōnexiones roſæ, ad ea, quæ per ſe illi inſunt, ſaluant particularibus roſis corruptis, quam exiſtentibus vt patet inductiue in his, quæ per ſe inſunt ſecundū omnes modos perſeitatis, vt nūc probabitur Conſtat autem quod neque in diffinitione, nec in ſcientia cadunt niſi ea quæ per ſe inſunt. Commē. 8. Vniuerſalia ſunt perpetua.

**Num poſitionēs in quibus prædicantur prædicata quidditatiua, vel eſſentialia, ſint perpetuæ veritatis.**

Circa ſupradictas cōcluſiones. ſimul occurrit dubiū, an propoſitiones. in quibus prędicantur prædicata quidditatiua, vel eſſentialia ſint perpetuæ veritatis. Vr̄ enim quod non ex duobus. Primo ex eo quod dr̄ in ſecūdo perihermenias quod non ſequitur, eſt hō mortuus, ergo eſt hom[illegible]ia mortuum opponitur homini. Ex hoc arguitur [illegible]on magis opponitur homini mors, q̄ nō eſſe: ſed mortuo hoīe propoſitio quidditatiua, puta Sor. eſt homo, redditur falſa, ergo vniuerſaliter quacunque re non exiſtente falſa eſt prædicatio quidditatiua de illa, & ſic in hyeme iſta erit falſa. Roſa eſt ſubſtātia. Secundo ex eo quod in prædicamentis dicitur, ab eo ꝙ res eſt vel nō eſt oratio dicitur vera vel falſa. Ex hoc. n. clare habetur, ſi res non eſt perpetuo tēpore, quod nec etiā veritas orationis perpetuo perſeuerat. Mutabitur enim oratio de vera in falſa re non exiſtente. Cap. 2. In ſubſtātia circa finem.

In oppoſitum aūt eſt textus dicens, ꝙ tā diffinitio q̄ demōſtratio ſempiternorum eſt. Ad hoc dicitur, quod omnes propoſitiones quidditatiuæ & eſſentiales ſunt æternæ veritatis. & cauſa huius eſt, quia nō ſignificant rē habere quocunque eſſe, ſiue intellectu diuino, aut creato, ſed abſtrahunt ab omni eſſe (vt in metaphyſica deo fauente declarabitur.) Pro nunc autem ſuppoſitis his, q̄ in ſexto c. diximus de neceſſitate propoſitionum, in quibus ſpecies de ſingulari prædicatur. probatur dupliciter intentum rationibus logicalibus. Primo ſic, oīs propoſitio categorica, ad cuius ſubiectum neceſſario ſequitur p̄dicatum, eſt neceſſaria & perpetua, omnes propoſitiones q̄dditatiuæ & eſſentiales ſunt hmōi. ergo. minor eſt clara. Maior autem habet ab Ariſtotele in ca. 4. vbi declarauit Cap. 6. primo dubio in fine. T. c. 8.

clarauit ſempiternitatem propoſitionis attẽdi penes ſequelam prædicati ad ſubiectum. dixi. n iõ illã eſſe ſempiternam, hõ eſt animal, quia ſemper tenet conſequentia, A eſt hõ ergo eſt animal, & ꝓbatur nihilominus ex regulis logicalibus dicentibus, ꝙ oĩs conditionalis ſimpliciter vera, eſt ſimpliciter neceſſaria & perpetua. & ꝙ conſeqnentia bona & formalis æquiualet conditionali: & quod vtraque æquiualet quo ad neceſſitatem & ꝑpetuitatẽ, categorice illas ſuſtentanti. æqualis ſiquidem neceſſitatis & ꝑpetuitatis ſunt, ſi Sortes eſt hõ, eſt aĩal, & Sortes eſt hõ. ergo eſt aĩal & hõ eſt animal cuius virtute illæ tenent. Si igitur cõſequentia & conditionalis neceſſitatem & ſempiternitatem habent, oportet ꝙ ẽt categorica hmõi perpetua ſit. ſecundo ſic, duorum contradictoriorum neceſſe eſt alterum eſſe verum, ſed hæc ſunt duo contradictoria, hõ eſt animal, hõ non eſt animal, ẽt homine non exiſtente (vt patet ex poſt prædicamẽtis. c. de oppoſitis) ergo neceſſe eſt alterum eſſe verũ. Quæritur ergo quod eorum ſit verum. Si affirmatiuum, habetur intentum. Si negatiuum, tunc ſic, homo non eſt aĩal, ergo homo non eſt animal rationale. a ſuperiori ad inferius deſtructiue. homo non eſt animal rationale ergo homo nõ eſt homo a diffinitione ad diffinitum. hoc eſt manifeſte impoſſibile. ergo &c.

*Reſpondetur ad rationes.*

Ad primum in oppoſitum dr̃, quod aliud eſt loqui de iſta cõſequentia. Sor. eſt homo mortuus, ergo eſt hõ, & aliud de veritate iſtius, Sor. eſt hõ, poſito caſu ꝙ Sortes ſit mortuus. Differunt. n. hæc adinuicẽ multũ qm̃ in illa cõſequentia, mortuum ponitur pars ſignificati per accidens, in iſta aut propoſitione non ſignificatur, ſed ſupponitur tm̃ vt denotans Sortem non exiſtere (vt. n. ſuperius dictum fuit) neceſſitas in propoſitionibus & conſequentiis attenditur penes cõnexionem ſignificatorum per terminos, & nõ penes exiſtentiam eorundem. Vnde

*Ca. 6. dubio primo.*

quia quãdo dr̃, Sor. eſt hõ mortuus. ly mortuus deſtruit ſignificatum per ly. homo, quia nihil aliud ſignificatur niſi quod Sor. eſt cadauer humanum, & ideo non ſequitur, ergo Sortes eſt homo, quia humanum cadauer non eſt homo. Cum autem abſolute dicit̃. Sor. eſt hõ: (ſi non æquiuoce Sort. nomine vtaris) quantumcunque ſupponas ipſum non eſſe, ſeu mortuum eſſe: non variatur veritas propoſitionis, licet ex hac hypotheſi varietur res in complexa, qm̃ res, q̃ vocamus Sortes: non eſt, ſed in cadauer eſt mutata, & propter hoc (vt diximus) decipiunt̃

*vbi ſupra c. 6.*

multi in hac re, quoniam illi cadaueri Sor. imponit vulgus: de quo patet: nec hominẽ nec animal dici. Et hinc patet error dicẽtium, quod mortuum additum homini cũ dicitur. Sor. eſt homo mortuus, non opponitur viuo, quod quidditatiue clauditur in homine, ſed actuali viuere. iãm enim noſti, quid ſignificat ly homo mortuus: & quod ſicut humanum cadauer quidditatiue opponitur viuo, ſic homo mortuus. clarius autem elucefcet quod diximus, ſi æquiualentem conſequentiam ſcrutatus fueris dicentem, Sor. eſt homo pictus. ergo eſt homo. Quãdo ergo dicitur non magis opponitur mors homini quam non eſſe ideſt non exiſtere. dicitur quod hoc eſt ſimpliciter falſum: quoniam mortuũ aditum homini deſtruit eius ſignificatum non exiſtens vero illud non deſtruit, vt de ſe patet. Dicitur præterea ad minorem, quod falſum eſt: qđ Sorte mortuo: falſa reddatur iſta. Sortes eſt hõ. licet falſa ſit iſta, & tunc ſemper Sortes mortuus eſt homo. Ad ſecũdum dicitur, quod illa auctoritas Ariſtotelis male exponitur arguendo quoniam intelligitur nõ de eſſe: vel non eſſe rei incomplexæ: ſed de eſſe & nõ eſſe ſignificati complexi ipſius orationis, ita quod ſenſus eſt: ab eo quod res ſignificata per orationem (non per eius terminos) eſt vel non eſt, oratio dicitur vera vel falſa. Hic autem ſenſus nihil obſtat dictis: quoniam ſignificatum per enunciationes quidditatiuas & eſſentiales ita ſe habet vt ſignificatum ſit licet termini nõ ſint &c.

*Q̃t ſciendũ ſit vniuerſalium.*

ANtequam vltra ꝓcedatur, quia hinc ſumitur quod ſcientia eſt uniuerſalium, ideo declarandũ eſt, quot modis intelligitur propoſitio illa. Sciendum eſt ergo ꝙ cum uniuerſale dicat hæc duo. ſ. rem uniuerſalẽ: quadrupliciter ſumi põt. primo pro re, ſecundo pro uniuerſalitate, tertio pro toto cõiũcto ex re & uniuerſalitate, quaſi ex duabus partibus. quarto pro toto cõiuncto, ſed nõ quaſi ex partibus, ſed ſicut ex re & rei conditione, ſine qua non &c. Primo modo ſenſus eſt. Scientia eſt rerum. ſecundo modo ſcientia eſt uniuerſalitatum. tertio autẽ ſcientia eſt totius compoſiti. ſ. rerum uniuerſalium. quarto demum modo ſenſus eſt, ſcientia eſt rerum quæ habent uniuerſalitatem tanquam conditionem, ſine qua non ſciuntur &c. Quis autem horum ſenſuum uerus & intentus a peripateticis ſit manifeſtari facile poteſt, præſupponendo ſignificatum ſimillimum propoſitionum, in quacunque materia fiant: &c. ſ. quod cum dicitur. Sciẽtia eſt, hominis, bouis, coeli, Dei &c. nihil ſignificatur niſi quod ſcientia ipſa ad hominem, bouem &c. terminat̃ tanquam ad obiectum cognitum, &c. hoc ſiquidem ſenſu dicimus, mathematicam eſſe numerorum & magnitudinum, & phyſicam rerum naturalium, & medicinã corporis humani ſcientiam &c. Hoc enim ſtante dicitur, quod primus ſenſus non eſt intentus a philoſophis per illam propoſitionem ſed ſit uerus, aliquo mõ &c. Non eſt intentus quidem, quia ſi ſolum hoc uoluiſſent dicere, ſat fuiſſet dicere, quod ſcientia eſt rerũ & non ſpoportuiſſet uniuerſalis uocabulo uti. Veritas uero eſt, qa ſciẽtia natura ad res ipſas terminatur aliquo autẽ mõ, quia ſcientia nõ terminatur ad res quolibet ſumptas, aut quã liter cunque ſe habentes &c. quia non ad ſingulares ſingulariter &c. Secundus quoque ſenſus extra intentionẽ philoſophorum eſt licet uerus particulariter ſit in logica enim eſt ſcientia de uniuerſalitatibus, non autẽ aliæ ſciẽtiæ. proferentes autem dictam propoſitionem de ſcientia in cõi loquuntur. Tertius uero ſenſus omnino falſus eſt, quoniam ſcientiã nulla eſt circa tale compoſitũ niſi forte per accidens &c. ſcientiæ. n. reales ſunt de reb. quæ ſunt in rerum natura. tale aũt compoſitũ nihil eſt in rerum natura (vt dicitur in primo de aĩa.) Scientiæ quoq; rationales de intentionibus ſunt, & non de compoſitis ex intentionibus & rebus &c. Nũquam ſiquidem in aliqua diffinitione dicit̃, A uniuerſale eſt. B. &c. ſed A. eſt &c. & ſimiter in ſyllogiſmis nõ aſſumitur omne. A. uniuerſale eſt quod &c. & ſimpliciter omne. A. eſt. B. Quartus igitur ſenſus eſt uerus & intentus, uerus quidem, qa ſcientiæ obiectum eſt res ipſa, quoniam ad ipſam ſciendi actus terminatur, aliter ſcientiæ reales nõ eſſent de rebus. Et quia res non poteſt intellectui obiici et ſciendi actu terminare, niſi repræſentetur abſque conditionibus indiuidualibus quod eſt repræſentari uniuerſaliter, & rẽ habere uniuerſalitatis conditionem, ideo habentiũ uniuerſalitatem ut conditionem ſine qua non, ſcientia eſt. Intentus aũt a peripateticis eſt, qa uolũt dicere per hãc propoſitionem quod ſcientia eſt de rebus, non ſingulariter ſumptis, qa ſic uariabilitati ſubſunt, ſed uniuerſaliter ſumptis, ita quod uniuerſalitas ſeu uniuerſaliter concipi nõ eſt res ſcita, nec ratio quod res ſciatur nec pars rei ſcitæ, nec terminat actu ſciendi, ſed eſt conditio ſine qua res non ſcitur ab intellectu nr̃o directe. Sicut approximatio ignis ad combuſtile, nec eſt ignis, nec pars eius nec ratio quod cõburat, nec principium cõburendi, ſed cõditio ſine qua nõ poteſt cõburere. Diligenter autem notato hæc quæ diximus, quoniã ex his habes quõ res obiectum ſcientiæ ſit, & quõ uniuerſalia ſint extra animam & quomodo de eis probent̃ paſſiones & aſſignentur diffinitiones, & quomodo prædicentur in propoſitionibus, & genera ſint & ſpẽs, & in prædicamentis reponantur & ſimilia. ſemper enim intelligitur de uniuerſalibus ſecundum quartum ſenſum. i. de rebus uniuerſalitate ſubiis tanquam conditione ſine qua non: taliter

*Primus non intenditur a philoſophis.*

*Verus tamẽ eſt.*

*Secũdus nõ intẽdit a philoſophis.*

*Verus particulariter in logica.*

*Tertius falſus eſt.*

*T. cõ. 8 vide com. c. 8.*

*Quartus eſt verus & intentus. verus.*

*Intentus.*

ſiquidem rebus hęc omnia conueniunt, præter q́ eſſe in rerum natura, quod ipſis vniuerſalibus conuenit abſq; vniuerſalitatis conditione, licet non demonſtret de eis abſq; illa &c. Et ſi contra hoc arguatur quod ſm hunc ſenſum ſcientia & diffinitiones &c non ſint de reb. extra aĩam, ſic ſcientia eſt de vniuerſalibus.i. rebus habentibus vniuerſalitatis conditionem, res habentes talẽ cõditionem, vt ſic. nõ ſunt extra aĩam, ergo ſcientia nõ eſt de rebus exiſtentibus extra aĩam. Reſpondetur quod in tali proceſſu qualitercunq; formetur accidentis fallacia vel figuræ dictionis, vel a ſm quid ad ſimpliciter inuenitur, quia proceditur a modo rei, ſeu a re cum tali conditione, quod idem eſt, ad rem ipſam &c. vt patet. qa in præmiſſis ſumitur res ſcita vel diffinitiua vel prædicabilis &c. fulta tali conditione vniuerſalitatis, in concluſione autem res ipſa, quæ actum ſciendi terminat abſq; cõditione, ſine qua non diffinitur, nec ſcitur, nec prædicať, &c. concluditur non eſſe extra aĩam, quod ſophiſticum eſt. deberet.n. ſic concludi, ergo ſcientia non eſt de reb. exiſtẽtibus extra aĩam, abſq; vniuerſalitatis cõditione, quæ extra animam non inueniť, & hoc eſt veriſſimum.

Quæ propoſitiones ſint ſempiternæ veritatis, & demonſtrationem ingrediantur.

Circa quartam concluſionem, & ea, quæ a S. Tho. in eius expoſitione dicuntur, notandæ ſunt in primis duæ diſtinctiones, ac deinde ad declarationem procedẽdum eſt. Prima diſtinctio eſt iſta. Sempiternitas eſt duplex quædam ſimpliciter & quędam talis. ſempiternum ſimpliciter eſt quod nunquam eſſe deſinit, vt, hominem eſſe animal, & triangulum habere tres. Sempiternũ aũt tale eſt, quod nunquam tali tempore deficit, vel ſimpliciter, vt ſolem oriri, & eclipſim eſſe, & ſimilia, vel vt in pluribus, vt ſub cane eſſe ſiccitatem, & frigus ſub capricorno, & ſimilia &c. Secũda diſtinctio eſt, quod ea, quæ ſæpe in rerum natura fiunt, poſſunt conſiderari dupliciter primo in ordine ad ſubiecta ſua abſolute, vt eclipſis ad lunam, & ſiccitas ad dies caniculares. ſecundo in ordine ad ſubiecta eadem ſic diſpoſita, vt eclipſis ad lunam in tali ſitu &c. & ſiccitas ad aerem canicularem, extraneis accidẽtibus ſublatis. Et ex his prælibatis ſciendum eſt, quod ea quæ ſunt ſæpe, vtranque ſempiternitatẽ habent diuerſimode ſumpta. ſi.n. conſiderentur in ordine ad ſubiecta ſua abſolute ſic ſempiternitatem talem habent (vt patet) qm̃ ſem p inſunt qñ nata ſunt ineſſe, vel ſimpliciter, vt in cęleſtibus, vel vt in pluribus, vt inferioribus &c. Si autem conſiderentur in ordine ad ſubiecta ſic diſpoſita vel ſituata &c. ſic ſunt ſempiterna ſimpliciter, qm̃ eſt impoſſibile ſubiectis ſic acceptis abeſſe talia non poteſt ſiquidem fieri, vt Lunæ in tali ſitu reſpectu ſolis & terræ &c. eclipſis non inſit &c. Et qm̃ propoſitiones ſunt ſigna rerum, vtroque modo propoſitiones formatę ſempiternę veritatis ſunt, & demonſtrationes ingrediũtur. ꝑpter quod inter propoſitiones de omni & neceſſarias, non ſolum neceſſarias ſimpliciter numerauimus, ſed etiã neceſſarias neceſſitate phyſica diſtincta in duos ordines, proportionaliter ad ea quæ nunc dicimus &c. Ne autem videamur hoc voluntarie dicere, oſtenditur propoſitum ratione: quod.n. propoſitiones, in quibus ea, quæ ſæpe fiunt, de ſuis ſubiectis abſolute enũciantur, ſempiternæ veritatis, (modo dicto) ſint, clarum eſt ex eo quod ſigna ſunt rerum taliter ſempiternarum. Qđ vero talis ſempiternitas ſufficiat ad demõſtrationẽ probať dupliciter. Primo, qa, cũ ſempiternitas neceſſitatẽ ſequatur, & ad hoc quod de rebus naturalibus habeatur ſcientia ſufficiat quod habeant talem neceſſitatem, tam in ſe quam in propoſitionibus de eis formatis, quia neceſſitas in propoſitionibus ex rerum neceſſitate oriť & illius eſt ſignum, conſequens eſt quod talis ſempiternitas ad demonſtrantiones ſufficiat. Et cõfirmatur hoc auctoritate Alberti dicentis, quod ſempiternitas in propoſitionibus demonſtrationis, eſt ꝑꝑ neceſſitatẽ materiæ. circa q́ verſatur, ac per hoc non eſt maior ſempiternitas in propoſitionibus quam in rebus neceſſitas exigẽda. Scđo quia qualis eſt proportio demonſtrationis ad ſimpliciter neceſſarium & ſempiternum ſimpliciter, talis eſt proportio demõſtrationis phyſicę ad neceſſariũ phyſicum (ut patet) hmõi autem ſempiterna, de quibus loquimur, naturalem neceſſitatem & ſempiternitatẽ habere conſtat, demonſtrationẽ ergo non ſimpliciter, ſed phyſicam ingredi non prohibentur. Quia uero hoc in loco circa demonſtrationem ſimpliciter, expoſitorũ intentio uerſatur, ideo conati ſunt reducere ea q́ ſæpe fiũt ad ſempiternitatẽ ſimpliciter, ita ut de eis formari poſſent propoſitiones ſimpliciter ſempiternæ, & dixerunt ſumẽda eſſe talia quæ ſæpe fiunt in ordine ad ſua ſubiecta ſic diſpoſita &c. & ſic ex pręmiſſis taliter ordinatis, demonſtrationem ſimpliciter fieri docuerunt. Et quia hoc obſcuris uerbis dixerunt, ideo breuiter declaranda cenſeo. Dicunt quod iſta, quæ ſæpe fiunt, ſunt ſempiterna in ordine ad cauſas uel ſimpliciter ſumptas, ut in cęleſtibus, uel non impeditas, ut in inferioribus. &c. Quæ uerba poſſunt dupliciter intelligi uno mõ ut hmõi ſint ſempiterna in ordine ad cauſas præciſe, & ſm hunc ſenſum falſitatem continent, ut efficaciter probauimus in c.6. quia tam altera præmiſſarum quam concluſio, eſſet nõ ſempiterna. Alio mũ poſſunt intelligi hmõi eſſe ſempiterna in ordine ad cauſas, ſed non præciſe ſed ꝑꝑ cauſas etiã in ordine ad ſubiecta ſempiterna, ita ꝙ licet in ordine, ad ipſa ſubiecta abſolute ſumpta ſempiternitatẽ ſimpliciter nõ habeant, in ordine tñ ad ſubiecta ſumpta ſm eã diſpoſitionẽ, qua cauſis ꝑ ſe cõnexa ſunt ſempiternitatẽ ſimpliciter ꝑꝑ ipſas cauſas habẽt &c. & hic eſt ſenſus intẽtus ab eis. Vnde Albertus dicit, quod licet eclipſis non inſit Lunæ ſemper, ineſt tamen ſemper Lunæ ſumptæ ſub cauſa eclipſis, puta lunæ in tali ſitu. &c. & S. Th. in fine huius capituli loquẽs de his ait. In utraſque autem ordinandæ ſic ſunt demonſtrationes, ut ex uniuerſalibus inferatur concluſio uniuerſalis, remouendo illa, in quibus poteſt eſſe defectus uel ex parte tꝑis, uel ex parte cauſæ. ubi aperte uult, quod ſublatis defectibus termini ſumendi ſunt. quod nihil aliud eſt quam ſumere eos, ut ſunt ſub talibus diſpoſitionibus, quibus defectus tam tꝑis, q́ impedimenti excluduntur. Ad maiorem autem claritatem dictorum ſcire debes, quod inter iſtos tres rerum ordines de quibus habetur ſcientia, magna differentia eſt quo ad applicationem uniuerſalium ad ſingularia &c. In his.n. q́ ſemper ſunt ſimpliciter ſufficit ſingulare ſubiectũ ſub uniuerſali ſubſumere, ut omnis dualitas eſt par, hęc eſt dualitas. ergo &c. In his aũt, quę ſem p ſunt regulariter, ut in cœleſtibus, oportet ſubſumere tempus ſingularizatum, quoniam non omni tẽpore ſimpliciter inueniuntur, & dicere, ſed nunc terra interponiť inter ſolem &c. In his uero quæ ſemper ſunt deductis impedimentis, oportet ultra hęc ſubſumere & ſingularizare cauſas, per excluſionem impedimentorũ, & dicere, ſed hoc nunc ex talibus principiis non deficiẽtibus nec impeditis generatur. ergo &c.

contra Egidium.

supra c.4.

## Quod demonſtratio eſt ex propriis & non ex communibus. Cap 10.

*Quoniam autem manifeſtum, quod vnumquodque demonſtrare non eſt, niſi ex vniuſcuiuſque principiis, ſi quod monſtratur inſit ſecundum quod illud, non eſt ſcire hoc. Et ſi ex veris, & indemonſtrabilibus monſtratum ſit, & immediatis. Eſt enim monſtrare, quemadmodum Bryſo quadraturam. ſecundum communem enim monſtrant tales rationes, quod & alteri inerit. quocirca & in aliis coaptabuntur rationes non cognatis. igitur non ſecundum quod illud ſcit, ſecundum accidens. neque.n. coaptari poſſet demonſtratio & in aliud genus. Vnumquodque autem ſcimus non ſecundum accidens, quando ſecundũ illud cognoſcamus, ſecũdum quod*

*ineſt*

*ineſt ex principijs illius; ſecundum quod illud. vt duobus rectis æquales habere, cui ineſt per ſe quod dictum eſt ex principijs huius. Quare ſi per ſe & illud ineſt, cui ineſt, neceſſe eſt medium in eadem cognatione eſſe. ſi vero non ſed quemadmodum Harmonica per Arithmeticã. Talia autem monſtrantur quidem ſimiliter. differunt vero, ipſum enim quod, alterius ſcientiæ, ſubiectum nanque genus alterum, ipſum vero, propter quid ſuperioris, cuius per ſe paſſiones ſunt. Quare & ex his manifeſtum quod nõ eſt demonſtrare vnumquodque ſimpliciter, niſi ex vniuſcuiuſque principijs. Sed horum principia habent commune: Si vero manifeſtum eſt hoc, manifeſtum & quod non eſt vniuſcuiuſq; propria principia demonſtrare. erunt. n. illa omnium principia, & ſcientia illorum domina omnium, & nanque magis ſcit, qui ex ſuperioribus cauſis ſcit ex prioribus enim ſciuit, cũ ex non cauſatis ſciat cauſas, quare ſi magis ſciuit, & maxime, & ſi ſcientia illa eſſet, & magis, & maxime. Demonſtratio autem nõ coaptatur in aliud genus, niſi vt dictũ eſt, geometrice in perſpectiuas, aut mechanicas, & arithmetice in harmonicas.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

Prima concluſio & principalis.

DEmonſtratio procedit ex principijs vniuſcuiuſque ſecundum quod illud eſt &c. probatur dupliciter a priori. Primo quia ad ſcire nõ ſufficit diſcurrere ex veris, indemonſtrabilibus & immediatis. quod ꝓbatur dupliciter. primo exemplo Briſſonis, ſecundo quia tales rationes procedunt ex cõibus illius & aliis, quia in aliis nõ proximis eædem rationes locum habent. ſecundo ꝓbatur, quia ſcire non ex principiis illius inquantũ eſt illud, eſt ſcire, illud non ſm quod eſt illud, quia demõſtratiue ſcire nõ cõuenit in aliud genus, ſed taliter ſcire eſt ſcire illud ſm accidens, quia vnumquodque ſecundum accidens ſcitur quãdo non (ſecundum quod tale) ſcitur &c.

Corr. Si ꝑ ſe illud ideſt paſſio vel medium ineſt cui ineſt, neceſſe eſt medium in eadem proximitate eſſe &c.

2. Cõcluſio. Si vero non, paſſio vel medium per ſe ineſt ſubiecto &c. Sed ſicut harmonica per arithmeticam, ſimiliter demonſtratur. Tunc (quia eſt) talium concluſionum, eſt alterius. i. inferioris, quia genus ſubiectum eſt alterum, ꝓpter quid vero ſuperioris, cuius ſunt paſſiones per ſe.

3. Cõcluſio. Quare, non eſt vniuſcuiuſque principia prima demõſtrare. ſequela probatur dupliciter a priori. primo, quia ſunt principia omnium. ſecundo quia ſcientia illorũ eſt propria omnibus ideſt eſt ex omnibus tanquam ex propriis &c. quod probatur, quia intelligens ex ſuperiorib. cauſis magis ſcit, quia ex prioribus &c.

Corr. Scientia illa eſt magis, & maxime ſcientia &c.

## Series autem hæc eſt.

INTENDENS in hoc capitulo oſtendere quod demonſtratio eſt ex propriis, & non ex cõibus quod perinde eſt ac oſtendere quod eſt ex his quæ ſunt ſecundum quod ipſum, tria facit. Primo oſtendit hoc vniuerſaliter prima concluſione, & eius correlario. ſecundo quõ hoc ſaluet in ſubalternis ſcientiis, ſecunda concluſione oſtẽdit, tertio quõ in communiſſima ſcientia metaphyſica ſcilicet inueniatur inſinuat in probatione ſecunda tertiæ concluſionis ex duabus prioribus ſequentibus.

Num ſi Paſſio, vel medium non per ſe inſit ſubiecto ex tali ꝓceſſu fiat demonſtratio.

CIrca ſecundam cõcluſionem dubitatur, quomodo eſt poſſibile. quod paſſio vel medium nõ per ſe inſit ſubiecto, & tamen fiat demonſtratio. hæc. n. ſibiinuicem aduerſantur, & deſtruunt ſe mutuo. Si. n. paſſio nõ ineſt per ſe ſubiecto, concluſio erit per accidens & non neceſſaria, & ſi medium non ineſt per ſe ſubiecto altera præmiſſarum, in qua medium ſubiecto coniungitur ꝑ accidens & non neceſſaria erit, & conſequenter demonſtratiuus ſyllogiſmus de his, aut ex his, non ſit ex oppoſito, ſi demonſtratio fit, oportet, & præmiſſas oẽs, & concluſionem neceſſariam & per ſe eſſe. (vt ex dictis patet &c.) Quõ ergo verificabitur quod Ariſt. dicit in ſecunda concluſione ſi vero non, ſimiliter demonſtrantur.

Ad euidentiam huius difficultatis ſciendum eſt, qđ paſſio pyramidis vel trianguli ſeu numeri, vel numeralis proportionis, & vniuerſaliter cuiuſque pertinẽtis ad ſcientiam ſubalternantem, quam ſcientia ſubalternata nouit ſuo ineſſe ſubiecto, aliquo modo ineſt ꝑ ſe ſubiecto ſuo alternate, & aliquo modo non per ſe, ſed per accidens. Subiectum enim ſcientiæ ſubalternatæ, cum includat in ſe id quod eſt ſuperioris ſciẽtię, & addat extraneam differentiam vt ſupra dixit S. Tho. & infra declarabitur, inquantum includit id quod eſt ſuperioris, eius paſſiones per ſe ſibi vendicat, inquantũ vero addit differentiam extraneam, illas non per ſe ſibi cõiungit. quia id, ratione cuius aliquid per ſe ineſt, eiuſdem generis eſſe oportet cum eo quod per ſe ineſt (vt pluries dictum eſt.) Rurſus, quia medium proprium, cui talis paſſio primo ineſt, de genere ſuperioris ſcientiæ, & ſubiectũ ſubalternatæ alterum eſt a ſubiecto ſubalternantis per differentiam non illius generis, ſed extraneam. oportet ipſum quoque medium aliquo modo per ſe, & aliquo mõ non per ſe in ſubiecto ſubalternatæ inueniri, eo modo quo de paſſione dictum eſt, eo quod medium & paſſio eiuſdem ſimpliciter generis ponuntur eſſe. ſubiectũ aũt aliquo modo eiuſdem, & aliquo mõ extranei &c. Rurſus, quia ſubiectum ſcientiæ ſubalternatæ eſt proprium eius ſubiectum ratione extraneæ differentiæ (qm̃ per illam diſtinguitur a ſubalternantis ſubiecto) cum loquimur de his, quæ inſunt ſubiecto ſubalternatæ, vt diſtinctæ a ſubalternante magis debemus inſpicere quam habitudinem habeat ad differẽtiam illam extraneam, q̃ q̃ ſit eorum habitudo illius differentiæ ſubſtratum, qđ de propriis ſuperioris ſcientiæ eſt &c. His prælibatis facile eſt reſponſionẽ deducere, quia in præſenti textu eſt ſermo non de quibuſcunque non per ſe, ſed de his, quæ ꝑ ſe non inſunt, ſicut paſſiones ſubalternãtis ſubiecti ſubalternato inſunt &c. Vnde Ariſt. non dixit, Si vero non ſimiliter demonſtrantur, ſed dixit (ſi vero non, ſed ſicut harmonica per arithmeticam, huius ſimiliter demonſtrantur) quaſi diceret, ſi paſſio vel medium non ineſt ſubiecto ſimpliciter per ſe, ſed taliter per ſe, ſicut ſubalternans per ſe ineſt ſubalternatis, ſiunt nihilominus demonſtrationes per illud tñ medium quod ſuperioris eſt cuius illa paſſio eſt ſimpliciter per ſe &c. Dr̃ ergo ad dubium, quod quia nec medium, nec paſſio ſuperioris ſciẽtiæ ſeu ſubalternantis, per ſe ineſt ſubiecto ſubalternatæ ratione differentiæ extraneæ, quam addit, ideo Ariſt. ſubalternatum taliter intuens ea non per ſe dixit qa vero & paſſio, & medium huiuſmodi ſunt per ſe (eidẽ ſubiecto) ratione ſubſtrati, ideo in ea demonſtratione aſſumi dixit &c. & medium eſſe ſcientiæ ſuperioris & ſubiectum inferioris docuit. Non repugnant igitur quę dixit, ſed ſubtiliter intellecta, modũ demonſtrandi in his, quæ non omnino per ſe inſunt, hæc propria ſunt inſinuãt &c. Nec obſtat dictis ſi in huiuſmodi in demõſtrationibus ſubiectum videamur ponere aggregatum per accidens. ſ. coniunctum ex ſubſtrato, & differentia extranea, puta lineam viſualem, & de toto coniuncto pręmiſſas facere per ſe. quia tam medium quam paſſio per ſe ineſt illi ratione ſubſtrati &c. hoc inquam non obſtat ꝑſenti intentioni, qm̃ ſiue ſubiectum ſubalternatæ ſit aggregatum per accidens, ſiue non (neutrum. n. nunc dicimus) propoſitiones ſupradictæ per ſe ſunt, docuit ſiquidem S. Th. in tertio ſen. diſtin. 10. q. 1. ar. 2. quod ad perſeitatem propoſitionis licet exigatur quicquid eſt in ꝑdicato per ſe conuenire ſubiecto, & propterea iſta non eſt per ſe. Sor. eſt homo albus. cum contingat ipſam eſſe falſam, non tñ exigitur, cuilibet, quod eſt in ſubiecto per ſe ineſſe ipſum prædicatum, & propterea iſta eſt ꝑ ſe. Sor. albus eſt homo &c. cum ſit neceſſaria & ſempi-

Circa t. cõ. 39. Cap. 13

T. c. 20. ſupra. c. 7.

3. di. 10. q. 1. art. 2.

ternæ veritatis &c. nihil ergo officit perſeitati dictarũ
propoſitionum ſi ſubiectum earũ poſuimus coniunctũ.
circa.t.c.30. de quo(ratione ſubſtrati) medium,& paſſionem per ſe
prædicamus. Vtrum autẽ inter ſubſtratum, & illam dif-
ferentiam accidentalem, qua in ſubalternata ſcientia ſu
biectum ſit, ſit per ſe connexio. Et vtrum coniunctum
totũ ſit per accidens, in c.13. vbi de ſubalternatione ſciẽ
tiarum agetur, aliquid dicetur &c.

Num Metaphyſica ſit vere ſcientia.

CIrca vltimum correlariũ occurrit dubitatio, an me
taphyſica ipſa ſit vere ſcientia. Ingerũt enim duo
dubitationem hanc. Primum eſt, quia vere ſcientia pro-
cedit ex veris cauſis in eſſendo. Metaphyſica autem nõ
videtur poſſe procedere ex veris cauſis in eſſendo, quia
paſſiones entis idẽ ſunt realiter cum ente,& conſequen
ter non habent cauſam per quam inſint &c. Secundum
eſt quia metaphyſica ſapientia eſt vt dicitur in primo
Cap.4. metaphyſicæ. ſapientia autem contra ſcientiam diſtin-
guitur in ſexto Ethicorum. Hoc dubiũ, quia partim lo-
gicale, partim autem metaphyſicale eſt: ideo nunc ſuc-
T.ca.1. cincte tractabimus, in metaphyſica, ſi Deus nobis con-
ceſſerit vitam, quæ hic inchoamus terminaturi. Dicen-
dum ergo quod metaphyſica vere eſt ſcientia. vt Ariſt.
loquitur in hoc libro de ſcientia demonſtratiua &c. Tũ
quia non ſolum paſſiones entis habent cauſam, ſed etiã
Cap.1. ipſum ens. vt in principio ſexti metaphſicæ dicit Ariſt.
Tum quia paſſiones partiũ entis habent cauſas &c. Tũ
quia ad rationem ſcientiæ humano intellectui confor-
mis ſufficit ſcire ex cauſis in eſſendo virtualiter,& ñ exi
gitur ſcire ex cauſis formaliter vt ex ſupra dictis patet
in capitulo ſecundo.& per hoc patet ſolutio primę obie
ctionis, quia illud non obſtat: alia enim quæ diximus pa
ctum reformauit. Ad ſecundam autem obiectionem di
citur, dupliciter, Primo quod ſciẽtia dupliciter ſumitur,
vno modo vt ſic, ideſt vt habitus per demonſtrationem
acquiſitus. Alio modo, vt virtus, vt bonum reddit habẽ
tem & eius opus.& ſimiliter ſapientia dupliciter conſi-
deratur. ſ. vt virtus,& vt per demonſtrationem acquirĩ
&c. Si loquimur de ſapientia & ſciẽtia(vt in genere vir
tutis ſunt) ſic vna non eſt alia, ſed cõtra aliam diſtingui-
tur, qñ alio modo perficitur intellectus iudicãdo de re
rum naturis, per cauſas altiſſimas,& alio modo per cau
ſas inferiores &c. vnde & circa agibilia, alia virtus eſt, p
quam iudicamus per cauſas inferiores. ſ. ſineſis & alia
ſecũdum quam iudicamus per cauſas altiores, ſ. gnome
Cap.9. ut patet 6. Ethicorũ. Si autem loquimur de ſapientia &
ſcientia, ut per demonſtrationem acquiritur, ſic ſapien
tia ſcientia eſt &c.& quia Ariſt. in 6. Ethico. loquebať
Boe. tri.q.5. art.1. de eis ut uirtutes ſunt, ut expreſſo dicit S. Th. ſuper Boe
tium de trini. q.5. art.1. Ideo ſapientiam contra ſcientiã
diſtinxit, ponens quinque uirtutes intellectuales. ſecun-
do dicitur quod ſapientia non diſtinguitur contra ſcien
tiam, ſicut una ſpecies contra aliam, ſed ſicut proprium
contra commune, ſicut perfectiſſimum animal contra
animal communiter dictum,& perfectiſſimum entium
contra ens &c. Sciẽtia enim nihil aliud nominat niſi ha
bitum per demonſtrationem acquiſitum, quod commu
ne eſt omnibus ſcientiis: ſapientia uero notat talem ha
bitum ex primis cauſis rerum procedentem, quod eſt ul
timum in quod poteſt ſcientia,& proprium uni tm̃ &c.
T.c.10. ibi. Et quia uirtus rei attenditur ſecũdum ultimum ſui poſ
Cap.8. ſe, ut dicitur in primo celi: ideo ſapientia non ſolum eſt
ſcientia ſed eſt maxime ſcientia,& uirtus omnium ſcien
tiarum &c. ut in ſexto Ethicorum habetur, utraque re-
T.c.14. ſponſio S. Tho. conſona eſt, licet ſola ſecunda formali-
ter habeatur ab ipſo in q. ſupradictis &c.

## De principiis communibus & propriis demonſtrarionis. Cap. 11.

*DIfficile autem eſt cognoſcere, ſi ſciuit, aut, non diffici
le eſt enim cognoſcere ſi ex vniuſcuiuſque princi-
pijs ſcimus, autem non, quod eſt ſcire: exiſtimamus autẽ,
ſi habeamus ex veris quibuſdam ſyllogiſmũ, & primis
ſcire. hoc autem non eſt, ſed oportet primis cognata eſſe.
Dico autem principia in vnoquoque genere, hæc, q̃ quod
ſunt, non contingit monſtrare. quid igitur ſignificant &
prima, & quæ ex iis, accipitur: quod autem ſunt, princi-
pia quidem neceſſe eſt accipere, alia vero mõſtrare, vt
quid vnitas, aut quid rectum, aut triangulum, eſſe autẽ
vnitatem accipere & magnitudinem, altera vero mon-
ſtrare. Sunt autem, quibus vtuntur in demonſtratiuis
ſcientijs, alia quidem propria vniuſcuiuſque ſcietia, alia
vero communia. communia autem ſecundum proportio-
nem, quoniam vtile vtique quantum in eo, quod ſub ſciẽ
tia eſt, genere, propria quidem, quemadmodum lineam eſ
ſe talem, & rectam, communia vero, vt ſi ab æqualibus
æqualia auferantur, quod æqualia ſunt reliqua. ſufficiens
autem eſt vnumquodque horum, quantum eſt in genere.
idem enim faciet, & ſi non de omnibus acceperis, ſed in
magnitudinibus ſolum. Arithmetico autẽ in numeris.
Sunt autem propria quidem, & quæ accipiuntur eſſe, cir
ca quæ ſcientia ſpeculatur inexiſtentia per ſe, veluti vni
tatis, Arithmetica, Geometria vero pũcta, & lineas,
hæc enim accipiunt eſſe, & hoc eſſe. horum autem paſſio
nes per ſe, quid quidem ſignificat vnaquæque accipiunt,
veluti Arithmetica quidẽ, quid impar aut par, aut qua
drangulum, aut cubus. Geometria vero, quid irrationale,
aut refrangi, aut concurrere. quod autem ſunt, monſtrat
& per communia, & ex demõſtratis, & Aſtrologia eã
ſimiliter. Omnis enim demonſtratiua ſcientia circa tria
eſt, & quæcunque eſſe ponuntur. hæc autem ſunt genus,
cuius per ſe paſſionum eſt ſpeculatiua, & communis, quę
dicimus dignitates, ex quibus primo demonſtrat, & ter
tium, paſſiones, quarũ quid ſignificat vnaquæq; accipit.
Nonnullas tamen ſcientias nihil prohibet quædam ho-
rum deſpicere, vt genus non ſupponere eſſe ſi ſit manife
ſtum, quod eſt, nõ enim ſimiliter planum, quod numerus
eſt, & quod frigidum & calidum, & paſſiones non acci
pere, quid ſignificat, ſi ſint planæ, quemadmodum nec
communia non accipit, quid ſignificant, hoc, quod eſt, æ-
qualia ab æqualibus demere, quoniam notum, ſed nihil
minus natura tria hæc ſunt, circa quod monſtrat, & quæ
monſtrat, & ex quibus. Non eſt autem ſuppoſitio, neque
petitio, quod neceſſe eſt eſſe propter ipſum & videri ne-
ceſſe. non enim ad extrinſecam rationem demonſtratio,
ſed ad eam quæ in anima, quoniam neq; ſyllogiſmus. ſem
per enim eſt inſtare ad extrinſecam rationem, ſed ad in-
trinſecam rationem non ſemper. Quæcunque igitur mon
ſtrabilia exiſtentia accipit ipſe non monſtrans, hæc qui
dem, ſi apparentia diſcenti accipiat ſupponit, & ſunt nõ
ſimpliciter ſuppoſitio, ſed ad illum ſolũ, ſi vero, aut nul-
la inexiſtente opinione, aut & contraria inexiſtente, ac-
cipiat idem petit. Et hoc differunt ſuppoſitio & petitio,
eſt enim petitio quod ſubcontrarium eſt addiſcentis opi-
nioni, aut quod aliquis demonſtrabile exiſtens accipiat
& vtatur non monſtrans. Termini quidem igitur non
ſunt ſuppoſitiones, neque enim eſſe aut non eſſe dicunt,
ſed in propoſitionibus ſuppoſitiones, terminos autem ſo-
lum intelligere oportet. hoc autem non eſt ſuppoſitio ni-
ſi, & ipſum audire ſuppoſitionem aliquis eſſe dicat. ſed
quibuſcunque exiſtentibus, eo quod illa ſunt, ſit conclu-
ſio. Neque Geometra falſa ſupponit, quemadmodum qui
dem aſſeruere dicentes, quod non oportet falſo vti, Geo-
metriam vero mentiri, dicentem pedalem non pedalem,
aut rectam deſcriptam, non rectam exiſtentem. Geome-
tra vero nihil concludit, eo quod hæc eſt linea, quam ip-
ſe locutus eſt, ſed quæ per hoc oſtenduntur. Præterea pe
titio & ſuppoſitio omnis, aut vt totum, aut vt in par-
te, definitiones vero neutrum horum. Formas qui-
dem igitur eſſe aut vnum aliquid præter multa, non ne-
ceſſe, ſi demonſtratio erit. eſſe quidem igitur vnum
de multis verum dicere, neceſſe eſt. non enim erit vni
uerſale, niſi hoc ſit, ſi autem vniuerſale non ſit, me-*

dium

*dium non erit, quare neque demonſtratio. oportet igitur aliquid vnum & idem in pluribus eſſe, non æquiuoce.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

Difficile eſt cognoſcere ſi eſt ſciens aut non proba à priori quia difficile eſt diſcernere an ex proprijs cuiuſque ſciamus, quod eſt vere ſcire, an non. quod probatur a ſigno, quia opinamur quandoque ſcire, ſi ex veris & primis habeamus ſyllogiſmum, quod ſecundũ veritatem non eſt ſcire, ſed oportet proxima eſſe primis.

Diffinitio. Principia in vnoquoque genere ſunt illa, quæ cũ ſint vera non contingit demonſtrare.

Conuenientia. differentia. Quid ſignificant prima, & quæ ex his ſunt differentia accipiendum. vt quid vnitas & quid rectum.

Qđ ſint principia, neceſſe eſt accipere, vt vnitatem eſſe, quod vero ſint alia, neceſſe eſt monſtrare.

Diuiſio. Principiorum, quibus vtuntur demonſtratiuæ ſcientiæ, aliqua ſunt cõia, vt ſi ab æqualibus æqualia demas: aliqua propria, vt lineam eſſe huiuſmodi & rectam.

Diffinitio. Principia cõia ſunt quæ ſecundum analogiam quãtũ vtile eſt in eo quod eſt ſub ſcientia, genera accipiuntur.

Concluſio. Sufficiens eſt acceptio communium principiorũ applicatorum ad genus proprium declaratur à ſigno, quia idem faciet geometra, ſi nõ de omnibus accipiat, ſed in magnitudinibus.

Diffinitio. Propria principia ſunt, quæ accipiuntur eſſe, & hoc eſſe, circa quæ ſcientia ſpeculatur quæ ſunt per ſe, ideſt paſſiones quarum quid ſignificant accipitur, & ꝙ ſint demonſtrantur per communia & ex his quæ demõſtrantur declaratur quia.

Declaratio. Omnis demonſtratiua ſcientia circa tria eſt, ſcilicet ꝙ ſupponuntur eſſe, genus, ſcilicet ſubiectum, cuius per ſe paſſionum ſpeculatiua eſt: & dignitates, ex quibus demonſtrat primis: & paſſiones, quarum quid ſignificant vnaquæque ſcientia accipit.

Excluſio. Et ſi quaſdam ſcientias nihil prohibeat quædam horum deſpicere, quia non ſimiliter manifeſta ſunt in omnibus ſcientiis genus ſubiectum & paſſio. ſicut & cõia deſpici contingit, quia valde nota ſunt: tria tamen ſupra dicta in omni ſunt ſcientia, ſcilicet circa quod, & quod, & ex quibus demonſtratur.

Diffinitio. Qđ propter ſeipſum eſſe neceſſe eſt & videri neceſſe eſt, non eſt petitio, neque ſuppoſitio, ſed dignitas, probatur a priori, quia non eſt ad exterius rationem ſed eã, quæ eſt in aĩa inſtare, quod probatur dupliciter a poſteriori, & quia neque ſyllogiſmus eſt eius, & quia ad exterius rationẽ ſemper eſt inſtare, ad interius non ſemper.

Diffinitio. Omne demonſtrabile, quod accipitur eſſe abſque demonſtratione, ſi probabile eſt diſcenti ſuppoſitio eſt, ſi neutrale, petitio, ſi contrarium quæſtio.

Concluſio. Termini ſuppoſitiones non ſunt. Sed in propoſitionibus ſuppoſitiones ſunt, probatur prima pars a priori dupliciter. primo, quia nec eſſe, nec non eſſe dicunt ſecũdo quia intelligere eos oportet, quod ſupponere nõ eſt, niſi audire ſupponere dicatur.

Excluſio. Geometra dicens lineam deſcriptam rectam aut pedalem, quæ non eſt recta aut pedalis falſum non ſupponit (vt quidam dicunt) quia geometra nihil cõcludit de hac, quam poſuit linea, ſed de vniuerſali, quæ per hanc

Probatio. tertia præcedentis concluſionis. intelligitur. Amplius omnis petitio, aut ſuppoſitio, aut ſicut totum eſt, aut ſicut in parte, termini autem neutrũ horum. ergo.

Concluſio conditionalis. Si demonſtratio erit ſpecies, aut vnum aliquid extra multa eſſe non eſt neceſſe, eſſe tamen vnum de multis verũ dicere neceſſe eſt. & probatur ſecũda ſequela a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis, quia aliter non erit vniuerſale & conſequenter non erit medium, & conſequenter non erit demonſtratio: ꝓbatur ſimiliter vtraque conſequentia vltimo illata, quia in demonſtratione oportet vnum & idem non æquiuoce de pluribus eſſe.

## Series autem hęc eſt.

CVM docuiſſet non ex cõibus, ſed propriis principiis oportere procedere, intendit in hoc capitulo tractare de principiis cõibus & propriis diffinitiue & diuiſiue. & quinq; facit, primo neceſſitatẽ tractãdi iſinuat vnica concluſione. ſecđo de ipſis principiis determinat diffiniendo principia cuiuſque generis, & conſequẽtiã & dñam inter principia & principiata ponendo, & diuidendo diffiniendoque mẽbra, vt clare liquet, excludens vltimo inſtantiam ſumptam ex eo, quod non quælibet ſcientia in principio ſui omnium horũ meminit. tertio deſcendit ad diffiniendum & diſcernẽdum ſpecies principiorum, diffiniendo quid ſit dignitas, quid ſuppoſitio, quid poſitio, & quid quæſtio, quarto qm̃ inter principia demonſtrationis in ca. ſecundo diffinitionem poſuerat & eius adhuc non meminerat hic, ideo vnica concluſione ab omnibus nunc ſupradictis eam ſeparat tribus rationibus hoc probans. Sed inter ſecundam & tertiã excludit inſtantiam ortã hic, ex eo ꝙ propoſitiones verũ vel falſum dicere aſſerat tam in prima ꝙ̃ in ſecunda rõne, per hoc ſeparans ab eis diffinitiones. quinto qm̃ de principio demonſtrationis, quod eſt diffinitio agebat, & diffinitio ſignificat ipſas naturas rerum, quas Plato ſeparatas ponebat, ideo eas a principiis demonſtrationis excludit conditionali concluſione in calce polita.

Num aliis ſcientiis a metaphyſica conueniat primorum, circa quæ ſunt, quid eſt accipere.

CIrca conuenientiam primorum cũ his quæ ex his ſunt, in hoc, quod vtrorumque neceſſe eſt accipere quid. aduerte S. Th. in expoſitione vult hoc intelligi in ſcientiis aliis a metaphyſica, quia conſiderare de q̃ſtione quid eſt propria metaphyſici eſt cuius eſt conſiderare de ſubſtantia, cæteræ autem ſcientiæ a metaphyſica accipiunt ipſum quid. hæc verba valde ꝓfunda ſunt, & multas habent dubitationes. Qũo. ſ. metaphyſica nõ accipiat quid ſubiecti ſui cum vniuerſaliter dictum ſit ſuperius quod ſemper de ſubiecto præſupponitur quid, & qũo aliæ ſcientiæ accipiant quid ſubiecti & paſſionis a metaphyſico, & an metaphyſici ſit conſiderare de qdditatibus ſubiectorum & paſſionum aliarum ſciẽtiarũ, & an metaphyſica ſola cõſideret quæſtionem quid eſt, & quantum valeat illa redditio cauſæ, quia metaphyſicæ proprie eſt conſiderare quid eſt, ideo aliæ accipiunt quid & quia, metaphyſica eſt de ſubſtantia. ideo eius eſt proprie conſiderare de quod quid eſt, quia cũ aliæ ſciẽtiæ ſint de ſubſtantia, & quidem partes nõ ſint hæc, qm̃ metaphyſicalia ſunt & horum Ariſtoteles hic non meminit, ſanctusque Tho. incidenter hoc dixit. & in ſexto metaphyſicæ de hoc tractatur, ideo illuc vſque differentur omnia. primo excepto quod ꝓ̃ſentis intentionis eſt, & facile ſoluitur: non enim dicimus metaphyſicalẽ doctrinam, aut diſcurſum non præcognoſcere & præſupponere quid & quia ſubiecti &c. & alias ſcientias hic ꝓ̃ſupponere, ſed dicimus alias ſcientias hæc accipere, Metaphyſicam autem hæc non accipere, qm̃ caput eſt omnium, & a nulla accipit ſuperiori. & quia multũ intereſt inter hoc, & illud (ut de ſe patet) ideo accipere hæc aliis ſcientiis a metaphyſica conuenire dictum eſt. Amplius, qm̃ tota ſcientia inferiori. i. aggregatũ ex principio ſciẽtiæ, & ſcientia ipſa accipit quid a metaphyſico, tota aũt metaphyſica nihil accipit aut præſupponit quomodolibet, quia nihil ante ſe habet, conuenienter dictum eſt, a liis hoc ſcientiis conuenire nõ metaphyſicę, quod ſi ad metaphyſicã hæc extẽdere uis, & accipere ꝓ ꝓ̃ſupponere, gloſare uis, & ꝓ metaphſicã diſcurſum metaphyſicalẽ intelligere, ſententiã teneas, ſed linguam cohibeas.

*circa t. 4 1.*

*Vide commentatorẽ 6. metaphy.*

Num Paſſio inter principia annumeretur, vel principiata.

CIrca diuiſionem principiorum ſcientiæ dubitatur, quia Ariſtoteles uidetur ſibimet contrarius. In hac ſiquidem diuiſione numerat inter principia ſcientię qđ

paſſionis, vt patet in exemplo ſcđo quod dat de principiis propriis, cum ait propria principia vt lineam eſſe huiuſmodi & rectum, recti.n.nomine paſſio intelligitur, ſicut nomine lineæ ſubiectum. Vnde & S. Th. exponẽdo ait tam diſſinitionẽ ſubiecti ꝗ̄ paſſionis inter principia propria ſcientiæ eſſe. In principio autem huius capituli aſſignando conuenientiam & differentiam inter principia, & ea quæ ex principiis ſunt, paſſionẽ non inter principia ſed inter ea quæ ex principiis ſunt.i.principiata, numerauit, dans exemplum de vnitate & magnitudine tanquam principiis, & de recto triangulo tanquam principiatis: paſſiones ergo & non principia, & principia eſſe dixit, quod eſt impoſſibile. Ad hoc facile reſpondetur dicendo, quod cum principium relatiuum ſit, non inconuenit paſſiones reſpectu diuerſorum non eſſe principia & eſſe principia. Si.n.paſſiones conſiderentur in ordine ad omnia, ꝗ continentur in aliquo genere ſubiecto de quo eſt ſcientia, ſic paſſio eſt inter principia, qm̄ ex genere ſubiecto oritur, & vnum eſt illorum principiatorum, quæ in illo genere continentur, ſi vero conſiderentur in ordine ad ſcientiam, quæ acquiritur de illo genere ſubiecto, ſic paſſio quo ad ſuũ quid inter principia numerata eſt, licet quo ad ſuũ quia, inter principiata ſit. Et quia Ariſt. in principio capituli principia in vnoquoq; genere (omnium, quę in illo genere ſunt aſſignabat, ideo paſſionem inter ea ꝗ ex principiis ſunt) numerauit. Quia vero poſtmodum principia ſcientiæ determinauit, ideo inter principia paſſionem, quo ad ſuũ quid numerauit, horum aũt ſignum eſt, quod tunc abſolute dixit quid ſignificat prima, & quæ ex his &c. poſtmodũ cũ additione dixit principia, quibus vtuntur in demonſtratiuis ſciẽtiis ſunt &c. & ſic ex ipſorum vocabulorum additione diſcretionem ſenſuum percipere poſſumus. Poſſet & ſecundo non inconuenienter dici, quod primo paſſionem inter ea ꝗ ex principiis ſunt numerauit, non quid paſſionis, deinde nõ ipſam paſſionem, ſed eius quid inter principia computauit, & ſic nulla cõtradictio eſt inter dicta eius, qa diſtinctio rationis inter diffinitionẽ & diffinitum inuenta ſufficit ad diuerſitatem ſubiectorum in propoſitione faciẽdam, & ſic etſi ſit affirmatio & negatio eiuſdem nõ erit de eodem.

De proprio rum principiorum cognitione.

CIRCA deſcriptionẽ principiorũ propriorum aduertenda ſunt duo. primũ eſt ꝙ Ariſ. dicẽs ꝙ de linea.i. de ſubiecto accipitur eſſe, & hoc eſſe, inſinuauit de ſubiecto oportere accipi quid rei, ly.n.hoc eſſe, quid nominis nõ ſonat, ſed quid rei, niſi vocabula peruertere velimus. ſm eſt quod Ariſ. quid paſſionis inter propria principia vel non enumerat vel latenẽ ponit. ſi non enumerare credimus, quia inter principia minimum eſt, prætieriſſe credimus principalius intentum. Si latenter inſinuaſſe accipimus ex illius verbis (quid ſignificãt vnam quanque recipiunt) ex eadẽ cauſa factum accipimus. nec immerito, quia cũ principiũ analogice dicatur de ipſo ſubiecto ſat fuit explanare primum analogatorum. & ſecundum vel ſic inſinuare, vel ex dictis inſinuaſſe abſque repetitione.

Quę ſuppoſitiones vocentur.

CIRCA deſcriptionẽ dignitatis Aduerte quod ſupponere dupliciter ſumi poteſt vno mõ improprie & large & ſic diſtinguitur contra quærere & demonſtrare, & hoc modo dicere conſueuimus quod ante demonſtrationem præſupponimus tria.ſ. quid & quia ſubiecti. quia dignitatis & quid paſſionis, eo quod iſta non demonſtrantur, ſed præcognoſcere oportet, & ſic nõ ſumitur in propoſito: ſecundo modo ſumitur ſupponere proprie, & ſic diſtinguitur contra euidenter præponi, & hoc modo dicimus dignitates nõ eſſe ſuppoſitiones, eo qđ nõ iõ ꝓponuntur, quia ſupponamus ita eſſe. ſed ex euidentia propria ubi vendicant, ꝙ principia ſint cõſequentiũ & dicẽdorũ. & illas tm̃ ſuppoſitiones ꝓprie vocamus, ꝗ qa ita ſupponimus eſſe vel non eſſe, principiorum & fundamẽti actũ habẽt, & hoc mõ accepit hic Ari. ſuppoſitiones.

Quid dignitas.

CIRCA eandem deſcriptionem dignitatis aduerte, quod cum ratio multis modis ſumatur, in ꝓpoſito ſumitẽ pro cauſa proxima euidentiæ propoſitionum, quæ quia quandoque interius, in anima ſcilicet, quandoq; exterius ideo rationem diuiſit Ariſt. per interius & exterius. Intẽdens per (rationem interius) lumẽ intellectus agentis, & per rationem exterius medium terminum. Ad cuius manifeſtationem ſciendum eſt quod propoſitiones dupliciter euidentes reddũtur intellectui noſtro. Vno modo ꝑ ſolum lumen intellectus agentis. ſolum dicimus, non excludendo terminos eius, ſed extrinſeca, & iſtis cauſa proxima tam euidentiæ quam aſſenſus noſtri, eſt id quod intus eſt. Interius ratio vocata ab Ariſt. eo quia ratio eſt ꝙ videãtur illæ propoſitiones, & aſſentiamus eis, & animæ ipſæ intraneum eſt, vtpote connaturalem. Iſtæ autẽ ſunt primæ propoſitiones, quas dignitates vocamus, iuxta illud Commentatoris primo de anima, commẽto primo. Intellectus agens eſt cauſa primarum propoſitionũ quo ad euidentiam ſcilicet & aſſenſum.

Quædam vero propoſitiones ſunt, quibus, vt fiant euidentes intellectui, non ſufficit interius lumen, ſed requiritur medius terminus applicatus &c. & in iſtis cauſa proxima euidentiæ & aſſenſus nr̃i eſt ipſum medium exterius ratio vocata ab Ariſt. Ratio quidem qm̃a ratio eſt, quod videantur propoſitiones illę & aſſentiamur eis. Exterius vero, quia non ab ipſa natura aĩę medii termini lumen emanat, ſed a ſenſibilibus, quæ extra animam ſunt acquiſitum eſt, hmõi aũt propoſitiones ſunt verę quidẽ, ſed non primæ, ſed demonſtrabiles, quæ ſuppoſitiones, vel petitiones, vel quæſtiones denominanẽ &c. Contra primas: quia interius.i. ex natura quę cõnis oĩbus eſt rõ, non poteſt inſtari intrinſecus, licet extrinſecus ſecũdum vocem poſſit contradici. Contra ſecũdas. Quia ex ſenſibilibus extra ratio venit rationibus apparentibus inſtari; adeo poteſt, vt decipi etiam poſſimus, vt patet.

Quomodo diffinitiones non ſuppoſitiones ſunt.

CIRCA illam concluſionem, qua dr̃ terminos ſuppoſitiones non eſſe, nota in ſecunda rõne (ly intelligere) cum ait terminos intelligere oportet. põt nanque (ly intelligere) ſumi dupliciter. Vno modo vt diſtinguitur cõtra ſentire prout ab intelligere aĩam humanã intellectiuam vocamus, & ſic comprehendit ſub ſe, oẽs operationes intellectus cuiuſq; & ſic non ſumitur hic dum dr̃, ꝙ terminos oportet intelligere &c. Alio modo ſumitur vt diſtinguitur cõtra ratiocinari, prout ab intelligere ſubſtantias ſeparatas intelligentias dicimus. & animam humanam rationalem potius ꝗ̄ intellectualẽ appellamus, & qm̃ apprehendere abſque diſcurſu proprium eſt ſubſtantiarum ſeparatarũ, & aĩæ humanæ non niſi per quãdam participationem conuenit, eo ꝙ ſupremũ infimi attingit infimum ſupremi. vt Dionyſius ait, ideo duob. modis inuenitur in nobis intelligere ſic ſumptum.ſ. reſpectu primorum complexorum, quæ nunc diximus ſolo lumine intellectus clarere, & a tali intelligere habitũ principiorum intellectũ vocamus, reſpectu incomplexorum, quæ (vt ſic) nec vera nec falſa ſunt, nec compoſitione, nec diuiſione percipiunẽ, ſed ſolo intellectuali aſpectu. & tale intelligere ꝑꝑ ſui excellentiam propriũ nomen ſortitum eſt & abſolute intelligere vocatur cõicato cũ ſuperiorum ſpũum operatione vocabulo, & ſic in propoſito ſumitur, cũ dr̃, terminos intelligere oportet, qm̃ diffinitiones, neq; diſcurrendo, neq; cõponendo, & diuidendo cognoſcimus (niſi forte per accidẽs) ſed ſimplici apprehenſione. Suppoſitiones aũt quæ eſſe vel non eſſe dicunt componendo & diuidẽdo intuemur. Appellauit autem diffinitiones terminos ab ipſo terminandi actu, qm̃ ſicut terminus rei rẽ ita complet, vt nihil deſit, aliter terminata nõ eſt, & nihil illius extra terminũ eſt, aliter nõ concluderet totã rẽ quam terminaret, & nihil intra terminũ eſt, quod illius rei aliq̃d non ſit, aliter ꝓprius terminus eius nõ eſſet, ſed excederet terminus terminatum. ita diffinitio rem a prima potentia vſque ad vltimum actum explicans, per oĩa facit vt de ſe patet.

Intellectus quomodo habitus primorũ principiorum.

Circa

Definitio quomodo ſit vniuerſalium, & non eſt vniuerſalis, neque particularis Tex.22. Circa tertiam rationem qua terminos non eſſe ſuppoſitiones probat, dubitatur, quia ſibiipſi contrarius videtur Ariſt. ſupra nanque in c.9. diffinitionem eſſe vniuerſalium docuit, & non ſingularium, quæ corruptibilia ſunt, nunc vero ait ꝙ diffinitio neque eſt vniuerſalis, neque particularis. Ad hoc facile dicitur, quod illud eſt diffinitionem eſſe vniuerſalis, i. rei conditionem vniuerſalitatis habentis, & aliud eſt diffinitionem non includere ſignũ vniuerſale, aut particulare. primũ.n. ſignificat rẽ quę diffinitur ad hoc vt diffiniatur oportere abſtractã e ſſea materialib. cõditionib. ſecũdũ autem denotat in diffinitione ipſa ſignum nullum aſſumi. hæc autem duo non ſolum ſibiinuicẽ non contradicunt, ſed neceſſario conueniunt cuilibet diffinitioni, & primum quidem ſuperius

T.c.22. declarauerat Ariſt. cum diffinitiones ſempiternorum eſſe docuit, ſecundum vero modo dicit, ſed cauſam non aſſignat, quia valde euidens eſt, quia cum in diffinitione nihil ponendum ſit niſi quod ſignificat ipſum diffinitum vel eius principia; &c. & ſigna non ſignificant ſed conſignificant, quoniam vniuerſaliter vel particulariter affirmatur uel negatur, vt dicitur in primo & ſecũdo perihermenias conſequens eſt, quod nullum ſignum in diffinitione ponatur, & ideo non eſt ſicut in toto, nec ſicut in parte, non enim dicimus quoddam animal rationale, aut animal quoddam rationale terminũ hominis aſſignãtes, ſed ſimpliciter animal rationale. Neç credas

Primo. cap. 2. cap. 1. poſ. Ariſt. oblitum indiffinitorum, cum dixit omnis petitio ſicut in toto aut in parte, ſed ſub particularibus comprehendiſſe eas ſcito quia æquiualent.

## De vſu principiorum communium & propriorum in ſcientiis demõſtratiuis. Ca. 12.

*NOn contingere autem ſimul aſſerere & negare, nulla accipit demonſtratio, niſi oporteat monſtrare & concluſionem ſic. Monſtratur autem accipientibus primum de medio, quod verum negare autem nõ verum. Medium autem nihil differt eſſe, & non eſſe, accipere. ſimiliter autem & tertium ſi enim datum eſt de quo hominem verum dicere, & ſi non hominem verum, ſed ſi ſolũ hominem animal eſſe, totum, non animal autem non erit enim verum dicere Calliam, ſi non Calliam, tamen animal non animal autem non cauſa, quoniam primum non ſolum de medio dicitur, ſed & de alio eo quod eſt in pluribus, quare neque ſi medium & idem eſt, & non idem, ad concluſionem nihil differt. Omne autem aſſerere, aut negare demonſtratio ad impoſſibile accipit, & hæc neque ſemper vniuerſaliter, ſed quantum ſufficiens eſt, ſufficiens autem eſt in genere, dico autem in genere, vt circa quod genus demonſtrationes fert, quemadmodum dictũ eſt & prius cõmunicant autem oẽs ſciæ ſibiinuicem ſecundum communia; communia autem dico, quibus vtuntur, tanquam ex his demonſtrantes, ſed non de quib. monſtrant, neque quod monſtrant. Et Dialectica omnibus, & ſi aliqua vniuerſaliter tentet monſtrare communia, vt quod omne aſſerere, aut negare, aut quod æqualia ab æqualibus, aut talium nonnulla. Dialectica vero non eſt ita determinatorum quorundam, neque generis alicuius vnius non enim interrogaret demonſtrantem enim non eſt interrogare, eo quod oppoſitis exiſtentibus non monſtrauit idem monſtratum eſt autem hoc in iis, quæ de ſyllogiſmo. Si vero idem eſt interrogatio ſyllogiſtica, & propoſitio contradictionis propoſitiones autem ſecundum vnã quanque ſcientiã, ex quibus, ſilogiſmus ſecundum vnã quanque ſcientiam, erit vtique aliqua interrogatio ſcientialis ex quibus, qui ſecundum vnamquãque proprius ſit ſyllogiſmus. Planum igitur, quod non omnis interrogatio geometrica fuerit, neque medicinalis, ſimiliter autẽ & in aliis; ſed ex quibus aut mõſtratur aliquid, de quib. Geometria eſt, aut ex eiſdem monſtratur Geometriæ, quemadmodum perſpectiua. conſimiliter autem & in aliis, & de his quidem & rationem ſubiiciendum ex geometricis principiis, & concluſionibus de principiis vero rationẽ non ſubiiciendum Gemetræ, inquantum Geometra conſimiliter autem & in aliis ſcientijs. Neque igitur omnem interrogationem vnuſquiſque ſcientificus interrogare debet, neque omne interrogatum reſpondere de vnoquoque ſed quæ ſecundum ſcientiam determinata ſunt. Si autem diſputabit cum Geometra, inquantum Geometra ſit, manifeſtum quod bene, & ſi ex his aliquid monſtret, ſi autẽ non, nõ bene. Planum autem, quod neque redarguit Geometrum, niſi ſecundũ accidens, quare non erit in nõ Geometricis de Geometria diſputandum, latebit enim praue diſputans cõſimiliter autem & in aliis ſciẽtiis ſe habet. Quoniam autem ſunt Geometricæ interrogationes, ſunt igitur & nõ Geometricæ, & iuxta vnamquãque ſciẽtiã quæ ſecundum ignorãtiam qualem nã Geometricæ ſunt. Et utrum ſecundum ignorantiam ſyllogiſmus, qui ex oppoſitis ſyllogiſmus, aut paralogiſmus. Secundum Geometriã vero, aut ex alia arte, vt muſica eſt interrogatio nõ Geometrica de Geometria. coalternas uero coincidere exiſtimare, Geometrica quodãmodo, & nõ Geometrica alio modo. Duplex enim hoc, quemadmodum irrhythmicum, & alterum quidem non Geometricũ, eo quod non hẽt quemadmodũ irrhythmicũ alterũ vero eo quod male hẽt, & ignorantia hæc & quæ ex talibus principiis contraria. In Mathematicis vero non eſt ſimiliter paralogiſmus, quoniam medium eſt ſemper, quod duplex de hoc enim omni, & hoc rurſus de alio dicitur omni, quod autem prædicatur non dicitur omne, hæc autem ſunt, ac ſi intellectione viderentur in rationibus vero latet nunquid omnis circulus figura ſi vero deſcripſeris, planum quid autem, carmina circulus manifeſtum quod nõ ſunt. Non oportet autem inſtantiam in ipſum ferre, ſi ſit propoſitio inductiua quemadmodum enim neque propoſitio eſt quæ non eſt in pluribus, non enim erit in omnibus, ex vniuerſalibus autem ſyllogiſmus, planum quod neque inſtantia, eædem enim propoſitiones & inſtantiæ, quam enim fert inſtantiam, hæc fieri poteſt propoſitio, aut demonſtratiua, aut dialectica. Contingit autem quoſdam non ſyllogiſtice dicere eo quod ex vtriſque conſequentia accipiunt, quemadmodum & Caneus facit, quod ignis in multiplicata proportione etenim ignis celeriter gignitur, vt ait, & hęc ẽ proportio. ſic autẽ non eſt ſyllogiſmus, niſi celerrima proportio ſequatur multiplex & ignẽ celerrimũ motu propoſitio. Aliquãdo quidem igitur non contingit ſyllogizare ex acceptis, nonnunquam vero non contingit ſed non videtur. Si autem impoſſibile eſſet ex falſo verum monſtrare, facile vtique eſſet reſoluere conuerteretur enim ex neceſſitate. Sit.n.a, ent, hoc autem exiſtente, hæc ſunt, quæ noui, quod ſunt, vt b: ex his itaq; monſtrabo, quod illud eſt. Conuertuntur autẽ magis quæ ſunt in Mathematicis, quoniam nullũ accidens accipiũt (ſed & hoc differunt ab iis quæ ſunt in diſputationibus) ſed definitione. Augentur autem non per media, ſed eo quod aſſumunt. Vt a de b; hoc autem de c; rurſus hoc de d; & hoc in infinitũ. Et in latus, vt a, & de c. & de e. vt eſt numerus quantus, vel & infinitus, hoc, in quo a impar numerus quantus in quo b; numerus impar, in quo c; eſt igitur a, de c. & ẽ par quantus numerus in quo D; par vero numerus, in quo e: eſt igitur a, de e.*

### Summa huius capituli hæc eſt.

NVlla demonſtratio vtitur hoc principio contingere ſimul affirmare & negare eſt impoſſibile, ſed non conuenit ſimul affirmare & negare, probatur a priori, quia ſi vteretur ex parte maioris extremitatis ſuperflue fieret, quia idẽ ſignificat dicendo homo eſt animal Prima concluſio.

& dicendo

& dicendo homo eſt animal, & non eſt non animal ſi
ex parte medii aut minoris extremitatis nihil differt,
quo ad illationem concluſionis & neceſſitatem præmiſ
ſarũ non minus enim præmiſſæ ſunt veræ,& ſequitur cõ
cluſio vera,ſi de medio affirmato tãtum verificetur ma
jor extremitas quam ſi de eo affirmato & negato ve-
rificetur,& ſimiliter eſt de minori extremitate tam re-
ſpectu medii quam maioris extremitatis. probatur,quia
primum nõ ſolum de medio dicitur,ſed de alio quoniã
1.concluſio. de pluribus dicitur quam medium. Demonſtratio ducẽs
ad impoſſibile vtitur hoc principio omne affirmare aut
negare verum eſt,non ſemper uniuerſaliter,ſed contra-
cto ad genus,circa quod demonſtrationes ſunt. Cõmu-
3.concluſio. nicant omnes ſcientiæ ſecundum communia,vt ex qui-
4.concluſio. bus non vt de quibus,nec ut quæ demonſtrant. Dialecti
ca & ſi aliqua vniuerſaliter tentet demonſtrare commu
5.concluſio. nia,omnibus utitur. Sed dialectica non eſt ſic determi-
natorum quorundam,neque generis alicuius unius pro-
batur a poſteriori,quia ſi eſſet,non interrogaret, proba
6.concluſiõ. tur,quia demonſtrator nõ interrogat,probatur,quia idẽ
oppoſitorum eſſe non poteſt demonſtrari. In qualibet
ſcientia ſunt. propriæ interrogationes ſcientales,proba-
tur a priori,quia propoſitio & interrogatio ſyllogiſtica
7.concluſio idem ſunt propriæ interrogationes in geometria ſunt,
ex quibus aut demonſtratur aliquid de geometricis,aut
aliquid demonſtratur geomitrice, ſicut in ſpeculatiua,
8.concluſio. & ſimiliter eſt in aliis ſcientiis. De propriis interroga-
tionibus geometriæ ponenda eſt ratio ex principiis, &
concluſionibus geometricis,principiorũ vero ratio non
eſt danda a geometra ſecundum quod geometra eſt, &
9.concluſio. ſimiliter eſt in aliis. In qualibet ſcientia ſunt propriæ re
ſponſiones,quæ ſcilicet ſunt ſecundum illam determina
tam ſcientiam,declaratur ex propriis interrogationibus
10.cõcluſio. quia non eſt unumquemque ſcientem quolibet interro-
gare,nec ſecundum omne interrogatum reſpondere. In
qualibet ſciẽtia ſunt propriæ diſputationes,quæ ſcilicet
ſunt vt inter geometras ſm quod geometræ, probatur
a priori,quia aliter non arguit geometra niſi ſecundum
Cor. accidens. Quare non erit in geometricis de geometria
diſputandum probatur,quia latebit prauu diſputantem
Quæſtio prima. & ſimiliter eſt in aliis ſcientiis. Vtrum ſint aliquæ inter-
rogationes non geometricæ,& ſimiliter in aliis ſcientiis
Secunda. Vtrum interrogationes quæ ſunt ſecundum ignorantiã
geometriæ ſint geometricæ,& ſimiliter in aliis ſcientiis
Tertia. Vtrum ſylogiſmus ignorantiæ in vnaquaque ſcientia
Ad primam. ſit ex oppoſitis ſyllogiſmus,an paralogiſmus. Interroga
Secundam. tio ex alia arte,puta muſica,non geometrica eſt. Secun
dum ignorantiam geometrica quodammodo eſt , &
quodammodo non geometrica,dicitur enim non geo-
metricum dupliciter ſcilicet in non habendo & praue
habendo,ſicut irrhithmicum dupliciter ſcilicet non ſo-
Tertiam. nans & praue ſonans in doctrinis non ſimiliter eſt para
logiſmus , probatur a priori,primo quia medium in eis
ſemper eſt dupliciter ſcilicet de ipſo omni, & ipſum de
alio omni,& quod prædicatur non dicitur de omni,pro
batio maioris,quia hæc ſunt videre intellectu. Declara-
tio huius probationis, licet in orationibus lateat quod
omnis circulus ſit figura, ſi tamẽ ſcribatur,manifeſtum
Propoſitio. eſt quod non. ſunt carmina circulus. Non oportet ferre
inſtantiam in ipſum ſyllogiſmum ſcilicet demonſtrato
ris,ſi ſit propoſitio inductiua ideſt particularis, ꝓbatur
a priori,quia inſtantia in demõſtratione eſt propoſitio
demonſtratiua,quia quam ferunt inſtãtiam propoſitio-
nem faciunt,propoſitio autem demonſtratiua vniuerſa
Secunda. lis eſt,quia de omni aliquando non contingit ſyllogiza
re ex acceptis cum accipiunt utriſque inhærentia ut Cæ-
neus facit, aliquando cõtingit,ſed non uidetur. Si eſſet
Tertia. impoſſibile ex falſo uerum monſtrare facile eſſet reſol-
uere. probatur a priori,quia conuerteretur ex neceſſita-
te ueritas concluſionis & præmiſſarũ,ut patet in termi-
Quarta. nis A antecedente uero,& B conſequente. Conuertun-
tur magis quæ ſunt in mathematicis,probatur a priori,
quoniam nullum accidens recipiunt, quod declaratur,
quia in hoc differunt ab his,quæ ſunt in diſputationibus
ſed aſſumunt diffinitiones. augentur demonſtrationes Quinta.
non per media ſed in poſt aſſumendo,ut A de B; B de
C; C de D & hoc in infinitum. Et iterum in latus,ut a
primo modo, de C, tertio mõ,& E tertio mõ per B me
dium ut in infinitum,aut infinitum de numero pari &
impari per numerum quantum.

## Series autem hæc eſt.

INTENDENS in hoc capitulo declarare quomo-
do ſcientiæ utantur communibus,& propriis, tria facit,
& primo,quomodo utantur communibus declarare in-
tendens,primis duabus concluſionibus inſinuat , quo
modo utantur principiis communiſſimis addens in ter-
tia concluſione,quomodo utantur principiis communi
bus uniuerſaliter loquendo,apponitque in quarta & q[ui]n
ta differentiam,quo ad uſum communium inter ſpecia-
les & communes ſcientias , & communes inter ſe. Se-
cundo quomodo utantur propriis inſinuare intendens,
qualiter interrogando reſpondendo & diſputando eis
vtantur,quinque ſequentibus concluſionibus ordinate
enucleat tertio adhuc circa propriorũ vſum inſiſtens, &
qualiter cum decipiuntur propriis vtantur declarare vo
lens tres quæſtiones circa proprias interrogationes , &
ſyllogiſmos deceptorios proprios mouet & ordinate
ſoluit vt poſuimus. Sed circa tertiæ quæſtionis ſolutio-
nem,quia difficultatem patitur,ſic procedit , quoniam
in ipſo principio reſponſionis in demonſtratiuis non
eſſe paralogiſmos in dictione , declarat ex eo quod in-
tellectu videntur , adducens exemplum in fallacia æ-
quiuocationis , & de ſimilibus idem ſumendum relin-
quens iudicium deinde in prima ꝓpoſitione quales ſint
propriæ inſtantiæ in demonſtratiuis interponendo ſub
dit,ſubdit quidem quia hic determinandum erat quo-
modo demonſtrationes propriis inſtando vterentur, in
terſerit vero,quia hoc ad declarandam ſecundam reſpõ
ſionis partem,quod ſcilicet non ſunt paralogiſmi extra
dictionem & in demonſtratiuis præparat, vnde proſe-
quendo reſponſionem intendens, quod nec paralogiſ-
mi extra dictionem fiunt in demonſtratiuis,uel & in idẽ
redit intendens declarare,quod demonſtrationes habẽt
hoc peculiare,quod vtuntur propriis abſque ea forma
ſyllogiſtica, cuius negligentia fit ſophiſma conſequens
in aliis & per hoc habetur,quod in demonſtratiuis non
eſt paralogiſmus extra dictionem, ex quo non eſt ille,
de quo maxime eſt dubium,quia inquam hoc intendit
& ſophiſma conſequens a poſitione conſequentis fieri
& ex puris affirmatiuis in ſecunda figura, æquiualet eo
quod ſyllogiſmus in ſecunda figura ex affirmatiuis vti-
tur medio vt conſequente & antecedente Primum ſicut
arguens a poſitione conſequentis vtitur vno & eodem
vt conſequente & antecedente,ideo in ſecunda propo-
ſitione declarat quandoque licere ex affirmato bis præ
dicato ſyllogiazere,et quandoque non,et ex tertia pro-
poſitione conditionali,ſubintellecta vera categorica,ſci
licet quod demonſtratio non poteſt eſſe ex ſalſo , quæ
ponit particulariter antecedens illius conditionalis,intẽ
tum habetur quod diximus,& confirmat quarta propo
ſitione idem alia ratione ſpecialiter in mathematicis.
quintam vero,quę ultima eſt propoſitionem,uel reſpõ
dens tacitę obiectioni,quæ ex quarta propoſitione ori-
ri poteſt adiecit,uel ut ratione ad idem,ut in S. Thoma
habes,uel quia determinatis propriis interrogationib.
reſponſionibus,diſputationibus,deceptionibus, tam di
ctione quam extra dictionem,& inſtantiis ſupererat de
propriis augmentationibus demonſtrationum determi
nare.

Num

Num prima principia ingrediantur formaliter demonſtrationẽ oſtenſiuam.

CIrca primam concluſionem occurrit dubium. An prima principia ingrediantur formaliter demonſtrationem oſtenſiuam. videtur. n. q̃ ſic, primo quia experimur hunc proceſſum eſſe demonſtratiuum (ſaltem materialiter loquendo) idem ſimul eſſe & non eſſe eſt impoſſibile, materiam primam eſſe ſine forma eſt idem ſimul eſſe & nõ eſſe, ergo materiam primam eſſe abſq; forma eſt impoſſibile, & tñ maior huius demonſtrationis eſt principium primum in ſua communitate ſumptũ ergo prima principia formaliter demonſtrationem ingrediuntur. Secundo quia Ariſt. in hac prima concluſione ponit expreſſe primum principium aſſumi in demõſtratione ex parte maioris extremitatis, & experientia conuincitur hoc poſſe fieri, vt patet in exemplo ex textu ſumpto ſcilicet homo eſt animal, & non eſt non animal: Callias eſt homo, ergo Callias eſt animal, & non ẽ non aĩal ergo idem quod prius. Tertio, quia niſi prima principia formaliter ingrederentur aliquam oſtenſiuã demonſtrationem ſequeretur alterum horũ ſcilicet vel quod inter concluſionẽ demonſtrabilem & prima principia eſſet infinita diſtantia, vel quod demonſtratio ad impoſſibile eſſet prior demonſtratione oſtenſiua, quorum vtrumque eſt inconueniens conſequẽtia deducitur ſic. ſit A concluſio, quæ demonſtretur per B principiũ, & B per C, & C per D, & ſic deinceps aſcendendo, aut deuenietur ad id quod immediate concludetur oſtenſiue ex primis principiis, & habetur intentum, aut non, & ſi non, deuenietur ad aliquid, quod immediate concludatur ex primis principiis demonſtratione ducente ad impoſſibile, & habetur ſecundum inconueniens, aut nunquam deuenietur ad aliquid immediate concluſum ex primis principiis, & ſic eſt diſtantia infinita inter concluſionem illam & prima principia. Si enim finita eſſet pertranſiretur tandem, aſcendendo ex concluſione ad ipſa principia.

Ad euidentiam huius dubitationis ſciendum eſt q̃ principia ingredi demonſtrationem, dupliciter intelligi poteſt, ſ. virtualiter & formaliter. Virtualiter ingredi demonſtrationem eſt virtutem ſuam ad demonſtrationẽ cooperari & in propoſito fit quando id, in quo ſaluatur principiorum virtus, illorum virtute concluſionem infert; & hoc modo non eſt dubium prima principia oẽs demonſtrationes ingredi, quoniã in omnibus præmiſſis quæ demonſtrationem integrant, ſaluatur primorũ principiorum vis, qua concluſionem inferunt, roborant & confirmant, ſicut in omnibus cauſis ſecundis vis primæ cauſæ operatur. Vnde Ariſt. ad ſcientiam requiſita numerans loco præmiſſarum dignitates enumerauit, cauſam principalem tangens, a quo omnes præmiſſæ deriuantur, & in hoc capitulo ait, quod omnes ſcientiæ communicant ſecundum communia, ut ex quibus demonſtrant ideſt vt dignitatib. ſeu principiis virtualiter (modum autem declarare quo prima principia cooperantur omnibus præmiſſis altioris negotii eſt, nec pigeret ſi logicus intellectus tantæ rei capax eſſet.) Formaliter autẽ ingredi demonſtrationem eſt ſecundum ſeipſum in demonſtratione aſſumi. Quod quia multipliciter in propoſito fieri poteſt, duplici diſtinctione ad hoc elucidandum eſt opus.

Ita arg. c. 1. Phyſica. 12.

Infra. Te. c. 10. Te. c. 27.

Prima eſt, principia prima dupliciter ſumuntur, ſ. in terminis communiſſimis, ut non contingit ſimul eſſe, & non eſſe, & ad terminos ſpeciales contracta, ut non contingit ſimul habere tres angulos & non habere, moueri & non moueri, & huiuſmodi. Secunda diſtinctio eſt, principia prima ſumuntur dupliciter ſcilicet in actu ſignato, ut non contingit ſimul eſſe, & non eſſe, moueri & non moueri, & ſimilia, & in actu exercito, ut A eſt ens, & non ens, & B mouetur & nõ mouetur, & huiuſmodi. Cum autem primum principium ſit affirmationem & negationem eiuſdem de eodem &c. non ſe compati, hoc q̃d dico, non contingit ſimul eſſe & non eſſe, vel affirmare & negare, uel moueri & non moueri, ſignificant illud, ſed non exercent affirmationem contingentem, & negationem non, vel econuerſo. Illud vero quod dico A ẽ ens, et non eſt non ens & ſimilia ipſius affirmationis & cõiunctionẽ & negationis ſeparationem exercẽt. Secãt autem ſe mutuo prædictæ diſtinctiones, quia & principia tam communiter quam contracte ſumpta in actum ſignatum & exercitum diuiditur, & ecõuerſo, principia tam in actu ſignato quam in exercito in communiter ſumpta & contracta ſecantur. Tangit vero vtraque diſtinctio principia formaliter ſumpta, quia cũ membra utriuſque coincidant, & membra primæ diſtinctionis principia ſint formaliter ſumpta, in omnibus membris principia formaliter ſumenda erunt. Quod autem primæ diſtinctionis membra, principia ſint formaliter ſumpta, licet ex ſe euidens ſit, tamen ex eo ſuaderi poteſt, q̃ ſuperius formaliter ſumitur non ſolum quando ſecundũ ſe ſumitur, ſed etiam quando applicatum ad ſuum inferius accipitur, eo quod inferius actu & intellectu includit in ſe ſuperius ſicut in mathematicalibus non ſolum formaliter ſumitur hoc principium, ſi ab æqualibus &c. quando dicitur ſi ab æqualibus æqualia demas &c. ſed etiam quando dicitur, ſi ab æqualibus magnitudinibus æquales magnitudines, & ſi ab æqualibus lineis &c. Poteſt ergo, ad propoſitum deſcendendo, principia prima ingredi formaliter demonſtrationem oſtenſiuam, intelligi quadrupliciter. Primo loquẽdo de principiis primis in ſua communitate ſumptis in actu ſignato, puta quod hoc quod dico, non contingit eſſe & non eſſe, aſſumitur vt præmiſſa alicuius demonſtrationis, et hoc modo nõ inuenit prima principia demonſtrationem oſtenſiuam formaliter ingredi, vt primum argumentum et ſimilia oſtendunt et demonſtrationes, in quibus principium ipſum concluditur de inferiori, quod fit; quando cõcluſio eſt principium contractum, verbi gratia idem ſimul eſſe et non eſſe non contingit, moueri et non moueri ſunt eſſe & non eſſe, ergo idem ſimul moueri, & non moueri non contingit. Secundo loquendo de principiis primis contractis, tñ, & in actu ſignato. puta A non põt ſimul moueri, et nõ moueri, & hoc mõ & demõſtrationẽ ingrediuntur, ut patet in exẽplo adducto de materia prima, dicendo, idem eſſe in actu & non in actu, non contingit, materiam eſſe ſine forma eſt materiam eſſe in actu & non in actu ergo materiam eſſe ſine forma non contingit, & ſic de aliis. Tertio, poteſt intelligi de principiis primis in ſua communitate in actu exercito. puta A eſt ens & non eſt non ens. Et ſimiliter quarto & vltimo modo, poteſt intelligi de principiis primis contractis in actu exercito. puta A eſt mobile, & non eſt non mobile. Et neutro horum modorum principia prima demonſtrationem ingrediuntur oſtenſiuam, quia ſuperfluitatem demonſtratio abhorret. vanum autem eſt poſtquã affirmauimus aliquid de aliquo addere negationem contradictoriam ab eodem, ſufficit enim affirmaſſe. ſi enim intendimus demonſtrare mundum non eſſe infinitum, ſed finitum, non oportet aſſumere, omne corpus eſt finitum & non eſt infinitum, ſed ſufficit dicere, omne corpus eſt finitum, mundus eſt corpus, ergo &c. nihil minus uel magis efficax redditur demonſtratio illius ſubtractione uel additione. Et nota quod quia Ariſt. de uſu primorum principiorum agebat nunc, uſus autem rei attendatur penes exercitium eius, ideo indiſtincte ducens, quomodo, denominationes accipiunt prima principia dixit, neque unam demonſtrationem oſtenſiuam illa accipere, intendens de illis in actu exercito (ut patet in exemplo ſubdito) homo eſt animal & non eſt non animal &c.

Ad primum ergo aliter reſpondere non oportet q̃a primum mẽbrum oſtendit. Ad ſecundum dicitur, quod

ba

textus

textus Ariſt. non vniformiter videtur haberi apud omnes & S. Tho. tex. ſi quidem qui hodie communiter inuenitur ille non eſt quem S. Thom. gloſſauit, vt diligenter intuenti clare liquet, & longe melior eſt litera S. Th. litera communi in hoc paſſu, ut patebit. Secundũ enim communem literam Ariſt affirmat, conditionaliter tamen principium primum aſſumi in demonſtratione. Secundum vero literam S. Tho. probat oppoſitum vt ſummarie deduximus, & licet cõi literæ applicare verbales gl. S. Tho. ſit difficile (niſi forte extorquendo) a ſenſu tamen ſua expoſitio non longe eſt, quoniã dicimus quod propter formam ſyllogiſticam illud affirmauit, & ꝙ cõditionalis nihil ponit, ſed vera eſt tam antecedente quã conſequente exiſtente impoſſibili, & ꝙ breuitate vtẽs dicens principium primum contingere exerceri in maiori extremitate ſubintelligi voluit hoc eſſe ſuperfluũ ut litera S. Tho. habet, uel ipſo exponendo adiecit quoniã euidens ex ſe eſt, licet alii antiqui ſibi in hac expoſitione non conſentiant. Sed contra hanc reſponſionem vt magis eluceſcat inſtatur dupliciter. Primo quia ſi volo concludere aliud ineſſe alicui, & eius oppoſitum non ineſſe, neceſſarium & non ſuperfluum eſt cõditionare maiorem extremitatem, affirmatione eius & negatione oppoſiti. Ver. gra. ſi cõcludendum eſt mundum eſſe finitũ & non infinitum, oportet aſſumere, Omne corpus, eſt finitum, & non infinitum, mundus eſt corpus ergo mundus eſt finitus & non infinitus. Secundo quia illa additio non eſt ſuperflua, quæ poſito eo, cui additur, cadit ſub dubio, ſed poſita affirmatione alicuius prædicati de aliquo adhuc cadit ſub dubio remoto oppoſitæ negationis ab illo, ergo &c. minor exẽplariter declaratur, quia ſcito quod corpus ſit aĩal adhuc neſcitur quod non eſt aĩal, quia iſta additio falſa eſt, cũ eius contradictoriũ ſit verum. ſ. corpus eſt non aĩal, vt patet. Ad primum horum dr̃, ꝙ aliud eſt loqui de requiſitis ad ſyllogiſmum, & aliud de requiſitis ad demõſtrationem. licet enim ad formã ſyllogiſticam integre ſeruandam ſtãte illa hypotheſi oporteret conditionare maiorẽ extremitatem affirmatione & negatione &c. quantum tamen ad vim demonſtrandi non minus efficaciter concluderetur concluſio illa, ſi aſſumeretur, oẽ corpus eſt finitum quã ſi cũ negatione oppoſiti aſſumitur. nihil n. importat plus veritas iſtius, mũdus eſt finitus & nõ eſt finitus, quã iſtius, mundus eſt finitus (vt de ſe patet) & forte antiqui ratione formæ ſyllogiſticæ ſic intellexerunt Ariſt. non rõne vis demonſtratiuæ, quia hoc valde clarum eſt cuique diſciplinato. Secundo dr̃ ꝙ conditionalis illa, ſi concludendum eſt mundum eſſe finitum, & non infinitum &c. eſt vera: ſed tam antecedens quam conſequens eſt falſum, qm̃ demonſtratio nõ minus vitiat ſuperfluitatem in cõcluſione, quam in præmiſſis, & ideo nulla demonſtratio illam concluſionem cõcludit formaliter, ſed virtualiter dum concludit affirmatiuam, ſed mundus eſt finitus, & hoc ſufficit, ad hoc ꝙ ſit ſcibilis, & merito quia negatio per affirmationẽ cognoſcitur & priuatio per habitum. Ad ſecundum vero horũ dr̃, ꝙ argumentũ illud ex inaduertẽtia ſuppoſitionum procedit. corpus. n. poteſt ſumi dupliciter vno mõ pro corpore in cõi, cum abſtractione ab inferioribus, & ſic ſi quæratur, aut eſt animal, aut eſt non aĩal, vere reſpondetur neutrũ quia illæ contradictoriæ non ſunt, ſed affirmatiuæ de prædicato finito & infinito, inter quas cum reduplicatione & præciſſione &c. datur mediũ, ſi vero quæratur, aut eſt aĩal, aut nõ ẽ aĩal, negatiua conceditur, qm̃ uera eſt denominatiue tamẽ, & ſic corpus habent ſimplicem ſuppoſitionẽ. Alio mõ ſumitur corpus ut ſupponit pſonaliter indefinite tamen & ſic duæ, quæ contradictoriæ videntur ſimul verificãtur, ut corpus eſt aĩal, & corpus non eſt aĩal, quia ſecundũ diuerſa ſuppoſita (licet uage) vtrique parti ſubſternitur (ut patet) ſi fiant particulares, de quib. eſt idẽ iudiciũ dicendo aliquod corpus eſt aĩal, & aliquod corpus non eſt animal. ſciendum eſt ſecundo, ꝙ cum dr̃ affirmationi ſuperflue addi negationẽ oppoſiti, intelligimus reſpectu eiuſdẽ ad idẽ, & ſimiliter, & quæcũque contra ſophiſticas importunitates, qualia hæc ẽt dicere conſueuimus alias de vſu primi principii ſermo non eſſet, & in æquiuoco laboraretur, & ideo cum dico, corpus eſt aĩal, & nõ eſt non aĩal corpus dẽt pro eodem, uel eiſdem præciſe accipi, ut ſtat ſub affirmatione aĩalis, & ut ſtat ſub negatione non aĩalis, aliter ſubiectum non eſſet idem. Conſtat autem adeo, ut euidentius apparere non patiatur natura humana, ꝙ uniformiter accepto ſubiecto, ſi affirmatio eſt uera, negatio eſt falſa, & econuerſo & ꝙ mente non contingit dubitare de negatione, poſita affirmatione, licet ore inſtari poſſit, ut dr̃. 4. metaphy. His prælibatis iã patet ꝙ falſa eſt minor argumenti, & ꝙ eius ꝓbatio corpus non uniformiter accipit, qm̃ in prima cũ dicitur corpus eſt aĩal, corpus ibi ſumitur pro ſenſitiuis corporibus, licet confuſe, in ſecunda aũt cum dr̃, ꝙ hæc eſt falſa, corpus non eſt non animal, ſumitur corpus pro non ſenſitiuis, pro quibus ſua contradictoria eſt uera, ſcilicet corpus eſt nõ animal. Nos autem corpus uniformiter ſumimus, & ideo cõcludimus ſuperflue aſſumi in maiore extremitate affirmationẽ huius & negationem oppoſiti, & nihilominus dicemus hanc. ſ. corpus eſt aĩal, & non eſt non animal, eſſe veram, & eius oppoſitam ſub contrarie. ſ. corpus non eſt animal, & eſt non animal eſſe ſimiliter veram, quoniam ſunt in materia contingenti, & pro diuerſis ſuppoſitis ſumuntur (ut de ſe patet.). T. c. 9.

Ad tertium principale dr̃, ꝙ loquendo de principiis in actu exercito, manifeſte patet argumentum non concludere qm̃ ſupponitur ipſa ſic ſumpta eſſe & alia, ꝙ eis non repugnet aſſumi, & præmiſſã, cuius oppoſitum ex ſuperfluitate incidente iam liquet. Nec videtur concludere et loquendo de principiis primis in actu ſignato dicam, ſ. ꝙ nunquã deuenietur ad id quod immediate concluditur ex primis principiis, quia forte nulla eſt eorum immediata concluſio, quæ ſit uero concluſio, ſed uenietur in geometria ad principia per ſe nota, & ſimiliter in philoſophia, & ſimiliter in metaph. quæ ſunt primę præmiſſæ ſuarum demonſtrationum, & illæ præmiſſæ reducentur in prima principia non eo mõ quo concluſiones reducuntur in præmiſſas, ſed quo principia ſecundaria reducuntur ad priora ſicut in naturalib. aliqua reducũtur ad primas cauſas, ut effectus ad cauſas, ut iſta inferiora ad ſuperiora, & aliquã, ut cauſæ ſecũdę ad priores ut inferiores ſphæræ ad ſuperiores, uel intelligẽtias.

De uſu primorum principiorum ex parte minoris extremi.

Circa declarationem eiuſdẽ concluſionis dubitatur, eo ꝙ Ariſt. æquiuocare uidetur de uſu primi principii in maiore extremitate & minore & medio ex parte ſiquidem maioris extremitatis ait: eſt aĩal, et non eſt nõ aĩal. ex parte autem medii et tertii, ait hõ et non hõ. Callias et non Callias, ubi clare patet ꝙ non uniformiter, utitur affirmatione et negatione, et conſequenter in æquiuocationẽ lapſus apparet. Augeturque dubitatio quia uti medio uel tertio taliter affirmato et negato, non eſt uti primo principio non. n. ſic fiat primum principium ꝙ de A et non A prædicetur B aut non prædicetur, ſed potius ꝙ de A et non A uerificatur B, ergo etc.

Ad euidentiam huius dubitationis notandæ ſunt duę diſtinctiones. Prima eſt ꝙ uti affirmatione et negatione ſimul contingit dupliciter. Vno mõ uti affirmatione alicuius et negatione oppoſiti contradictorie, ut animal et non animal. Alio modo uti affirmatione alicuius et negatione eiuſdem, ut animal, et non animal.

Secunda eſt propoſitionum demonſtrationis oſtenſiuæ, aliæ ſunt ex terminis conuertibilib. ut hõ eſt riſibilis. Aliæ ex prædicato maiori, ut hõ eſt aĩal, patet illa ex eo ꝙ oportet demõſtrationis oſtẽſiuæ propoſitiones eſſe non ſolũ ueras ſed de omni, et per ſe, quod non cõtingit niſi æqua de æquis uel maiora de minoribus prædicemus. His notatis dicitur ꝙ cum tota uis rationis Ariſ.

ad declarandum vſum primi principii in demonſtrationibus oſtenſiuis ſtet in hoc, quod aut demõſtrator eget affirmatione & negatione ſimul ex parte prædicati, aut ex parte ſubiecti nec ſic, nec ſi ergo &c. & egere vſu affirmationis & negationis duobus modis contingat ſu pradictis videns prædicatum ſemper maius, aut æquum ſubiecto eſſe, vidit ex parte prædicati non poſſe vti affirmatione & negatione eiuſdem, qm̃ falſa fuiſſet propoſitio dicendo homo eſt aĩal, & non aĩal, aut eſt rationalis & non rõnalis, ac per hoc illũ aliũ modũ quo vti poſſit ſeruata veritate expreſſit. ſ. vtendo affirmatione vnius, & negatione oppoſiti contradictorie, & dicere, eſt aĩal, & non eſt non aĩal nec opus erat aliter dicere. Ex parte aũt ſubiecti, licet videret vtroque modo poſſe vti veritate ſalua affirmatione & negatione, qa vti affirmatione ſubiecti & negatione oppoſiti nunq̃ veritatem deſtrui, vt ſi dicatur, hõ, & non hõ eſt aĩl riſibilis, & vti affirmatione ſubiecti & negatione eiuſdẽ, quia qñ maius de minori prædicatur, nihil adimit veritatis, vt ſi dicatur hõ & non hõ eſt animal, in terminis. n. cõuenibilib. hoc non liceret, licet inquã vtrunq; viderit, quia tñ uti affirmatione & negatione oppoſiti, eadẽ rõne vanũ eſſe apparet, qđ pro manifeſto relictũ eſt circa prædicatũ, iõ hoc ſub ſilẽtio prçteriuit & ad reliquũ ſe traſtulit declarans quod nihil refert quo ad inferendã concluſionẽ, & ueritatẽ ꝑmiſſarũ an de ſubiecto & eius negatione poſſit verificari prædicatũ, qñ pdicatũ maius põt eſſe ſubiecto, & conſeqñter neutro mõ affirmatione & negatione ſimul vtitur demonſtratio oſtẽſiua. Et per hoc patet rñſio ad primũ nõ. n. vitio æquiuocationis defecit, ſed induſtria breuitatis, modos oẽs circunſpiciẽs a demonſtratione ſeparauit. Ad ſm dr̃, ꝙ cũ primũ principiũ (cuius meminit hic) dr̃ at affirmationẽ & negationẽ non contingere ſimul ad excludẽdas cauillationes, quod a plenitudine doctrinæ alienũ nõ eſt nedũ affirmationẽ & negationẽ oppoſiti, quod primi principii veritat eſt ſeparauit, ſed ẽt affirmationẽ & negationẽ eiuſdẽ, qñ veritatẽ compatitur. ſ. ex parte ſubiecti, qñ prædicatũ eſt maius, vbi quædã ſimilitudo contradictionis eſt, extra demonſtrationem ponere voluit. Et nota ꝙ cũ idẽ iudiciũ de tertio medio protulerit, mediũ ex parte ſubiecti accepit, & non ex parte prædicati, aliter, nec eſſet eadem de utroque rõ, nec nihil differret, ſed falſa eſſet minor, qm̃ oportet æqua de ęquis, aut maiora de minorib. dici, ut de primo declarauimus, nec opus erat medii ſpecialiter meminiſſe ex parte prædicati, quoniam eadẽ de ipſo ex parte prædicati & primo rõ eſt. Nec fallaris hoc in loco, putans, quandoque oportere in demonſtratione aſſumi ſubiectum aut medium affirmatum & negatum; ad concludendum de ſubiecto affirmato & negato v. g. ad concludendum Callias & non hõ Callias eſt hõ oportere dicere, hõ, vel homo & non hõ eſt animal, Callias, & non Callias eſt homo, vel Callias & non Callias eſt homo, & nõ homo, ergo Callias & nõ Callias eſt animal, has chimeras procul abiice abs te: quoniam demonſtratio vnum de uno concludit, ſicut & propoſitiones eius enunciat, ut ſupra dixit Ariſtoteles.

Quo nam primo principio vtatur demonſtratio ducens ad impoſſibile, & quomodo.

CIrca ſecundam cõcluſionem dubitatur, an ſit intelligentia de omnibus primis principiis, an de hoc tantum, oẽ affirmare, aut negare verum eſt, & eſt quærere, an demõſtratio ad impoſſibile vtatur etiam illo alio principio. ſ. non contingit ſimul eſſe & nõ eſſe. Vr̃. n. ꝙ indiſtincte de primis principiis accipiendum ſit qđ dr̃, quia non minus demonſtratio ducit ad impoſſibile oppoſitum iſti primo principio, de quolibet eſt affirmare vel negare quam ad impoſſibile oppoſitum illi non contingit ſimul eſſe, & non eſſe (ut de ſe patet) & exemplũ clare habetur ex fine primi perihermenias, ubi probatur iſta propoſitio. vnumquodque dum eſt neceſſe eſt eſſe, Ca. 6.

ducendo ad impoſſibile hoc quia. ſ. aliter contingeret idem ſimul eſſe & non eſſe, ut clare habes ibi a S. Tho. Et cõfirmatur quia Auer. in iſto loco com. ſ. 26. indiſtincte loquitur de iſtis duobus principiis dicens demonſtrationem non egere enunciatione communi, niſi in duobus locis quorum ſecundus eſt, quando demonſtramus ad impoſſibile. Cap. 26.

Ad euidẽtiam huius, oportet præſupponere eas, quas ſupra diximus diſtinctiones de primis principiis, hẽre locũ ẽt in hoc principio, oẽ affirmare, aut negare uerũ eſt qđ exẽplo facile eſt declarare. Accipitur ſi quidẽ cõiter in actu ſignato, qñ dr̃, oẽ aut affirmare aut negare &c. contracte vero in actu ſignato, ut hoĩem currere aut nõ currere eſt verum, cõiter uero & contracte in actu exercito ut a, eſt b; ergo non eſt dicendum a, non eſt b.

Hoc ſtãte quatuor dicimus. Primo ꝙ ambo hæc principia in actu ſignato ſiue cõiter ſiue contracte ſumpta, ingrediuntur formaliter tã demonſtrationẽ oſtenſiuã quam ducentem ad impoſſibile, & de primo quidẽ exẽpla ſunt data de ſcđo aũt facile eſt cuique exercitato adducere, & habetur ibidẽ in primo perihermenias. Secundo dicimus, & illud principium, non contingit ſimul eſſe &c. in actu exercito, neq; ingreditur demonſtrationẽ oſtenſiuã (ut probatum eſt) neq; ducentẽ ad impoſſibile eadẽ rõne, qa ſuperfluitatẽ terminorũ oĩs demonſtratio abhorret. Tertio dicimus, ꝙ hoc principio, oẽ affirmare aut negare &c. in actu exercito demonſtratio oſtẽſiua uti non põt, patet illud ex terminis, qa demõſtrare oſtẽſiue eſt oſtẽdere ſic eſſe uel ſic nõ eſſe ex ueritate aſſumptarũ ꝑmiſſarum, uſus aũt huius principii conſiſtit in oſtendendo ſic eſſe, quia eius oppoſitũ eſt falſum &c. Ca. 16.

Quarto dicimus, ꝙ hoc principio demonſtratio ducens ad impoſſibile uti cogitur, quoniam demõſtratio ad impoſſibile a deſtructione vnius oppoſiti ad cõſtructionẽ alterius directe procedit, qđ eſt proprie & vere exercere hoc principium (ut patet ex dictis) Signũ aũt ꝙ hæc ſint ſm mẽtẽ Ariſ. dicta, inde ſumitur, qa loquẽs de illo principio, nõ cõtingit ſimul affirmare dixit neq; vna demonſtratio accipit, loquẽs aũt de hoc principio dixit oẽ aũt affirmare, aut negare, q̃ eſt ad impoſſibile demõſtratio accipit ex ipſo ſermonis ſtilo inſinuans ꝙ aliquid conuenit huic principio. ſ. aſſumi in demonſtratione ducente ad impoſſibile, qđ illi non conuenit. Nec arguas me (quæſo) ſi in præcedente cõcluſione loquens de uſu illius ſemper locutus fuerim de demonſtratione oſtẽſiua, quoniã pp claritatẽ doctrinæ id factũ ẽ, & abſque falſitate nec diutius permiſſum ẽ ſtare animũ ſuſpẽſum. Ad argumentum ergo iã patet reſponſio, quia de principio illo procedit ut ſignato, ac non exercito. Ad confirmationem (ob antiquorum reuerentiam) dr̃ ꝙ indefinite & non uniuerſaliter intelligendum eſt enũciationẽ vniuerſalem ingredi demonſtrationẽ &c. Ita ut de illo principio. ſ. non cõtingit ſimul eſſe, uerificetur primus locus. ſ. ſi concludenda eſt affirmatio alicuius & negatio oppoſiti, puta mundus eſt finitus & non eſt infinitus uerificetur, dico pp formã ſyllogiſticam ut declarauimus, & de iſto. ſ. omne affirmare aut negare verificetur ſecũdus locus, ſed quando demonſtratio eſt ducens ad impoſſibile; nec aliena eſt gloſſa iſta a uerbis Auer. (ut patet diligenter intuenti) Si quis uero contendat de eius aut alterius mente, mihi curæ non eſt, quoniã non quid hic uel ille ſenſerit inquirimus, ſed quid ueritas rei habeat.

Circa quartã concluſionem nota ꝙ Ariſ. dicens dialecticam & metaph. omnibus vti. Intẽdit per (ly omnib.) omnibus modis dictis. ſ. ex quibus, de quibus & quæ & hoc idem declarare intendit & glorioſe declarat S. Th. tam in dialectica quam in metaphyſica inueniri, licet non uniformiter ut diligens lector percipere facile põt, diſtinguendo tam dialecticã quam demonſtratiuam in docentem & utentem, et aſſignando earum inter ſe differentiam, et a metaphyſica, et in quo conueniant. Dialectic. & Metha. quo omnibus v... tan.ur

CIRCA

Cuilibet ſciētiæ ſunt propriæ, interrogationes.

CIRCA ſextam cōcluſionem, in qua dicitur, omnes ſcientias gaudere propriis interrogationibus, dubitatiūcula occurit vnica quia Ariſt. ſtatim ſibi aduerſari videtur in quinta ſiquidē concluſione dixit, demonſtratorē non interrogare, nunc aūt in demonſtratiuis proprias interrogationes ponit. Ad hoc dr̄, ꝙ interrogare non vniformiter accipitur hic & ibi, ut ab omnib. expoſitorib. conceditur, vbi ſiquidem interrogare eſt utramque qōnis partē proponere, & utramuis concludere, hic vero alteram tantum & illam determinate, qm̄ duo oppoſita demonſtrari nō poſſunt (ſicut nec eſſe vera) propter qđ Ariſt. cum dixit demonſtratorē non interrogare hāc rōnem aſſignauit. Quæ ſint aūt interrogationes demōſtratiuæ in principio ſecundi dicetur.

Cap. 1.

Non eſt inconueniens ſcientias omnes analogis vti.

Circa reſponſionem datam ad tertiam qōnem diligēter aduerte ex hoc loco hr̄i nullum inconueniens eſſe, & nullā deceptionem ſequi, ex eo ꝙ in ſcientiis utimur nominib. analogis, quæ æquiuoca in prædicabilib. & in prędicamentis vocantur, pro eo ꝙ non habent rationē ſimpliciter. Scientiæ. n. (inquit Ariſtot.) uidentur intellectu qua ſignificatione utantur, ſicut ſenſu uidemus circulū deſcriptū. Ex ignorantia ergo poſterioriſticę artis ꝓuenit ponere vnuocationē nominū metaphyſicorū. ſ. entis actus, & potentiæ &c. ot æquocationis uitet fallacia.

Scot.

Num in demonſtratiōnem ſit afferre inſtantiā per propoſitionem ſingularem.
T. com. 8.
Tex. cō. 12.

Circa primam propoſitionē poſt ſupradictam rōnē poſitam dubitatur. Quia contrarium vr̄ eſſe hoc quod hic dr̄ ei, quod dictū ē in quarto capitulo. Nunc ſiquidē dr̄ quod in ſyllogiſmo demonſtrationum non oportet ferre inſtantiam ex propoſitione inductiua ideſt particulari, ibi vero dictū eſt, ꝙ contra propoſitionē de omni, quæ proculdubio demonſtratiua eſt, fertur inſtantia, ex propoſitione ſingulari, qūo ergo hęc ſtant ſimul. Ad hoc facile dr̄, ꝙ quia aliud eſt ferre inſtantiam, & aliud eſt ferre inſtantiam propriā demonſtratori, ideo diuerſa dicta ſunt quæ tn̄ ſibi non contrariantur. Cum. n. demonſtratio, ut ſic, ſit uniuerſalium (ut ſupra dictum eſt.) Quia incorruptibilium oportet eā eſſe, & ad ſingularia non niſi per accidens ſe extendat, & id quod eſt per accidens extra ꝓpria rei numeretur conſequens eſt, ꝙ inſtantia ſingularis inter inſtantias proprias demonſtratori non computetur. Et quia Ariſt. hic de propriis demōſtrationis tractabat, ideo inſtantias ſingulares excluſit, aſſignans pro cauſa quia demonſtratio eſt uniuerſalium in quarto aūt c. ubi adhuc de propriis non agebatur, inſtantias ſingulares opus non erat excludere. Qm̄ ergo ueræ inſtantiæ ſunt ideo ibi numeratę, quoniam aut nō propriæ demonſtratori, ideo hic excluſæ.

Vbi. c. 5. t. 8.

Num ſi ex falſis non poſſet monſtrari uerum validum fieret argumentum a poſitione conſequentis ad antecedentis poſitionem.

CIrca tertiam propoſitionem illam. ſ. conditionalē, ſi eſſet impoſſibile ex falſo monſtrare verum &c. Dubitatur dupliciter. Primo quia non videtur verum, ꝙ ſi eſſet impoſſibile ex falſo concludere verum, ꝙ liceret a poſitione conſequentis arguere. non. n. magis tunc ſequeretur uerum ex uero quam nūc hoc uerum ſequitur ex hoc alio uero. Sed nunc uidemus ꝙ poſtquā uerū ex uero deduximus, non licet redire a conſequente ad antecedens. nō. n. cū diximus Sortes eſt hō ergo eſt aīal dicimus Sor. eſt aīal ergo eſt hō, ergo nec tunc hoc liceret. Secundo quia dato ꝙ eēt uera illa condōnalis, & conſequenter ꝙ non fieret paralogiſmus conſequentis a poſitione conſequentis, adhuc tn̄ non habetur, ꝙ non poſſet fieri idē paralogiſmus in ſcđa figura ex puris affirmatiuis. hic. n. paralogiſmus non peccat (eo ꝙ ex falſis inferat) ſed quia mediū maius eſt utroq; extremo, ut patet dicendo oīs hō eſt aīal leo eſt aīal ergo leo eſt homo.

Te. co. 17.

Ad hoc dr̄ ꝙ cā quare a poſitione conſequentis non licet uniuerſaliter arguere, eſt quia ex falſo ſequitur uerum (ut ſuperius dictū eſt) poteſt enim conſequente exiſtente uero antecedens eſſe falſum (ut patet) ꝑ quod in terminis conuertibilibus a poſitione conſequentis arguere licet, fieri. n. non pōt, ut conuertibilia ſint, & vnū ſit, & reliquum non, quia inquam hęc eſt cā, ſi impoſſibile eſſet ex falſo verum ſyllogiſtice cōcludere, oporteret conſequente exiſtente vero antecedens eſſe verum, ſicut econuerſo, & conuertibilitas eſſet inter veritatem conſequentis cuiuſque recte conſequentiæ & ſui antecedens ita ꝙ ſicut modo dicimus ꝙ cuiuſque recte conſequentiæ, vel recti ſyllogiſmi, quod idē eſt, antecedens verum infert concluſionē verā, eo ꝙ ex veris nil niſi verum, & propterea vniuerſaliter concludere licet a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis, ita tunc, quia verum ex veris tm̄ ſequeretur in quocunque recto diſcurſu, uerum conſequens verū antecedēs inferret, & a poſitione conſequentis ad poſitionē antecedentis vniuerſaliter arguere liceret. Et qm̄ ex puris affirmatiuis in ſcđa figura vitium ꝓpea eſt, quia medio termino conſequente primū vt antecedēte vtimur, qđ modo non licet, ꝓpter dictam cām, quia. ſ. pōt cōſequens eſſe abſque antecedēte, idō, ſi impoſſibile eſſet ex falſo ſyllogiſtice monſtrare uerū, paralogiſmus ex puris affirmatiuis non inueniretur, ſicut nec a poſitione conſequentis, unde radices ſyllogiſtici diſcurſus ſubtiliter Ariſt. intuitus ex unica cōdōne utrūq; modū paralogizādi excluſit a demōſtratiuis, propterea quia ex falſo non pōt monſtrari verū, & cōſequēter ita ſe hēt demōſtratio ut ſic ad hos paralogiſmos ſicut ſe hēret ſyllogiſmus ſimpliciter ad eoſdē, ſi nō poſſet ex falſo ſyllogizari uerum. Ad primū aūt in oppoſitū negatur aſſumptū, quoniā ex falſitate propoſitionis de ineſſe non ſequitur falſitas modalis. Aliud eſt. n. dicere ſi uerū ex falſo non ſyllogizatur, licet arguere a poſitione conſequentis, & aliud eſt dicere, ſi uerum ex falſo non poteſt ſyllogizari, licet arguere a poſitione conſequentis, primū eſt falſum ſm̄ formam ſylloſticam, licet ex gratia materiæ, uel ex hypotheſi ſequatur, ut de exēplo adducto obiiciendo S. Tho. hic ait. Tū quia ē in materia neceſſaria, quo ad ſubiectū concludens vtrunq; ꝑdicatū in primo mō per. ſe, tū quia ſupponitur id qđ eſt animal eſſe hoīem, ſm̄ uero eſt ueriſſimū, unde ſtante illa conditionali, uerū magis inferretur ex uero, quā hoc uerū nunc ab hoc, quia tunc ita appropriaret ſibi inferri ex uero quod impoſſibile eſſet inferri ex falſo nunc aūt hoc uerū, licet inferatur ex uero. pōt tn̄ inferri ex falſo, & eſſe uerum antecedente exiſtente falſo. Ad ſm̄ dr̄, ꝙ ex hac conditionali ſufficienter uterque modus paralogizādi deſtructus eſt (ut ex dictis) patet. Ad probationē aūt oppoſiti dr̄, ꝙ licet paralogiſmus ex puris affirmatiuis non ideo ſit, quia ſit ex falſis, eſt tamen ideo, quia mediū, qđ aſſumitur ut conſequens extrema in utraque ꝑmiſſa concludit in ui antecedentis reſpectu maioris extremitatis ut exemplariter patet. Cum. n. dico homo eſt aīal, leo eſt aīal, ergo leo eſt hō, ideo hoīem de leone infero, quia eſt animal, ac ſi ad animal ſequeretur homo. Vnde quia in terminis conuertibilibus quodlibet antecedit, & ſequitur ad quodlibet, talis forma ſeruāda non prohibetur, & per eandem cauſam in terminis non conuertibilibus abiicitur, non eſt ergo radix iſtius paralogiſmi id, quod in argumento adducitur, ſed quod nos diximus, arguere. ſ. a poſitione conſequentis quod commune eſt huic & ſupradicto, huic quidem uirtualiter, illi uero formaliter, propter quod uterque paralogiſmus conſequentis uocatur.

Ex puris affirmatiuis in conuertibilibus valet argumentū.

Aduerte hic ꝙ deceptiones, q̄ accidunt in demonſtratiuis ex paralogiſmis ſunt quidē deceptiones & aggenerantes ignorantiā paruę diſpoſitionis in illa ſcientia, ſed ſunt deceptiones cōes ſcientis & non ſcientiis, & illi ſcientiæ & alteri, deceptiones autem prouenientes ex falſis oppoſitis propriis principiis uel præmiſsis demonſtrationum in illa ſcientia ſunt deceptiones propriæ & ideo parologiſmi & non ex oppoſitis ſyllogiſmi excluſi ſunt a demonſtratiuis. Et hinc euenit ut parologiſ-

mos in demonſtratiuis inducere ridiculum ſit, & philoſophorum non eſſe ſophiſticas rationes ſoluere, ut dicetur primo Phyſico.

T. com. 10. De augmento demõſtrationis in aſſumendo vel poſt aſſumendo.

Circa vltimam propoſitionem, q̃ de augmentatione demonſtrationum eſt. Aduertenda ſunt duo. Primũ eſt, ꝙ cũ augere demonſtrationem in longũ multipliciter contingat via cõpoſitiua. ſ. deſcendendo tantũ ex parte ſubiecti in aliud, & de illo in aliud &c. & deſcendendo ex parte paſſionis tantũ ex prima in ſecundã, & ex ſcd̃a in tertiã &c. & deſcendendo ex parte vtriuſq; ſimul, vt a triangulo & eius paſſionib. ad iſoſchelẽ & ſuas proprias paſſiones, & ex parte medii via reſolutiua ex medio ad anterius mediũ aſcendendo in eodẽ uel diuerſo genere cauſarum &c. oĩa concluſit Ariſ. ſub vno verbo dicens, demonſtrationes augeri in poſt aſſumendo, & cõplexus eſt S. Th. exponens poſt aſſumere eſſe medium ſub medio ſumere, ſaluatur. n. hoc in oĩbus ſupradictis, vt facile patere poteſt exercitatis &c. Secundũ eſt ꝙ Ariſ. dicens poſt aſſumptionẽ procedere in infinitum nõ intendit aſſerere demonſtrationis augmẽtum aliquo modo infinitum eſſe, ſed intelligendus eſt, uel cõditionaliter. ſ. ſi infinita poſt aſſumẽda eſſent, & hoc, uel quia nondũ declarauerat, quod inferius determinabit. ſ. finitatem demonſtrationum undiq;. Vel quia ſpecies numerorũ & figurarum, & conſequenter q̃ones eorum infinitæ ſunt in potentia. Aut (& melius) intelligẽdus eſt per ly in infinitũ intendiſſe in incertũ, eo ꝙ non eſt determinatus numerus poſt aſſumendorũ, ſed q̃nque ſunt tria, quandoque decem, quandoque octo &c. ac ſi dixiſſet, augentur demonſtrationes in poſt aſſumendo, ut A de B, & B de C, & C. de D, & ſic in infinitum ideſt ſic quouſque aſſumẽda, quotcunque fuerint &c.

## Demonſtratione quia. Cap. 13.

*Qvod vero differt, & propter quia ſcire, primũ quidem in eadem ſcientia, & in hac dupliciter. Vno quidem modo, ſi nõ per immediata efficiatur ſyllogiſmus non enim accipitur prima cauſa. ſcientia vero ipſius propter quid ſecundum primam cauſam. Alio autem, ſi per immediata quidem, ſed non per cauſam, ſed per notius eorum, quæ conuertuntur. nihil. n. prohibet eorum, quæ conuerſim prædicantur, notius aliquãdo eſſe, quod eſt nõ cã quare erit per hoc demonſtratio, vt quod planetæ prope per id, quod non ſcintillant. Sit in quo C. planetæ, in quo B. non ſcintillare, in quo A. prope eſſe verum itaque B. de C. dicere, planetæ. n. non ſcintillant, ſed & A. de B, quod. n. non ſcintillant prope eſt, hoc aũt acceptum ſit per inductionem, aut per ſenſum, neceſſe igitur A. ineſſe ipſi C. quare demonſtratũ fuit, quod planetæ prope ſunt. Hic igitur ſyllogiſmus non ipſius propter quid ſed ipſius quod ẽ, non. n. propter nõ ſcintillare, prope ſunt ſed propterea quia prope ſunt non ſcintillant. Euenit aũt & per alterũ monſtrari alterum, & erit ipſius propter quid demõſtratio. Vt ſit C. planetæ, in quo B; prope eſſe, A. non ſcintillare, ineſt itaque & B. ipſi C. quare & ipſi C. A. & A. ipſi B. non ſcintillare, & eſt ſyllogiſmus ipſius propter quid accepta. n. eſt prima cauſa. Rurſus quemadmodum lunã monſtrant. quod ſphærica, per augmenta. ſi. n. quod ita augetur eſt ſphæricum, augetur aũt luna, planũ quod ſphærica ſic igitur ipſius quod factus fuit ſyllogiſmus, E conuerſo aũt poſito medio ipſius propter quid non. n. propter augmenta eſt ſphærica, ſed quia eſt ſphærica, accipit augmẽta talia. Luna, in quo C. ſphærica, in quo B. augmentum, in quo A. In quib. aũt media non cõuertuntur, & eſt notius quod nõ eſt cã, ipſũ quidẽ quod mõſtratur, ipſum aũt propter quid nõ. Amplius in quib. mediũ extra ponitur. etenim in his ipſius quod, & non ipſius propter quid eſt, demonſtratio. non. n. dicitur cã. Vt propter quid non reſpirat paries, quoniam non animal, ſi. n. hoc reſpirandi cã ẽ oporteret animal eſſe cauſam reſpirandi ut ſi negatio cã eſt ipſius non eſſe, affirmatio cauſa eſt ipſius eſſe. quemadmodum ſi hoc, quod eſt incommenſurabilia eſſe calida, & frigida, eius, quod eſt nõ ſanum eſſe hoc quod eſt cõmenſurabilia eſſe eius quod ẽ ſanũ eſſe, conſimiliter aũt & ſi affirmatio ipſius eſſe, negatio ipſius non eſſe. In iis autem, quæ ſic aſſignata ſunt, non contingit, quod dictum eſt non. n. omne reſpirat animal. Syllogiſmus autem fit talis cãæ in media figura. vt ſit A. animal, in quo B. reſpirare, in quo C. paries A. igitur ineſt omni B. omne. n. reſpirans ẽ animal, ipſi autem C. nulli, quare neque B. C. nulli nẽ ita que reſpirat paries. Aſſimilantur aũt tales cauſæ iis, quæ ſecundum exceſſum dicuntur hoc aũt eſt plus diſtans dicere medium, ut illud Anacharſidis, quod in Schytis non ſunt tibicines, neque. n. vites, ſecundum quidem igitur eãdem ſcientiam, & ſecundum mediorum poſitionem iſtæ differentiæ ſunt eius; qui eſt ipſius, quod, ad eum, qui eſt ipſius propter quid, ſyllogiſmum. Alio aũt modo differt ipſum propter quid ab ipſo quod, eo quod per aliam ſcientiam utrunque ſpeculatur, talia aũt ſunt, quæcunque ſic ſe habent inuicem, vt ſit alterum ſub altero, ut perſpectiua ad Geometriam, & mechanica ad Stereometriã, & harmonica ad Arithmeticam, & apparentia ad Aſtrologicam. Fere aũt uniuocæ ſunt nonullæ iſtarum ſcientiarũ, ut Aſtrologia, & quæ Mathematica, & quæ Nautica, et quę Armonica, & quæ ſecundum auditum. Hic. n. ipſum quidem quod ſenſitiuorum eſt ſcire, ipſum vero propter quid, Mathematicorum hi nanque habent cauſarum demonſtrationes, & plerunque non ſciunt ipſum quod. quẽadmodum qui uniuerſale ſpeculantur, multotiens nõ nulla ſingularium neſciunt, quia non aduertunt. Sunt autem hæc quæcunque cum alterum quid ſint ſecundum ſubſtãtiam, vtuntur formis, diſciplinæ nanque circa formas ſunt, non. n. de ſubiecto aliquo geometrica ſunt, ſi. n. de ſubiecto aliquo geometrica ſunt, ſed non in quantum geometrica, de ſubiecto. Se habet autem & ad perſpectiuam. ut hæc ad Geometriam, alia ad hanc ut quod eſt de iride ipſum. n. quod, Naturalis eſt ſcire, ipſum vero propter quid Perſpectiui, aut ſimpliciter, aut ſecundum mathem. Multæ autem, & non ſub ſe inuicem ſcientiarum, ita ſe habẽt ut Medicina ad Geometriam quod enim vlcera orbicularia tardius ſanantur, Medici eſt ſcire, propter quid vero, Geometræ.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

1. concluſio. Scire quia, & ſcire propter quid, in eadem ſcientia dupliciter differunt. Vno modo quando fit ſyllogiſmus per remotam cauſam. Alio modo quando fit per effectum conuertibilem quidem ſed notiorem, probatur vtrunque a priori, quia ſcire propter quid eſt ſcire ꝑ cauſam primam, ideſt proximam, & declaratur ſm exẽplariter, planetæ ſunt prope, quia ſtellæ nõ ſcintillantes ſunt & in terminis A primo, C tertio, B medio.

2. concluſio. Contingit quando ſcilicet cauſa per effectum cõuertibilem demonſtratur alterum per alterum, e conuerſo demonſtrare, & erit propter quid demonſtratio (ut patet in exemplo dato) mutando maiorem extremitatem in medium, & cum Luna circularis monſtratur, quia incrementa luminis corniculariter accipit, in terminis A primo, C tertio, & B medio.

3. concluſio. Quando autem mediũ non conuertitur, & eſt notius & non cauſa (quia) demonſtratur, ſed propter quid non.

4. concluſio. Quando mediũ eſt extra non fit demonſtratio, quia & non propter quid probatur a priori, quia non aſſumitur id quod eſt cã. ſ. proxima, ut paries non reſpirat, quia non eſt animal, negatio, ſi quidem animalitatis non eſt propria cã negationis reſpirationis, quia affirmatio animalitatis nõ eſt propria cã affirmationis reſpirationis.

Regula. Oportet ſiquidem ſi affirmatio eſt cã affirmationis, ꝙ negatio ſit cauſa negationis, & e conuerſo, ſi negatio eſt cauſa negationis, quod affirmatio ſit cauſa affirmationis

tionis,ut cum menſura calida & frigida ſanandi cauſa,ſine menſura uero non ſanandi.

5.concluſio. Syllogiſmus huiuſmodi demonſtrationis,quia in media ſit figura,probatur a priori,quia cõclutio eſt uniuerſalis,& oportet maiorẽ eſſe affirmatiuam,ut patet in terminis.B primo,C tertio A medio.

6.concluſio. Comparantur huiuſmodi cauſæ aſſumptæ dictis ſecundum excellenciam;probatur a priori, quia tale medium eſt plurimũ diſtans,ſicut illud Anacarſidis in ſcythis non ſunt ſibilatores quia non ſunt uites.

7.concluſio. Alio autẽ modo differunt propter quid ſyllogiſmus ab ipſo,quia,qm̃ ad diuerſas ſcientias pertinent.

8.concluſio. Huiuſmodi ſciẽ diuerſæ ſunt,quæcunq; ſic habẽt ad inuicẽ,ꝙ alterũ ſub altero eſt,ut ſpeculatiua ad geometriam &c.

9.concluſio. Fere autem uniuocæ ſunt harum quędam ſcientiarũ, ut aſtrologia,mathematica & quæ naualis eſt,& harmonica,mathemathica,& quæ eſt ſecundum auditum.

Declaratio ſeptimæ & octauæ. Hoc enim ipſum(quia)ſenſibilium eſt ſcire, ſed propter quid mathematicorum probatur a priori, quia hi habent cauſatum demõſtrationes,& multoties neſciũt ipſum,quia,quoniam non applicant ad &c.Sicut uniuerſale conſiderantes multoties quędam ſingulariũ neſciũt propter id quod non intendunt.

10.cõcluſio. Sunt aũt hæc,quęcunq; alterũ ſunt ſm̃ ſubiectum & utuntur ſpecieb.probatur hoc ſm̃ a priori qa mathematicæ circa ſpẽs ſunt,probatur,quia geometria nõ eſt de ſubiecto aliqun,probatur,quia non ſecundũ ꝙ de ſubiecto ſunt geometricalia ſunt,licet de ſubiecto ſint.

11.cõcluſio. Habet autẽ ſe alia ad perſpectiuã, ut perſpectiua ad geometricam,ut id qđ eſt de iride ipſum quia phyſici ẽ ſcire,ſed propter quid perſpectiui.

12.cõcluſio. Habent ſe & ſic multæ,& non ſubinuicem ſcientiarũ ut medicina ad geometriam,quod enim uulnera circularia tardius ſanẽtur medicinæ eſt ſcire,quia,geometriæ autem propter quid.

## Series autem hæc eſt.

INTENDENS in hoc ca.demonſtrationẽ,quia, declarare,differentias inter ipſam,& demonſtrationẽ ꝑꝑ quid aſſignare uult,pro eo ꝙ in reliquis ei æquatur, & duo principaliter facit,quoniã primo differentias, quia & propter quid in eadẽ ſciã ponit in ſex primis concluſionib.in quarũ prima duas differentias ponit, & in ſecunda differentiæ ſecundæ cõditionẽ proſequitur, & in tertia eiuſdem differentiæ alterũ menbrum declarat.In quarta vero quinta & ſexta claro ordine primã differentiam declarat,& ordinat in forma ſyllogiſtica ſecundo principaliter inter quia & propter quid dr̃iã in diuerſis ſcientiis inſinuat,ſex aliis concluſionib.In ſeptima ſiquidẽ illam proponit.In octaua & nona,quæ & quales ſint tales ſcientiæ inſinuat declarationem ipſius intentæ dr̃iæ ſubdens.In decima autem quale ſit illud ꝓpter quid alterius ſcientiæ inſinuat,& in undecima & duodecima extendit intentam differentiam,declarans inueniri inter alterius ordinis a prædictis ſcientias.

Q̃o demonſtratio quia ſit per effectum conuertibilem.

CIrca primam concluſionem aduertendum eſt ꝙ effectum eſſe conuertibilem cum cauſa contingit dupliciter,uno modo ſecundum prædicationem. Alio modo ſecundum cauſalitatem,& licet utroque modo oporteat eſſe effectum conuertibilem cum cã in propoſito, conuertibilitas tamen ſecundũ cauſalitatẽ eſt principaliter intenta,quia de cauſa & effectu,ut ſic ſermo eſt conſiſtit aũt hmõi conuertibilitas ſecundũ cauſalitatem in hoc,ꝙ talis effectus neceſſario prędexigat talem cãm & talem cãm neceſſario ſequatur talis effectus, tunc.n. ab effectu(quia)cõcludimus de cã,& a cauſa(ꝓpter quid) de effectu quando connexio eſt neceſſaria ex utraque parte.Conuertibilitas autem ſecundum prædicationem dupliciter intelligi poteſt,inter cauſam & effectũ. Vno modo ut in quocunque ſit cã,ſit effectus,& econuerſo,ſicut ſe habent humanitas & riſibilitas,& hoc modo non põt uniuerſaliter intelligi cõuertibilitas prædicationis inter cauſam & effectum conuertibilẽ.quoniã multi ſũt effectus,qui non ſunt in ſuppoſitis,in quibus ſunt rõnes cauſandi illos(ut patet)cũ ex generatione & corruptione in inferioribus demonſtramus contrarios motus in cælo,econuerſo.Alio modo põt intelligi,ut de quocunque ſuppoſito ꝑdicatur cã,de eodẽ prædicetur denominatio cauſalis ab effectu ſumpta,& econuerſo, & hoc mõ uniuerſaliter verũ eſt effectũ & cãm neceſſitate mutua connexionẽ hñtes conuerti ſm̃ prædicationẽ, oportet ſiquidẽ oẽ naturaliter cãs generationẽ & corruptionẽ hr̃e contrarios motus ſic &c.& oẽ ſic habens cõtrarios motus cauſat generationẽ & corruptionẽ.Demonſtratio ergo quia eſt per effectũ conuertibilẽ conuertibilitate cauſalitatis,& prædicationis modo declarato.

Num ſit poſſibilis & conueniens demonſtratio circularis.

CIrca ſecundam concluſionẽ dubitatur an a cauſa demonſtrata,quia eſt per effectum poſſit effectus demonſtrari ꝑꝑ quid,& uniuerſaliter an ſit poſſibilis demonſtratio circularis.vr̃.n.ꝙ ſic.Primo quia expreſſe Ariſt.hic dicit,ꝙ demonſtrata cã per effectum conuertibilẽ ipſum demonſtrari põt a priori.Scđo quia expreſſe Albertus dicit in hoc 1.lib.tract.2.c.15.ꝙ demõſtrare unam cãm per aliam & econuerſo non conuenit eo ꝙ cãæ ſunt ſibi inuicem cãæ & in eſſendo, & in demonſtrando.Tertio quia ſi demonſtratio circularis eẽt ſm̃ ſe prohibita nunquã aliquis poſſet ea abſq; reprehẽſione vti.Videmus aũt ꝙ Ariſ.pluries uſus eſt ea in di- T.com.15.
uerſis locis,& præſertim in ſecũdo cœli,ubi primo oſtẽdit dextrum cœli eſſe partes orientalẽ,quia inde incipit motus cæleſtis,deinde oſtendit inde incipere motũ cœli,quia ibi eſt dextrũ.In eodẽ quoque lib.oſtẽdit ſtellas eſſe immobiles ſm̃ ſe quia ſunt ſphęricæ,deinde oſtẽdit eas eſſe ſphæricas,quia ſunt immobiles ſm̃ ſe &c.

In oppoſitum eſt rõ ſecundo loco facta ab Ariſt.in Te.co.48.
c.3.ad probandum, ꝙ demonſtratio ſimpliciter non Tex.cõ.59.
poteſt eſſe circularis,concludit ſiquidem illa ratio,ſi bo T.com.6.
na eſt de omni demonſtratione,quoniam ex forma circularis proceſſus emanat, & non variatur ad quod ſuus terminus applicetur. Arguit.n.demonſtrare circulariter,eſt procedere ab eodem ad idem,ſiue per unum, ſiue per multa media fiat hoc,diſcurſus autem ab eodem ad idem perficitur concludendo idem ex ſeipſo,ut patet arguendo a primo ad ultimum,ſi A.eſt B. eſt,ſi B.ẽ C.eſt, ergo ſi C.eſt B.eſt,& ſi B.eſt,A.ẽ,ergo de primo ad ultimum,ſi A.eſt A.eſt.Taliter autem demonſtrare ridiculum eſt ergo &c.

Ad euidentiam huius dubitationis diligenter inſpicere oportet,unde habet proceſſus circularis ꝙ ab arte alienus cenſeatur,hoc.n.uiſo facile erit oſtendere quãdo poſſit exerceri,& quando non.Ad habendũ aũt hoc cũ demonſtratio circularis duo dicat ex cõditionib. demõſtrationis,& circuli quantũ ad propoſitũ ſpectat procedendum eſt,& ut perfectior ſit doctrina a demonſtratione in communi ad ſpãles demonſtrationes eſt deſcẽdendũ.In demonſtratione igitur cõiter ſumpta duo exiguntur alterum ex parte rerum, circa quas eſt demonſtratio.alterũ ex parte demonſtratiui diſcurſus.Ex parte quidem rerum in omni demonſtratione exigitur neceſſario connexio terminorum,ut expreſſe habitum ẽ cap.5.Sed ultra hoc demonſtratio ſimpliciter, ſeu(propter quid)exigit ꝙ procedat ſemper a cã ad effectum,& conſequenter a notioribus ſecundum naturã ad minus nota.Demonſtratio uero(quia)exigit oppoſitas conditiones,ex parte aũt diſcuſus,exigit demonſtratio oĩs,ꝙ procedat ex notioribus nobis,ſiue cum hoc illa ex quibus procedit, fuerint etiam ſecundum ſe notiora, ſiue Tex.co.56.
non,ut patet ex dictis in capitulis ſecundo & tertio, & ex ipſa diſciplinæ generatione , quę ſemper ex no-

tioribus

tioribus & credibilioribus nobis procedit & facile probari poſſet vtendo illa maxima, propter quod vnumquodque &c. Circulus autẽ in propoſito nil aliud exigit niſi quod præmiſſa fiat concluſio, & concluſio fiat præmiſſa, ſeu & in idem redeat, ꝙ A. inferatur per B. & B. p A. hæ ſunt conditiones demõſtrationis curcularis, quas examinando deſcutere oportet, an ſint compoſſibiles, an deſtruant ſeinuicem. Si. n. compatiuntur ſe demõſtratio circularis refutanda non eſt, ſin aũt, abiicienda merito eſt. A prima igitur demõſtrationis cõditione inchoãtes dicimus, ꝙ circuli conditioni non aduerſatur vniuerſaliter, ſed qñque. Si connexio nanq; neceſſaria eſt inter terminos demonſtrationis, ex omni parte vndecunque incipias circulus admittitur. propterea quia quantumcũque procedatur ab A. in B, & regreſſus fiat a B in A. ſẽper ſaluatur neceſſaria connexio, ſi vero connexio claudatur ex parte maioris extremitatis circulatio impedĩ qm̃ regrediendo non procederetur ex neceſſariis. Cõdõnes quoq; requiſitæ ad demonſtrationem pp quid qñque circulo contrariantur, qñque non. Triplicitẽr. n. talis proceſſus fieri põt. Primo a cã ad effectũ, qui tñ eſt cauſa ſuæ cauſæ in altero genere cauſæ, cum cauſæ ſint ſubiinuicem cauſę, vt dr̃ in 2. Phyſic. & in tali proceſſu
Te. co. 31. cum mutuũ inueniatur propter quid, circuli ratio non impeditur, procedẽdo. n. ab A. in B. propter quid demõſtratio fiet: regrediendo quoque ab A in B. demonſtratio propter quid eſt, licet in alio genere cãæ, & ſimiliter ſemper procedetur a notioribus ſm naturã, tot nanque modis dr̃ notius natura, quot dicitur cã, cũ ab eodem dependeant eſſe & cognoſcibilitas rei. Secundo fit a cauſa ad effectum, qui m̃ eſt cauſa ſuæ cauſæ in eodem genere cauſæ, non ita ꝙ idem numero ſit effectus & cauſa eiuſdẽ, ſed idẽ ſpecie (ut patet in his, quæ generationẽ circularem habẽt) vt vapor & pluuia &c. de quib erit ſermo in ſecunda huius c. 9. in huiuſmodi. n. ſicut in naturali generatione inuenitur circulatio, ita in intellectuali diſcurſu; quoniã ars imitari dẽt naturã, ſed vera ratio circularis demonſtrationis in iſtis non eſt quoniam non eſt ab eodẽ ad idẽ numero, ſed ſpecie, pp quod proprie loquẽdo in tali proceſſu circulus (de quo loquimur) inueniri non põt, quoniam impoſſibile eſt idẽ numero eſſe cãm
circa. te. cõ. 12. & 13. ſuæ cauſę in eodẽ genere cauſæ. Tertio fit a cauſa ad effectum, qui nullo mõ eſt cauſa ſuæ cauſæ, & in tali proceſſu manifeſte patet, ꝙ circulus a priori non admittitur, eo ꝙ regrediendo, dato ꝙ ſeruaretur neceſſaria connexio, non tamen fieret demõſtratio pp quid ſed quia. Admitti tñ non prohibetur in tali proceſſu circulus diſformis ſi effectus ſit conuertibilis, ita ꝙ unus proceſſus erit propter quid, & alter quia. Ex parte ergo rerum nil inuenitur repugnans vniuerſaliter demonſtrationi circulari. Conditio aũt requiſita ad demonſtrationem omnem, ex parte diſcurſus. ſ. ꝙ ſit ex notiorib. nobis circulari proceſſui obſtat, quoniã circularis diſcurſus, licet inchoet a notioribus nobis, regreditur tñ a non notioribus nobis, quia ex concluſione ad eius principium, ex quo cognita eſt redit. Eſt igitur circularis demõſtratio vitanda ex eo ꝙ non procedit ex notioribus nobis, & conſequenter cum nil nobis de nouo manifeſtetur niſi ex notiorib. nobis, circularis diſcurſus nihil manifeſtat, vnde, cũ dr̃ demonſtratio circularis, ly circularis eſt condito diminuens rõnem demonſtrationis, de cuius rõne eſt, ꝙ ſit ex notioribus nobis, & conſequenter demonſtratio vere circularis non eſt demonſtratio, abſolute loquẽdo, cum autem hoc inuariabiliter inueniatur in omni circulari proceſſu, vt ſic, oportet dicere quod non licet circulariter demõſtrare, neque ſimpliciter, & a priori, neque mutando poſterius in prius, quoniam ſemper ſaluatur hoc, qđ non regredimur a notiorib. nobis. Quãuis aũt ita ſe veritas habeat (ut diximus.) Duabus tamẽ cauſis cõtingit circulari diſcurſu abſq; reprehenſione uti. Primo, quando circulari diſcurſui ante regreſſum admiſcetur aliquis alius diſcurſus vel quodcunque aliud adminiculum, quo augetur cognitio concluſionis a regrediendum eſt. Tunc. n. a notioribus nobis fit regreſſus, & manifeſtantur tunc nobis duo. ſ. illa propoſitio, quæ fuerat præmiſſa nõ ſimpliciter (quia nota erat) ſed alio modo, & conuertibilitas concluſionum, & ſic circulo vſus fuit Ariſ. ſm Alex. & S. Th. in ſecundo cęli quando oſtẽdit ſtellas eſſe ſphæricas, quia immobiles &c. Secundo quando circularis diſcurſus non ad hoc fit ut ad principium manifeſtandum regrediatur, ſed ad hoc ut reducatur id a quo incępimus ad illud ad quod peruenimus ut effectus in ſuam cãm. ut ſi oſtenderẽ primo Sortem eẽ viuum, quia ex ſe mouetur, & deinde habitudinem terminorum in ſe intuendo regrederer dicendo ꝙ moueri ex ſe non eſt cã ꝙ Sortes uiuat, ſed potius e conuerſo, qa viuit, ideo mouetur ex ſe, & ſic ſm S. Tho. in 2. cœli lec. 7. Ariſt. uſus fuit circulo, qñ ex dextro cœli motum incipere dixit &c. Ad argumenta ergo in oppoſitũ dr̃, ꝙ ſermo noſter eſt formalis, & ideo non loquimur niſi de demonſtratione circulari pura, quã conſtat non procedere ex notioribus nobis, & conſequenter nõ eſſe verã demõſtrationem. Auctoritas uero in oppoſitum, & uſus Ariſ. &c. huiuſmodi, quæ ab illuſtribus uiris dicta contrariũ ſonare videntur, intelligenda ſunt de demonſtratione circulari admiſſa & fulta aliquo alio adminiculo ante regreſſum, uel reducente effectum in cãm, ut diximus. Dr̃ ſecundo, ꝙ doctores illuſtres ideo dixerunt, quod circulus diſformis eſt conceſſus ſiue ibi ſit diſformitas ſecundum dr̃iam, quia, & propter quid ſiue ſecundum diuerſa genera cauſarũ & cognitionũ, ſiue quouis alio modo circulũ uniformẽ negauerunt, quia quantum eſt ex parte rerũ de demonſtratione loquebatur patet autem ex dictis, quod ex parte rerũ non prohibentur huiuſmodi circuli diſformes, ſed uniformes, ſed prohibentur ex parte noſtri, qui ex notioribus nobis procedere debemus neceſſario, unde (ſicut iam dictum eſt) ſi aliunde nobis prima concluſio notior fieret, quod multis modis euenire poteſt, regreſſum & circulo diſformem committere non erit vitioſum.

super 2. co. 56.

super 2. co. 34.

Medium quot modis contingit eſſe non conuertibile, & quæ ex tali medio demonſtrationes fiant.

Circa tertiã concluſionẽ quatuor notanda ſunt. Primũ eſt, ꝙ non conuertibilitas medii, de qua eſt hic ſermo cum comprehendat in ſe utrumque extremorum inter quæ mediat conuertibilitas, non eſt intelligenda quocunq; mõ, ſed ad diuerſa relata diuerſimode ſumenda eſt, quoniã nanq; conuertibilitas in quadã æqualitate conſiſtit, & ęquale medium eſt inter maius & minus, mediũ non cõuertibile eſſe contingit dupliciter, uel qa eſt maius, uel quia eſt minus, & quia medium inter maiorem & minorẽ extremitatẽ mediũ eſt, quatuor modi non cõuertibilitatis ipſius mediĩ fiunt, quod. ſ. eſt vel maius maiore extremitate, uel minus, aut quia eſt maius minore extremitate, uel minus, aut quos S. Tho. in expoſitione pulcherrime tangit, & ſiquidem mediũ, de quo loquimur effectus. ſ. eſt ita non cõuertibile, ꝙ ſit maius primo non fit demõſtratio inquit S. Th. (& bene) loquẽdo de demonſtratione affirmatiua, quoniam negatiua fieri põt in ſcđa figura, ut patet demõſtrãdo lapidẽ nõ eſſe aĩal, quia non hẽt operationes uitales, ſic, oẽ aĩal hẽt operationes vitales, lapis nõ hẽt operationes uitales, ergo lapis non eſt aĩal affirmatiuam vero fieri non poſſe clarũ eſt, quia maior erit falſa prędicans minus de maiori. Si uero medium ideo non conuertatur, quia minus primo eſt, optime fit demonſtratio, ut patet demonſtrãdo de Simia quod ſit aĩal, quia reſpirat, ſic, omne reſpirans eſt aĩal, ſimia reſpirat, ergo. Negatiua aũt fieri non põt, quia oportet in maiori coniungi effectum cauſę, ac per hoc eſſe uniuerſalem, affirmatiuam, quod nec in prima nec in tertia figura fieri poteſt, & in ſecunda falſitas accidere (licet tertia figura in hoc caſu ſub

Ad notationes.

ſilentio pertranſiri debeat,qm̄ cōclnſiones de omni ibi non ſunt.)Si autem medium ideo nō conuertibile,quia maius eſt tertio demonſtratio affirmatiua fit (ut patet in exemplo nunc dato)& negatiua,ſi dici poteſt maius aliquo quod negatiuæ illi & aliis ineſt(ut patet)dicēdo, omne habens tactum,eſt animal,paries non hēt tactum ergo nō eſt aīal. Si vero mediū iō non eſt conuertibile, quia minus tertio,nec affirmatiua,nec negatiua demonſtratio fit(ut de ſe patet.)Vnde cum dr̄,in quibus autem non conuertuntur media &c.intelligēdum eſt dummodo effectus maioris extremitatis,qui pro medio ſumitur ſit ideo non conuertibilis,quia exceditur a maiore, vel quia excedit minorem quo ad affirmatiuas,licet quo ad negatiuas medio excedente maiorem fieri poſſit demōſtratio.Secundum notandum in hac concluſione eſt,ꝙ illa verba Ariſt.quę in prædicato concluſionis ſunt (.ſ. ſed non propter quid)duo inſinuant,primum eſt ꝙ demonſtratio procedens ex medio non conuertibili, & non cauſa,concludit quia eſt,ſed non propter quid eſt. Secundum eſt,ꝙ demonſtratio talis demonſtrat (quia eſt)ſed non conuertitur in propter quid, mutando maiorem extremitatem in mediū,ſicut conuertitur demōſtratio procedens ex effectu conuertibili,qm̄ tunc contingeret mediū eſſe maius primo quod non contingit. Tertium notādū eſt,ꝙ Ariſ.tertiū membrū demōſtrationis(quia)ex hac concluſione oſtendit,ut demonſtratio quia diuidatur in demonſtrationem per cauſam remotam ſiue cōem & per effectum,& hęc per conuertibilem aut non conuertibilē.Quartum notandum eſt, ꝙ oportet talem effectum,non conuertibilem aſſumendū in medium eſſe effectum neceſſarium requirentem talem cauſam,ad quam concludendam aſſumitur,licet cā non neceſſario cauſet talem effectum,ut patet de reſpi-

Tex.co.18. rare & eſſe animal.Si.n.talis neceſſitas non eſſet nō poſſet fieri demonſtratio(quia)dictū ſiquidē eſt ſuperius, quod non contingit ſcire,neque quia, neque propter quid,neque per mediata neque per immediata ſi præmiſſæ non ſunt neceſſariæ.

Scire rem per communia cuiuſmodi.

CIrca quartam cōcluſionem.Aduerte tu Thomiſta ꝙ ſcire rem per communia,& non peruenire ad propria eſt cognoſcere quia,& non propter quid, & cōſequenter nec quid, quia ut in ſecundo dicetur idem eſt quid,& propter quid &c. Ex hoc comprehenditur quam peripatetica ſit doctrina S. Tho. qua dicimus ꝙ de ſubſtantiis materialibus,quas per effectus & communia tm̄ cognoſcimus &c.& nunquam peruenire poſſumus ad ultimas differentias,nec proprias paſſiones quia cognoſcimus,& non quid,aduerte & tu(qui non deſinis latrare qđ peripateticæ & doctrinæ & loquelæ expers es)& uidens Ariſt.hoc expreſſe ſonare,quieſce & venerare quæ dicimus.

Quo nam medio extra poſito fiat demonſtratio quia, non autem propter quid.

T.co.2. primo Prio. CIrca eandem quartam concluſionem animaduertendum eſt,ꝙ per medium extra ſiue per cauſam remotam,duo poſſumus intelligere.ſ,cōem cām non immediate proximam effectui,& hic ſenſus nō eſt ad mētem Ariſt.qm̄ illud vocat hic mediū extra uel cauſam remotam a cuius affirmatione non cauſatur neceſſario affirmatio effectus,uel negatione,negatio, ut patet in textu.Multæ aūt ſunt cauſæ non immediatæ proximæ effectibus quarum affirmationes effectus affirmāt & negationes negant &c.ergo multe cauſæ non immediatæ proximę effectus non ſunt hoc in loco numerandæ Intermediæ extra,ſeu cauſas remotas &c.Minor patet uniuerſaliter de ſubiecto reſpectu ſecundæ, uel tertiæ paſſionis propriæ,cuius immediate proxima cauſa eſt paſſio immediate præcedens,& non ſubiectum.v.g.eſſe naturæ immaterialis & ſubſiſtētis eſt cauſa appetitus intellectui,qui uocatur uolūtas,ſed non immediate proxima quoniā mediat habere intellectū iō.n.hēt uoluntatem, quia intellectū,& non econuerſo.Sicut ideo habetur intellectus quia eſt naturæ immaterialis ſubſiſtētis, & nō econuerſo &c.& tamen affirmatio immaterialis ſubſiſtentię,cauſat habere uoluntatē,& negatio immaterialis ſubſiſtentiſoue naturæ non hr̄e uoluntatē,ut de ſe patet &c.Non eſt igitur intelligendum per medium extra omnis cauſa non immediate proxima effectui &c.Secūdus autē ſenſus eſt ꝙ(per mediū extra)intelligamus cauſam cōem communitate tali,ꝙ non ſit conuertibilis cū ſuo effectu conuertibilitate cauſalitatis. Talis ſiquidem cā quoniā non hēt mutuā connexionē neceſſario cū ſuo effectu eſt,cuius negatio & ſi inferat,ut cauſa cōis,neceſſario negationē non tamen affirmatio affirmationē, ut patet in exemplo Ariſto.reſpirare & animalitate. Vbi nota ꝙ unius effectus (etſi multipliciter contingat eſſe plures cauſas)in propoſito dupliciter contingit. Vno modo ita,ꝙ vna tantum ſit conuertibilis,& altera excellens,ut reſpirare cauſatur ab hr̄e pulmonē & ab habere animā ſenſitiuā,& in talibus demonſtratio per cām immediate proximā eſt pp quid. Demonſtratio uero per cām diſtantem(eo modo,quo fieri pōt)eſt demonſtratio quia. Alio modo ita ꝙ non tantum una, ſed plures ordine quodā ſint eius cāę conuertibiles conuertibilitate cauſali &c.ut patet in ſecunda paſſione propria eiuſdem ſubiecti,& tunc demonſtratio a quacunque illarū cauſarum procedit,eſt demonſtratio propter quid,licet non potiſſima &c.datur ſiquidem latitudo inter demonſtrationes pp quid. Docuit aūt hoc Ariſto.cum(mediū extra)interpretatus eſt cām cuius negatio & ſi negationem infert,non tn̄ affirmatio affirmationem cauſaret, ut ſupra deduximus,& nūc alia via deducimus ex eo ꝙ oppoſitorum eadē eſt diſciplina.Si.n.medium extra faciens demōſtrationē qa,eſt cā talis cuius negatio,etſi negationē inferat,vt cā cōis nō tn̄ affirmatio affirmationē cāret,mediū intra faciens demonſtrationē pp quid eſt cā talis,cuius & affirmatio affirmationem & negatio negationem cauſat iuxta illam regulam,ſicut propoſitū in propoſito ita oppoſitū in oppoſito,& cu illa cā ſit cōis & non conuertibilis,iſta vero conuertibilis,licet nō immediate proxima ſemper ſit,conſequens eſt ꝙ per mediū extra,non omnis cauſa nō immediate proxima,ſed illa quæ non conuertibilis eſt,intelligatur.

Quomodo ſit affirmatio cauſa & affirmationis,negatio ſit cauſa negationis.

CIrca illam regulam,ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis &c Aduerte ꝙ ex inſufficienti ruminatione uerborum Ariſt.accidunt circa hanc regulam impertinentes dubitationes,quas attendentes textui nulla radice fultas perſpiciunt. Aliud ſiquidem eſt dicere,ſi affirmatio eſt cā affirmationis,negatio eſt cauſa negationis & econuerſo,& aliud eſt dicere,ſi affirmatio infert affirmationem,negatio infert negationem & econuerſo. Itaque drīa inter hæc duo eſt,quanta eſt inter cauſare & inferre &c. Secundum Ariſtot.non dixit, quoniam falſum eſt & deſtructiuum logicæ fundat enim paralogiſmos conſequentis a deſtructione antecedētis,& a poſitione conſequentis,obſeruando namque talem regulam,quia licet dicere currit,ergo mouetur,dicemus non currit,ergo non mouetur,primum uero Ariſtotel.dixit, quia uerum eſt & conſtructiuum poſterioriſticę artis, dum ex hoc diſcernere nouimus cauſas a non cauſis, et conſequenter demonſtrationes pp quid,a demonſtrationibus quare etc Et tenet regula iſta.(ut communiter dr̄)in cauſis propriis in quocunque genere cauſæ. Tales ſiquidem ſi veræ cauſæ ſunt,tanta neceſſitate connexæ ſunt effectibus propris,quod poſitæ ponunt & peremptæ,perimunt,nec aliqua,aut alia limitatione egere apparet maxima hæc. Inſinuauit autem Ariſtotel.in textu diſtinctionem adductam, cum dixit negationem ani-

malis

.animalis non eſſe cauſam non reſpirationis, & dixit negationem animalis, inferre non reſpirationem. Et ſi diligenter inſpiciamus non ſolum diſtinctionem dictam docuit, ſed gloſſam a poſterioribus expreſſam inſeruit in eiuſdem verbis: dicens.n. non animal nō eſſe cauſam nō reſpirādi de cauſa propria loquebatur, quoniam cauſam communem & remotam eſſe, ipſe propoſuit, & clarum eſt ex ſe, non reſpirare.n. a priori concluditur ex non eſſe animal. Cum aūt audis negationem eſſe propriā cām negationis intellige proportionaliter, eo ſcilicet mō quo negationi conuenit eſſe propriam cauſam, aut effectum, quia vna ſcilicet eſt propria ratio alterius &c.

Quomodo demonſtratio per cauſam remotam fiat ſolum in ſecunda figura.

CIrca quintam concluſionem nota, ꝙ non ocioſe Ariſt. adiecit, ꝙ per cām remotam fit demōſtratio in ſecunda figura. Inſinuauit ſiquidem ex hoc quod in nulla alia figura talis demōſtratio fieri poteſt, quod niſi ipſe docuiſſet, non aduertiſſemus. Cā aūt quare in nulla alia figura fieri pōt demonſtratio per cām remotā eſt, quia medium & maiorem extremitatem oportet coniungi affirmatiue in maiori propoſitione, cum medium ſit cauſa, & maior extremitas effectus. Et oportet mediū nō particularizatum eſſe. Si.n. particularizaretur, non copararetur maiori extremitati ſecundum eminentiam, quod eſt cōtra hypotheſim. Ex primo horum ſequitur in nullo modo primæ aut tertiæ figuræ habent maiorem vniuerſalē negatiuam, aut vniuerſalem affirmatiuam fieri poteſt, quia eſſet falſa maior. Ex ſecundo vero ſequitur quod in cæteris modis tertiæ figuræ fieri non poteſt, in ſola ergo ſecunda figura, non tñ in oīb. eius modis ſed tantum ſecundo vniuerſaliter & quarto particulariter fieri poteſt talis demōſtratio, qm̄ minor eorum ſubiicit affirmatiue & vniuerſaliter, maiorem extremitatem medio termino communiori. Vnde colligere potes, ꝙ per cauſam remotam non poteſt fieri demonſtratio affirmatiua, & ex hoc roborare quæ ſupra diximus, ꝙ per medium extra non omnis cauſa non immediate proxima intelligenda eſt, ſolam.n. cauſam remotam eam uocare ſe Ariſto. declarauit nunc ex qua demonſtratio negatiua fieri poteſt affirmatiua autem non. Conſtat autem ex ſupradictis, quod ex multis cauſis non immediate proximis poſſunt demonſtrationes affirmatiuæ & vniuerſales fieri vt patet exemplis adductis quare &c.

Quomodo in diuerſis ſcientiis quia & propter quid abinuicem diſtinguantur, & num per cauſam remotam demonſtretur tantum in ſecunda figura.

CIrca particularia verba S. Thom. in calce huius capituli poſita, multiplex eſt dubiū. Verba ſi quidē eius ſunt iſta. Sciēdum aūt eſt ꝙ illa dr̄ia quia & propter quid quæ eſt ſecundum diuerſas ſcientias continetur ſub altero dictorum modorū. ſ. qn̄ fit demonſtratio per cauſam remotam. Dubitatur.n. primo quid intēdat per hæc verba, aut intēdit ꝙ quia, & ꝑꝑ quid, ad diuerſas ſcīas ꝑtinentia differant per hoc quod ipſum quia, dicat cauſam remotam, & propter quid, dicat cauſam proximam, aut ꝑ hoc, ꝙ ipſum propter quid dicat cauſam remotā, & ipſum quia dicat nullam cauſam, ſed tantum ſenſu, vel experientia habeatur &c. Tertium ſenſum ex verbis eius elici poſſe omnino non video. Si primum ſenſum intendat, falſum eſt quod dr̄, tum ex parte ipſius (quia) qm̄ ſcientia inferior non oportet quod per cās remotas ſciat quia, eorum quorum neſcit propter quid, ſed vel ſenſu ipſum percipit quia, vt patet in peſpectiua cognoſcere, ꝙ res a remotis minor videtur mendicando propter quid a geometra, quia. ſ. angulo minori ſubtēditur linea minor, vel experientia, vt chirurgicus experitur vulnera circularia tardius ſanari, cuius propter quid geometra nouit, vt in litera dicitur &c. Tum ex parte ipſius propter quid, quoniam medium alterius generis non eſt medium proximum oportet.n. vt dictū eſt mediū eſſe eiuſdem generis cum extremis. Conſtat autem quod tale propter quid .ſ. ad alteram ſcientiam pertinens eſt alterius generis, vt patet de medicina & geometria &c. non eſt igitur tale ꝓpter quid cauſa proxima, & conſequenter primus ſenſus vndique ruit &c. Si ſm̄ ſenſum intendat falſius apparet quod dr̄. Primo qm̄ eſt contra duo dicta Ariſt. in hoc ca. Dixit.n. ꝙ ſcire per cauſam remotam eſt ſcire quia, & nō propter quid, ergo propter quid in propoſito non ſonat cām remotam. Deinde dixit, ꝙ per cām remotam demōſtratio fit tm̄ in ſecunda figura. Clarū eſt aūt qđ per tale ꝑꝑ quid, ſ. pertinens ad alteram ſcientiam, pōt demōſtrari vniuerſalis affirmatiua, & conſequenter in primo primæ. concluditur.n. ex eo ꝙ circuli partes non appropinquāt ſibi, q a eſt figura ſine angulo ꝙ oē vulnus circulare tardius ſanatur, & ſimiliter concluditur, quod omne viſum a remotis vr̄ minus, quia &c. non ſonat igitur ꝑꝑ quid in propoſito cauſam remotam. Secundo, quoniam eſt contra ipſa S. Thom. verba, ait.n. quod illa dr̄ia inter (quia) & (propter quid) ſecundum diuerſas ſcientias continetur ſub altero dictorum modorum, inter modos aūt dictos nullus eſt vbi propter quid ſit cauſa remota, ſed eſt totum oppoſitum, quoniam cauſa remota diſtinguitur cōtra propter quid, & dictum eſt quod facit ſcire q a. Tertio, qm̄ eſt contra rationem. Si.n. qn̄ propter quid habetur ab vna ſcientia & ipſum quia ab altera, ipſum propter quid eſt cauſa remota concluſionis illius, cum illa cōcluſio ſit demōſtrabilis, & habeat cauſam proximam neceſſariam &c. Cuius erit dicere illud propter quid proximum non alterius ab illa, quæ nouit quia ſecundō te dicētem, quod propter quid ad alteram ſcientiam pertinens differt a quia: quoniam propter quid dicit cauſam remotam, ergo dicere proximum propter quid eſt ſcientiæ cognoſcentis quia, & conſequenter ſciet quia, & propter quid, quod eſt contra hypotheſim.

Secundo dubitatur qualitercunq; intelligātur iſta, qūo ſtat iſtam dr̄iam inter quia, & proper quid, ſm̄ diuerſas ſcientias contineri ſub altero iſtorum dictorum modorum ſecundum S. Thom. verba & contine[illegible] ſub alio modo ſecundum Ariſt. textum dicentem, aliu autem modo differt propter quid ſyllogiſmus ab ipſo quia, ſecundum ꝙ eſt per aliam ſcientiam vtrunque ſpeculari. Ad primū dubium dr̄, ꝙ primus ſenſus non eſt intentus a S. Thom. ut rationes adductę concludunt, & ipſa S. Th. verba oſtēdunt, paulo.n. ante ſupradicta verba exponens exemplū Ariſtotelis de vulnere circulari ait, quod vulnera circularia tardius ſanantur, medici eſt ſcire (quia) qui hoc experitur, vbi expreſſe inſinat ꝙ ſcire (quia) inferioris ſciētiæ in propoſito non eſt ſcire per cauſam remotā, ſed cognoſcere ſic eſſe ſiue experimētis & inductione, ſiue ſenſu, ſiue a poſteriori &c. Primus ergo ſenſus ab eius mente alienus eſt, ſecundum igitur ſenſum ſecundū mentē eius oportet eſſe, & ita eſt, ita quod intendit, quod quādo q a, & propter quid pertinent ad diuerſas ſcientias, propter quid eſt cauſa remota ipſius quia, & hoc probatur tripliciter. Primo ratione adducta contra primum ſenſum ex parte propter quid, quoniam ſcilicet eſt medium alterius generis, nec eſt opus repetere. Secundo probatur ratione Ariſtot. hic, ſic, id cuius affirmatio eſt uniuerſaliter cauſa affirmationis non eſt cauſa proxima illius, ſed propter quid alterius ſcientiæ eſt id cuius affirmatio non eſt cauſa vniuerſaliter affirmationis maioris extremitatis, ergo tale propter quid non eſt cauſa proxima minor exemplariter patet, quia ad eſſe circulare non ſequitur uniuerſaliter tardius ſanari, quia non omne circulare tardius ſanatur, ut patet in circulis cęleſtibus, qui nec citius nec tardius ſanantur. Sicut & Ariſtot. dixit quod ad eſſe animal non ſequitur reſpirare, quia non omne animal reſpirat. Tertio cauſa proxima demonſtrat in prima figura affirmatiue propter quid alterius ſcientiæ non demonſtrat

in prima figura affirmatiue, ergo &c. minor exemplariter patet, quia falſa eſt iſta maior, omne circulare tardius ſanatur. Ad euidentiam aũt ſolutionum, & huius materiæ notandæ ſunt duæ diſtinctiones. Prima eſt, cauſa remota, i. non conuertibilis (de qua loquimur) eſt duplex, .ſ. ex cuius quod quid eſt nõ oritur talis effectus, niſi per diuiſiuas eius dr̄ias contrahatur ad hoc, vel illud: Quædā vero ex cuius quod quid eſt oritur quidem talis effectus ſed non niſi poſito in tali materia. Exemplum primi; eẽ animal eſt cā remota reſpirationis non ita quod ex natura animalis fluat reſpirare, ſed quia ex natura animalis ſpecificata ad tale genus animalium, puta habentiũ pulmonem emanat reſpirare. Exemplũ ſcđi, eſſe circulare eſt cauſa remota tardæ ſanationis, ita ꝙ ex natura circularis figuræ non alicuius ſui inferioris (poſitæ tñ in vulnere) fluit tarde ſanari. Vnde haberi põt triplex dr̄ia inter iſtas cauſas remotas. Prima eſt, ꝙ effectus cāæ remotæ primo modo vere emanat ab illius cauſæ inferiori, & nõ ab illa cā remota, niſi eo mõ, quo paſſiones ſpecierũ oriũtur a generibus radicaliter, effectus autem cauſæ remotæ ſecundo modo vere fluit ab ipſa (licet non niſi poſita in tali materia) propter quod remota cauſa eſt. Secũda dr̄ia eſt quod in cauſam remotam primo modo non oportet fieri reſolutionem talis effectus, ſiſtit ſiquidẽ intellectus quærens cauſam reſpirationis, cum ad habere pulmonẽ, vel aliquid huiuſmodi venitur, in cauſam aũt remotā ſecundo modo oportet reſoluere talem effectum, non. n. ſiſtitur quærẽdo quare vulnus circulare tardius ſanatur, donec in circuli naturam veniatur, quia. ſ. habet partes diſtantes &c. Ex hac ſequitur tertia differentia, ꝙ cauſa remota primo modo in demonſtratione non aſſumitur affirmatiua, & in negatiua facit ſcire (quia) vt docuit

In hoc cap. Ariſtoteles: cā aũt remota ſecundo modo in demonſtratione vniuerſali affirmatiua aſſumitur, & facit ſcire propter quid. Vbi vt clarius patet vtrumque horum. ſ. & ꝙ in demonſtratione affirmatiua aſſumatur, & ꝙ faciat ſcire propter quid. Nota ſecũdam & tertiam diſtinctiones. Secunda eſt cauſa remota ſecũdo modo, i. ex cuius quod quid eſt fluit effectus modo dicto põt dupliciter ſumi. Vno modo abſtracte, alio modo cõtracte ad materiam. Exemplum primi, figura circularis. Exemplum ſecũdi, figura circularis in vulnere &c. Tertia eſt, ſcire propter qđ contingit dupliciter Vno modo ſolitarie. i. abſque applicatione ad effectum. Alio modo applicate, ideſt cum applicatione ad effectum. Exemplum primi cognoſcens lunam recedere quotidie a quatuor punctis cæli & accedere ad illa, & neſciens, vel non aduertens ad eius effectum &c. nouit propter quid fluxus & refluxus aquarum fiat (ſolitarie) eo quod nõ applicat ad effectum cauſam, quā nouit. Exemplum ſecundi, quando & nouit talem acceſſum & receſſum, & ꝙ talis varietas eſt cauſa fluxus & refluxus. Quibus ſtantibus dicimus primo, quod cauſa remota, ex cuius quod quid eſt fluit effectus in tali tantum materia poſito abſtracte ſumpta nõ aſſumitur in demõſtratione vniuerſali affirmatiua, q̄m maior eſſet falſa medio excedente maiorem extremitatem, vt patet in exemplo Ariſt. dicendo, omne cuius partes ſibi non appropinquant, tardius ſanatur. hæc. n. eſt falſa, ſicut & iſta, omne circulare tardius ſanatur. ſecũdo dicimus, quod eadem cā eodem modo ſumpta facit ſcire propter quid ſolitarie & non applicate, patet hoc quoniam geometra, vt ſic cognoſcit circulare, & quod partes ſibi non appropinquāt &c. quod eſt cauſa quare vulnera circularia tardius ſanā-tur, & tamen non applicat cauſam iſtam ad talem effectum ſcilicet tardam ſanationem, quoniam hoc geometriæ limites exit &c.

Tertio dicimus, ꝙ eadem cauſa contracte ſumpta aſſumitur in demõſtratione vniuerſali affirmatiua, & facit ſcire, (ꝓpter quid) applicate, ut patet in eodem exemplo dicendo omne vulnus habens partes non ſibi appropinquantes tardius ſanatur, vulnus circulare eſt huiuſmodi ergo. Quarto & vltimo dicimus, ꝙ eadem cauſa remota etiam abſtracte aſſumpta, ingreditur demonſtrationem vniuerſalem affirmatiuam non formaliter, ſed virtualiter & reſolutiue, quoniam vis totius demonſtrationis (cũ demonſtratur tardius ſanari de vulnere circulari) robur habet ex ipſa circuli (in eo, ꝙ circulus) natura, & in illā oportet tandem reſolutione fieri. Ad primum autem eorum, quæ in oppoſitum obiiciuntur, dr̄ quod hoc neutri eorum, quæ dixit Ariſt. repugnat, q̄m q̄n dixit, quod ſcire per cauſam remotam, eſt ſcire quia intellexit de cā remota primo modo, ut patet exemplo ſubdito, & ex eo quod addidit, ꝙ. ſ. ſylogiſmus huiuſmodi fit in ſecunda figura vel dicatur, quod Ariſt. loquitur quādo concluſio & cauſa remota eiuſdem ſunt ſcientiæ, ſecus vero eſt q̄n ſunt diuerſarum ſcientiarum. Q̄m nanq. diuerſarum ſciẽtiarum diuerſa ſunt genera ſubiecta ſtatim, ut dicitur qđ quia pertinet ad vnam ſcientiam, & propter quid ad alteram cauſam remotam (per ly, propter quid) intelligere cogeris, eo quod tale propter quid dr̄, quale diuerſa ſcientia habet. diuerſam autem ſcientiam medium extranei habere neceſſe eſt generis, & cõſequenter cauſam remotam, infert ergo (propter quid) in altera ſcientia, cauſam remotam, in eadem aũt ſcientia vnum deſtruit reliquum Si. n. eſt propter quid, non eſt cauſa remota; & econuerſo ſi eſt cauſa remota, non eſt propter quid, quoniam in eadem ſcientia propter quid non tantum eſt dici niſi ſit ꝓximum, vnde ſi in eadem ſcientia accideret concluſionẽ & medium ita ſe habere, ſicut ſe habent vulnus circulare & tardius ſanari & figura circularis, ex illo medio abſtracte non poſſet demonſtratio propter quid fieri, ſed oporteret contrahere ipſum, & ideo non diceretur propter quid in eadem ſcientia cauſa remota, in diuerſis autem ſcientiis, quoniam contractionem medii abſtracte cointelligitur oportere fieri, eo ipſo, quod diuerſa ſcientia eſt. nihil obſtat dicere, quod cauſa tali modo remota ſit ꝑ ꝑ quid ad diuerſam ſcientiam pertinens. Illud vero, quod ſecundo adducitur ex Ariſt. ſ. quod cā remota nõ demõſtrat niſi in ſecunda figura intelligitur ſimiliter, vel de cā remota primo modo, vel in eadem ſcientia, quoniam verum eſt vniuerſaliter de omni cauſa remota, ideſt non conuertibili abſtracte ſumpta, quod non poteſt ex ea demonſtrari niſi negatiue, & in ſecunda figura & ſi ad eandem ſcientiam pertinere dicitur talis cauſa, & concluſio cum illa ſcientia non cogatur, uti illa cauſa contracte. Clarum eſt, quod ex ea ſic ſumpta demonſtrare affirmatiue non poſſit ſed in ſecunda figura &c. Secus autem eſt in diuerſis ſcientiis loquẽdo, quoniam ſtatim (vt dicitur) quod medium eſt alterius ſcientiæ contrahendum vel proximandum, dicitur ad hoc quod aſſumatur ab vna ſi quidem ſcientia ad aliam, non niſi contractione, vel approximatione venit. Vnde quando dicitur, quod talis cõcluſio propter quid eſt alterius ſcientiæ, & eſt cauſa remota, non oportet intelligere hoc, ac ſi illa cauſa ſic abſtracte aſſumatur in demõſtratione ſicut intelligitur cum loquimur in eadẽ, ſcīa ſed quod illud propter quid, & talẽ cauſam abſtracte cõſideratam a ſuperiori contrahendo, vel ad cognitionem ducendo aſſumere oportet, & conſequenter non eſt opus demonſtrare in huiuſmodi, in ſecũda figura, ſed in primo primæ, &c. Ad ſecundum quod ex verbis. S. Thom. ſumitur, dicitur, quod modi ſupradicti ab Ariſto. ſunt quatuor (vt patet diligenter intuentibus) ſcilicet demonſtrare per cauſam conuertibilem, & ꝑ cauſam remotam ideſt non conuertibilem, & per effectum conuertibilem, & per effectum nõ conuertibilem, nec eſt poſſibile quintum modum oſtenſiue demonſtrationis inuenire. Modus vero ſecundus ſubdiuiſus eſt ab Ariſto. quidem, ſed non niſi a S. Thom. ſubdiuiſio pate facta eſt ſcilicet per cauſam remotam, ex cuius quod quid eſt &c. vt diximus, vel per cauſam remotam in eadem ſcientia, & in diuerſa. Si in eadem fit demonſtratio quia, ſi in altera fit demonſtratio propter quid, quo-

niam

niam &c. continetur ergo differentia inter quia, & propter quid, & qm̃ ad diuerſas pertinent ſub altero dictorũ modorũ, quando. ſ. fit demonſtratio per cauſam remotã, non ideo quod ſupra poſitus ſit aliquis modus, quo demõſtratio propter quid ſit per cauſam remotam. Sed iõ qm̃ ſupradictus eſt vnus modus, quo demonſtratio fit ꝑ cauſam remotam & declaratus eſt tunc quidem ſecundum vnum ſui membrum, modo vero ſecundum reliquũ &c. Ad tertium dicitur, quod illa concluſio, cuius propter qd alterius eſt ſcientiæ, puta vulnera circularia tardius ſanãtur, habet medium proximum, quod nihil aliud eſt quam cauſa remota contracta ad talem materiam, & cum quæritur cuius erit illud medium proximũ cognoſcere dr̃, ꝙ neque geometriæ ſimpliciter, neque medici ſimpliciter, qm̃ vtriuſque limites exigit cognoſcere illud cũ applicatione, ſed medici, vt accipit a geometria, quoniam omne robur talis demonſtrationis ex principiis geometricis ẽ (vt dictum fuit) & ideo non ſequitur, ergo medicus ſcit quia, & propter quid cõtra hypotheſim, medicus. n. in eo ꝙ medicus tm̃ quia nouit, ſicut geometria, vt ſic tantum propter quid. Ad ſecũdum dubium breuiter dr̃ quod vere hic modus inter dictos continetur, & vere alio modo differt quia a propter quid ſecundum diuerſas ſcientias. Primo qm̃ ſecundus modus cõtinet iſtum (vt dictũ eſt) eo quod eſt eius membrum, & ab omnib. modis declaratis, ſ. primo ſecundo ſecundum vnum ſui membrũ, & tertio & quarto hic alius eſt. Secundo, qm̃ quia, & propter quid in eadem ſcientia differunt, ex modo cognoſcendi ſeu ſecundum media, qm̃ ꝑꝑ quid ſcire, eſt ſcire per cauſam proximam, quia vero per effectũ, vel cauſam remotam. In diuerſis vero ſcientiis differunt ſecundum obiecta, eo ꝙ ipſum propter quid, alterius generis ſubiecti ẽ ab ipſo quia, & tñ ipſum propter quid, in alia ſcientia conuenit in modo cognoſcendi, cũ ſcire quia in eadem ſcientia per cauſam remotam, quoniam vtrumque cauſam remotam tm̃ habet (ut ex dictis patet.) Vnde propter dr̃iã ex parte obiecti Ariſt. dixit, alio autem mõ. Propter conuenientiam aũt in modo cognoſcendi ſupradictam. S. Th. contineri ſubaltero dictorum modorũ. Tertio quoniam Ariſt. aliter formauit ſupradictam diſtinctionẽ, diſtinxit enim ſic, quia & propter quid aut ſunt in eadem ſcientia, aut diuerſis, deinde ſubdiuiſit in eadem ſcientia (ipſum quia) ideo quando dixit, alio aũt modo, retulit diuerſitatem ad illud membrum in eadem ſcientia, euacuauit enim ſic primam a ſe factam diſtinſtionem. S. Tho. vero quoniam diſtinctionem eorundem membrorũ aliter formauit, modo ſcilicet ſupra declarato, ideo ſub altero dictorum modorum contineri dixit & ut intelligeres ꝙ aliter formauit diſtinctionem, addit (ſcilicet quando fit demonſtratio per cauſam remotam) inſinuãs per hoc tria reliqua membra ſupradicta, non ſibi ergo contrariãtur Ariſt. & S. Th. ſed ad diuerſa alietatem retulerunt.

Num demonſtratio diuidatur ſufficienter in demonſtrationẽ quia & propter quid.

Procemio primi phyſicorum ſecundo phyſicorũ. c. 22. Secundo cæli cõ. 35. Octauo Phy. cõ. 53.

CIrca diuiſionem demonſtrationis in quia, & ꝑꝑ qd dubium ingerunt verba Auerrois in prologo phyſicorum, & in ſecundo commento. 2. & alibi ponentis tria genera demõſtrationis ſcilicet quia, & propter quid & ſimpliciter, aut enim ipſe ſuperfluus aut Ariſtoteles diminutus apparet.

Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ (ut patet ex ſecũdo cęli cõ. 35.) diuiſio quam facit Auer. eſt ſubdiuiſio vnius membri Ariſtotelis hoc modo. Demonſtratio primo diuidit̃ in quia, & propter quid. Deinde demonſtratio propter quid diuiditur in demonſtratione in propter quid tm̃ & ſimpliciter. Apparet. n. ibidẽ, ꝙ demonſtratio quia ſeu ſigni uocatur illa, quæ a poſteriori procedit, quam tunc oportet fieri cum effectus eſt notior cauſa, vt ſi demonſtremus terram interponi inter ſolem & lunam, quia videm' lunam eclipſari. Demonſtratio vero propter quid uocatur illa, quæ a priori quidem procedit, ſed non ad concludendum effectum eſſe, ſed ad oſtendendum propter qd talis effectus eſt, vt ſi demonſtremus eclipſim de luna ꝑpter interpoſitionem terræ inter ſolẽ & lunã. Hoc. n. q̃ritur vt ſciamus lunã eclipſari, qm̃ ſenſu hoc apparet, ſed vt ſciamus quæ eſt cã ꝙ luna eclipſetur. Vnde in illo modo demonſtrandi prędicatum eſſe & ineſſe ſubiecto abſolute, eſt prius & magis notum quam cauſa, prædicatũ tamen ſub rõne certi effectus, ſeu in relatione ad cauſam propriam eſt ignotius, & per demonſtrationem inueſtigatur. Non quæritur. n. an eclipſis ſit, aut inſit lunæ, ſed quare eſt, quod nihil aliud quærere, eſt quam cuius cauſæ effectus ſit. Et his duobus generibus demonſtrationũ quaſi ſemper vtitur phyloſophia naturalis. Demonſtratio vero ſimpliciter vocatur illa, quæ a priori ſic procedit ꝙ ſimul oſtendit & prædicatum ineſſe ſubiecto, & quare ineſt, & ideo uocatur ẽt demonſtratio cauſæ & eſſe, vt quamuis audierim neſciam tamen triangulum habere tres &c. & demonſtretur, quia figura rectilinea habens angulum extrinſecum &c. ſimul acquirã ſcientiam ꝙ triãgulus habet tres, & cauſam eius. Et tali modo demonſtrãdi maxime utuntur mathematici, propter quod ſunt in primo gradu certitudinis. Neuter ergo ſuperfluus aut diminutus eſt, ſed Auer. explicauit, quod Ariſtoteles implicite dixit.

De ſcientiarum ſubalternatione.

HIc antequam vltra procedatur de ſubalternatione ſcientiarum agendum eſt, quid ſit. ſ. vnam ſciẽtiã ſubalternari alteri. Ad cuius euidentiam ſciẽdum eſt. Albertus hoc in loco recitat tres conditiones requiri ad ſubalternationem ſcientiæ, & dicit, quod eſt poſitio cõis, & ſatis ſubtilis & bona prima condõ eſt, ꝙ ſubiectũ ſubalternatæ concipiat in ſe ſubiectum ſubalternantis cum additione dr̃ię contrahentis ipſum ad naturam, uel materiam determinatam, vt linea uiſibilis contrahit lineã. Secunda eſt, quod illud additum a ſubalternata oportet eſſe alterius generis ab eo, cui additur & proptea ſcientia de ſpecieb. & dr̃iis diuiſiuis ſuperioris, non ſubalternatur ſcientiæ de illo ſuperiori. Tertia eſt quod illud additum a ſubalternata non fluat a natura & ſubiecto illius, cui additur, aliter ſcientia de paſſionibus ſubalternaretur ſciẽtiæ de ſubiecto quod eſt falſum, quia eiuſdem ſcientiæ eſt paſſionem, & ſubiectum conſiderare; à S. Thom. autem ſecundam conditionem habemus, quin de prima & tertia. nulli dubium eſſe debet, & quartam. ſ. quod ſciẽtia ſubalternans dicat propter quid de principiis ſcientię ſubalternatæ, quorum ipſa ſubalternata accipit quia, & hanc velut magis neceſſariam pluries repetit in doctrina ſua, & ſemper præoculis (cum de hac re loquitur) viſus ẽ habere. Verum quoniam magna dubitatio eſt, quomodo ſubiectum ſubalternatæ ſcientiæ ſit illud, quod eſt ſuperioris ſcientiæ per differentiam accidentalem contractũ ideo ut hoc eluceſcat aliorum intellectum recitandum cenſui &c. Quidam intelligunt quod dr̃ia illa addita ſit ita accidẽtalis qđ cũ eo, cui additur facit unũ per accidẽs & ſic ſubiectum perſpectiuæ ponunt aggregatum per accidens, puta lineam viſualem, & hi ex obſeruatione conditionum ſupra poſitarum moti ſunt. Si. n. illud additum eſt res alterius generis, & non paſſio purum accidens eſſe videtur. Quidam vero intelligunt illam differentiam ita accidentalem, quod tamen ponunt eam paſſionẽ eius cui additur, conuenientem tamen ei non in ſua abſtractione, ſed ſic contracto, & hi mouentur ex ſecunda conditione, propter quam coguntur ponere illud additum eſſe accidẽtale aliquo modo, ut patet in ſubiectis Perſpectiuæ & Muſicę, quoniam Perſpectiua eſt de linea viſuali, Geometria autem de linea ſimpliciter: ex ſecundo autem de anima habetur ab Ariſtotele quod viſibilitas eſt paſſio quantitatis, quoniam dicit quod ſenſibilia communia ſunt ſenſibilia per ſe, & ſimiliter eſt de numero ſonoro. Primi in hoc iudicio meo errant quod

Opinio. Albertí.

Quomodo differẽtia accidẽtalis additur ſubiecto ſuperioris ſcientiæ. Prima opinio.

2. opinio.

*Reprobatio primæ opinionis.* ponunt ſubiectum ſcientiæ eſſe aggregatum per accidens. Omnes.n.demonſtrationes vnius ſciētiæ, cum ſint inter ſe ordinatæ, oportet quod hab-ēt paſſiones colligatas adinuicem, & ad ſubiectum, a quo ordinate emanant; ab aggregato autem per accidens paſſiones, quo ordine, aut qua aggregatione & colligatione orientur? Præterea quomodo ſubiectum illud habebit vnam diffinitionem, cum entis per accidens nulla ſit diffinitio, vt dr̄ ſeptimo methaphyſicæ? Præterea qua rōne de hoc aggregato linea viſuali eſt ſcientia, pari rōne de linea tangibili & dulci & calida erit ſcientia, & ſic infinitæ erunt ſcientiæ ſubalternatæ geometriæ.

*Tex. cō. 12. & 13.*

*Reprobat͛o ſecundę opinionis.* Secundi vero propriam vocē ignorare videntur dum dicunt illud additum eſſe paſſionem eius, cui additur & addunt, quod non cōuenit in ſua abſtractione. Si.n.paſſio eius eſt per ſe, & de oī eſt, & ſic, cōuenit eiin quodā quidem ſic, in quodā vero non paſſio eius non eſt. Si dicatur quod illi intelligunt non quod illud additum ſit paſſio eius cui additur abſolute, ſed quod eius cui additur contracte ſumpti paſſio ſit. Si ſic inquam intelligunt ad propoſitum non loquuntur, quia quæritur quomodo illa dr̄ia ſit accidentalis illi ſuperiori, cui addita ſubiectum facit ſubalternate, conſtat.n.quod illa dr̄ia additur in ſuperiori abſolute & contrahit ipſum, & non præſupponit contractum: viſualitas.n.contrahit lineam, & non præſupponit lineam eſſe contractam ad materiā viſualem, aliter ſubiectum Perſpectiuæ eſſet non linea viſualis, ſed linea.B.viſualis, qđ ſalſum eſt, & non concederetur ab eis. Falſum quoq; aſſumunt, ꝙ ſ.viſibilitas ſit paſſio quantitatis; primo, quia non conuenit ei per ſe (vt patet) quia non quantitati mathematici ſumptæ. Secundo, quia omnis paſſio fluit ex principiis quidditatiuis ſubiecti ſui. Clarum eſt aūt, ꝙ ex quantitate in eo ꝙ quātitas non emanat viſibilitas, alioquin mathematicum quid eſſet viſibilitas, ſicut & cæteræ oēs quantitatis paſſiones

*Tex. c. 66.* (nec ex ſecundo de anima) hoc habet, ſed quod color ſit per ſe viſibilis in ſecundo modo dicendi per ſe. Ex hoc aūt ꝙ ſenſibilia cōia dicuntur ſenſibilia per ſe, non ſequitur, ergo viſibilia per ſe. Qūo aūt nec ſequatur, ergo ſenſibilitas eſt paſſio quanti, non eſt præſentis intentionis: incidunt ēt & iſti in eandem foueam, in quam & priores, quia ponūt ſubiectum ſcientiæ aggregatum ex ſubiecto & paſſione, quod diffinitionem habere non pōt. Sicut.n. hominis albi non eſt diffinitio, ita nec naſi ſimi, quoniā diffinitio vnam naturā ſignificat, vt dicitur ſeptimo metaphyſicæ &c.

*Opinio propria.* *Tex. cō. 13.* *Tex. cō. 15.*

Mihi videtur ꝙ inter illam differentiam additam, & id cui additur ſit connexio per ſe primo modo dicendi per ſe, non ſicut inter diffinitū & eius genus, vel differentiam, nec ſicut inter paſſionem & ſubiectum, ſed ſicut inter diffinitum, & eius principium ſicut inter lineam & punctum. In diffinitione ſiquidem illius dr̄iæ accidentalis oportet ponere illud, cui additur, licet non ecōuerſo. In rōne.n.viſualis cadit linea, & in rōne ſonori numerus. Quantitatem autem dico cadere in ratione viſualis &c.non ſolum materialiter ſumptam, qūo ponitur in ratione cuiuſque phyſici, eo quod phyſica nō abſtrahūt a quantitate, ſed etiam formaliter ſumptam, qūo non cadit in rōne phyſicorum, eo ꝙ diffinitiones mathematicæ, & naturales ſunt impermiſtæ, impoſſibile eſt ſiquidē intelligere viſibilia, vt conſiderantur a perſpectiua, ideſt inquantum ſunt proportionalia ſecundum lineas & ſimiliter ſonos, ut proportionales ſecundum numeros, non intellectis linea vt linea, & numero vt numero & ſimile eſt de medicina, & agricultura & alachiuia reſpectu naturalis phyloſophiæ, hęc omnia addunt ea, de quorum ratione ſubalternantia ſunt ſanabile ſiquidem ab arte abſque natura intelligi non poteſt &c. Eſt igitur inter differentiam illam accidentialem, & id, cui additur per ſe vnio in primo modo perſeitatis & tamen differentia accidentalis dicitur, de qua genus ſubiectum ſcientiæ ſubalternātis non per ſe diuidit aut contrahit, vt differentiæ diuiſiuæ cuiuſque generis faciunt, quę per ſe differentiæ illius dicuntur, & ſunt. Quomodo autem hæc duo ad conſtitutionem ſubiecti ſubalternatæ ſcientiæ concurrant percipi facilius poteſt, ſi ſuppoſuerimus vniuſcuiuſque ſcientiæ, ſiue ſubalternata ſit, ſiue nō ſubiectū vnicū oportere eſſe, vnicū aūt nō qualicunq; vnitate, ſed vnitate rationis formalis, quoniam ab illa vnitate ſumitur ſcientia ipſa, & ꝑ illam ab aliis diſtinguitur; hoc enim ſtante ſtatim habemus quod nil obſtat res quantumcunque diſtantes vni ſubiici ſcientiæ, ſi vnica ratione formali eas conſiderat, quod oportet coniunctum illud, quod ponitur ſubiectū ſubalternatæ ſub vnica ratione formali ſubiectum eſſe. Quod qualiter ſit, ſic accipiendum eſt. Coniunctum ex rebus diuerſorū generum multipliciter poteſt intelligi eſſe ſubiectum in ſcientia, ſeu cadere ſub vna ſcientia, ut ſubiectum. Primo, ita ꝙ totum aggregatum ſub vtriuſq; ratione ſubiectū ſit, & hoc eſt impoſſibile, quia nō eſſet vna ratio formalis obiectiua in vna ſcientia, & propterea diximus, ꝙ nec aggregatum ex ſubiecto & accidēte, nec ex ſubiecto & proprio ſubiectum eſſe poteſt. Secūdo ita quod totum aggregatum, vt partes eius adunantur in tertio, ſubiectum ſit, & hoc deſtruit ſeipſum ſi enim vt adunantur in tertio, ſubiectum ſunt, neque ipſam aggregatum, neq; partes eius ſubiectū ſunt, ſed illud tertiū, ſiue illud tertium ſit magis uniuerſale, ſiue ſubiectum commune vtrique, ſiue accidēs cōe, ſiue cauſa cōis, &c. niſi forte quis dicat, ꝙ quia illud tertium innominatū eſt, illud coniunctū ſubiectū dr̄ circūloquendo tertiū innominatum, ſed hoc in ꝓpoſito dicere, fingere, & ſugere potius videtur quam veritatem ſectari. Tertio ita, quod totum aggregatum ſubiiciatur, ſed vna pars ut ſtat ſub ratione alterius, ita qđ ratio vnius partis ꝑ ſe attingaſ, alterius vero non, niſi per accidens, ſicut homo albus videtur, eo ꝙ album per ſe videtur, cui vt ſic accidit eſſe hominem, & hoc etiam deſtruit ſeipſum proprie loquendo, eo quod hoc modo ſubiectum non eſt totum aggregatum, ſed illa tantum eius pars, quæ eſt ratio obiectiua. Eſt etiam contra communem aſſignationem obiectorum potentiis & habitibus: non enim dicimus, quod ſubſtantia colorata ſit obiectum viſus, nec quod ſubſtantia quanta ſit ſubiectum mathematicę, ſed coloratum obiectum viſui, & quantum mathematicæ ſubiectum damus. Quarto ita quod totum aggregatum ſubiiciantur, & utraque pars per ſe attingatur, ut una tamen rationem alterius ingreditur, uel ab alia per ſe dependet, & hoc non poteſt inueniri in omni coniuncto ex rebus diuerſorum generum, quoniam ad hoc exigitur quod inter partes coniuncti ſit per ſe connexio ex parte alterius extremi non ſolū ineſſe naturæ, ſed ut attingitur a tali habitu, aliter per la non attingeretur utrumque, & conſequenter, quod unū alterum in ſui ratione ſuſcipiat, uel ab illo per ſe dependeat. Et hoc modo uidetur mihi, quod ſubiectum ſubalternatæ aggreget res diuerſorum generum, & habeat unicam rationem formalem (quod ut clarius fiat) exēplariter declaratur. Subiectum Muſicæ eſt hoc coniunctum numerus ſonotus: conſtat autem quod muſicus non conſiderat ſonum in eo quod ſonum, quoniam hoc phyſici eſt, neque numerum in eo quod numerum, eo quod arithmetici eſt, ſed conſiderat numerum in ſonis, ideſt ut facit ſonorum differentias, uel magis proprie loquendo ſonum ut proportionalem ſecundum numerum. Conſiderare autem ſonum ut proportionalem clare patet quod eſt attingere, & ſonum & numerum per ſe & ſonum ut dependet a numeralibus proportionibus, & quod eſt unica ratio formalis. Attingi uero dixi utrunque per ſe, eo ꝙ numerales proportiones ſunt media muſicalia, & ſonora ſunt concluſiones, ad quas illa media applicantur, & quia (numeralis proportio) eſt ratio ſoni quod attingatur a muſico, & ſonus eſt ratio numerali proportioni qđ ab eodem accipiatur, licet diuerſimode, quia primum ut formale ſecundum ut materiale hoc facit, & ſimile eſt in proſpectiua reſpectu geometriæ. Vnicam uero

rationem

rationem formalem dixi non alterius partis, nec vtriuſq; nec alterius tertij, ſed vt vna pars ab altera per ſe dependet, ſeu ut partes ſunt ſibi inuicẽ coaptaptæ propter hoc ꝙ vna alterius rõnẽ penetrat, & illius dr̃ias facit &c. Et licet ita ſit, ꝙ.ſ. ſubiectum ſubalternatę vnicam habet rõnẽ formalẽ obiectiuã, quia tñ res diuerſorum generũ cõtinet, iõ diximus ſuperius in cap. 10. ꝙ ea quæ ſunt ſuperioris non contracte ſumpta, non per ſe inſunt ſubalternatis rõne dr̃iæ accidentalis additæ. Stant liquidem hæc duo ſimul, eo ꝙ dr̃ia illa, cum extranei generis ſit, nõ habet ex ſuo genere ꝙ illa, quæ ſubalternantis per ſe ſibi conueniant, ſed hoc habet ex eo quod ſuperiori coniuncta eſt. Ex dictis ergo patet, ꝙ ob ſubalternationẽ ſcientiarum poſt tres conditiones ab antiquis poſitas oportet addere quartam, quæ eſt fundamentum eius, quã addidit S. Tho. & non differt ab ea, niſi ſicut fundamentũ a fundato, dicemus igitur, ꝙ oportet primo ſubiectũ contineri ſub ſubiecto &c. ſecundo, ꝙ dr̃ia cõtrahens ſit extra naturam contracti, tertio quod non ſit eius paſſio, quarto quod ꝑ ſe dependeat ab illo &c. ex hoc.n. ſeqtur quod principia iſtius accipiantur ab illo, & ꝙ ille nouit eorum propter quid, qm̃ nouit id, a quo dependent, qđ a S. Thom. erat additum, & ad claritatem quinto loco ponatur quod.ſ. ſubalternans dicat propter quid principiorum ſubalternatę, quorum ipſa accipit, quia, & ſic manifeſtum eſt, quæ ſit connexio inter ſubalternans & ſubalternatum, & q̃uo ſubalternatæ ſubiectum ſit unum, & quid ſit vnam ſciẽtiam ſubalternari alteri. Et nota ꝙ de ſubalternatione proprie loqmur, vt Ariſtoteles locutus eſt, & non extenſo uocabulo ad omnem modum, quo vna ſcientia ab altera mendicat, q̃uo dicitur a quibuſdam quod chrirurgia ſubalternatur geometriæ quo ad illam concluſionem, vulnera circularia &c. & diſtinguitur ab eis ſubalternatio quo ad modum ſciendi, uel quo ad ſubiectum uel principia.

Cap. 10. circa medium. circa.t.c.23.

Quę requiruntur ad ſubalternantem veram.

## De ſyllogiſtica forma demonſtrationis. Cap. 14.

*Figurarum autem maxime ſcientialis eſt prima, Mathematicæ namque ſcientiæ per hanc demonſtrationes ferũt, vt Arithmetica, & Geometria, & Perſpectiua, & fere dixerim, quæcunque ipſius propter quid conſiderationem faciunt. aut enim omnino, aut plurimum, & in plurimis per hanc figuram ipſius propter quid fit ſyllogiſmus, quare & propter hoc erit vtique maxime ſcientialis, maxime n. namque propriũ ipſius ſcire eſt propter quid ſpeculari. Poſtea & ipſius quid eſt ſcientiam per ſolam hanc venari poſſibile, in media enim figura non fit prædicatiuus ſyllogiſmus, ipſius vero quid, eſt, ſcientia affirmationis, in vltima autem fit quidem, ſed non vniuerſaliter ipſum autem quid eſt uniuerſalium eſt, non enim homo aliquo mõ eſt animal bipes. Amplius hæc quidẽ illarũ nihil indiget, illæ vero per hanc cõdenſatur & augẽtur quouſq; ad immediata uenerint. Manifeſtũ itaq; quod ad ſciendũ maxime proprie eſt prima figura. Quemadmodũ uero contingebat A ineſſe B indiuidue, ita & non ineſſe accidit, dico autem indiuidue ineſſe aut nõ ineſſe, eo quod non eſt ipſorum medium: ſic enim non erit ſecũdum aliud ineſſe aut non ineſſe. Quando igitur aut A aut B in toto aliquo ſit, aut & ambo, non contingit A ipſi B primo nõ ineſſe. ſit enim A in toto C, ſi igitur C non eſt in toto C (contingit enim ipſum quidem A eſſe in aliquo toto; ipſum uero B non eſſe in hoc) ſyllogiſmus erit, quod A ipſi B non inſit, ſi n. C, A quidem omni, ipſi uero B nulli, A nulli eorum, quæ B, Conſimiliter autem & ſi B in toto aliquo eſt, ut in D, ipſum namq; D, oĩ B, ineſt, ipſi aũt A nulli ipſum B quare ipſum A nulli eorũ, quæ B, inerit per ſyllogiſmũ, eodem pacto monſtrabitur & ſi ambo in toto aliquo ſint. Quod autem contingit ipſum B non eſſe in quo toto eſt A, aut rurſus A, in quo eſt B, manifeſtum ex coordinationibus, quæcunque non commutantur ad ſe inuicem. Si enim nullum eorum, quæ ſunt in A C D coordinatione, de nullo prædicatur eorum, quæ ſunt in B E F ipſum vero A in toto eſt H coordinato exiſtenti, planum, quod B non erit in H. commutarentur enim coordinationes, conſimiliter autem & ſi B in toto aliqua eſt. Si vero neutrum ſit in toto nullo, non inſit autem A ipſi B, neceſſe eſt indiuidue, non ineſſe. Si enim erit aliquod medium, neceſſe alterum ipſorum in toto aliquo eſſe, aut .n. in prima figura, aut in media erit ſyllogiſmus, ſiquidem igitur in prima B erit in toto aliquo affirmatiuam namque oportet, quæ ad hac, propoſitionem fieri, ſin autem in media vtrunque cõtingerit. ab vtraque enim accepto priuato, efficitur ſyllogiſmus, ambabus vero negatiuis exiſtentibus non erit. Planum itaque, quod contingit aliud alij non ineſſe indiuidue. & quando contingit, & quomodo diximus.*

## Summa huius capituli hęc eſt.

Figurarum magis faciens ſcire, maxime prima eſt, probatur a poſteriori, quia aut omnino, aut ſicut frequẽtius, & in pluribus per hanc figuram fit propter quid ſyllogiſmus, declaratur hoc inductiue, quia mathematicæ ſ. arithmetica, geometria perſpectiua & fere &c. ſecundo quia ipſius quod quid eſt ſcientia per ſolam primam venari poſſibile eſt. declaratur ly ſolam, quoniam ſcĩa qđ quid eſt affirmationis eſt, in ſecunda aũt fit ſyllogiſmus affirmatiuus, & qm̃ quod quid eſt vniuerſaliũ, in tertia aũt non concluditur vniuerſaliter, tertio quia prima aliis non indiget, illæ autem per hanc denſantur & augmentantur quouſque in immediata, ueniant. 1. concluſio.

Sicut datur uniuerſalis affirmatiua ita & negatiua &c. Propoſi.

Quando prędicatum aut ſubiectum in quodam toto eſt, aut ambo, non fit propoſitio negatiua immediata, ꝓbatur a priori, quia tunc ſemper eſt medium, per quod vnum negatur ab alio, declaratur hoc in omnibus dictis modis, in terminis ſemper ponendo illud totum pro medio &c. in terminis aũt A prædicato, B ſubicto, C toto reſpectu prædicati, & medio D, toto reſpectu ſubiecti & medio. Contingit ſubiectum non eſſe in quo toto eſt ꝓdicatum, ꝙ econuerſo, declaratur a poſteriori, quia coordinationes non commutantur adinuicem, ita quod nihil vnius prędicatur de aliquo alterius, patet in terminis A C D E; & B C, ſ. cordinationibus duabus, & ꝑ; capite primę coordinationis. Sed negatiuæ vere, nec ſubiectũ, nec prædicatũ eſt in toto nullo, neceſſe eſt uniuerſalẽ negatiuam eſſe immediatam, probatur a deſtructione, ſeu oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis, quia.ſ. ſi medium habet aut ſubiectũ, aut prædicatum in quodã toto erit, hæc ſequela probatur quoniam aut in prima aut in ſecunda figura ſyllogizari uniuerſalem negatiuam oportet, & in prima ſubiectum in quodam toto eẽ oportet, quoniam minor ibi ſemper affirmatiua eſt, & in ſecũda indifferenter ſubiectum, uel prædicatum in quodam toto eſſe oportet, quia utriuſque negatione ſyllogiſmus fit ibi, & utranque ſimul negatiuam eſſe eſt impoſſibile. Declaratur in terminis A prædicato, B ſubiecto & C, medio. 2. concluſio. concluſio ſuppoſita. 3. concluſio

## Series autem hęc eſt.

INTENDENS de forma ſyllogyſtica maxime congrua demonſtrationi tractare, qm̃ ſyllogiſmus quidam demonſtratio eſt, duo facit, primo vnica concluſione tribus rationibus primam figuram maxime vtilem demonſtrationi aſſerit, ſecundo, qm̃ in prima figura ex negatiuis proceditur, & oportet demõſtrationem ex immediatis fieri, intendes, ꝙ negatiuæ ſunt immediatæ, declarare proponit hoc, & quia oppoſitorũ eadem eſt diſciplina, tres modos negatiuæ mediatę in ſecunda concluſione

declarat &c. addens quandam concluſionem, quam ſupponit. Et ſic tandem quæ ſit negatiua immediata, tertia concluſione explanat.

**Num altero extremorum exiſtente in quodam toto fiat negatiua mediata.**

circa.2. c.5. & 6. Circa ſecundam concluſionem dubitatur quomodo ſit verum quod altero extremorũ exiſtẽte in quodã toto reddatur propoſitio negatiua media. hoc.n. vr̃ contra ſuperius determinata in c. ſecũdo, & tertio arguẽdo ſic, nulla propoſitio, cuius rationibus terminorũ pro terminis poſitis redditur immediata eſt mediata: propoſitio negatiua, cuius alterum uel utrunque extremorum eſt in toto, poſitis rationibus extremorum pro terminis, multoties redditur immediata: ergo huiuſmodi propoſitiones non ſunt mediatæ, ſed immediatæ. Maior ex ſupra dictis habetur: minor declaratur exemplariter in iſta linea non eſt qualitas ponendo loco lineæ quantitas. A B C. conſtat enim quod cum illa ſit immediata, ſ. quantitas non eſt qualitas, vt Ariſt. docet in hoc capitulo. iſtam ẽt oportet eſſe immediatam quantitas ABC, non eſt qualitas. Ad hoc dubium, quod ideo motum eſt vt attenti & conformes ſuperioribus reddamur, dicitur quod ratio adducta verum concludit & cogit loquendum de propoſitione immediata ſecundum ſe, non autem de immediata ſecundum rationem, ſeu ratione noſtri. regulam ſiquidem illam, quæ in maiori aſſumitur, uniuerſaliter veram eſſe probauimus (ſuperius in locis allegatis) vbi & terminos, quibus vtimur declarauimus. Sic ergo quoniam Ariſtot. de mediatis & immediatis ſecundum rationẽ loquebatur, ideo illas etiam mediatas dixit, quæ ſecundũ ſe immediatæ ſunt, quare autem de mediatis & immediatis ſecundum rationem loquatur nõ ſecundũ ſe ſuperius diximus, quia. ſ. conforme nobis inſtrumentum fabricabat.

**Num res vnius prædicamenti prædicari poſſit de re alterius prædicamenti.**

Circa illius concluſionis ſuppoſitę declarationem, dubiũ primo accideret an capita coordinationũ prædicamentalium habeant aliquid ſuperius. Sed quia hoc methaphyſicale eſt, illucuſque differatur. Dubium ſecũdo eſſet an ſecundum veritatem prædicamenta ſint impermiſta, ita quod nihil quod in vno eſt in altero ſit. ſed quoniam hoc quoque metaphyſicę perſcrutationis eſt

T.c.9. dimittatur. Dubitatiuncula quoque oritur qũo ſit verũ quod nihil vnius prædicamenti prædicatur de aliquo alterius, cum non ſolum per accidens, ſed per ſe nedum in ſecundo modo perſeitatis ſed etiam in primo, vt ſupra dixit Ariſt. in c.4. res unius prædicamenti prædicetur de re alterius. Ad hoc breuiter dr̃, ꝙ intelligitur de prædicatione per ſe in primo modo intrinſece, licet.n. linea prædicetur de triangulo in primo modo, non tamen intrinſece, ſed ut extra eſſentiam eius. Dicitur ſecundo, ꝙ intelligitur de prædicatione quacunque in recto, tum & vera & formali, quod addo propter eos, qui tenent prædicamenta eſſe idem realiter. Et intelligitur de his quæ proprie ſunt in prædicamentis non denominationibus ab illis ſumptis. nec albedo namque nec riſibilitas prædicatur de homine, ſed album, & riſibile, & ſimiliter linea non prædicatur de triangulo, ſed rectilineum & huiuſmodi. Et hoc magis ſonant ipſa Ariſtotelis verba, vtrunque tamen verum eſt.

**Quot modis contingat vnam negatiuam propoſitionem eſſe immediatam.**

Circa tertiam concluſionem aduerte, ꝙ propoſitionem negatiuam eſſe immediatam dupliciter cõtingit ſcilicet cum extra in nullo toto vniuerſali ſunt, vt ſubſtantia non eſt quantitas, & quando immediate ſunt ſub aliquo, ut rationale non eſt irrationale. Et ſi diligentius perſcrutati fuerimus textũ Ariſtotelis nõ primũ tm̃ modum, ſed etiam ſecundum inſinuauit intelligendo per ly eſſe in toto, non abſolute, ſed ratione cuius negatur ab illo, vel illud negatur ab eo, & ſimiliter per ly nõ eſſe in toto rõne cuius negetur ab illo, vel id ab eo. hoc aũt, quia contingit dupliciter. ſ. uel qñ non in toto non ſunt; vel quando in toto quidem ſunt, ſed non tali ratione cuius negatio inſit alterius, ideo negatiua immediata contingit dupliciter. Eſt aũt hic ſenſus abſque dubio verus, & Ariſto. idcirco attributus, qm̃ in calce capituli epilogans ait ſe diuiſſe, quando & quo ſit negatiua immediata. innuens ſe ſufficienter tradidiſſe, quando hoc cõtingat. ſufficientem aũt doctrinam non video, niſi ſupradicta ſententia eius ſit & forte inſinuauit hunc ſenſum, per ly quędam, & ly nullo, cum dixit toto quodam, & toto nullo, vt addendo (ly quodam) oſtendat ſe accipere eſſe in toto non ſimpliciter, ſed tali rõne, cuius negetur, & apponendo ly nullo, oſtendat ſe loqui de non eſſe toto, quod negationis ratio ſit. Et ſm̃ hoc per coordinationes, quæ non commuttantur adinuicem non arctamur ad intelligendum prædicamenta tm̃, ſed quaſcunque etiam in eodem prædicamento, quæ ad inuicem non cõmuttantur, propter quod Ariſt. categorias in ſpeciali non nominat, ſed communi vocabulo coordinationes.

**Quomodo vere medium oporteat eſſe diſtinctum ab vtroque extremo.**

Circa eandem concluſionem aduertẽdum eſt, qđ ex hoc loco firmatur quod ſuperius tradidimus. ſ. ꝙ vere medium demonſtrationis debet eſſe formaliter diſtinctum ab vtroque extremorum. Deducitur autẽ hoc ex hoc loco ſic, propoſitio negatiua uera habens neutrũ extremorum in toto eſt immediata, & cũ talis, habet medium indiſtinctum formaliter ab altero extremorum, ergo tale medium non eſt vere medium, quod reddat propoſitionem mediatam, conſequentia eſt euidens ex terminis, antecedens quo ad primam partem eſt Ariſt. in litera, quo ad ſecundam vero exemplariter oſtẽditur in vtroq; genere immediatarũ. Primo, quando extrema non ſunt ſimpliciter in toto, vt nulla ſubſtantia eſt quantitas. rõ.n. ſubſtantiæ ſeu eius cõceptus formalis diſtinctus medium eſſe poteſt, conſtat namque ſubſtantiam concipi poſſe conceptu proprio confuſe & diſtincte (ut alibi hoc declarauimus) & ſimiliter conſtat conceptum formalem diſtinctum alicuius non diſtingui formaliter ab illo. uocato ergo concepto illo A ſyllogizabitur ſic, nullum A eſt quantitas, omnis ſubſtantia eſt A, ergo nulla ſubſtantia eſt quantitas, eſt ergo ibi medium indiſtinctum formaliter. Secundo quando extrema non ſunt in toto per quod alterum negetur, vt nulla albedo eſt nigredo: ratio n. albedinis ſeu eius propria & conſtitutiua differentia, medium eſſe põt indiſtinctum, tamen formaliter, vt diximus. Nec obſtat propoſito ſi quis dicat omnem differentiam eſſe totum uniuerſale ſpeciei, quia dr̃ia prædicatur de pluribus &c. Tum quia clarum eſt ꝙ dr̃ia non eſt totum vniuerſale diffiniti. Tum quia fatuum eſt dicere, ꝙ differentia propria ſpeciei athomæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. penuria.n. dr̃iarum propriarum verificat forte omnem differentiam eſſe in plurib. Dr̃ ergo propoſitio immediata ſm̃ Ariſtotelẽ, quæ caret priori medio formaliter diſtincto ab extremis, licet aliquo modo medium habeat ſecundum rationem, non tamen hoc conſtituit propoſitionem immediatam ſecundum ſe aut quo ad nos uniuerſaliter, ſed latitudinẽ mediatarũ quo ad nos oſtendit, & diuerſam rationem mediationis & immediationis, dũ aliquæ propter medium diſtincte cognitum tm̃, quãdo. ſ. medium eſt ſola diffinitio, & aliquæ ẽt propter medium formaliter diſtinctũ, clauſum tamen in extremo quando. ſ. mediũ eſt aliquod ſuperius mediatæ nobis fiunt, & ſic quæ hac ratione immediatæ nobis ſunt, mediatæ illa alia ratione remaneant.

In de ente & eſſentia prohemio q.4.

## De ignorantia demonſtratiua. Cap. 15.

*IGnorantia vero, quæ non ſecundum negationem, ſed ſecundum diſpoſitionem dicitur, eſt quidem deceptio, quæ per ſyllogiſmū fit. Hæc autem in primo quidem inexiſtentibus, aut non inexiſtentibus contingit dupliciter, aut enim quando ſimpliciter exiſtimet ineſſe, aut non ineſſe, aut quando per ſyllogiſmum accipiat ſuſpicionem, ſimplicis quidem igitur ſuſpicionis ſimplex eſt deceptio, eius vero quæ eſt per ſyllogiſmum plures. Non inſit, n. a, nulli eorum quę B indiuidue, ſi igitur ſyllogizet a, ineſſe ipſi b, medium accipiens c, deceptus erit per ſyllogiſmum. Contingit quidem igitur vtraſque propoſitiones eſſe falſas, contingit autem alteram ſolum. Si enim neque a, nulli eorum quæ c, inſit, neque c, nulli eorum quæ b: aſſumpta vero fuerit vtraque econuerſo, ambæ falſæ erunt. Euenit autem ita ſe habere c, ad a, & b, vt neque ſub a, ſit neque vniuerſaliter in b: impoſſibile nanque b, eſſe in toto aliquo, dicebatur enim a: primo ipſi non ineſſe: a, vero non neceſſe omnibus entibus ineſſe vniuerſaliter, quare ambæ falſæ. Sed & alteram contingit veram accipere, non tamen vtram volueris, ſed a, c, c, b, nanque propoſitio ſemper falſa erit, eo quod ipſum b, in nullo inſit, a, c, vero euenit, quemadmodum ſi a, & ipſi c, & ipſi b, inſit indiuidue, quando enim idem primo prædicetur de pluribus neutrum in neutro erit. Differt autem nihil, neque, ſi non indiuidue inſit. Deceptio quidē igitur inexiſtendi & per hæc, & ita fit ſolum, non enim erat in alia figura inexiſtēdi ſyllogiſmus. Quæ vero eſt non exiſtendi & in prima fit & in media figura. Primum itaque dicamus quot modis in prima fit, & quomodo ſe habentibus propoſitionibus. contingit quidem igitur vtriſque falſis exiſtentibus, quēadmodum ſi a & ipſi c, & ipſi b, inſit indiuidue. Si enim acceptum fuerit a, quidem nulli c, c, vero omni b, falſæ erunt propoſitiones. Contingit autem & altera falſa exiſtente, & hac vtrauis. Euenit enim a, c, quidem veram eſſe, c, b. vero falſam, a, c, quidem veram, quoniam non omnibus entibus ineſt a. c, b, vero falſam quoniam impoſſibile eſt c, ineſſe ipſi b, cui nulli ineſt a, non enim amplius vera erit a, c, propoſitio, ſimul autē ſi & ambæ ſunt veræ, & concluſio erit vera. Sed & c, b, contingit verā eſſe, altera exiſtente falſa, quemadmodum ſi b, & in c, & in a, eſt, neceſſe enim alterum ſub altero eſſe, quare ſi acceperit a, nulli eorum, quæ c, ineſſe, falſa erit propoſitio. Planum igitur quod altera falſa exiſtente, & vtriſque erit falſus ſyllogiſmus. In media autem figura, totas quidem eſſe propoſitiones ambas falſas non contingit, quando enim a, omni b, inſit, nihil erit accipere, quod alteri quidem omni, alteri vero nulli inerit. Oportet autem ſic accipere propoſitiones, ut huic quidem inſit, illi vero non inſit, ſi quidem erit ſyllogiſmus, ſi igitur ſic acceptæ falſæ, planum quod e contrario econuerſo ſe habebunt, hoc autem impoſſibile. In aliquo vero vtranque nihil probibet falſam eſſe quemadmodum ſi c, & a, & b, alicui inſit, Si enim a, quidem omni acceptum fuerit ineſſe: b, vero nulli; falſæ quidem ambæ propoſitiones non tamen totæ ſed in aliqua. Et econuerſo quoque poſito priuatiuo, conſimiliter. Alteram vero falſam eſſe, & utramuis contingit, quod enim ineſt a, omni, & b, ineſt. Si igitur acceptū fuerit ipſum c, ineſſe Si quidem toti a, toti vero b, non ineſſe; c, a, quidem vera erit, b, c, autem falſa rurſus, quod b, quidem nulli ineſt, neque a, omni inerit. ſi enim ipſi a, & ipſi b, ſed non inerat. igitur acceptum fuerit c, a, quidem toti ineſſe, b, vero nulli, b, c, quidem propoſito vera, altera autem falſa conſimiliter vero & tranſpoſitio priuatiuo, quod enim nulli ineſt a, neq; b, nulli inerit. Si igitur acceptū fuerit c, a, quidē toti non ineſſe, a, c, quidē propoſito vera erit, altera autem falſa. Et rurſus quod omni b, ineſt, accipere ineſſe nulli a, falſum, neceſſe enim ſi b, omni & a, alicui ineſſe. Si igitur acceptum fuerit c, ineſſe quidem omni b, nulli vero a, c, b, quidem vera erit, c, a, autem falſa. Planum igitur quod & ambabus exiſtentibus falſis, & altera ſolum erit ſyllogiſmus deceptorius in indiuiduis. In his vero quæ inſunt nō indiuidue, aut nō inſunt quādoquidem per proprium medium efficiatur falſi ſyllogiſmus, non poſſunt ambæ falſæ eſſe propoſitiones, ſed ea ſolū quæ eſt ad maius extremum. Dico autem proprium medium, per quod fit contradictionis ſyllogiſmus. Inſit enim a, ipſi b, per medium c, quoniam igitur neceſſe eſt c, b, affirmatiuam accipi, cum fit ſyllogiſmus, planum quod ſemper hæc erit vera non enim conuertitur, a, c, vero falſa, hæc enim conuerſa contrarius fit ſyllogiſmus. Conſimiliter autem & ſi ex alia coordinatione acceptum fuerit mediū vt d, licet in toto a, ſit, & de b, omni prædicetur, neceſſe enim d, b, quidem propoſitionem manere, alteram vero conuerti quare hæc quidem ſemper vera, illa autem ſemper falſa & quaſi talis deceptio eadem eſt ei, quæ eſt per proprium medium. Si vero non per proprium medium efficiatur ſyllogiſmus, quando ſub a, quidem ſit medium ipſi vero b, nulli inſit, neceſſe eſt falſas eſſe ambas, accipiendæ namque ſunt econtrario, quam ſe habent propoſitiones ſi debet ſyllogiſmus fieri, ſic autem acceptis, ambæ efficiuntur falſę, quemadmodum ſi a, quidem toti d, ineſt, d, vero nulli eorum, quæ b: his enim conuerſis, ſyllogiſmus erit & propoſitiones ambæ falſæ. Quando vero medium non ſit ſub a, vt d, a, d, quidem vera erit, d, b, autem falſa, nam a, d, quidem vera quoniam non erat in a, ipſum d, d, b, autem falſa quoniam ſi eſſet vera, & concluſio vera eſſet, ſed erat falſa. Sed cum per mediam figuram efficitur deceptio, ambas quidem non contingit falſas eſſe propoſitiones totas. Cum enim ſit b, ſub a, nihil contingit huic quidem omni, illi vero nulli ineſſe quemadmodū dictum eſt & prius. Alteram autem euenit, & utramlibet. Si enim c, & a, & b, inſit ſi acceptum fuerit, ipſi quidem a, ineſſe ipſi vero b, non ineſſe, a, c, quidem vera erit, altera autem falſa. Rurſus, ſi acceptum fuerit c, ipſi quidem b, ineſſe, a, vero nulli, b c, quidem vera erit, altera autem falſa. Si igitur priuatiuus ſit deceptionis ſyllogiſmus, dictū eſt, qū, & per quę erit deceptio. Si autem affirmatiuus, quandoquidem per proprium medium, impoſſibile ambas eſſe falſas, neceſſe eſt enim, c, b, manere, ſi quidem erit ſyllogiſmus, quemadmodum dictum eſt & prius, quare c, a, ſemper erit falſa, hęc enim eſt quæ conuertitur. conſimiliter autem & ſi ex alia coordinatione accipiatur medium, quemadmodum dictum eſt, & in priuatiua deceptione, neceſſe enim d, b, quidem manere, a, d, autem conuerti, & deceptio eadem eſt ei quæ prius. Quādo autem non per proprium, ſi d, quidem ſit ſub a, hæc quidem erit vera, altera autem falſa: euenit enim a pluribus ineſſe, quæ non ſunt ſub ſe inuicem, ſi vero non ſit d, ſub a, planum quidem quod hęc ſemper erit falſa, affirmatiua nanque accipitur, d, b, vero contingit & veram eſſe & falſam, nihil enim prohibet, a, quidem nulli d, ineſſe, d, vero ipſi b, omni, vt animal ſcientię, ſcientiam autem muſicæ. Neq; rurſus ſi neque a, nulli eorū, quæ d, neq; d, nulli eorum, quę b. Manifeſtum igitur, quod non exiſtente medio ſub a, & ambas euenit falſas eſſe, & vtram volueris. Quot igitur modis, & per quæ euenit fieri deceptiones, quæ ſecundum ſyllogiſmum, & in immediatis, & in ijs, quæ per demonſtrationem manifeſtum. Planum autem eſt, & quod ſi quis ſenſus defecerit, neceſſe & ſcientiam aliquam deficere, quam impoſſibile eſt accipere, ſiquidem addiſcimus, aut inductione, aut demonſtratione. Eſt autem demonſtratio ex uniuerſalibus, inductio vero ex iis, quæ ſecundum partem, impoſſibile autem vniuerſalia ſpeculari niſi per inductionem, quoniam & quæ ex abſtractione dicuntur, erunt per inductionem nota, ſi quis voluerit nota facere,*

quod

*quod inſunt vnicuique generi nonnulla, & ſi non ſeparabilia ſunt, ſecundum quod tale hoc vnumquodque, inducere autem non habentes ſenſum, impoſſibile. ſingularium namque ſenſus eſt, non enim contingit accipere ipſorum ſcientiam, neque enim ex vniuerſalibus ſine inductione, neque per inductionem ſine ſenſu,*

## Summa huius capituli hæc eſt.

Prima propoſitio. IGnorantia non ſecundum negationem, ſed ſm diſpoſitionem dicta per ſyllogiſſimum eſt facta, deceptio.

Secunda. Ignorantia ſecundum diſpoſitionem in his, quæ ſunt primo, aut non ſunt contingit dupliciter, ſ. cum ſimpliciter & cum per ſyllogiſmum accipitur opinio falſa.

Tertia. Simplicis opinionis eſt ſimplex deceptio, eius autem, quæ eſt per ſyllogiſmum plures ſunt.

Propoſitione vniuerſali vera negatiua & immediata
1. concluſio. exiſtente affirmatiuam vniuerſalem oppoſitam ſyllogizans per aliqđ medium deceptus eſt per ſyllogiſmũ, patet in terminis gñalib. A primo B tertio, & C medio &c.

Declaratio. Contingit in hmői ſyllogiſmis vtraſq; propoſitiones eſſe falſas, contingit & alteram tantũ, primum declaratur dupliciter, contingere. ſ. qñ A primum nulli cõtento ſub medio conuenit, & ſimiliter mediũ nulli cõtẽto ſub tertio. vtraque. n. tunc accepta C, contraria ſunt. Et quãdo medium non eſt ſub primo, & eſt non continens totum tertium. minor. n. tunc neceſſario eſt falſa, quoniam tertium in nullo eſt ſecundum veritatem, quoniam iam dictum eſt primum immediate negari A tertio ſecundum veritatem. Maior quoque eſt falſa, quia non eſt neceſſe primum ineſſe omnib. &c. patent hæc in terminis generalibus A primo B tertio, & C medio &c. ſecundum aũt ſcilicet contingit alteram tm̃ eſſe falſam, verificatur non indifferenter, ſed quo ad minorem tantum. Maior. n. poteſt eſſe vera, Minor autem eſt neceſſario falſa, probatur hoc quia totum in nullo toto, eſt probatur illud, primo immediate exiſtente in medio, & tertio.

Regula generalis. Cum primum prædicetur idem de pluribus neutrum in neutro erit, patent hæc in terminis generalibus A primo B tertio: C medio &c. Differt autem nihil neq; ſi nõ indiuidualiter inſit &c.

2. concluſio. Negatiue vniuerſalis oppoſitæ affirmatiue vniuerſali veræ & immediatæ deceptio fit in prima & media figura. in prima quidem tripliciter, primo ex utraque falſa declaratur hoc, primo immediate exiſtente in medio & in tertio &c. ſecundo ex maiore vera, & minore falſa. Declaratur, maior vera eſſe poteſt, qm̃ primum non ineſt omnib. quæ ſunt. Minor aũt falſa neceſſario, maiore exiſtente vera eſt. Tum quoniã impoſſibile eſt in tertio eſſe medium in quo nullo eſt primum. Maior enim eſſet falſa, ſi minor eſſet vera. Tum qm̃ ſi vtraque eſſet vera, concluſio non erit falſa, tertio contingit ex minore vera & maiore falſa. Declaratur hoc tertio ſubiecto primo, & medio exiſtente ordine quodam, itam quod tertium ſub primo & primum ſub medio ſit. patent hæc omnia in terminis generalibus A primo, B tertio & C medio.

3. concluſio In media aũt figura, totas eſſe propoſitiones vtraſque falſas non contingit, probatur, qm̃ inter terminos uniuerſalis affirmatiuæ veræ, & immediatæ, cuius negatiua contraria concludenda eſt nullum medium poteſt inueniri quod toti inſit primo, & nulli inſit tertio, vel ecõuerſo. Si autem in media figura fiat ſyllogiſmus, oportet ſic aſſumere medium, conſequenter ſi ambæ erunt totaliter falſæ, earum contrariæ erunt veræ, & conſequenter, cum illa vniuerſalis affirmatiua ſupponatur uera, dabitur medium inter eius terminos, quod vere nulli primo ineſt & omni tertio, vel econuerſo, quod eſt impoſſibile &c.

4. concluſio Contingit tamen in huiuſmodi vtranque eſſe falſam in quodam. declaratur, medio exiſtente in primo & tertio particulariter &c.

5. concluſio Contingit & in huiuſmodi alteram eſſe falſam, & quãlibet indifferenter, primo declaratur in ſecũdo ſcilicet cameſtres, quod maior ſit vera & minor falſa, medio in toto primo in exiſtente probatur, quoniã quod omni ineſt primo, omni tertio ineſſe ſupponitur quod vere econuerſo. Minor vera, & maior falſa, patet medio in nullo tertio exiſtente, probatur. Si enim in nullo eſt tertio neque in primo toto erit, quoniam quod in primo omni ineſt, in tertio eſt, quod eſt oppoſitum antecedentis &c. Declaratur deinde & in primo eiuſdem ſcilicet ceſare, quod maior vera, & minor falſa, medio in nullo primo exiſtente. probatur, quoniam quod in nullo eſt primo, in nullo eſſe tertio ſupponitur. Quod vero minor vera & maior falſa, medio in toto tertio exiſtente, probatur, quoniam quod omni tertio ineſt, falſum eſt in nullo primo eſſe, oportet enim ſaltem in quodam primo ineſſe.

Ex vtriſque ergo falſis & altera tãtum fit ſyllogiſmus epillogus.
deceptiuus in indiuiduis &c.

In his autem, quæ non indiuidua ſunt, negatiuam con 6. concluſio
trariam affirmatiue vere & mediare per mediũ propriũ in prima figura eſt impoſſibile concludere ex vtriſq; falſis, ſed maiore tantum falſa, probatur, quia in ſyllogiſmo falſitatis minor affirmatiua remanet, maior vero cõuertitur in oppoſitam qualitatem reſpectu ſyllogiſmi veritatis &c.

Per medium ex alia coordinatione in quo tamen to- 7. concluſio
to eſt primũ & de tertio toto dicitur, ſimili modo fit deceptionis ſyllogiſmus. Declaratur eadem ratione &c.

Per medium non proprium ſeu extraneum vtranque 8. concluſio
neceſſe eſt quandoque eſſe falſam, qñ ſcilicet mediũ eſt ſub primo, & in nullo tertio, probatur, quoniam contrariæ ſeu conuerſæ in oppoſitam qualitatem aſſumendæ ſunt in ſyllogiſmo falſitatis, quandoque uero maiorẽ cõtingit eſſe veram & minorem falſam, qñ. ſ. medium extraneum non eſt ſub primo, probatur, quia niſi minor eſſet falſa concluſio eſſet uera contra hypotheſim.

In media autem figura ſyllogiſmus deceptionis nega 9. concluſio
tiuæ huiuſmodi contrariæ. ſ. affirmatiuæ mediatę, nõ põt eſſe ex vtriſque totaliter falſis. probatur, quia impoſſibile eſt medium inuenire, quod totaliter inſit primo, & nulli tertio, uel econuerſo, ut dictum ſupra, ex altera uero totaliter falſa & quacunque eſſe poteſt. Declaratur medio exiſtente in primo toto, & tertio toto, & hoc patet in ſecundo & in primo ſecundæ &c.

Affirmatiuam contrariam vniuerſali negatiuæ veræ 10. cõcluſio.
& mediate ſyllogiſmus deceptionis per propriũ mediũ ex vtraque falſa concludere nõ poteſt, probatur, quia minor manet eadem, quæ erat in ſyllogiſmo veritatis contrariæ, maiorem autem conuerſam eſſe oportet in oppoſitam qualitatem, ut dictum eſt prius, ſicut & concluſionem, in primo. n. primæ hoc tantum fieri poſſe patet.

Per mediũ ex alia coordinatione, ſimili tamen proprio 11. cõcluſio
. ſ. in quo nullo eſt primum, & quod toti ineſt tertio ſimiliter fit deceptio vt & ſupra dictũ eſt, in negatiuis eadẽ ratione, quia. ſ. minor manet, & maior conuertitur &c.

Per medium non proprium ſeu extraneum quando- epilogus.
que minorem neceſſe eſt eſſe falſam, quando. ſ. medium ſub primo cõtinetur, poteſt. n. A in pluribus eſſe, quæ nõ ſunt ſubinuicem, quandoque autem maiorem oportet eſſe & falſam, qñ. ſ. mediũ non eſt ſub primo, qm̃ affirmatiua aſſumitur. Minorem vero tũc contingit ueram eſſe & falſam, ueram quidem medio non exiſtẽte ſub primo, & inexiſtente tertio, vt ſcientia reſpectu animalis ut primi, & muſicæ ut tertii, falſam vero medio neque ſub primo, neque in tertio exiſtente, patent hęc omnia in terminis generalibus A primo: B tertio, & C medio &c.

Quot modis, & per quę ſyllogiſmus deceptionis in im 12. cõcluſio
mediatis & mediatis, per demonſtrationem fiat manifeſtum eſt ex dictis.

Si quis ſenſus defecerit, neceſſe eſt, & aliquam ſcientiã deficere, quam impoſſibile eſt acquirere, ſi vere addiſcimus &c. probatur a priori, qm̃ deficiet inductio, & conſequenter demonſtratio, probatur, quoniam uniuerſalia,

ex quibus

ex quibus eſt demonſtratio, impoſſibile eſt abſque inductione ſpeculari, probatur, qm̃ & quæ per abſtractionẽ dicuntur, inductione nota fiunt, probatur, qm̃ in vnoquoque genere non ſunt ſeparabilia quædam ſecundum qđ vnumquodque illorum habet eſſe. Inducere autem non habentes ſenſum, eſt impoſſibile, probatur: quoniã ſingularium proprie ſenſus eſt &c.

## Series autem hęc eſt.

QVONIAM oppoſitorũ eadem eſt diſciplina, determinare intendit in hoc c. de ignorantia oppoſita demõſtrationi ſcientificæ, & quatuor facit. Primo nanque primis tribus propoſitionibus ignorantiam multiplicem & multis modis contingere declarat, ſecundo qũo fit ignorantia deceptionis per ſyllogiſmum quo ad immediatas propõnes, quatuor principalibus cõcluſionib. immediate ſequentibus docet tali ordine. Prima concluſione declarat qũo affirmatiua falſa oppoſita negatiuæ vere & immediate ſyllogizetur, inſerens ibi regulam diuiſionis generalem. Scđa qũo negatiua falſa oppoſita affirmatiuæ vere & immediate ſyllogizetur in prima figura, tertia vero, quarta, & quinta, in ſecũda, &c. tertio qũo deceptio p ſyllogiſmũ fit quoad mediatas propõnes ſeptẽ ſequentib. concluſionibus inſinuat tali ordine, qm̃ primo oſtendit qũo negatiua falſa oppoſita affirmatiuæ veræ & mediatæ ſyllogizetur in prima figura, tribus ſequentibus concluſionibus, ſ. ſexta per medium proprium illi affirmatiuæ veræ, ſeptima per medium ſimile proprio, octaua per medium extraneũ, & qũo in ſecunda figura nona concluſione deinde qũo affirmatiua falſa cõtraria negatiuæ vere & mediate ſyllogizetur, tribus aliis ſequentibus concluſionib. decima per proprium modum ipſius negatiuæ, vndecima per ſimile proprio, duodecima per extraneum, quarto & vltimo quomodo accidat ignorantia negationis vltima concluſione determinat, &c.

### Num ignorantia ſecundum diſpoſitionem ſit per ſyllogiſmũ facta deceptio.

Circa principium huius capituli dubitatur, quoniam Ariſt. diffiniens ignorantiam prauæ diſpoſitionis ait, quod eſt per ſyllogiſmum facta deceptio, & deinde diuidens eam diſtinguit eam, quæ fit ſimpliciter, & eam quæ fit per ſyllogiſmum; expreſſe ſiquidem alterum mẽbrum diuiſionis repugnat diffinitioni & econuerſo, vt patet. Ad hoc dicitur tripliciter ſuſtinendo quod ibi diffiniatur ignorantia ſecundum prauam diſpoſitionem, quod ſecundum S. Thom. expõnem ſuſtinere non oportet, primo, quia ignorantia ſm diſpoſitionem ut plurimum ex ſyllogiſmo fit, ideo per ſyllogiſmum tanquã eãm diffinita eſt more naturalium ſcientiarum, conſiderantium quod in pluribus inuenitur, & qm̃ etiam qñque cauſatur abſq; ſyllogiſmo &c. ideo diuiſa eſt in eam, quæ per ſyllogiſmum &c. Secundo dr̃ (& eſt reſponſio Alberti) ꝙ diffinitio illa non eſt data de ignorantia ſm diſpoſitionem vniuerſaliter, ſed ea, de qua intendimus loqui: intendimus aũt de illa, quæ per rationem fit, & nõ de illa, quæ propter proteruiam vel ineptitudinem complexionis accidit. Et ſm hæc non eſt idem oĩno diffinitum & diuiſũ, ſed rõ diffinitioni ſubdita eſt vt ſegregaret aliud membrũ ab intento a nobis. Poſſet tertio forte dici, qđ quia nullus operatur ſm quamcunque potentiã aſpiciẽs ad malum ſm Ariſt. & Dionyſiũ, ideo omnis ignorantia ſm diſpoſitionẽ ex aliqua ratione procedit. Tam proteruus.n. quam quicunque ineptus nonnulla ratione ducitur ad aſſentiendum magis huic parti quam alteri.

Sed qm̃ hoc contingit multipliciter, quia qñq; rõ cauſans falſam opinionem, non eſt ratio concludens illam concluſionem, ſed concludens aliud extraneum, ad quod tamen ſequitur aſſenſus iſtius ad falſum puta cum proteruus ne ſuperatus videatur, ét ſibi ipſi efficaciam rõnum verarum auertens, vel peruertens falſa aſſentire ſua libertate, vult, vt uere tamen. Quandoque rõ illa nil aliud q̃ quoddã virtuale ſeu habituale eſt mediũ, ſicut vidẽs ſtellas & nulla ratione motus loquens de quantitate earum dicit eas eſſe paruiores ſtella magna depicta, quaſi ex quantitate iſtius concludat quãtitatem illarũ, cuius ſimile pati vñr ineruditi & inepti, de quib. dr̃ in quarto metaphyſicæ, ꝙ non perſuaſi falſo aſſentiunt, quia inquã tot modis rõne falſo aſſentire contingit, & ſolum primus modus vere & proprie ſyllogiſmo vtitur, vt patet, ideo Ariſt. ad vtrumque inſinuandũ, duo fecit, qm̃ ad inſinuãdum, ꝙ oĩs error ex aliqua rõne aliquo mõ oritur, diffiniuit ignorãtiã ſm diſpõnem, q̃ nihil aliud eſt quã error p ſyllogiſmũ. Ad inſinuandũ aũt ꝙ aliquis error directe fit per ſyllogiſmũ, aliquis vero directe fit per proteruiã vel ineruditionem, quod eſt fieri non directe per ſyllogiſmũ, diuiſionem fecit ſupradictam & ſm hoc idẽ oĩno eſt diffinitũ & diuiſum, ſed non eodẽ mõ accipitur fieri p ſyllogiſmũ in deffinitione & diuiſione, & eodẽ mõ gloſſanda ſunt ſimilia verba antiquorum doctorum &c. Tex. co. 15.

### Quomodo & quando per medium extraneum contingat ſyllogizari minorem falſam.

Circa duodecimam concluſionem dubitatur quid intelligat Ariſt. per ly A, cum ad probandum hanc concluſionẽ, qñ ſyllogizatur affirmatiua falſa contraria negatiuæ veræ & mediatę per medium extraneum exiſtens ſub primo, minor neceſſario eſt falſa, aſſumunt qđ A, põt in plurib. eſſe, quæ nõ ſunt ſubinuicẽ. Si.n. per ly A, intelligit maiorem extremitatem, vel non eſt ad propoſitũ, vel male adducitur, qm̃ qñ dr̃ A, ideſt primum põt eſſe in pluribus, quæ non ſunt ſubinuicem, aut ly pluribus, ſupponit pro his, quibus non eſt opus ad confectionem talis ſyllogiſmi, & ſic dicit verum, ſed non ad propoſitum, ad ſyllogizandum ſiquidem iſtam, linea eſt numerus, per medium extraneum exiſtẽs ſub primo nil refert, an numerus poſſit ineſſe pluribus quæ non ſunt ſubinuicem, an non. Si enim numerus in dualitate tm̃ eſſet, nil minus diceretur, oĩs dualitas eſt numerus, oĩs linea eſt dualitas, ergo oĩs linea eſt numerus. Aut ly pluribus, ſupponit pro his quibus opus eſt ad illũ ſyllogiſmum. ſ. medio & tertio, & hoc quidẽ eſt ad propoſitum, qm̃ ſi primum ineſt plurib. q̃ non ſunt ſubinuicẽ, & vnum illorum aſſumatur ut medium, & alterũ ut tertiũ neceſſe eſt maiorẽ eſſe uerã, & minorem falſam, ut patet dicẽdo oĩs leo eſt animal, oĩs homo eſt leo, ergo &c. Sed tunc non habetur intentum, qm̃ concluſio eſt neceſſario vera, qm̃ primum enunciabitur de ſua parte ſubiectiua, quod eſt contra hypotheſim. Si autem per ly A intelligit aliquod aliud a maiori extremitate, tunc Ariſt. æquiuocationem commiſit, cum A loco primi in eadem rõne expreſſe vtatur, & ſi æquiuocatio cõcedatur, quæ erit via ad certitudinem ſumẽdam de uerbis Ariſtotelis, quoniã in terminis generalibus loquitur. Et præterea hoc eſt cõtra expoſitores illuſtres expreſſe exponentes A maiorẽ extremitatem.

Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ per A intellexit maiorem extremitatem, & per ly plura intendit medium & tertiũ non quo ad falſitatem concluſionis, ſed quo ad veritatẽ maioris & falſitatem minoris. Non enim Ariſt. adduxit directe illa uerba ad probandum directe niſi hoc tantũ, quod ſcilicet contingit medium extraneum ſumere exiſtens ſub primo & ſic fieri maiorem verãm, & minorẽ falſam, & hoc ſufficienter declaratur per illa uerba, & ſi hoc contingit concluſione exiſtente uera affirmatiua, a fortiori continget concluſione exiſtente affirmatiua falſa, & conſequenter indirecte declarauit intentum. Roboratur aũt reſponſio iſta ex ſuo ſimili, quod in hoc capitulo ſupra fecit Ariſt. ut S. Th. gloſſauit, & habetur ex Alberti uerbis diligenter enucleatis.

*Num contingit aliqua cognoſcere abſque inductione ex ſenſibilibus accepta.*

Vide c. 36. per totum. Itẽ. 12. me. c. 28. contra Auer. optime vide in libro de ente & eſſentia c. 6. q. 14. circa. t. c. 9. 15. 16.

CIrca finem capituli aduerte quod ſecunda opinio, quã deducit S. Th in expoſitione ſua eſſe cõtra doctrinam Ariſt. hic traditã, eſt opinio, quam finxit Auerrois in tertio de anima circa facilitatem noſtram in contemplatione ſubſtantiarum ſeparatarum, poſuit. n. ꝙ in poſtremo cognoſcemus ſubſtantias ſeparatas non per ſcientias ſpeculatiuas & ſenſibilia, ſed per coniunctionẽ cum intellectu agente, &c. & ſic poſuit aliquid cognoſci a nobis abſque inductione ex ſenſibiiibus manducente. Nec ſufficit dicere, ꝙ præſupponitur, tunc cognita fuiſſe ſenſibilia, quoniam eodem modo dicerem contra Ariſ. quod ad acquirendam metaph. non requiritur ſenſus & inductio metapphyſicalium, ſed ſufficit quod mathematicalium uel phyſicalium habita ſit. Quomodo autem de ſubſtantiis immaterialibus, & uniuerſaliter non ſenſibilibus ſcientia fit, in tertio de anima tractandum eſt, ideo hæc non ſufficiant.

## De quæſtionibus circa infinitatem demonſtrationis. Cap. 16.

Tex. 34

*EST autẽ omnis ſyllogiſmus per tres terminos, & qui quidem monſtrare poteſt, quod A ineſt ipſi C, eo quod ineſt ipſi B. & hoc ipſi C, priuatiuus autem alterã quidem propoſitionem habens, quod aliud quid alij ineſt, alteram vero quod non ineſt. Manifeſtũ igitur quod principia, & quæ dicuntur ſuppoſitiones hæ ſunt: accipiẽtem enim hęc ita neceſſe eſt mõſtrare, quod A ineſt ipſi C per B; Rurſus vero quod A ipſi B per aliud medium, & quod B ipſi conſimiliter. Secundum opinionem igitur ſyllogizãtibus & ſolum dialecticè, planum quod hoc ſolum conſiderãdum, ſi ex quibus contingit probabiliſſimis fiat ſyllogiſmus, quare & ſi eſt aliquid in veritate eorũ, quæ ſunt A B, mediũ videtur autẽ non eſſe, qui per hoc ſyllogizãt ſyllogizatus eſt dialecticè. Ad veritatem autem ex ijs, quæ ſunt, oportet conſiderare, ſe habet autem ſic. Quoniam eſt quod ipſum quidem de alio prædicatur non ſecundum accidens, dico autem ſecundum accidens, vt album aliquando illud dicimus eſſe hominem non ſimiliter dicentes & hominem album hic quidem enim non alterum aliquid exiſtens album eſt, album vero, quoniam accidit homini eſſe albo, ſunt itaque nonnulla talia vt per ſe prædicantur. Sit igitur C tale, quod ipſum quidem non amplius inſit alij: huic autem B primo, & non ſit aliud intermediũ, & rurſus E ipſi ipſum E conſimiliter, & hoc ipſi B: an igitur hoc neceſſe eſt ſtare, aut contingit in infinitum ire. Et rurſus ſi de A quidem nihil prædicatur per ſe. A vero ipſi H ineſt primo, intermedio autem nulli priori, & H ipſi G, & hoc ipſi B: an & hoc ſtare neceſſe eſt, aut & hoc cõtingit in infinitum ire; differt autem hoc a priori tantum quoniam hoc quidem eſt, an contingit incipienti a tali, quod nulli ineſt alteri ſed aliud illi, ſurſum in infinitum ire, alterum vero incipientem a tali, quod ipſum quidem de alio, de illo autem nihil prædicatur, deorſum conſiderare, ſi contingit in infinitum ire. Amplius media an cõtingit infinita eſſe determinatis extremis, dico autem veluti ſi A ipſi C ineſt, medium vero ipſorum B, ipſius vero B & A altera, horum autem altera, an & hæc in infinitum contingit ire, aut impoſſibile, eſt autem hoc conſiderare idem & ſi demonſtrationes in infinitum vadunt, & ſi eſt demonſtratio cuiuſque, aut ad ſe inuicem terminantur conſimiliter autem dico, & in priuatiuis ſyllogiſmis ac propoſitionibus, vt A ineſt B nulli, aut primo aut erit aliquid medium cui priori non ineſt, veluti ſi ipſi C quid B ineſt omni, & rurſus alij adhuc priori hoc, ut ſi ipſi A quod C omni ineſt, in his etenim aut infinita quib. non ineſt prioribus, aut ſtant. In ijs vero, quæ conuertuntur, nõ ſimiliter ſe habet, nõ eſt enim in ijs, quæ vetrouerſum prædicantur de quo primo prædicatur, aut ultimo. omnia n. ad omnia ſic conſimiliter ſe habent, ſiue ſunt infinita, quę de ipſo prædicantur, ſiue utraque ſunt quæ dubitantur infinita, præterquam quod ſi non ſimiliter contingit conuerti, ſed hoc quidem, ut accidens, illud vero ut prædicamentum.*

## Summa huius capituli hęc eſt.

OMnis ſyllogiſmus eſt per tres terminos, ex quibus affirmatiua cum affirmatiuis, & negatiua cum affirmatiua & negatiua, ex quibus monſtratur conſtant, patet in terminis generalibus, A primo; C tertio, & B medio. Prima propoſitio.

Principia & dictę ſuppoſitiones, hęc ſunt. Secunda.

Accipientes hæc ſic, neceſſe eſt monſtrare, quod ſcilicet primum inſit tertio per medium, & iterum quod primum inſit medio per aliud medium, & ſimiliter, quod medium inſit tertio patet in terminis generalibus A primõ, C tertio B. medio, Tertia.

Syllogiſmus dialecticus ad hoc vt ex veriſimilibus ſit intendit, & ideo propõnem vere mediatam, ſed non ſm apparentiam, vlterius non probat, Syllogiſmum autem ad veritatem, ex his, quæ ſunt oportet intendere ut ſit. Quarta.

Sunt quædam, quæ ſm ſe prædicantur, non ſecundum accidens dico autem ſecundum accidens, ut album dicẽtes hominem, non ſimiliter hominem dicentes album. Quinta.

Nunquid tertio exiſtẽte infimo cõtingat in infinitum ire accipiendo eius primo prædicatum, & prædicatũ prędicati, & ſic deinceps, aut neceſſe eſt alicubi ſtare. Prima quæſtio.

Nunquid primo exiſtente ſummo, contingat in infinitum ire ſumendo eius primo ſubiectum, & ſubiectũ ſubiecti, & ſic deinceps, aut neceſſe eſt & hic ſtare. Secunda.

Differt ſecunda quæſtio a prima, quoniam prima incipit ab infimo particulati & ſurſum infinitatem quærit, ſecunda econtra incipit a ſummo vniuerſali & deorſum infinitatem quærit. Differentia.

Nunquid cõtingit infinita eſſe media determinatis terminis & c. ita ꝙ inter primum tertium & acceptum medium iterũ ſit aliud mediũ, & poſt iterũ, & ſic deinceps, patẽt hæc in terminis A primo, C tertio & B medio &c. Tertia.

Quærere hæc, eſt quærere, an demonſtrationes in infinitum veniant, & an ſit omnis rei demonſtratio, & an ad inuicem includantur. Declaratio.

Similiter in priuatiuis ſyllogiſmis & propoſitionib. quæritur, an procedatur, in infinitum, an ſtetur, quia enim unum negatur ab alio quæritur, an prius negetur ab alio, & iterum an prius ab alio & ſic deinceps. patet hoc in terminis propoſitionis negatiuæ, A prædicato, & B ſubiecto, & ideſt priori, & C adhuc priori &c. Extenſio.

In conuertibilib. non ſimiliter mouentur quæſtiones iſtæ &c. probatur a priori, qm̃ ibi non eſt de quo prædicatur primo, aut ultimo &c. & omnia ad omnia ſimiliter ſe habent, & ſi ſunt infinita prædicata, undique ſunt infinita &c. licet non ſimiliter contingat conuerti, quia unũ ſicut accidens, aliud vero vt prædicatum ineſt &c. Concluſio.

## Series autem hæc eſt.

INTENDENS determinare in demonſtrationibus finitum eſſe proceſſum, inchoat in hoc c. diſputationem circa hoc, & tria facit. Primo namque proponit quinque propoſitiones, ex quibus rationabilitatem, & neceſſitatẽ huius tractatus & numerum qõnum accipere debemus, quatuor ſiquidem primæ numerum & neceſitatem inſinuant; quinta autem cum prima parte quartæ rationabiliter in demonſtratiuis moueri has quæſtiones docet dũ nec in dialecticis, nec in prędicatis ſecundum accidens locum habere has quæſtiones uidemus &c. ſecundo mouet tres quæſtiones circa principale intentum in affirmatiuis, & declarat has includere tres alias, ac extendit eas ad negatiuas demonſtrationes & cætera tertio unica concluſione excludit a prædictis quæſtionibus demonſtrationes per terminos conuertibiles &c.

## De reductione omnium quæſtionum notarum ad duas primas. Cap. 17.

*QVod igitur intermedia non contingit infinita eſſe ſi deorſum & ſurſum ſtent prædicamenta, manifeſtum. dico autem ſurſum quod in magis vniuerſale, deorſum vero quod in id, quod ſecundum partem. ſi enim a, prędicatur de f, infinita ſunt intermedia, in quibus eſt b, planum quod contingere poſſet, vt & ab a, in deorſum alterũ de altero prædicaretur in infinitũ, antequam .n. in f, deueniatur, infinita ſunt intermedia, & ab f, ſurſum infinita, antequam ad a, deueniatur, quare ſi hæc impoſſibilia, & ipſius a, & f, impoſſibile infinita eſſe media. Neque .n. ſi quis diceret, quod alia quidem ſunt ipſorum a, b, e, inuicẽ, vt non ſit medium, alia vero nõ eſt accipere, nihil differt: quodcunque .n. accepero eorum, quæ b, erit ad a, aut ad f, aut infinita media, aut non, quo autem ſint, primum infinita, ſiue ſtatim, ſiue non ſtatim nihil differt, quę .n. ſunt poſt hæc, infinita ſunt. Planum autem & in priuatiua demonſtratione, quod ſtabitur, ſiquidem in prædicatiua ſtatur ad vtraque, ſit .n. non contingens neque ſurſum ab vltimo in infinitum ire (dico autem vltimum, quod ipſum quidem alii nulli ineſt, illi vero aliud, vt f,) neque a primo in vltimum. (dico autem primum, quod ipſum quidem de alio, de illo vero nihil aliud) ſi vtique hæc ſunt, & in negatione ſtabitur. Tripliciter namque monſtratur non inexiſtens, aut .n. cui quidem ipſum c, b, ineſt omni, cui vero ipſum b, ipsũ a, nulli ipſius. itaq. b, c, & ſemper alterius diſtãtiæ, neceſſe eſt progredi ad immediata, prædicatiua namque hæc diſtantia, alterum vero manifeſtum, quod ſi alii non ineſt priori vt ipſi d, hoc oportebit ipſi b, omni ineſſe, & ſi rurſus alii priori ipſo d, non ineſt, illud oportebit ipſi d, omni ineſſe, quare quoniam, quæ ſurſum eſt, via ſtat & quæ deorſum ſtabit, & erit aliquid primo, cui non ineſt. rurſus ſi b, quidem omni a, ipſi vero e, nulli ipſum a, eorum, quæ c, nulli ineſt. Rurſus hoc ſi oportet monſtrare, planum quod aut per ſuperiorem modum monſtrabitur, aut per hunc, aut tertium. Primus igitur dictus fuit, ſecundus vero monſtrabitur. Sic autem vtique monſtraret, vt quod d, ipſi quidem b omni ineſt, ſi vero c, nulli, ſi neceſſe eſt ineſſe aliquid ipſi b. Et rurſus, ſi hoc ipſi e, non inerit, aliud ipſi d, ineſt, quod ipſi c, nõ ineſt, igitur quoniã ineſſe ſemper ſuperiori ſtat, ſtabit & non ineſſe. Tertius vero modus fuerat, ſi a, quidem b, omni ineſt, ipſum vero c, non ineſt, non omni ineſt c, cui a. Rurſus vero hoc, aut per ſuperius dicta, aut ſimiliter monſtrabitur. Illo quidẽ itaque mõ ſtatur. ſin autem ſic, iterum accipietur b, ineſſe ipſi f, cui ipſum c, non omni ineſt, et hoc rurſus conſimiliter. quoniam autem ſuppoſitum eſt ſtari & deorſum, planũ quod ſtabit, & c, non inexiſtens. Manifeſtum autem quod, & ſi non vna via monſtretur, ſed omnib. aliquando quidem ex prima figura, aliquando autem ex ſecũda, aut tertia, quod & ſic ſtabitur: finitæ .n. ſunt viæ finita autem finities neceſſe eſt finita eſſe omnia. Quod igitur in priuatione ſic quidem & in eo eſt ineſſe, ſtatur manifeſtum.*

### Summa huius capituli hęc eſt.

1. concluſio. NON contingit infinita eſſe media, ſi inſurſum ideſt magis vniuerſale, & deorſum .i. particulare ſtent prędicata, probatur a deſtructione conſequentis &c. quoniã inter prædicatum & ſubiectum infinitis exiſtentibus mediis contingit a prædicato in infinitum deſcendere prædicationes, quoniam antequam in ſubiectum eueniatur, infinita ſunt media, & ſimiliter continget a ſubiecto in infinitum aſcendere prædicationes, quoniam antequam veniatur ad prædicatum infinita ponuntur media, patet in terminis A primo, F tertio, & B infinitis mediis &c.

excluſio. Neque ſi quis dicat, quod primum medium & tertiũ habita eſſe adinuicem ſupponimus, & ideo finita eſt neceſſe eſſe media &c. nihil enim differt, qm̃ quodcunque mediorum acceptum, ſiue ſtatim ſiue non ſtatim iunctũ alteri extremo, ſiue per infinita media diſtet a prædicato & ſubiecto, ſiue non oportet ꝙ per infinita media ab altero extremorum diſtet, & conſequenter ꝙ infinitæ intercipiantur prædicationes, vt prius deducebatur &c.

In priuatiua demonſtratione ſtatur, ſi & in prædicatiua ſtatur in vtriſque ideſt ſurſum in vniuerſaliſſimum, & deorſum in particulariſſimum &c. probatur in ſingulis figuris & primo in prima, quoniam inter medium & tertium ſunt finita media, quia ibi eſt diſtantia affirmatiua, quę finita ſupponitur, inter primum autem & medium ſi infinita ſunt media ita quod primum prius remoueatur ab altero quam a medio, & iterum prius ab altero, quam ab illo, & ſic deinceps in infinitum, oportet infinitas eſſe prædicationes affirmatiuas, quod eſt oppoſitum antecedentis &c. probatur conſequentia, quoniam oportet qđ libet acceptum mediũ affirmari vniuerſaliter de eo, qđ prius ſumptum erat &c. patet in terminis A primo C tertio B medio. & D medii medio in negatiua &c. 2. concluſio In prima figura eſt ſtatus.

In ſecunda quoque figura idem accidit, quoniam præmiſſa negatiua mediata, ſi infinita habet media oportet cũ medii multiplicatione, multiplicari ſemper affirmatiuam prædicationẽ medii de anteriore medio ſupra ſumẽdo, & ſic ſurſum in infinitum ibitur, patet in terminis, A primo, C tertio, B medio, & D medii medio &c. In ſecũda figura eſt ſtatus.

In tertia quoque figura idem accidit, quoniam ſi negatiua pręmiſſa mediata infinita habeat media, oportet & ibi affirmatiuam multiplicare ſemper prædicationẽ medii anterioris de medio poſt ſumpto ſubſumendo, & ſic deorſum in infinitum ibitur patet in terminis, C primo, A tertio, B medio, & D medii medio. In tertia figura eſt ſtatus.

Si non vna uia demonſtratur negatiua, ſed omnibus modo per primam, & modo per ſecundam, & modo per tertiam figuram, adhuc oportet eſſe ſtatum in negatiuis, ſi eſt ſtatus in affirmatiuis, probatur a priori, quoniã omnes tales viæ ſunt finitæ, finita autem finities ſumpta finiri neceſſe eſt &c. 3. concluſio In negatiua eſt ſtatus in omni figura.

### Series autem hæc eſt.

MOTAS quæſtiones intendens ſoluere, reducit in hoc capitulo omnes ad duas, vnde duo facit. Primo reducit quęſtionem de infinitate mediorum ad primas vnica concluſione, & excludendo obiectionem quandam, ſecũdo reducit vna alia concluſione quæſtiones de infinitate negatiuarum ad illaſmet, manifeſtans hoc in prima, ſecunda & tertia figura ſigillatim, & tandem in omnib. ſimul tertia concluſione.

Quomodo in negando Ariſtoteles proceſſum in infinitum in ſecunda figura in negatiuis, quin infinitentur affirmatiuę, proceſſerit ex ſecundo modo tantum eiuſdem & non ex primo.

CIrca declarationem adductam in textu ad inſinuandum, quod in ſecunda figura non poteſt procedi in infinitum in negatiuis, quin infinitentur affirmatiuæ prædicationes in ſurſum &c. Dubitatur quare Ariſtotel. declarauit hoc in ſecundo modo ſecundę tantum, & non in primo modo, & ideo quæritur, quia non eſt eadem ratio de primo & ſecundo. In ſecundo ſiquidem modo ſemper medium oportet affirmatiue prædicari de anterioris demonſtrationis medio, quoniã ſemper medium anterioris efficitur maior extremitas, poſterioris habentis maiorem affirmatiuam, vt patet &c. ideo ratio Ariſto. ſtando infra ſecundum modum optime cõcludit, quia ſemper aſcenditur, ſed in primo modo hoc non habet locum, quoniam medium in eo fit maior extremitas in proſyllogiſmo habente maiorem negatiuã. vt facile exemplo patet, diminutus igitur videtur Ariſt. in ſecunda figura. Ad hoc facile & breuiter dicitur, quod magna arte vſus Ariſt. omiſit illum modũ formaliter &

ſecundum

ſecundum aggreſſus eſt, quõ ſecundus modus regularis ẽ in omnibus proſyllogiſmis in infinitum, quo ad hoc, ꝙ medium ſequitur ſemper alterum extremum determinate. primum. i. In primo autem medium neutrũ extremorum determinate ſequitur. Sed in ſyllogiſmo tertium, & in primo ſyllogiſmo primum, & in ſecundo tertium, & in tertio primum, & ſic alternatim in infinitum proceditur. Quia igitur ſecundus modus ſemper regularis procedit, & per illum facilius infinitionem in ſurſum comprehendimus, & in tertia figura, vbi etiam regulariter inter mediũ ſub priore medio aſſumere oportet declaraturus facillime erat, quod ſequebatur infinitatio in deorſum primum modum ſecundæ rationabiliter omiſit a facilioribus tradens diſciplinam. Nec tñ ita omiſit, quin ex dictis ſciatur etiam ibi ſequi idem inconueniens, quoniã ſi infinitabitur primus, oportet infinitare affirmationes tam ſequentes minorem extremitatem, quam maiorem ſemper inſurſum, quoniam alternatim oportet aſſumere medium ſequens vtranque (ut facile patere poteſt in terminis.) Nihil ergo neceſſariorũ omiſſum eſt, ſed facilior aſſumpta eſt uia ad eundem perducens terminum, ſcilicet infinitatem affirmationis in ſurſum.

Cur ſecundum tertiæ figuræ modum vt ſyllogiſmũ cõſtituere voluerit Ariſt. quintum ve proſyllogyſmum.

Circa declarationem, quam in tertia figura adducit, aduertendũ eſt quod Ariſt. ſm tertię, vt ſyllogiſmum ꝓponit, & quintum eiuſdem proſyllogiſmum, facit motus forte ea ratione, ut oſtendat quod nihil differt quo ad ꝓpoſitum, ſiue vniuerſalem ſiue particularem contingat eſſe maiorem, quæ negatiua probanda eſt. Oportet. n. ſemper ibi minorem eſſe affirmatiuam, & conſequenter medium poſterioris ſyllogiſmi ſemper ſubiici medio anterioris quoniam minor extremitas poſterioris fit, ut patet, & ſic deorſum infinitatur affirmationis proceſſus.

## De ſolutione quæſtionum motarum logice, & analytice. Cap. 18.

Tex. 35 *QVod autem in illis, logice quidem ſpeculantibus ita manifeſtum. In iis quidem igitur quæ in eo, quod quid eſt prædicantur, planum, ſi. n. eſt definire, aut cognoſcibile ipſum quod quid erat eſſe, infinita vero non eſt pertranſire, neceſſe eſt terminata eſſe, quæ in eo, quod quid eſt prædicantur. Vniuerſaliter aũt ſic dicimus, eſt. n. dicere vere album ambulare, & magnum illud lignum eſſe & rurſus lignum magnum eſſe & hominem ambulare, ſed alterum eſt ita dicere, & illo modo, quando. n. album eſſe dixero lignum tũc dico, quod cui accidit vt ſit album, lignũ eſt ſed non tanquam ſubiectum ligno album eſt, neque etenim album exiſtens, neque quod eſt album aliquid factũ fuit lignum, quare, non eſt niſi ſecundum accidens, quando autem lignum album eſſe dixero, non quod alteru quid eſt album, illi vero contigit lignum eſſe veluti quando muſicum album eſſe dixero, tunc. n. quod homo albus eſt cui contigit eſſe muſicum, dico: ſed lignum eſt ſubiectum, quod quidem & erat non alterum quid exiſtens, quam quod lignum, aut lignum quoddã, ſi itaque oportet nomina ponere, ſit quidem ita dicere prædicare illo vero modo, aut nequaquam prædicare aut prædicare quidem non ſimpliciter ſecundum accidens autem prædicare eſt autem, vt quidem album, quod prædicatur, vt vero lignum illud de quo prædicatur. Supponatur itaque prædicatum prædicari ſemper de quo prædicatur ſimpliciter, ſed non ſecundum accidens, ſic enim demonſtrationes demonſtrant, quare aut in eo, quod quid eſt, aut quod quale aut quantum, aut ad aliquid, aut faciens, aut patiens, aut ibi, aut quando, cum vnum de vno prædicatum fuerit. Amplius ſubſtãtiam quidem ſignificantia, quod illud aut quod illud aliquid ſignificant, de quo pręedicantur, quęcunque vero non ſubſtantiam ſignificant, ſed de alio ſubiecto dicuntur, quod non eſt, neque quod illud aliquid accidentia. quemadmodum de homine album non enim eſt homo neque quod album, neque quod album quid, ſed animal fortaſſe quod quidem enim animal eſt, homo eſt. Quæcunque vero non ſubſtantiam ſignificant, oportet de aliquo ſubiecto prædicari, & non eſſe aliquid albũ quod non alterum quid exiſtens album eſt. Species enim valeant nanque teriſmata ſunt, & ſi ſunt nihil ad ſermonem ſunt, demonſtrationes enim de talibus ſunt. Amplius ſi non ẽ hoc huius qualitas, & illud huius neque qualitatis qualitas, impoſſibile eſt mutuo prædicari ſic, ſed verum quidẽ dicere contingit, mutuo autem prædicari vere non contingit; Aut enim vt ſubſtantia prædicabitur, veluti ſi genus exiſtens, aut differentia prædicati. Hæc autem monſtrata ſunt, quod non erunt infinita neque deorſum, neque ſurſum, vt homo bipes, hoc animal, hoc autem alterũ neque animal de homine, hoc autem de Callia in eo quod eſt quid, ſubſtantiam enim omnem eſt definire talem infinita vero non eſt pertranſire intelligentem quare neque ſurſum, neque deorſum infinita, illam nanque non eſt definire, de qua infinita prædicantur, ſic itaque genera inter ſe non retrouerſum prædicabuntur, erit enim ipſum quod ipſum aliquid eſt. Neque vtique qualis, aut aliorum nullum, ſi non ſecundum accidens prædicatum fuerit, omnia enim hæc accidunt, & de ſubſtantiis prædicantur, ſed certe neque ſurſum infinita erunt, de vnoquoque nanque prædicatur, quod vtique ſignificat, aut quale quid aut quantum quid, aut de talibus, aut quæ in ſubſtantia, hęc autem determinata ſunt, & genera prædicamentorum determinata ſunt, aut enim quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut faciens, aut patiens, aut vbi, aut quãdo. Suppoſitum autem fuit vnum de vno prædicari, ipſa vero de ipſis quocunque non quid ſunt, non prædicari, accidentia nanque ſunt omnia, ſed hæc quidem per ſe illa autem ſecundum alterum modum: hæc autem omnia de ſubiecto aliquo prædicari dicimus, accidens autem non eſſe ſubiectum aliquid, nihil enim talium ponimus eſſe, quod non alterum quid exiſtens dicitur, ſed ipſum alius, & alia quædam de alio. Neque ſurſum itaque vnum de vno neque deorſum ineſſe dicetur, de quibus enim dicuntur accidentia, quæcunque inſunt in ſubſtantia vniuſcuiuſque, hæc infinita non ſunt, ſurſum autem & ipſa quoque accidentia vtraque non infinita ſunt. Neceſſe eſt igitur eſſe aliquid, de quo primum aliquid prædicatur, & de hoc aliud & hoc ſtare, & eſſe aliquid, quod non amplius neque de alio priori, neque de illo aliud prius prædicatur. Vnus igitur modus dicitur demonſtrationis hic. Amplius autem alius eſt, ſi de quibus priora aliqua prædicantur, eſt horũ demõſtratio quorum autem eſt demonſtratio, neque melius euenit ſe habere ad ipſa quam ſcire, neque ſcire ſine demonſtratione, ſi autem hoc per hæc notum, hæc autem non nouimus, neque melius nos habemus ad ipſa quam ſcire neque quod per hæc notum ſciemus. Si igitur eſt aliquid ſcire per demonſtrationem ſimpliciter, & non ex quibuſdam, neque ex ſuppoſitione neceſſe eſt ſtare prædicationis intermedias ſi enim non ſtant, ſed eſt ſemper acceptio ad ſuperius omnium erit demonſtratio quare, ſi infinita non euenit pertranſire, quorum eſt demonſtratio, hæc non ſciemus per demõſtrationem ſi igitur neque melius nos habemus ad ipſa quam ſcire, non erit aliquid ſcire per demonſtrationem ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione. Logice igitur ex* Tex. 36 *his quidem aliquis crederet de eo, quod dictum eſt, reſolutorie vero per hæc manifeſtum breuius, quod neque ſurſum, neque deorſum infinita prædicata contingit eſſe demonſtratiuis ſcientiis de quibus conſideratio eſt, demonſtratio namque eorum eſt, quæcunque per ſe inſunt rebus per ſe uero dupliciter ſunt, quæcunque etenim in illis inſunt in eo quod quid eſt, & quibus ipſa in eo quod quid eſt inexiſtentibus ipſis, vt in numero impar, quod ineſt quidem numero, ineſt autem ipſi numerus in ratione ipſius, & rurſus multitudo, aut indiuiſibile*

*bile in ratione numeri ineſt: horum autem neutra contingit infinita eſſe, neque vt impar numeri. iterum enim impari aliud eſſet, cui inerat exiſtenti, hoc autem ſi primũ ſit numerus inerit exiſtentibus ipſi. Si igitur non contingit infinita talia eſſe in vno, neque ſurſum erunt infinita: ſed neceſſe vtique omnia ineſſe ipſi primo, vt numero, illis numerum, quare conuertentia erunt, ſed non ſupertẽdentia. Neque etiam, quæcunque in eo, quod quid eſt inſunt, neque hæc infinita ſunt: neque enim eſſet vtique definire. Quare ſi prædicata quidem per ſe omnia dicũtur, hæc autem non infinita, ſtarent vtique quæ ſurſum, quare & deorſum. ſi autem ſic & quæ in medio duobus terminis ſemper inerunt finita, ſi vero hoc, planũ iam, quod neceſſe eſt demonſtrationum principia eſſe, & non omnium eſſe demonſtrationem, quod dicebamus quoſdã dicere a principio. ſi enim ſunt principia, neque omnia demonſtrabilia, neque in infinitũ iri poteſt. eſſe enim vtrũuis horum, nihil aliud eſt, quam eſſe nullam diſtantiã immediatam, & indiuiſibilem, ſed omnes diuiſibiles intro namque proiiciendo terminum, ſed non aſſumendo demõſtratur, quod demonſtratur, quare ſi hoc in infinitum cõtingit ire, contingere vtique duorum terminorum infinita in intermedio eſſe media, ſed hoc impoſſibile, ſi ſtant prædicamenta ſurſum & deorſum Quod autem ſtãt, mõſtratum fuit logice quidem prius, reſolutorie vero nunc.*

## Summa huius capituli hęc eſt.

1. concluſio. IN his, quæ prędicantur in qđ qd eſt, non ꝓceditur in infinitũ, ꝓbaẗ dupliciter. Primo a priori qa contingit diffiniri, ſcđo a poſteriori notũ eſt ꝙ aliquid erat eſſe; tenet conſequentia vtraq;, qm̃ infinita non eſt tranſire.

Diuiſio. Prædicatio affirmatiua & vera multipliciter fit. ſ. vt albũ ambulat, & magnũ eſt lignũ, & lignũ eſt magnũ.

Differentia prima. Differt tertius modus a ſcđo: qm̃ id, ꝙ ſubiicicitur in ſcđo, non eſt ipſum prædicatum niſi ſm̃ accidens. Declaratur, qm̃ rõne alterius, cui accidit eſſe album, & non ſui ſubiectum eſt, ꝓbaẗ aũt a priori, qm̃ neque album, neque quod vr̃ albũ aliqđ eſt, factum eſt lignum. Sicut etiam in primo modo accidit. id autem, quod in tertio ſubiicitur, eſt illud ſimpliciter. Declaratur & probatur per eadem principia oppoſito modo ſumpta.

Differentia ſecunda. Si oportet noĩa ponere, tertius modus ṗdicari voceẗ, cæteri non, vel ſecundum accidens: & cõſequenter prædicatum vocetur, quod eſt vt album, & ſubiectũ, quod eſt vt lignum, ſicque ſubiiciatur nobis, quoniam ſic demonſtrationes demonſtrant.

ſubdiuiſio. Prædicatũ eſt, aut in eo quod quid eſt, aut quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut faciens, aut patiens &c. cũ vnum de vno prædicatur.

Inferior. ſubdiuiſio. Prædicata ſignificantia ſubſtantiam ꝙ vere illud eſt, aut ꝙ vere illud aliquid eſt, ſignificãt de quo ṗdicatur vt animal de homine. Prædicata non ſubſtantiã ſignificantia, ſed de alio ſubiecto dicta neq; ꝙ vere. i. neq; qđ vere illud aliquid eſt, accidentia ſunt, vt de hoĩe album.

Quæcunque non ſubſtantiam ſignificant, oportet de ſubiecto quodam prædicari, ita quod ſubiectum nõ qm̃ aliud tale eſt, tale ſit.

Species gaudeant, mõſtra. n. ſunt, & ſi ſint nihil ad rationem ſunt, quoniam demonſtrationes ſunt ex his.

Hoc non eſt huiuſmodi qualitas, & illud huiuſmodi, & vniuerſaliter qualitatis non eſt qualitas.

Impoſſibile eſt oĩa æq; ṗdicari adinuicem, licet contingat vere dicere, probaẗ a priori, qm̃ aut ſicut ſubſtantia prædicabitur, vt genus & dr̃ia, & hæc oſtẽſa ſunt, ꝙ non infinitantur, qm̃ contingit diffiniri oẽm ſubſtantiã inter ſupremum & infimum. Et ſi genera adinuicem æqualiter ṗdicantur, erit ipſum quod vere ipſum aliquid eſt, aut ſicut quale, & hoc etiam nõ, qm̃ de qualitate nullum aliorum prædicabitur, niſi ſm̃ accidens, quoniam omnia hæc accidunt & de ſubiecto prædicantur.

3. concluſio. Neq; in ſurſum, neq; in deorſum cõtingit infinita eſſe prædicata, probatur reſumendo & applicãdo ṗmiſſa.

Prædicatum aut ſignificat quale aliquid, aut quantũ &c. aut quæ ſunt in ſubſtantia. Primũ ſuppoſitum.

Hæc & genera prædicamentorum infinita ſunt. Secundum.

Vnum de vno prædicari conceſſum eſt. Tertium.

De quibuſcunq; nõ aliquid exiſtentibus nihil ṗdicatur, qm̃ accidentia ſunt, & de ſubiecto dñr, & ſecundum accidens, non eſt ſubiectum aliquod quoniam nihil talium ponitur ſubiectum, niſi ratione alterius. Quartum.

Subſtantiæ ſecundum ſeipſas ſubſtantiæ ſunt. Tunc ſic, ꝙ deorſum non infinitentur, qm̃ de quibus dñr accidentia, ſunt quæcunq; in ſubſtantia vniuſcuiuſque ſunt. Hæc autem non ſunt infinita ꝙ ſurſum nõ infinitẽtur, qm̃ ipſa ſubſtantialia, & accidentia infinita non ſunt. Quintum.

Eorum, de quibus priora prædicanẗ, eſt demonſtratio. Quorũ demonſtratio eſt nõ potius poſſunt ſe habere ad ipſa. q̃ ſcire: ſcire non eſt ſine demonſtratione.

Si hoc per hæc notum eſt. Hęc autem neſcimus neq; melius habemus ad ipſa quam ſcire, neque per hoc notum ſcimus, tunc ſic. ſuppoſitionea.

4. cõcluſio. Si eſt aliquid ſcire per demõſtrationem ſimpliciter, & non ex aliquibus, neq; ex ſuppoſitione, neceſſe eſt ſtare ṗdicamenta media. Probatur conſequantia a deſtructione conſequentis, qm̃, ſi non ſteterint, oĩum erit demonſtratio, ex prima ſuppoſitione: & qm̃ infinita non eſt tranſire hæc non ſcimus per demonſtrationẽ, & qm̃ neque melius habemus ad ipſa quam ſcire, ex ſecunda ſuppoſitione, oportet ex vltima ſuppoſitione, quod nihil erit ſcire per demonſtrationem ſimpliciter quod eſt oppoſitum antecedentis. Logice quidem. igitur &c. circa, t. c. 36.

5. concluſio. Neq; in ſurſum, neq; in deorſum, contingit infinita eſſe ṗdicantia in demonſtratiuis ſcientiis. Probatur analytice ſic, qm̃ demonſtrationem non niſi ea quæ ꝑ ſe inſunt ingrediunẗ. Hæc aũt dupliciter ſunt, aut primo mõ aut ſcđo. Iuxta ſcđm modum non procediẗ in infinitũ, qm̃ non infinitanẗ quæ ita ſe hñt, vt numerus diffiniat in par & impar, aliud, & ſic deinceps. Et ſic ſtatur in ſurſum. Et præterea iuxta hunc modũ, oĩa conuertibilia & nõ excedentia ſunt, qm̃ oĩa in ſubiecto primo inſunt & in illis ſubiectũ. Iuxta primũ quoq; modũ nõn ꝓcediẗ in infinitũ, qm̃ periret diffinitio, ſtabitur ergo ſurſum, & conſequenter deorſum, & conſequenter in mediis.

6. concluſio. Si ſtatur in medijs neceſſarium eſt demonſtrationũ eſſe principia, & non oĩum eſſe demonſtrationem. Probaẗ ex cõuertibilitate horũ trium, q̃ ex oppoſitorum cõuertibilitate. ſ. omnia eſſe demonſtrabilia in infinitum pre; & oĩa eſſe mediata. Manifeſtatur, qm̃ immittendo terminum, non aſſumendo demonſtratur, & ſic &c.

## Series autem hæc eſt.

REDVCTIS oĩbus quæſtionibus ad duas, de infinitate affirmatiua in ſurſum. ſ. & in deorſum, intendit in hoc c. ſoluere eas, & duo principaliter facit. Qm̃ primo ſoluit eas logice tali ordine. In prima concluſione oſtẽdit in affirmatione ṗdicatorum quidditatiuorum nõ ꝓcedi in infinitum. Deinde vniuerſaliter oſtenditur, qđ in nullius prædicati affirmatione infinitaẗ ꝓceſſus ſiue per modũ circuli, & hoc in ſcđa concluſione, ſiue ꝑ mõdum lineæ rectæ, tam ſurſum q̃ deorſum, & hoc in tertia cõcluſione. Sed ante vtranq; earum præmittit diſtinctionem ṗdicati affirmatiue, & ſubdiuiſionem, & membrorum dr̃iam & declarationem, vt inde, quid tam prædicati q̃ ſubiecti noĩe intelligaẗ, & quot vere prædicatorum modi, & de quibus ṗdicentur inſinuans viam ad intelligẽda, q̃ in his ſolutionibus dñr, patet. Momorditq; inter hæc Platonem, ex adinuẽto per ſe ſubiecto. Deinde alio mõ principale intentum oſtendit in 4. concluſione ṗmittens quatuor ſuppoſitiones, quarũ ſeruitiũ manifeſte patet. ſcđo principaliter oſtẽdit principale intẽtũ analytice. in 5. cõcluſione & in ſexta applicat ueritatem declaratã ad illas alias qõnes, quas cũ tẽtus coincidere dictum eſt, dum mouerentur quæſtiones in cap. 16.

Num

**Num ſubiectum per ſe an per accidens prædicetur de ſua paſſione: & nu n quoduis accidens prædicetur de accidete per accideus.**

CIrca diſtinctionem p̄dicationis affirmatiuæ, quę in litera fit, occurrunt multæ dubitationes ꝑꝑ ſui cōnexionem ſimul mouendæ. Primo .n. dubitatur, an in id quod dr̄. ſ. quod prædicatio ſubiecti de accidēte, eſt per accidens, habeat locum, quādo ſubiectum dicitur de ſua paſſione. Secūdo an id quod dicitur ſ. quod prædicatio accidentis de accidente eſt per accidens, ſit ita vniuerſaliter verum, quod quoties res prædicamenti accidētium de re eiuſdem vel alterius generis accidentis dicitur, ſit prædicatio per accidens.

Tertio iuxta hanc ſecundam deſcendēdo ſpecialiter dubitatur, an hoc dictum habeat locū, quādo paſſio vnius ſubiecti de altera eiuſdem paſſione prædicatur.

**Cap. 4. dubio prio circa modos per ſe.**

Ratio primæ dubitationis eſt, qm̄ ſubiectū dr̄ de paſſione in primo modo perſeitatis, vt ſuperius declaratū fuit, & conſequenter non dr̄ per accidens de eo. Ex oppoſito autem ratio qua Ariſt. probat hic, prædicationē ſubiecti de accidente eſſe per accidens nō minus habet locum inter ſubiectum & paſſionem quam inter ſubiectum & accidens. Ratio ſecundæ eſt, qm̄ geometria & arithmetica perirent ſi illud eſſet vniuerſaliter verum, vtraque enim de quantitate, q̄ accidens eſt demonſtrat. Ex oppoſito autem eſt textus ſubdens quod vniuerſaliter qualitatis non eſt qualitas, & quod ſubſtantiæ ſecundum ſe ſubſtantiæ ſunt & huiuſmodi. Rō tertiæ eſt qm̄ tam ſecunda paſſio per primam a priori, quam prima ꝑ ſecundam a poſteriori monſtratur de ſubiecto & conſequenter vna alii ſubiicitur in demonſtratione & per ſe dicitur de alia, & non per accidens. Ex oppoſito rō eſt Ariſt. quæ militat non minus aduerſus hoc, quam aduerſus duo accidentia ſeparabilia.

Ad horum euidentiam, primo declaranda eſt diſtinctio facta ab Ariſt. Secundo examinanda eſt eius ratio, & tertio reſpondēdū eſt. Diſtinctio, licet trimēbris formaliter ponatur, tn̄ ſm veritatem, & textum diligenter inſpectum bimembris eſt, & nihil aliud intenditur, niſi quod prædicatum aut ineſt ſubiecto ſm ſe, aut ſm accidens. primi exemplum ponitur, qñ accidens de ſubiecto prædicatur, ſecundi duo exempla ponuntur, ſubdiuiſionem inſinuantia, qñ ſubiectum de accidente, & qñ accidens de accidente dr̄. Cum autem dicitur hoc in loco p̄dicari per ſe, & per accidens, ſeu ſecūdum ſe & ſecundū accidens, meminiſſe oportet eorum, quæ in 4. c. cum de perſeitatibus tractaretur diximus. Non enim ſumūtur hic per ſe & per accidēs eo modo quo ſumūtur ibi, qm̄ ibi per ſe ſumptum eſt poſitiue, vt diſtinguitur cōtra accidentaliter, hic autem per ſe ſumitur (vt ibi etiā tetigimus) negatiue, vt diſtinguitur contra per aliud, & idem ſonat quod nō per aliud, aut ratione alterius, vt patet in textu dicente quod iſta, lignum eſt album, eſt per ſe, eo quod lignum ipſum eſt album, & nō dr̄ album, quia aliquid aliud ſit album, & propterea multæ prædicationes nunc cenſentur per ſe, q̄ ſuperius iudicatæ ſunt per accidens, ꝑꝑ connexionē contingentē ſubiecti cū p̄dicato.

**Circa. t. 9.**

CIRCA rationem autem Ariſt. ex qua omnis turbatio oritur. Sciendum, quod dupliciter poteſt intelligi. Ratio ſiquidem eius conſiſtit in hoc, vere ſubiectum p̄dicati non intrinſeci, oportet quod fiat prædicatum .i. ſubiectum ſit ſactionis prædicati, aliter non poteſt dici proprie eſſe illud & poteſt formari ſic. Omne quod ꝓprie eſt tale, fit, vel actum eſt tale: accidens autē non fit alterum accidens, quia accidentis non eſt accidens, & ſimiliter accidēs nō fit ſuum ſubiectum, ergo &c. Primus ergo ſenſus huius rationis eſt, vt maior, in qua ſtat tota vis, intelligaꝛ quando illud non eſt ſemper tale ſeu nō ꝑ ſe coniunctū illi tali. Et hic ſenſus ex duobus cōfirmaꝛ.

Primo ex eo quod Ariſt. ait, album non fit lignū, ſed id, cui accidit eſſe album. inſinuans quod tunc habet locum hæc ratio, quando id, quod improprie vt ſubiectū ſumitur, per accidens eſt cōiunctum ei, quod eſt vere ſubiectum talis prædicati Hoc autem nō verificatur, quādo inter id quod ſubiicitur & prædicatum eſt connexio per ſe, puta riſibile eſt homo. qm̄ nō accidit ei quod eſt homo, quod ſit riſibile. Secundo confirmatur, quia fieri non habet locum in neceſſariis, quæ ſemper ſunt, non enim oportet ſi triangulus habet tres angulos æquales, & quod triāgulus fiat ideſt ſubiiciatur ſactioni talis formæ quæ prædicatur extrinſece de eo, ſed ſufficit qd̄ ex natura ſua ſibi illam vendicet coæuam. Iſte ſenſus difficultates ſubterfugit, eo quod ſecundum ipſum iam ſolutæ ſunt omnes quæſtiones, ex eo quod hic non eſt ſermo niſi de contingentibus. Sed diligenter intuenti videbitur, iudicio meo quod ſenſus ille volūtarius ſit magis quam rationalis. fundementa enim quæ ſumit, & alia q̄ ſumere poteſt, ſ. q; Ariſt. ſemper dedit hic exempla de accidentibus contingentibus, & quod hic logice procedit &c. friuola ſunt vt infra oſtendetur.

**Reſpōſio ſecundum primam expoſitionē Refutatio.**

Erit igitur ſecundus ſenſus, quod vniuerſaliter oportet id quod vere eſt tale, fieri, & tale accipimus tale, vt dicitur a forma extra quidditatem rei, vt riſibile reſpectu hominis, & album & magnum.

**Secūdus ſenſus & ſecunda reſpōſio.**

Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod quia prædicata tenent formaliter & ſubiecta materialiter, idō Ariſ. ex conditionibus phyſici ſubiecti, & formæ, naturā ſubiecti & prædicati in propoſitionibus declarat. in phyſicis autē hæc quatuor inueniuntur ſcilicet quod idem ſubſterniꝛ factioni alicuius formæ, & illi formæ, vt patet quando aqua calefit: ipſa ſiquidem aqua eſt quæ non ſolum fit calida, ſeu mouetur ad calorem, ſed etiā recipit calorem. Secūdo quod forma neque ſubſternitur ſubiecto neque factioni eius. Tertio quod forma non ſubſternitur factioni alterius formæ, niſi forte vna mediante alia ſuſcipiatur, vt color recipitur in ſubſtantia media q̄titate. Quarto quod quando ſubiectum hn̄s aliquam formam, mouetur ad vnam aliam non oppoſitam, illa etiā forma dicitur moueri per accidens ad illam aliā formā, quia. ſ. eſt coniuncta ei, quod mouetur ad illam. ſicut. n. ex parte cauſæ efficientis dicimus per accidens muſicum ædificat, ita ex parte cauſæ materialis dicimus quod album ſit dulce. Hæc igitur quatuor Ariſt. ad propoſitionum affirmatiuarum non quidditatiuarum ſubiecta & prædicata tranſtulit, volens quod id proprie ſeu per ſe ſubiectum propoſitionibus hmōi cenſeatur, quod ſubſternitur ipſi prædicato, & conſequenter factioni eius ſi fieret: & conſequenter quando vnum accidens non ſubſternitur alteri quod non ſit ſubiectum in propoſitione reſpectu illius niſi ſecundum accidens ideſt ratione veri ſubiecti cui coniunctum eſt. Prædicatum aūt id tantum eſſe voluit, quod in ſubiecto recipitur, & propterea nec ſubiectum de accidente, nec accidens prædicari docuit. & ideo edidit illam vniuerſalem. Omne quod proprie eſt tale, fit tale, hic eſt ſenſus rationis huius. Ex his autē diligēter perſpectis manifeſte patet q; hæc ratio habet locum non ſolum in contingentibus, & abinuicem ſeparabilibus, ſed etiā in neceſſariis, qm̄ non magis riſibile homini ſubſternitur, quam album eidem. ſicut. n. album eſt homo, quia hoc cui coniuncta eſt albedo eſt homo, ita & riſibile eſt hō, quia hoc cui coniuncta eſt riſibilitas eſt homo. Et probatur hoc ratione Ariſ. id quod nō fit nec factum eſt prædicatum proprie ſubiectum illius non eſt, riſibile reſpectu hominis eſt huiuſmodi, ergo Nec obſtat ſoluta iam obiectio ſupra tacta ſcilicet qd̄ nec homo fieri poteſt riſibilis, nec riſibile homo, quia coæua ſunt. Dicimus enim ab ipſo Ari. in ſecundo de cœlo, q; ad cognoſcendum principium tam efficiens, quā materiale, & quodcunq; aliud non debemus intueri, an inceperit illud cauſare, an non, ſed habitudinem vnius ad aliud: ſufficit. n. q; ſi inciperet illud, hoc eſſet materia illius ſiue efficiens &c. Vnde, qm̄ ſi riſibile homo fieret

**T. c. 13.**

riſibile

riſibile ſibi non niſi per accidens ſubſterneretur, ecõuer
ſo aũt ſi hõ fieret riſibilis, homo ſm ſe ei ſubiiceretur, iõ
nihil minus illa.ſ.riſibile eſt hõ, eſt per accidens in pro-
poſito (quamoīs neceſſaria) quam illa album eſt homo.
Prima aũt inſtantia contra hoc ad confirmationem prio
ris ſenſus adducta, ex dictis ẽt reconditur, qm̃ ex textu cõ
uincimur terminos hic aſſumptos phyſice eſſe intelligen
dos, qm̃ ratio ipſa phyſica eſt. Secundum autem phyſica
documenta, non refert quo ad fieri ex aliquo per accidẽs
ſiue illud ſit neceſſario coniunctum ei, ex quo fit per ſe ſi
ue contingenter. Vnde in primo phyſicorum ex priuatio
T.c. 66. 75. 76. ne fieri per accidens res dicitur, ſi ly ex, denotet cauſam
materialem, & tñ conſtat eam eſſe neceſſario coniunctã
materiæ, ex qua res fit per ſe. Quando ergo dicitur ab A-
riſtotele hic ꝙ albũ ſit vel eſt lignũ per accidẽs, quia hoc
cui accidit eſſe albũ ſit vel eſt lignum, phyſico more (ly
accidit) ſumendũ eſt. Quod ne limites egrediar, ſic decla
raſſe ſufficiat. Ad primum ergo dubiũ dr̃, ꝙ quando ſub-
iectum prædicatur in recto de paſſione eſt ꝑdicatio per
accidens, & ꝙ ſicut multę propoſitiones, hoc in loco cen
ſentur per ſe q̃ ſuperius ſunt per accidẽs, vt hõ eſt albus
ita multæ ſuperius iudicatæ ſunt per ſe, licet improprie,
Ad ſecundũ dubium. quæ hic cenſetur per accidens, ut ſimum eſt naſus. Ad ſe-
cundũ reſpondetur negatiue, multæ.n. ſunt res de gene-
rẽ accidentiũ, q̃ proprie prædicantur de rebus aliis de ge
nere accidentiũ, vt patet de paſſionibus numeri & lineæ
& coloribus & hmõi. Nec Ariſt. dicit oppoſitum, qm̃ per
ſubſtantiã, ſubiectũ, & ſimilia intelligit prædicata ſubſtã
tialia, tam rei exiſtentis in prædicamento ſubſtantiæ, quã
accidentis. Et per ly accidens, ſeu quod dicitur de ſubie-
cto & ſimilia intelligit prædicata denominatiua, vt ſic, ip
ſius rei. prædicata nanq; intrinſeca ſunt illa, quę ſubſter-
nuntur extrinſecis & denominantur ab eis. Vnde Ariſto.
in probationem tertiæ concluſionis expreſſe dicit, ꝙ ea,
de quibus dicuntur accidentia in ſubſtantia uniuſcuiuſq;
ſunt (quaſi ſuimet interpres) per ſubiecta ſubſtantialia
rei per prædicata vero denominatiua eiuſdem intelligen
da diceret. Notanter aũt dixi (denominatiua vt ſic) qm̃
denominatiua tripliciter ſumi poſſunt, i. denominatiue,
ſubiectiue, & quidditatiue. Ver. gra. coloratum põt ſumi
inquantum denominatiuũ eſt, & ſubſtratum reſpicit vt
eius qualitas & cõſequẽter vt ſic nulli ſuſternitur, & hoc
modo qualitatis non eſt qualitas, & accidentis non eſt
accidens. Si vero ſumatur ſubiectiue, vt cum dicimus, Co
loratũ eſt quantũ, tunc ſuſternitur alicui, ſed qm̃ hoc ac-
cidit ſibi, ideo dicimus ꝙ hmõi ſunt per accidens. Si aũt
ſumatur quidditatiue, vt dicimus colarum eſt viſibile. ſic
etiam aliquid prędicatur de eo; ſed quia tunc nõ ſubſter-
nitur coloratum, inquantum denominat prius ſubiectum
ſed inquantum quidditas quędã eſt, ideo vniuerſaliter ve
rificatur, ꝙ denominatiua, vt ſic, proprie prædicata ſunt
& non ſubiecta. Non ergo docemur hoc loco accidẽs de
accidente non prędicari, ſed ſicut dicimus in ſuperiori du
bitatione ſubiectum vel ſubiecta. i. quidditatiuũ nõ dici
de ſuo denominatiuo, ita nũc dicimus denominatiuũ de
altero eiuſdem denominatiuo nõ dici niſi ſm accidens,
hoc enim modo ſtatum quærendo inuenit inferius & ſu-
Ad 3. dubiũ perius. Ad tertium dubiũ dupliciter dicitur, primo ſequẽ
do dicta, ꝙ ratio Ariſ. habet locum, quãdo paſſio de paſ
ſione prædicatur, ſicut & quando ſubiectũ de paſſione
dicitur, & conſequenter, ꝙ oẽs hmõi prædicationes ſunt
per accidens. i. impropriæ. Et ſicut ſtat ſubiectum dici de
paſſione per ſe in primo modo perſeitatis, & per accidẽs
vt modo loquimur de per accidens ita pariformiter ſtat
paſſionem de paſſione per ſe iuxta ſuperius dicta, & per
accidens ſecundũ nunc dicta prędicari. Secundo dicitur
præmittendo duas differentias. Quarum prima eſt inter
prędicationem ſubiecti de paſſione & paſſionis poſterio
ris de paſſione priori. ſ. ſubiectum non oritur a paſſione,
paſſio autem poſterior naſcitur ex priore, ſecunda eſt in
ter paſſiones inter ſe, ſ. qd̃ aliqua paſſio naſcitur ex alia,
ſed non recipitur in illa, vt appetitiuum ex cognoſcitiuo.
Aliqua vero naſcitur ex alia, & recipitur in illa, vt viſibi-
litas ex colore, & color ex corpore terminato, dicitur er-
go ꝙ ſicut rõ Ariſt. cum quadam latitudine ſuſcipienda
eſt in cõtingentib. & neceſſariis, vt magis. ſ. cenſeatur per
accidens illa, Album eſt hõ, quam illa. Riſibile eſt homo,
ita & in neceſſariis ipſis magis per accidens ſit illa, Riſi-
bile eſt hõ, quã illa, intellectiuũ eſt appetitiuũ, illa vero,
in qua paſſio de anteriore paſſione, in qua reperitur, præ
dicatur per ſe ſimpliciter cẽſeatur, licet aliquo mõ per ac
cidens participare videatur, quia eſt potius mediũ, quo ſe
quens paſſio recipitur in ſubiecto, quã ſit recipiẽs illam.
Prima reſponſio logica eſt, vt pote res vt ſtant ſub inten
tionibus quidditatiui & denominatiui, ſubiecti & prædi
cati, cõſiderãs. Scd̃a aũt res ipſas potius cõſiderat, & licet
prima textui magis cõſona videatur, eo qd̃ logice ſe loq
Ariſt. aſſerit in hoc. c. ſcd̃a tamen eiicienda non eſt, qm̃
deſcendendo ad hanc partẽ logicæ demõſtratiuã. ſ. opus
ẽ ad materiã neceſſariã, & res ipſas cõuertere mẽtis aciẽ.
ꝓſertim, qa vſus huius artis rebus magis attenditur, quã
logicalibus proprietatib. Vnde & Ariſt. hic analytice lo-
quens in probatione quintæ concluſionis, vtitur imparis
paſſione, ut eius prædicato, vt in ſecundo mõ dicendi ꝑ
ſe, & iterum paſſione illius paſſionis, & ſic deinceps, ex
hoc inſinuans, ꝙ conſiderantib. rerũ naturas per ſe quã-
doq; eſt, qd̃ logicis per accidens ſit. Sed contra vtranque
rñſionẽ inſtatur, qm̃ Ariſt. hic in textu dicit, ꝙ prædica-
tiones per accidens, demonſtrationes abiiciunt, & vtitur
prædicationib. per ſe, & propterea has tm̃ prædicationes
uocari abſolute vult. Superius aũt pluries habitũ eſt, ꝙ ꝓ- T.c. 10.
dicationes, quib. vtitur demonſtrator, ſunt in primo vel
in ſecundo mõ perſeitatis. Ex quib. arguitur ſic. Omnis
prædicatio ingrediens demonſtrationẽ eſt per ſe, eo mõ
quo nunc loquimur, vt patet ex prima auctoritate. Oĩs ꝓ
dicatio primi vel ſecundi modi perſeitatis ingreditur de
monſtrationẽ, vt patet ex ſecunda auctoritate, ergo oĩs ꝓ
dicatio per ſe illo mõ, eſt per ſe hoc mõ. Cuius oppoſitũ
utraque reſponſio, & omnia hic dicta ſuſtinent. Ad hoc
dr̃, quia proprie loquendo, prædicatio per ſe poſitiue de
qua in perſeitatibus locuti ſumus, prædicationem per ſe
negatiue de qua mõ ſermo habetur ſupponit, ſicut pro-
prium cõe, & demonſtratio ſyllogiſmum, ideo oĩs prædi
catio per ſe illo mõ eſt per ſe, hoc modo. Sed ex hoc non
ſequitur, ꝙ oĩs connexio aliquorũ per ſe in primo vel ſe
cundo vel quarto mõ, ſit prædicatio per ſe, qm̃ proprie-
tatem vocabulorũ ſeruando, quam hic Ariſt. ſeruandam
cenſet, multæ ſunt coniunctiones per ſe, quæ non faciũt
prædicationem per ſe aliquo modo niſi improprie, ꝓꝑ
hanc.n. cauſam ibi reprehendimus dicentes ſubiectum
prædicari de paſſione per ſe, licet cõiunctio ſit per ſe, &
inter eas quæ improprie per ſe ſunt annumerauimus. Ad
argumentũ ergo dr̃ concedendo totum proprietatẽ præ
dicationis per ſe ſeruando, nec oppoſitum aliquando ſu-
ſtinuimus, ſed coniunctiones per ſe multorũ prædicatio-
nes per ſe fundare nõ poſſe diximus. Vbi ſciendũ eſt, ꝙ
qñ demonſtratur ſcd̃a paſſio per primã, tũc maior, ſi ꝓ
prietas prædicationis ſeruabitur nõ aſſumit primã paſſio
nẽ ut ſubiectũ ſcd̃ę, ſed vt cãm proximã ſcd̃æ, & fiet de-
monſtratio hoc mõ, habens intellectũ, eſt appetitiuum,
hõ eſt habens intellectũ, ergo hõ eſt appetitiuus, & ſic
de aliis. Verũ quia vſus huius artis, vt diximus materiam
magis, quam formam conſiderat, iõ phyloſophi frequẽ-
ter in neceſſaria materia hãc proprietatẽ prędicationis
deſpiciũt in vſu, nõ tamẽ in ſpeculatione, & traditione ar
tis, ꝓꝑ ꝙ mirandũ nõ eſt, ſi aliter docemus, & aliter faci
mus (loquimur.n. vt multi, intelligentes vt pauci.)

Num prędicatio accidentis realis de ſubiecto ſit prædicatio ſe-
cundum ſe, ſeu per ſe.

Circa eandẽ materiã occurrit quædã dubitatiunculã,
quia non videtur verũ quod prædicatio accidentis
realis de ſubiecto vniuerſali ſit ſecundum ſe, puta albe-

dinis de homine,dicendo homo eſt albus quoniam huiuſmodi nõ inſunt vniuerſalibus, niſi rõne ſingularium, quæ alterum quid ſunt ab vniuerſalibus.nõ.n. homo eſt albus,niſi quia Sor.eſt alb. &c. Ad hoc dicitur ꝙ omnes hmõi prædicationes ſunt per ſe,eo quod prædicatum nõ ineſt ſubiecto ratione alterius,alterum.n.hic nõ dicimus propriũ indiuiduũ,ſed alterius vniuerſalis indiuiduũ,uel alterũ vniuerſale, ,& rõ eſt quia propriũ indiuiduũ idẽ ſm eſſentiam eſt quod ſuum vniuerſale. Vnde Ariſt.in textu dicens hanc eſſe per ſe,lignum eſt album,dicit hoc ideo eſſe quoniam non ideo dicitur lignum album, quia aliquod alterum ſit album quam quod vere ,eſt lignum, vel lignum aliquod expreſſe per diſiunctum membrum appoſitum,inſinuans quod aliquod lignum a ligno altero non cenſetur.

De acciden te cap.7. diuiſione. 3. circa mediũ De genere & ſpẽ. c. 3. circa principium queſi. ſupra. t.c.2. Circa id quod in textu dicitur ſcilicet qualitatis nõ eſſe qualitatem,dubium occurrit,an vnum accidens poſſit eẽ ſubiectiue in alio.Sed quia hoc metaphyſici ẽ & in cõmentariis ſuper libellum de ente & eſſentia memini declaratum eſſe,vbi & diſcuſſimus quomodo genus ſit aliquid ſpeciei,& hmõi multa huius capituli explanationi proficua,ideo hæc nunc omittenda cenſui.

Num quæ in ſecundo per ſe mõ prædicantur,ſint cõuertibilia.

CIrca quintam concluſionem dubitatiuncula quædam eſt quia ibi Ariſ.dicit,quod omnia,quæ inſunt iuxta ſm modũ perſeitatis ſunt conuertibilia. Hoc.n.ſuperius dictis repugnat. Didicimus ſiquidẽ nõ ſolũ hanc eſſe in ſcđo, triãgulus hẽt tres,ſed hãc iſocheles hẽt tres, vbi termini conuertibiles nõ ſunt. Ad hoc breuiter dicitur,quod quia perſeitas ſecundi modi latitudinem habet & propoſitiones illæ,quæ primum tenẽt locum, ſunt in quibus paſſio de ſuo proprio ſubiecto dicitur,vbi conuertibilitas ſaluatur,& ratione ipſarum cæterę ſecundi modi perſeitatem ingrediuntur,merito Ariſt.ea quæ principaliter per ſe ſunt,intuitus,dixit omnia eſſe conuertibilia non ea ratione quia de quibuſcunque per ſe dicuntur,dicuntur conuertibiliter,vt obiectio accipit, ſed quoniam eis conuertibiliter inſunt, cum quibus primo conſtituũt ſecundi modi perſeitatem, & quoniam ad hmõi conuertibilia, cętera in hoc comprehenſa mõ reducuntur, iſta non eſt in ſecundo mõ,iſocheles habet tres.niſi quia iſta eſt in ſecundo modo triangulus habet tres,vt patet.

## De reductione mediatorum ad prima immediata. Cap. 19.

*MOnſtratis autem his,manifeſtum, quod ſi aliquid idem duobus inſit,vt a,& ipſi c,& ipſi d,cũ non prædicetur alterum de altero,aut nullo modo,aut non de omni,quod non ſemper ſecundum commune aliquid inerit,vt æquicruri & gradato hoc quod eſt duobus rectis æquales habere ſecundum commune aliquod ineſt,ſecundum quod enim figura quadam ineſt,& nõ ſecundũ quod alterum hoc autem non ſemper ita ſe habet,ſit enim b,ſecundum quod a,ipſi c,d,ineſt,planum igitur erit,quod & b,ipſi c,& d,ſecundum aliud commune,& illud ſecundũ alterum,& quare inter duos terminos infiniti vtique inciderent termini ſed impoſſibile,ſecundum igitur commune aliquid ineſſe non neceſſarium eſt ſemper idem plurib. ſiquidem erunt mediata interualla in eodem tam genere & ex eiſdem indiuiduis neceſſe eſt terminos eſſe: ſiquidẽ ipſum cõe erit ex iis,quæ per ſe inſunt.non.n.erat ex alio genere in aliud tranſcendere,quæ monſtratur.Manifeſtũ autem,& quod quando a.inſit b:ſiquidem eſt aliquid medium, eſt monſtrare quod a,ineſt b, & elementa huius ſunt hæc,& tot,quot media ſunt,immediatæ namque propoſitiones elemẽta ſunt,aut omnes aut vniuerſales,ſi aũt non eſt aliquod mẽdium, non amplius eſt demonſtratio, ſed in principia via eſt hęc.Conſimiliter autem & ſi a,ipſi b,non ineſt,ſi quidem eſt aut medium,aut prius,cui non ineſt,eſt demonſtratio,ſi aũt nõ,non eſt,ſed principia & elementa tot ſunt,quot termini.Horum namque propoſitiones principia demõſtrationis ſunt,& quemadmodũ nõ nulla principia ſunt indemonſtrabilia,quod eſt iſtud hoc & ineſt iſtud,ita & quod nõ eſt iſtud hoc neq; ineſt iſtud huic quare hæc quidem eſſe aliquid,illa autem non eſſe aliquid,erunt principia.Quando autem opus ſit,monſtrare accipiendum eſt,quod de b,prædicatur primo,ſit c,& de hoc conſimiliter a,& ita ſemper procedenti nunquam extra ipſum propoſitio,neque exiſtens accipitur in demonſtrando,ſed ſemper medium condenſatur ,quouſque indiuiſibilia fiant & vnum ,eſt autem vnum,quãdo immediatum factum fuerit,& vna propoſitio ſimpliciter quæ immediata.Et quemadmodum in aliis principium ſimplex hoc autem non idem vbiq; ſed in pondere quidem mina, in cantu vero dieſis,illud autem in alio conſimiliter in ſyllogiſmis ipſum vnum eſt , propoſitio immediata. in demonſtratione vero ac ſcientia intellectus . In monſtratiuis igitur ſyllogiſmis ipſius inexiſtentis,nihil extra cadit, In priuatiuis vero vbi quidem quod oportet ineſſe , nihil extra hoc cadit vt, ſi a, ipſi b, per c, non ineſt, ſi enim oĩ quidem b,c,ineſt a,vero ipſum c, nulli rurſus ſi opus fuerit,quod a,c,nulli ineſt,medium accipiendum eſt ipſius a & c,& ita ſemper progrediet.Si aũt oportuerit mõſtrare quod d,ipſi c,non ineſt,eo quod c,d, quidẽ oĩ ineſt,c; vero,nulli,aut nõ omni,nũquã cadet extra,c,hoc aũt eſt,cui non oportet ineſſe.In tertio aũt modo, neque a quo oportet,neque quod oportet priuare,nunquã extra ibit.*

### Summa huius capituli hæc eſt.

SI aliquid ineſt,pluribus quæ non prædicantur de inuicem uel nullo modo,vel non de oĩ,non ſemper ſecũdum commune aliquod ineſt. Probatur ducendo ad impoſſibile quoniã inter duos terminos eſſent infinita media,patet in terminis a,prædicato;c,d ſubiectis:b communi illo. 1. concluſio

Secundum tamen commune aliquid eſſe non neceſſe eſt ſemper idem in pluribus probatur ducendo ad impoſſibile,quoniam perirent immediata ſpatia. Secunda.

In eodem tamen genere,& ex eiſdem atomis, neceſſe eſt terminos eſſe.Probatur a poſteriori,quoniam cõmune illud erit de his quæ ſunt per ſe,quoniam non demonſtratur de genere in genus. Tertia.

Propoſitio affirmatiua vera, ſi habet medium eſt demõſtrabilis,& elemẽta huiuſmodi ſunt hæc,& tot, quot ſunt media,probatur ſecunda pars copulatiue, quoniam immediatæ propoſitiones ſunt elementa,aut omnes,aut uniuerſales.Si non habet medium non erit demonſtrabilis,ſed in principia via hęc eſt. Quarta.

Propoſitio negatiua vera,ſi habet medium aut prius cui pręedicatum non inſit,erit demonſtrabilis, ſi autem non,nõ erit demõſtrabilis,ſed principia & elementa tot ſunt,quot ſunt termini,& horum propoſitiones principia demonſtrationis. Quinta.

Sicut quędam principia demonſtrabilia ſunt, ꝙ hoc ſit illud & quod hoc ſit in illo,ſic & quod non ſit hoc illud,& quod non ſit hoc in illo. Sexta.

In affirmatiuis demõſtrationibus medium nequaquã extra primum & tertium accipiatur,ſed ſemper medium denſetur de quo primum,& quod de tertia quouiſque indiuiſibilia fiant, & vnum,patet in terminis a, primo:b, tertio:&c.medio. Septima.

Vnum eſt cum immediatum fiat & vna propoſitio ſimpliciter,cum inmediata eſt. Octaua.

Quemadmodum in aliis eſt principiũ ſimplex , nõ tamen idem vbique,ſed in graui uncia, in melodiis tonus, ſic eſt ſyllogiſmo propoſitio immediata, in demonſtratione autem & ſcientia intellectus. Nona.

In priuatiuis demonſtrationibus in prima figura medium non eſt extra affirmatiue minoris terminos aſſumere,ſed ſemper intra ꝓceditur,patet in terminis,a,primo: b,tertio,c,medio. Decima.

Vndecima. In ſecundę autem figuræ ſecundo & quarto modis, D
primo; E tertio, C medio, medium nunquam extra E ca
dit, hoc autem eſt cui non oportet ineſſe.

In tertia autem neque a quo oportet priuari, neque
quod oportet priuari nequaquã extra ibit, Et conſequē-
ter in ea non poteſt condenſari.

## Series autem hæc eſt.

QVONIAM declarauit ſuperius non dari proceſ-
ſum in infinitum in demonſtrationibus, ſed eſſe ſtatum
intēdit in hoc c. principaliter declarare quomodo poſte-
riora mediata ſoluuntur demonſtratiue in priora imme-
diata, in quibus eſt ſtatus. Et duo facit quoniam primo
ex dictis correlarie manifeſtat dari primum vniuerſali-
ter ſcilicet & quando vnum pluribus per ſe ineſt, tribus
primis concluſionibus, quarum primum modum ſecun
dum per ſe concernit, & ſecunda primum, tertia autem
tacitæ qõni reſpondet, vt habes in S. Th. vel homogenei
tatem illius primi aperit, & qm̃ vnũ vni ineſt uel nõ ineſt
tribus aliis concluſionibus, quarum prima in affirmati-
uis, ſecunda in negatiuis declarat, inſerendo, hæc prima
elementa eſſe demonſtrationis &c. tertia autem ex his
duabus prima principia complexa, affirmatiua & nega-
tiua in ſcientiis explicat, ſecundo ad principale perueniēs
reducit mediatas omnes per demonſtrationem ad imme-
diatas quas primas poſuit, docet ſex reſiduis concluſioni
bus quarum prima affirmatiuas, quarta autem quinta &
ſexta negatiuas ſecundũ ſingulas figuras perluſtrarit. In
ſecunda vero & tertia vnitatem & ſimplicitatem illius
primi declarat, ex hoc a priori inſinuãs quod oportet ad
ipſum fieri reductionem omniũ, quæ ſunt illius generis.

Quid ſit elementum demonſtrationis, & quomodo immedia-
tę propoſitiones elementa ſint demonſtrationum.

CIrca quartam & quintam concluſiones primo quæ
ritur ſine argumentis quomodo Ariſto. elementi
nomine hic vtatur. Secundo dubitatur circa id quod di-
citur ſcilicet quod elementa demonſtrationis ſunt pro-
poſitiones immediatæ, eo quia quinto metaphy. c. de ele
mento, Ariſ. expreſſe ponit elementa demonſtrationum
T.c.4. primas demonſtrationes & duo oppoſita, hic ſimul aſſe-
rit dum dicit elementa demonſtrationis tot eſſe quot
ſunt media vel termini, & addidit, quod propoſitiones
immediatæ ſunt hmõi elementa. Si enim elementa pri-
mis mediis æquantur cum vnico medio fiant duæ propo
ſitiones immediatæ elementa ipſa non erunt propoſitio
nes immediatæ. Et ſi elementa ſunt propoſitiones imme
diatæ, cum numerus eorum excedat numerum primorũ
mediorum non erunt tot elementa quot ſunt media ſed
plura mediis. Ad hoc dicitur quod cum elemēti nomine
Reſponſio. vt ſcribitur quinto meta. dupliciter vtamur, ſcilicet pro-
T.c.4. prie & tranſumptiue hic ſumitur proprie, vt expreſſe ex
ipſo textu allegato percipitur. Declarat ſiquidem ibi A-
riſt. propriam ſignificationem elementi ex demonſtra-
tionis elementis (vt patet ibi.) Proprie autem ſumptum
elementum ſignificat id ex quo fit aliquid primo exiſtē-
te indiuiſibili ſpecie in aliam ſpēm, ut ibi dicitur, & ſic ad
hoc qđ aliquid ſit proprie elementũ alicuius, quatuor
conditiones requiruntur, primo quod ſit id ex quo fit, id-
eſt ſit materia illius ad differentiã aliarum cauſalitatũ, ſe
cundo quod ſit id ex quo primo fiat via compoſitionis
ad differentiam materiarum proximarum. Tertio quod
ſit inexiſtens ideſt immanens in illo, ad differentiam ma
teriæ tranſeuntis. quarto quod ſit indiuiſibile ſecundum
ſpeciem in aliã ſpeciem, ideſt hēat talem ſpēm quę non
ſit reſolubilis in aliã ſpeciem priorem, ad differentiã ma
teriæ primę, quæ ſpeciem nullam habet. Quæ omnia in
propoſitionibus immediatis reſpectu demonſtrationum
quarum elementa ponuntur ſaluantur, qm̃ propoſitio-
T.c 31. nes immediatæ materia ſunt demonſtrationis, ut patet ſe
T.c.3. cundo phyſi. & quinto meta. & ex eis primo fiunt demõ
ſtrationes, vt infra exponetur, & manēt ipſæ in demon-
ſtratione, & habent naturam propoſitionum, ex quibus
fiunt demonſtrationes, irreſolubiles in aliam priorē ſpe-
ciē, qm̃ immediatæ ſunt (vt ſuperius dictũ eſt,) quod im-
mediata eſt, qua non eſt altera prior, & ſic patet ad pri-
mum. Ad ſm̃ dr̃, quod licet Ariſto. diuerſimode locutus ſupra ca. 3.
videatur hic & in quinto meta. qm̃ hic ponitur propoſi- T.c.5.
tiones immediatas eſſe elementa demonſtrationum, ibi T.c.4.
vero primas demonſtrationes elementa demonſtratio-
num eſſe dixit. Secundum tamen veritatem ꝙ ibi dixit
ab eo ꝙ hic dicitur non diſſentit ſed doctrinę hic tradi-
tæ declaratio eſt. (Cõſentaneum quidem his eſt) qm̃ ni
hil aliud eſt demonſtrationes primas eſſe elementa po-
ſteriorum quã propoſitiones conficientes primas demõ
ſtrationes eſſe elementa, in quæ reſoluuntur poſteriorũ
demonſtrationum propoſitiones, non. n. aliter reſoluitur
demonſtratio, quam reſoluendo concluſionem & præ-
miſſas in anteriores, quæ integrant priorem demon-
ſtrationem & illæ in alias priores demonſtrationes,
& ſic deinceps vſque ad primæ demonſtrationis pro-
poſitiones, quæ amplius non reſoluũtur, quia immedia-
tę ſunt. Declaratiuum aũt horũ illud eſt, quoniã ex eo ꝑ
cipimus, qũo ſm̃ numerum primorum mediorum eſt nu
merus elementorum, oportet. n. prima media primis de-
monſtrationib. æqualia eſſe ſm̃ numerũ, & conſequēter,
ſi tot ſunt elementa quot primæ demõſtrationes, ambæ
præmiſſæ cuiuſque demonſtrationis, vnum elementum
ſunt & non duo. Ac per hoc tot ſunt elementa, quot ſunt
media, ad quæ fit vltimo reſolutio, & quod ſunt termini
reſolutionis, quod idem eſt, demonſtrationes ergo primę
materialiter ſumptæ, quæ nihil aliud ſunt quam ſuæ pro
poſitiones immediatæ, elementa ſunt demonſtrationũ
& ideo tot ſunt media prima, ex quibus fiunt primæ de-
monſtrationes. Quod autem iſta ſit mens Ariſt. percipi
primo poteſt ex eo quod nulla hoc modo ſit extēſio ſen
ſuum, nec facile arbitror inueniri a quoquam poſſe aliũ
modum, quo hæc dicta concordet, præſertim quod hic
tradita oportet (quia locus proprius rei huius eſt) diligen
ter conſiderare. Secundo quia expreſſe S. Tho. in 5. Me- circa.t.c.4.
taph. idem dicit, ideo primam demonſtrationem eſſe e-
lementum poſteriorum, quia primæ demonſtrationis cõ
cluſio, quæ præmiſſas in ſe continet, quia hēt in ſe primũ
& tertium terminum explicite, & medium implicite fit
pręmiſſa ſequens demonſtrationis, ac per hoc ſecunda
demonſtratio omnes terminos prioris demõſtrationis
includit, & addit vnum terminum minorem ſcilicet
extremitatem & ſic eſt ex quatuor terminis, trib. forma
liter & vno reſolubiliter & ſimiliter tertia demonſtratio
addet vnũ terminum alium & erit ex 5. & ſic deinceps.
Ex qua declaratione apparet demonſtrationem primã
& eius propoſitiones eſſe elementa demonſtrationis, idē
eſſe & tot eſſe elementa quot prima media. Quod ſubti-
liter vero declaratio hæc S. Th. mentem Ariſt. penetret,
ſcrutanti textum ſi lippus non eſt facile liquet.

Quomodo negatiua mediata in ſecunda figura reducitur ad im
mediatam.

CIrca modum condenſandi negatiuam in ſecunda fi
gura, in vndecima concluſione poſitum, aduerten-
da ſunt verba illa. ſ. nunquã mediũ extra. e. cadet. qm̃ per
ly. e. poſſumus duo intelligere, vel minorē extremitatem
vel negatiuã ꝑmiſſam. Si per ly. e. intelligatur minor pro
poſitio eſt ſenſus, ꝙ ad reducēdam mediatã negatiuã ad
immediatã in ſecunda figura, oportet aſſumere ſemper
mediũ, qđ non ē extra terminos illius negatiuæ præmiſ
ſæ, quia in ſcđa figura nõ põt niſi negatiua ꝑmiſſa proba
ri, q̃ probat ꝑ ſuperiora ſubiecto, vel ſuperiora prædica
to ipſius negatiuæ (ut ſuperius dictũ eſt) & cõſequenter
nunquã mediũ exit terminos illius negatiuæ. Et ſi obii-
ciatur contra hanc expõnem, ꝙ ſm̃ hoc Ariſt. æquiuoce
vtitur in vna met rõne ly. e. dum e. preſſe ponit. e. mino
rem extremitatem, & poſtmodum ſubdens, nunquam

extra.e.cadet,demonſtrat ſecundum hanc eſſe expoſitio
nem per ly.e.negatiuam præmiſſam. Reſpondetur quod
non eſt proprie æquiuocatio, ſed per Synechdoché po-
ſuit partem pro toto,quia(ly.e.)fuerat terminus in ſubie
cto poſitus negatiuæ præmiſſæ ut patet in textu. Et ſi in
eſt,quia Ariſ cũ dixiſſet nunquã extra.e.cadet,ſubdidit,
hoc autem eſt cui non oportet ineſſe, inſinuans per hoc
minorem extremitatem. Reſpondetur quod per illa ver
ba ſubdita non prohibemur ſequi expoſitionẽ dictã,quã
dicemus quod ipſa præmiſſa negatiua eſt cui non opor-
tet ineſſe,quia eſt ſignificans cui non oportet ineſſe. Si
autem per ly.e.intelligimus ipſam minorem extremita-
tem,tunc ly extra.e.non tenebitur,ut terminus ad quem
vt prima expoſitio accepit,ſed conſtrueretur in habitu-
dine termini a quo,& erit ſenſus quod nunquam medius
terminus cadet ab extra.e.quia ſemper medius terminus
qui aſſumetur manebit extra.e.i. minorem extremitatẽ,
eo quod ſemper oportet medium aſſumere. quod ſit de
genere maioris extremitatis (vt ex ſuperius dictis patet)
quia ſemper maior propoſitio in ſcđo & quarto mõ ſe
cũdæ figuræ eſt affirmatiua,& ſubiicit primum medio,&
conſequenter ſi in infinitum aſſumatur infra illos modos
oportet medium eſſe extra minorem extremitatem, &
Cap.16. intra maiorem,ut ſuperius declarauimus. Eſt autem ſen-
ſus iſte primo melior quo ad hoc,quod æquiuocationem
aliquam non incurrit,primus autem melior iſto, quo ad
Vbi ſupra hoc,quod ly cadet extra magis ſecundum conſuetum in
tellectum accipit. Et ſi obiiciatur contra iſtam ſecundam
expoſitionem,quod ſm eam Ariſt.non tradidit vniuer
ſaliter regulã accipiendi mediũ ad condenſandũ in ſecũ
da figura,ſed tantum ſtando infra limites,quarti & ſecũ
di modi,& ſecundum primam expoſitionem regula eſt
vniuerſalis,reſpondetur,quod eadem ratione motus A-
Cap.17. dubio vlti-mo. circa t. com. 34. riſt.hic ſecundi & quarti modi ſecundæ figuræ meminit,
& non aliorum,qua ſuperius eorundem tantum memi-
nit cum de infinitatione demonſtrationum ageretur &
ſicut ibi rationabiliter hoc fecit,vt ibidem declarauimus
ita & hic vtriuſque generis expoſitionis ſenſum ſequere,
& textui quam uis tribue.

1.q.2. ar.in primo contra ge.ca.11. Circa ſextam concluſinnem aduerte,quod in hoc lo-
co expreſſe habetur a S.Thom.quod propoſitio imme-
diata ſeu per ſe nota ſecundum ſe,& ſi ſit illa,in qua præ
dicatum eſt de ratione ſubiecti(vt ſuperius dixit) non ta
men eſt ſola illa, quoniam quando paſſio de ſuo primo
ſubiecto enunciatur,immediata & p ſe nota propoſitio
ſit vt hic dicitur. Et conſequenter hinc habetur,quod cũ
S.Thom. in t.c.( & alibi dicit ) quod propoſitio per
ſe nota,eſt in qua prędicatum ponitur in ratione ſubie-
cti,non diffinit propoſitionem,per ſe notam, licet prin-
pipalem eius materiam declaret.

## De comparatione demonſtrationum vniuerſalis & particularis. Cap. 20.

*CVm vero ſi demonſtratio hæc quidem vniuerſaliter, illa vero ſecundum partem,& hæc quidem prædicatiua,illa vero priuatina,dubitatur vtra melior ſit, conſimiliter autem & de ea qua demonſtrare dicitur, & de ducente ad impoſſibile demonſtratione. Primum igitur cõſiderabimus de vniuerſali & particulari. hoc autem cũ declarauerimus,& de ea qua mõſtrare dicitur,& ea quę ad impoſſibile dicemus. Videretur igitur fortaße aliquibus ita conſiderantibus eam ſecundum partem eße meliorem,ſi enim quam magis ſcimus demonſtrationem melior eſt demonſtratio(hæc enim eſt virtus demonſtrationis:) magis autem ſcimus vnum quodque cum ipſum ſciamus ſecundum ſe, quam quando ſecundum aliud, vt muſicum Coriſcum quando quod Coriſcus muſicus eſt,quam quando quod homo muſicus eſt,ſimiliter autẽ & in aliis. Vniuerſalis autem,quod aliud non quod ipſum contingit, mõſtrat,vt quod æquicrus ſed quod triangulus,quæ vero ſecundum partem,quod ipſum monſtrat ſi igitur melior quidem qua ſecundum ipſum,talis autem quæ ſecundum partem,vniuerſali magis, & melior vtique quæ ſm partem eſt,demoſtratio erit. Amplius ſi vniuerſale quidẽ nõ eſt aliquid præter ſingularia,demonſtratio vero opinionem facit eſſe aliquid hoc ſecundum quod demonſtrat,& quã dam naturam eſſe in entibus talem vt trianguli præter quoſdam,& figuræ præter quaſdam & numeri præter quoſdam numeros,melior autem,quæ eſt de ente, quam quæ de non ente,& propter quam non decipietur, quam propter quam decipietur vniuerſalis autem eſt talis,procedens enim monſtrat quemadmodum de proportionato,vt quod vtique ſit aliquid tale erit proportionatum quod neque linea,neque numerus, neque ſolidum, neque planum,ſed præter hæc aliquid. Si igitur vniuerſalis quidem magis hæc de ente autem minus ipſam particularis & facit opinionem falſam peior vtique eſſet uniuerſalis quam particularis. Et primum quidem nihil magis in vniuerſali quam in particulari altera ratio eſt, ſi enim quod duobus rectis ineſt,non inquantum æquicrus,ſed inquãtum triangulus,noſcens,quod æquicrus,minus nouit inquantum ipſum,quam qui nouit,quod triangulus & omnino ſi non quidem ſecundum quod ſit triangulus poſtea monſtrat,non erit vtique demonſtratio, ſin autem nouit vnumquodque,inquantum vnumquodque ineſt magis nouit,ſi itaque triangulus in plus eſt,& eadem ratio, & nõ ſecundum æquiuocationẽ triangulus,& ineſt omni triangulo hoc,quod eſt duos non triangulos inquantum æquicrus,ſed æquicrus inquantum triangulus habet tales angulos,quare qui uniuerſaliter ſcit, magis nouit ſm quod ineſt,quam qui ſecundum partem,melior itaque vniuerſalis quam particularis. Amplius ſi quidem eſſet aliqua ratio & non æquiuocatio,uniuerſale vtique nihil minus eſſet quibuſdã particularib.ſed & magis quãto incorruptibilia in illis ſunt,quæ vero particularia corruptibilia magis. Præterea nulla neceſſitas eſt ſuſpicari aliquid eẽ hoc pter hæc quod vnũ ſignificat nihil magis,quã in aliis quæcunque non aliquid ſignificant,ſed aut quale, aut ad aliquid,aut facere,ſi igitur eſt,non demonſtratio cauſa,ſed qui audit. Amplius ſi demõſtratio quidem eſt ſyllogiſmus monſtratiuus cauſæ,& ipſius propter quid,uniuerſale autem magis eſt cauſa,cui enim per ſe ineſt aliquid,hoc idẽ ipſi cauſa eſt,uniuerſale autem primum. cauſa igitur vniuerſale eſt quare & demonſtratio melior,magis enim cauſa & ipſius propter quid eſt,præterea uſque ad hoc quærimus propter quid & tunc opinamur ſcire, quãdo non ſit aliquid aliud quam hoc aut factum aut exiſtens, finis enim & terminus ipſum extremũ iã ſic eſt. Vt cuius gratia venit ut accipiat argentum hoc aũt vt reddat,cui dẽt,hoc autem,ne iniuſtitiã,committat,& ita procedentes quando non amplius eſt propter aliud neque alterius cauſa propter hoc,ſicut finem dicimus veniſſe,& eße,& fieri & tunc cognoſcere maxime propter quid venit, ſic autem ſimiliter ſe habet in omnibus cauſis, & iis, quæ ſunt propter quid,in iis vero,quæcunque ſunt cauſæ ſic,ſicut cuius cã;ſic nouimus maxime & in aliis igitur tunc maxime ſcimus qñ nõ amplius inſit hoc,quoniam ẽ aliud, quãdo igitur cognoſcimus,quod quatuor exteriores ſunt æquales,quoniam æquicrus,adhuc deficit, propter quid æquicrus quoniam triangulus,& hoc quoniam figura rectilinea,ſi autem hoc non amplius propter aliud erit maxime ſcimus, & uniuerſale eſt tunc, uniuerſalis igitur melior eſt. Amplius quæcunque magis particularia ſunt in infinita incidunt,vniuerſalia vero in ſimplex & terminum,ſunt autem inquantum autem infinita quidem non ſcibilia inquantũ aũt finiuntur ſcibilia,inquantũ igitur vniuerſalia magis ſcibilia,quam inquãtũ particularia demõſtrabilia,igitur magis quæ uniuerſalia ſunt deõmſtrabiliũ vero magis,magis eſt demõſtratio,ſimul.n. magis*

qua

*qua ad aliquid exiſtunt, melior itaq; eſt vniuerſalis quoniam & magis eſt demonſtratio amplius ſi eligibilior ſit illa ſecundum quam hoc & aliud, quam illa, ſecundum quam hoc ſolum nouit, qui vero vniuerſalem habet, nouit & quod ſecundum partem, hic aũt vniuerſale non nouit, quare & ſic vtique eligibilior erit. Amplius aũt ſic vniuerſale enim magis ſcire eſt eo quod monſtratur per medium quod eſt proximius principio valde autem proximũ eſt immediatũ, hoc vero principium. Si igitur quæ ex principio eſt, ea quæ non ex principio, aut quæ magis ex principio eſt ea quæ minus certior eſt demonſtratio, eſt autẽ talis quæ vniuerſalior, melior vtique eſſet vniuerſalis veluti ſi oporteret demõſtrare a, de d, per media in quib. b, c: ſuperius itaque b, eſt quare quæ per hoc vniuerſalior iſt. Sed ex iis, quæ dicta ſunt, nonnulla logica ſunt, maxime autem manifeſtum, quod vniuerſalis eſt potior quoniam propoſitionum priorem quidem habentes nouimus quodammodo & poſteriorem & habemus potentia: vt ſi quis nouit, quod omnis triangulus habet tres duobus rectis æquales, nouit quodammodo & æquicrurẽ, quod duobus rectis eſt potentia, & ſi non nouit æquicrurem quod triangulus ſit, qui uero hanc habet propoſitionem, vniuerſale nullo mõ nouit, neq; potentia, neq; actu. Et vniuerſalis quidem intelligibilis eſt; ſed particularis in ſenſum deſinit. Quod igitur uniuerſalis melior eſt, quã ſecundũ partem tot nobis dicta ſint.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

*Diuiſio propoſitiua. cõcluſio falſa.* QVoniam demonſtrationũ, alia vniuerſalis, alia particularis alia categorica, alia priuatiua, alia oſtenſiua, alia ducens ad impoſſibile. Dubitatur ſecundum quamlibet combinationum, quæ ſit potior, & primo de prima.

*prima rõ.* Demonſtratio particularis eſt prior vniuerſali probatur dupliciter primo ſic. Demonſtratio, ſecundum quam maxime ſcimus, eſt potior, probatur, quoniam hæc eſt virtus demonſtrationis ſed ſm particularem magis ſcimus, ergo probatur minor, quia magis ſcimus cũ aliquid cognoſcimus ſecundum ipſum quam ſecundum aliud, declaratur exemplo. Magis ſcimus Coriſcum eſſe muſicum ſcientes ipſum eſſe muſicum, quam ſcientes hominem eſſe muſicum, ſed ſecundum particularem ſcimus ſecundum ipſum, & ſecundum uniuerſalem ſcimus ſecundum *Secunda.* aliud, Declaratur exemplo ſecundum. n. vniuerſalẽ ſcimus, ꝙ æquilaterus habet tres, non ſm ꝙ æquilaterus, ſed inquantum triangulus, ſecundum vero particularem quoniam ipſæ ęquilaterus eſt habens tres. Secundo ſic.

*Tertia.* Demonſtratio potior eſt quæ eſt de eſſe, quam quæ de non eſſe & propter quam non errabitur, quam propter quam errabitur, ſed uniuerſalis eſt de eo quod ẽ minus & facit opinionem falſam, ergo &c. probatur minor quo ad primam partem quia uniuerſale non eſt aliquid præter ſingularia, quo ad ſecundam uero, quia demonſtratio vniuerſalis facit opinari eſſe aliquid hoc, & quandam naturam hanc in rerum natura, præter particularia, quoniam demonſtrat de eo quod eſt analogum, quod neque hoc, neque illud eſt.

*Reſponſio ad primam.* Primum quidem nihil magis in vniuerſali quã in particulari ratio eſt. Probatur qm̃ ſiue paſſio ſit propria triã gulo, & de inferiori monſtretur, ſiue non ſit propria triã gulo & de eo monſtretur, non fit cognitio ſecundum qđ ipſum, neque demonſtratio vera ſed magis ſemper cognouit, cognoſcens unum quodq; ſecundũ quod unumquodque eſt. Si igitur triangulus in plus eſt, & unam rationem habet & omni triangulo ineſt habere tres, &c. non inquantum ęquilaterus, ſed inquantum triangulus habet tres ac per hoc ſciens vniuerſaliter, magis cognouit ſecundum quod ipſum quam ſciens particulariter potior itaque vniuerſalis eſt particulari.

*Ad ſecundã* Amplius ſi ſit quædam ratio vna, & non æquiuocatio vniuerſale erit nihil minus quibuſdam ſecũdum partem ſed magis. Probatur, quoniam uniuerſalia incorruptibilia in illis ſunt, particularia corruptibilia magis.

Neque vna neceſſitas eſt opinari, eſſe hoc præter hæc quoniam unum oſtendunt. Probatur, quoniam nihil magis cogit in ſubſtantiis quam in aliis, quæ non aliquid ſignificant, ſed quale, aut ad aliquid, vnde demonſtratio non eſt deceptionis cauſa, ſed male audiens. *Ad tertiam.*

Demonſtratio vniuerſalis potior eſt particulari. Probatur ſeptem mediis a priori primo, demonſtratio dicẽs magis cauſam & propter quid, eſt potior. Demonſtratio vniuerſalis dicit magis cauſam & propter quid quã particularis ergo probatio maioris, quia demonſtratio eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus cauſę & propter quid probatio minoris, quoniam uniuerſale eſt magis cauſa, probatur quoniam cui per ſe paſſio ineſt cã eſt, uniuerſale autem eſt primum, cui paſſio per ſe ineſt, ergo uniuerſale magis cauſa eſt. *cõcluſio uera.*

Secundo tunc maxime ſcimus, cum non eſt propter quid aliud. Vniuerſale autem eſt tunc ergo vniuerſalis ẽ potior, probatio maioris, quoniam vſque ad hoc quærimus propter quid, & tunc opinamur ſcire cum non ſit aliquod aliud propter quid, aut quod fiat, aut quod ſit ꝙ̈ hoc. Declaratur exemplariter in cauſis finalibus, quibus quo ad hoc ſimiles ſunt cauſæ reliquorum generum. Minor declaratur exemplariter in æqualitate angulorum, qui ſunt extra.

Tertio magis demonſtrabilium magis eſt demonſtratio, vniuerſalia ſunt magis demonſtrabilia particularib. ergo demonſtratio uniuerſalis eſt magis & dignior. Probatio maioris, quia quę ſunt ad aliquid, ſimiliter magis ſunt, probatio minoris, quia ſunt magis ſcibilia, probatur quoniam vniuerſalia ut ſic finitant, particularia autem infinitant. probatur, quoniã vniuerſale tendit in ſimplex & finem, ſecundum particularia vero in infinita proceditur.

Quarto demonſtratio, ſecundum quam hoc & aliud cognoſcimus præponenda eſt ei, ſecundum quam hoc ſolum nouimus ſed cognoſcens vniuerſale cognouit ẽt particulare, & non econuerſo. ergo &c.

Quinto demonſtratio ex medio propinquiori immediato principio eſt certior ea, quæ eſt per medium diſtãs, ſed demonſtratio vniuerſalis magis eſt huiuſmodi ergo. probatio maioris. Demonſtratio ex principio prior eſt ea, ꝙ̃ non ex principio, & ꝙ̃ magis ex princio ea ꝙ̃ minus, declaratio minoris, in terminis A, primo D, tertio, B, C: mediis ſubordinatis; ita quod B vniuerſalius ſit. Scire p B, erit magis.

Sexto quoniam habens propoſitionem vniuerſalem, ſcit quodammodo poſteriorem, & habet potentiam, habens autem particularem vniuerſalem nullo modo cognouit, neque potentia, neque actu.

Septimo, quoniam vniuerſalis intelligibilis eſt, particularis autem in ſenſu perficitur.

## Series autem hęc eſt.

INTENDENS de comparatione demonſtrationũ tractatum facere, inchoans in hoc cap. illum, quatuor facit, primo ponit triplicem demonſtrationum combinationem, mouens tres quæſtiones. ſecundo primam quæſtionem proſequens tribus mediis, quorum, duo in ſecũda ratione includuntur, ad partem falſam arguit. tertio ſoluit dictas rationes, quarto partem veram ſeptem rationibus confirmat.

' Quæ dicatur demonſtratio vniuerſalis, & qua ratione.

CIrca terminos huius primæ quæſtionis aduerte, ꝙ aliquid dr̃ vniuerſale vel particulare dupliciter. Vno modo vniuerſale quidem, quia eſt vnum in multis & de multis. Particulare vero quia eſt vnum numero, & ſic

de vniuerſali & particulari Porphyrius tractauit & non eſt ad propoſitum noſtrum, quoniam demonſtratio nō dicitur vniuerſalis vel particularis, eo quod ſit de ſubiecto, quod eſt commune multis vel de ſubiecto uno ſecūdum numerum. Demonſtratio enim concludens Iſochelē habere tres particularis eſt, & tamē Iſocheles de multis prædicatur.

T.c.11. Alio modo aliquid dicitur vniuerſale, quia eſt adęquatum illius prædicatum, &c. ut ſuperius in cap. 5. de uniuerſali locutus fuit Ariſtoteles & hoc modo accipimus hic vniuerſale ex tali ſiquidem uniuerſali demonſtratur demonſtratio vniuerſalis illa, quę demonſtrat paſſionē de eius adæquato ſubiecto, vt habere tres de triangulo, & ꝑ oppoſitum illa dicitur particularis demonſtratio, quę demonſtrat paſſionem de eius inadæquato ſubiecto vt habere tres, &c. de Iſochele.

Penes quid attendenda ſit dignitas demonſtrationis uniuerſalis ſuper particulare.

CIrca reſponſionem ad primam rationem aduerte primo, quod illa prima ratio ex malo intellectu tituli quæſtionis procedebat, concluſit ſiquidem vere, ꝙ demonſtratio particularis eſt potior vniuerſali reſpectu ſubiecti particularis, & tamen concedere debebat, quod demonſtratio particularis eſſet ſimpliciter potior vniuerſali. non enim quæritur hic, an reſpectu ſubiecti particularis vna ſit potior alia: clarum ſiquidē eſt, ꝙ perfectius ſcire facit ſubiectū particulare eſſe tale, puta Iſochelē habere tres, demonſtratio particularis, quam vniuerſalis faciat, quia illa facit illud ſcire in actu, hæc in potentia, ſed quæritur ſimpliciter quæ ſit potior. Aduerte ſecundo, ꝙ quia ratio illa nunquam aſſumpſit quod demonſtratio particularis faciat ſcire ſecundum ꝙ ipſum, ſed quod facit ſcire qm̄ ipſum. ſ. particulare eſt tale, vniuerſalis autē facit ſcire non quoniam ipſum eſt tale, ſed quoniā aliud ſcilicet eius ſuperius eſt tale, Ariſt. uero reſpondendo trāſiit (ad ſecundum quod ipſum) & mutare videtur terminos argumēti, propter hoc inquam poſſet forte alicui videri minus bene Ariſtotelem ſoluiſſe. Sed ob hoc neminem turbari decet, quia ſcire quoniam ipſum non particulare, ſed abſolute, & ſcire ſecundum quod ipſum ex additione ſe habent, & poſterius includit primum, & addidit, & propterea declarando ꝙ demonſtratio uniuerſalis facit ſcire ſm quod ipſum particularis aūt non, ſufficiēter inſinuauit quod demonſtratio uniuerſalis facit ſcire quoniam ipſum licet non faciat actualiter ſcire quoniā ipſum particulare eſt tale, & per hoc argumento ſatiſfactum eſt, quia iam habetur, quod nō attenditur dignitas demonſtrationis penes ſcire, qm̄ ipſum particulare eſt tale, ſed quoniam ſecundum ꝙ ipſum ſcire facit.

Num vniuerſale magis ſit quam particulare, eo quod incorruptibile ſit.

CIrca reſpōſionem ad ſecundum datam, vbi dr̄ ꝙ nihil minus uniuerſale erit particulare, ſed magis. Dubitatur, an verum ſit, uniuerſale magis eſſe quam particulare, & quantum valeat ratio huiuſmodi adducta ab Ariſtotele. ſ. quod uniuerſalia incorruptibilia ſunt, vſ. n. quod particulare magis ſit qm̄ particulare habet eſſe ſimpliciter; uniuerſale autem habet eſſe ſecundum quid. ſcilicet intellectuale, ſeu obiectiuum, ſecundum doctrinam peripateticam non ponētem vniuerſalia ſubſiſtere. Magis autem eſſe conſtat habens eſſe ſimpliciter quam habens eſſe obiectiuum, ergo &c. Præterea in particulari includitur vniuerſale actu, & non econuerſo, & cōſequēter quicquid eſſe eſt in uniuerſali eſt in particulare & non ecōuerſo. ergo vniuerſale nō eſt magis particulari ſed potius econuerſo præterea qđ aut nihil eſt, aut poſterius particulari, non magis eſt ipſo particulari, ſed vniuerſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt, vt dicitur in primo de anima. ergo &c. Similiter videtur quod ratio illa Ariſtotelis non concludat, quia incorruptibilitas arguēs T.c.8. magis eē, ē incorruptibilitas poſitiua, vniuerſalia autē, vt ſupra probatum eſt, nō ſunt incorruptibilia poſitiue, ſed negatiue: ad euidētiam autem huius dubitationis primo declarandi ſunt termini & ſenſus reſponſionis Ariſtotelis. & deinde reſpondendum obiectis, termini ſunt, vniuerſale particulare, erit ſeu eſt, & magis. Quia ergo terminos in reſponſionibus oportet eſſe conformes terminis in obiectionib poſitis, ut euitetur æquiuocatio, uniuerſale & particulare in hac reſponſione ſumuntur primo mō diſtinctionis ſuprapoſitæ, vniuerſale. ſ. pro eo ꝙ ē unū in multis, & particulare pro eo quod eſt unum numero demonſtratum nec ſumitur hic uniuerſale pro aggregato ex re, & uniuerſalitate, qm̄ de talibus non ſunt demonſtrationes (ſed pro ipſa reſulta tamen conditione uniuerſalitaris, ut cōditione ſine qua non, ideſt pro ipſa quidditate formaliter ſumpta; de talibus enim uniuerſalib. ſcientia eſt ut ſupra diximus. Eſſe autem, quod ſignificatur ꝑ ly eſt, in propoſito ſumi pōt dupliciter. Vno mō pro eſſe quidditatiuo. alio modo pro eſſe actualis exiſtentiæ. Magis tale quoq; ſumi poteſt dupliciter uno modo ſimpliciter alio modo quo ad hoc, puta demonſtrabilitatem vel ſcibilitatem. Ad percipiendum igitur ſenſum dictorum Ariſtotelis oportet aduertere, quod concluſio ſua eſt una comparatiua, & quod comparatio non fit inter idem & ſeipſum, ſed inter diſtincta. Et quia uniuerſale & particulare non diuidunt rē diuerſificādo eā, quēadmodum differentiæ diuidunt naturam genericā multiplicando eam, ſed ut modi unius & eiuſdem rei eadem ſiquidem natura humana eſt, quæ modum uniuerſalitatis & particularitatis habet; ideo comparatio uniuerſalis ad particulare non eſt accipienda, ut inter duas res, ſicut inter hominē & bouē, nec ut inter idem & ſeipſum, quia periret natura comparationis, nec ut inter includēs & incluſum, tum quia uana eſſet comparatio, tum quia unus modus non includit alium, ſed ut inter rem ſub uno modo & ſeipſum ſub alio mō. Ad percipiendum autem ſine errore comparationem inter A, ſub C, modo, & ſeipſum A ſub D modo non oportet inſpicere quid habeat A, C, ex A, ſed quid hēat ex, uel ſub C, nec qd hēat A, D, ex A, ſed quid hēat ex uel ſub D. Aliter comparatio nō haberet fundamenta diſtincta, ut patet, quoniam A, idē eſt in utroque. Et ſic ad uidendum, an uniuerſale magis ſit quam particulare intuendum eſt uniuerſale ut uniuerſale, modo tamen declarato, & ſimiliter particulare ut particulare. Intueri autē uniuerſale, ut ſic in propoſito, nihil aliud eſt quam loqui de ipſa natura quę uniuerſalis denominatur formaliter; ut de homine in eo quod homo & non ut hic: hoc enim eſt conſpicere ipſam non cōſpectis indiuiduantibus cōditionibus. Intueri autem particulare (ut ſic) eſt intueri naturam ipſam ut coniunctā conditionibus indiuiduantibus. Vniuerſale ergo magis eſſe quam particulare, ideſt hominem magis eſſe quam ſortem & bouem quā hūc bouem, &c. ſi ly eſſe intelligitur eſſe actualis exiſtentiæ, & ly magis, dicat magis ſimpliciter, falſum eſt, quoniam exiſtere particulariū eſt primo & ſimpliciter, ſicut & generari. Vniuerſalium autem ſecundario per particularia ſcilicet ſicut & generantur & corrumpuntur, genitis & corruptis particularibus. Vnde in prædicamentis loquens de eſſe actualis exiſtentiæ Ariſtotel. dixit, Deſtructis primis ſubſtantiis impoſſibile eſt remanere ſecundas, quę uniuerſales ſubſtantiæ ſunt. Si autē ly magis dicatur magis quo ad hoc, puta ſubtilitatem, loquendo etiam de eſſe actualis exiſtentiæ, verificatur, quod uniuerſale ſit magis particulari ad hunc ſenſum, quia uniuerſale magis eſt ſecundum extenſionem quam ſingula particularia, & talis exiſtentia uniuerſalis magis confert demonſtrationi & ſcientiæ, quam exiſtentię ſingularium: bos enim diuturnior eſt quam ſinguli boues, & magis prodeſt ſcientiæ exiſtentia bouis quam ſingulorum. Hic ſenſus, licet ſit uerus, non tamen in iudicio meo eſt inten-

Cap. 9. circa mediū circa t.c.22.

Cap. 9. poſt mediā circa t.c.23.

Cap. de ſubſtantia

tus ab Ariſt. Si autem ſumatur ly eſſe, pro eſſe quidditatiuo qualitercunque ſumatur (ly magis) verum eſt uniuerſale eſſe magis particulari, & intẽtum ab Ariſtotele. Verum quidem, quoniam rationem quidditatiuam ipſius uniuerſalis particulare non habet niſi quia vniuerſale participat: impoſſibile eſt aũt quod participans habeat magis rõnem formalem illius cui formalis participatione ẽ tale. Vnde quia Sortes hominis rationem quidditatiuã non habet, niſi quia eſt homo, impoſſibile eſt quod magis habeat quidditatiuum hominis quam homo; quoniã non quia eſt hic, vel ille, ſed quia eſt homo, eſſe quidditatiuum humanum habet: nihil ergo minus uniuerſale quã particulare eſt ſecundum eſſe quidditatiuum ſed magis eſt, quanto incorruptibilia in illis ſunt. Quoniam enim eſſe quidditatiui conditiones ſunt fixio, immobilitas, & certitudo, & particularitati coniunctum incertum & uariabile atque corruptibile eſt, quia materialia ſunt omnia particularia, quorum habemus ſcientiam, & ut fundat uniuerſalitatem inuariabile & certum eſt, ideo nõ ſolum nihil minus vniuerſale eſſe, quam particulare dixit, ſed magis quanto incorruptibiliora ſunt ipſa uniuerſalia, inſinuans ex hoc eſſe quidditatiuum ibi magis inueniri, ubi ſm proprias eius conditiones inuenitur quam ubi extraneis coniunctum eſt. Quod autem taliter inueniri quidditatiue magis proſit ſcientiæ, non eſt opus declarare: intentum aũt ab Ariſtotele hunc eſſe ſenſum patet, tũ quia hoc modo directe & uniuerſaliter uniuerſalia magis magnificantur tum quia ex tali vniuerſalium dignitate peripateticæ demonſtrationes nobilitantur. Ad primũ ergo nõ oportet aliter rñdere, qa procedit iuxta primum ſenſum. Ad ſecundum quoque iam dictum eſt, ꝙ hic non loquimur de uniuerſali & particulari, vt unum includit reliquum, ſed de eis, ut diſtiguuntur modo declarato: licet.n. natura particularis includat totum id, quod eſt natura eadem formaliter ſumpta, non tamẽ includit modum illum, ſed oppoſitum ponit, nec eſt idem natura ut particularis, & natura ut uniuerſalis fundamentaliter, ideſt vt formaliter ſumpta. Ad tertium dicitur, quod non militat aduerſus intentum noſtrum, quoniam Ariſto. ibi loquitur de toto coniuncto. ſ. re uniuerſali, hic autem loquitur de ſubſtracto, vt ſic cuius ſignum eſt quod ibi dixit animal uniuerſale nihil eſt, hic autem uniuerſalis tantum nomine vſus eſt. Ad id vero, quod contra rationem obiicitur dicitur quod etiam incorruptibilitas negatiua arguit directe perfectiorem modum ipſius eſſe quidditatiui de quo loquebatur Ariſt. ut ex dictis patet, & indirecte arguit diuturnius eſſe actualis exiſtentiæ, quoniam ſi ex ſe non corrumpitur in aliis exiſtens, corrupto uno ſaluatur in alio, quod particularibus non conuenit propter quod Ariſt. in litera non dixit abſolute quanto incorruptibilia ſunt, ſed addidit in illis, quaſi diceret, quoniam uniuerſalia in particularibus poſita corruptibilib. incorruptibilitatem ſecundum ſe ſeruant, & illis diuturniora ſunt magis ſecundum eſſe quidditatiuum ſunt, & quodammodo ſecundum eſſe actualis exiſtentiæ.

Num habens particulare habeat ipſum uniuerſale.

Circa quartam & ſextam rationes dubitatur. Quia falſum videtur eſſe quod habens paticularem non habeat vniuerſalem in actu neque in potentia. Quod.n. cognoſcens particulare cognoſcat uniuerſale in actu, probatur ex eo quod uniuerſale actualiter clauditur in ſuo minus vniuerſali, quod particulare dicitur, tam in terminis, quam in propoſitionibus. in Iſochele enim clauditur triangulus, & in hac propoſitione, Iſocheles habet tres clauditur iſta actu, Triangulus habet tres, ut patet ponẽdo diffinitionem loco nominis, &c.

Quod autem ſciens particularem, ſciat vniuerſalem in potentia, probatur ex eo, quod vniuerſalioris notitia ex minus uniuerſalibus colligitur, ſicut uniuerſalis ex particularibus, impoſſibile autem eſſet ex inferiorum conuenientia ſuperioris notitiam acquirere, niſi in cognitione particularis eſſet in potẽtia cognitio vniuerſalis. Ad hoc dicitur, ꝙ dictum Ariſtotelis eſt ſimpliciter verum, nec huiuſmodi argumenta cogunt ad oppoſitum. Primum ſiquidem deficit, quoniam aliud eſt id quod eſt vniuerſale claudi actu in particulari ẽ, aliud ẽ vniuerſale claudi in particulari ad primum.n. ſufficit rẽ ſignificatam per nomen primæ impoſitionis illius uniuerſalis includi particulari, vt res ſignificata per ly animal, in homine clauditur. Ad ſecundum autem requiritur, quod res illa vt hẽt actũ vniuerſalis ideſt diſtributa claudatur in eo, ut ꝙ oẽ animal ſit in homine, primum quidem eſt verum & non ad propoſitum, ſecundum eſt falſum & eius contradictoriũ affirmatum eſt ab Ariſtotele & ẽ ad propoſitũ, quoniam ad cognoſcendam hãc, Triangulus habet tres ut uniuerſalem, ſiue prioriſtice, ſiue poſterioriſtice (quos demonſtratio exigit) non ſufficit cognoſcere hanc, Iſochele habet tres, vt patet. Secundum autem deficit ex ignorantia metaphyſicæ dupliciter. primo quia non aduertit de quali potentia loquatur Ariſtoteles. ſecundo quia meminit quid ſit proprie eſſe in potentia, procedit ſiquidẽ argumentum, ac ſi Ariſt. loqueretur de potentia logica, aut de potentia phyſica quacunque, cum tamen Ariſto. loquatur de potentia phyſica actiua volẽs particularem eſſe in actiua potentia uniuerſalis, & non econuerſo quoniam vniuerſalis eſt ſecundum naturam præmiſſa ipſius particularis includẽs in ſe medium, quo paſſio de particulari concluditur: conſtat autem ex ſecundo Phyſicorum, quod præmiſſæ in genere cauſę efficientis concluſionem inferunt, & quod nihil eſt efficiens ſuæ cauſæ effectiue, ſimiliter eſſe in potentia aliquid non proprie dicitur omne illud, quod quotcunque, & quibuſcunque auxiliis poteſt in illud duci, ſed quod unico tantum motore eget ut deducatur in actum, ut dicitur .9. Metaphyſicæ, & propterea quia ſciens uniuerſalem propoſitionẽ unica tantum mutatione poteſt particularem ſcire agnoſcẽdo. ſ. illud particulare contineri ſub tali uniuerſali. Sciens autem particularem propoſitionem non unica, ſed multis eget cognitionibus ad cognoſcendum uniuerſale, ut ſic tum quia inductione opus eſt, tum quia, ut dictum fuit in c. 5. etiam ſi omnia particularia eſſent nota adhuc non eſſet notum uniuerſale ſecundum ſpeciem, ſed ſecũdum numerum tantum; ideo merito ſciens vniuerſale dicitur ſcire particularem in potentia & non econuerſo.

circa.t.c.31. ſecundum S.Thom.

T.c.2.

T.c.13.

Circa ſeptimam rationem dubitatur, quia Ariſt. videtur egredi limites propoſiti, tractat enim de demonſtratione uniuerſali & particulari, quarum utraque intellectu conſpicitur, & ab eo fit, & deſcendit ad particularia ſenſibilia, quod uitioſum eſſe uidetur. Ad hoc dicitur quod Ariſt. a propoſito non receſſit ſed undique rationes adunans, ſicut ex modo generationis particularium ex uniuerſali & proceſſus ad uniuerſale a particularibus tertiã rationem cõfecit, quia partitio ducit in infinita; collectio autem adunat, & finit, ita nunc ex terminis uniuerſalis proceſſus ut ſic, & particularis vt ſic, uniuerſalem magnificat, termini ſiquidem particularis proceſſus particularia ſenſibilia ſunt. Ad quæ cum peruentum fuerit nõ amplius particularizari poteſt demõſtratio, termini autem uniuerſalis proceſſus, ut ſic uniuerſalia oportet eſſe, quæ intellectu conſiſtunt; non eſt igitur extra propoſiti terminos vagatus.

## De cõparatione demonſtrationũ affirmatiue & negatiue & ducẽtis ad impoſſibile. C. 21.

*Quod aũt monſtratiua ſit dignior priuatiua hinc manifeſtũ. ſit.n. hac demonſtratio melior (aliis eiſdem exiſtentib.) quæ eſt ex paucioribus petitionib. aut ſuppoſitionibus aut propoſitionibus ſi enim nota ſimiliter ſint celerius cognoſcere per has inerit, hoc aũt eligibilius eſt. Rõ aũ propoſitionis, quod melior, quæ ex minoribus,*

*bus, vniuerſaliter hæc eſt: ſi.n. cõſimiliter eſſet, hoc quod ẽ, natu eſſe media, priora notiora eſſent. Si demonſtratio quidem per mediũ b,c,d, quod a, ipſi e, ineſt, quæ vero per f, g, quod a, ipſi d. Conſimiliter itaque ſe habet, quod a, ipſi d, ineſt, & a, ipſi e, quod a, ineſt ipſi d, pri⁹ & noti⁹ eſt quã quod a, ipſi e, per hoc.n. illud demonſtratur. credibilius autem eſt id, quod eſt, per quod. igitur demonſtratio, quæ per pauciorũ eſt melior aliis eiſdem exiſtentibus, ambæ igitur & per terminos tres & propopoſitiones duas monſtrant, ſed hæc quidem eſſe aliquid accipit, illa vero & eſſe & non eſſe aliquid, per plura igitur, quare & peior eſt. Præterea quoniam monſtratum fuit quod impoſſibile eſt. ſvt vtriſque exiſtentibus priuatiuis propoſitionibus fiat ſyllogiſmus, ſed hanc quidem oportet talem eſſe, illã vero quod ineſt. Amplius ad hoc oportet hoc accipere; prædicatiuas enim (aucta demonſtratione) neceſſarium eſt fieri plures, priuatiuas vero impoſſibile eſt plures eſſe vna in omni ſyllogiſmo. Sit enim nulli inexiſtens ipſum a, in quo ipſum b,c, vero omni inexiſtens ipſum b, ſi vero oporteat rurſus augere vtraſq; propoſitiones medium iniiciendũ, ipſius quidem a,b, ſit d, ipſius vero b,c, e: e, quidem igitur manifeſtum, quod eſt prædicatiuum d, vero de b, quidem prædicatiuum, ad a, vero vt priuatiuum ponitur d, enim de omni b, a, autem nulli oportet eorum quæ d, ineſſe, fit igitur vna priuatiua propoſitio, quæ eſt a,d. Idẽ vero modus & in aliis ſyllogiſmis: ſemper.n. medium prædicatiuorum terminorum prædicatiuum in vtruque, priuatiui autem in altera priuatiuũ neceſſarium eſt eſſe, quare hæc vna talis ſit propoſitio, aliæ vero prædicatiuæ. Si igitur notius, per quod monſtratur, & credibilius, monſtratur autem priuatiua quidem per prædicatiuum, hoc autem per illam non monſtratur, prior igitũ & notior exiſtẽs & credibilior melior vtique erit. amplius ſi principium ſyllogiſmi eſt vniuerſalis propoſitio immediata: eſt autem in monſtratiua quidem affirmatiua in priuatiua vero negatiua vniuerſalis propoſitio, affirmatiua aũt negatiua prior & notior, propter namque affirmationem negatio nota. Et prior affirmatio quemadmodum & ipſum eſſe ipſo non eſſe; quare melius principium monſtratiuæ quam priuatiuæ. quæ vero melioribus principiis vtitur melior eſt. Amplius principalior, ſine.n. monſtrante non eſt priuatiua Quoniã vero prædicatiua priuatiua melior eſt planum quod & ad impoſſibile ducente: oportet aũt ſcire, quæ eſt differentia ipſarum, ſit itaque a, inexiſtens nulli b, ipſi vero c, omni ipſum b, neceſſe vbique eorũ quæ c, nulli ineſſe ipſum a. Sic igitur acceptis oſtẽſiua vtiq; priuatiua eſſet demõſtratio quod a, ipſi c, non ineſt, quæ vero ad impoſſibile ita ſe habet, ſi oporteat monſtrare, quod a, ipſi b, non ineſt, accipiendum eſt a, ineſſe ipſi b, & b, ipſi c, quare contingit a, ipſi c, ineſſe hoc aũt ſit notum & confeſſum, quod impoſſibile, non igitur põt a ipſi b, ineſſe, ſi igitur b, ipſi c, confeſſum eſt ineſſe, a ipſi b, impoſſibile eſt ineſſe termini igitur conſimiliter ordinantur. Differt autem vtra ſit notior propoſitio priuatiua, vtrũ quod a, ipſi, b non ineſt, an quod a ipſi c, cum igitur concluſio eſt; notior, quod non eſt quæ ad impoſſibile ſit demonſtratio cum autem in ſyllogiſmo ſit, demonſtratiua eſt natura autem prior eſt, quod a, ipſi b, quam quod a, ipſi c, ineſt; priora enim ſunt concluſione, ex quibus eſt concluſio, eſt autem a, ipſi c, non ineſſe, concluſio, a, vero ipſi b, ex quo eſt concluſio. Non enim ſi contingit ablatum eſſe aliquid, hoc eſt concluſio, illa vero ex quib. ſunt, ſed hoc quidem eſt, ex quo ſyllogiſmus eſt, qui vtique ſic ſe habet, vt aut totius ad partem aut partis ad totum habeat rationem, ſed a,c, & a,b, propoſitiones non ſe habent ita inter ſe: ſi igitur, quæ ex potioribus & prioribus melior ſunt autem ambæ ex eo quod non ſit aliquid, credibiles ſed quidem ex priori, illa vero ex poſteriori melior ſimpliciter vtique erit priuatiua demõſtratio ea, quæ eſt ad impoſſibile, quare & quæ hac melior prædicatiua eſt manifeſtum quod & ea quæ ad impoſſibile eſt melior.*

## Summa huius capituli hęc eſt.

Demonſtratio affirmatiua dignior eſt demonſtratione negatiua, probat quinque rationibus. Primo ſic, 1. concluſio
demonſtratio ex minoribus quęſtionibus, aut ſuppoſitionibus, aut propoſitionibus (aliis eiſdem exiſtentibus) eſt dignior ea, quæ ex pluribus eſt. demonſtratio affirmatiua eſt ex minorib. quam negatiua, ergo. maior probatur dupliciter, primo, quia ſi ſunt utrobiq; ſimiliter nota, velocius eſt cognoſcere per pauciora. hoc autem appetibilius eſt, &c. ſecunda probatur ſupponendo media. ſ. eiuſdem ordinis ſimiliter eſſe cognita & priora eſſe notiora: quoniam demonſtratio ex paucioribus eſt ex prioribus, & conſequenter ex magis cognoſcibilibus, quoniam credibilius eſt per quod demonſtratur. Quod autem demõſtratio ex paucioribus ſit ex prioribus & notiorib. declaratur in terminis duarum demõſtrationum primæ. Quarum a eſt primum: e, tertium, b,c,d, tria media poſita ſub a, & ſupra e, ita quod ſcala ſit a,b,c,d,e. Secundum autem demonſtrationis per pauciora. a, primum, d, tertium, b,c, duo media ſunt, ita quod ſcala eſt a,b,c,d. Manifeſtum ẽ autem quod ſimiliter ſe habent concluſiones vtriuſq; demonſtrationis & quod concluſio ſecundæ eſt prior concluſione tertiæ cum ſit illius principium. (Vel ſecundum aliam literam) ſecunda demonſtratio in aliis formetur, ita quod a, ſit primum, c, tertium, g, h, duo media, & ſubdatur. Manifeſtum eſt quod ſimiliter ſe habent concluſio ſecundæ, & penultima concluſio totius proceſſus primi, ſed hæc prior vltima cõcluſione, quia eſt eius principium, ergo concluſio ſecundæ, quę eſt ex paucioribus, eſt prior ea, quæ eſt ex plurib. Minor autem principalis probatur, quia affirmatiua accipit aliquid eſſe, negatiua vero eſſe, & nõ eſſe licet vtraq; ſit per tres terminos & duas propoſitiones. Secundo quoniam ex puris negatiuis nõ poteſt fieri ſyllogiſmus, ſed altera affirmatiua opus eſt, &c.

Tertio quoniam demonſtratio affirmatiua eſt prior, & notior & credibilior negatiua. probatur, quoniam priuatiua per prædicatiuam, prædicatiua autem per illã non demonſtratur, probatur, quoniam augmentati negatiua demonſtratione neceſſe eſt fieri plures affirmatiuas propoſitiones, negatiuam vero vnam tantum in omni ſyllogiſmo. declaratur hoc in ſecundo primæ in terminis a, primo c, tertio b, medio, d, medio maioris, & e, medio minoris, nulla ſiquidem negatiua fiet propoſitio niſi maior pro ſyllogiſmi ad maiorem probandam, reliquæ omnes affirmatiuæ ſunt.

Quarto demonſtratio vtẽs digniorib. principiis eſt dignior, ſed affirmatiua eſt hmõi, ergo. probatio minoris, quoniam affirmatiuæ principiũ eſt uniuerſalis immediata affirmatiua, negatiuę uero negatiua & illa eſt prior notior. probatur, quoniam negatiua per affirmatiuã nota eſt, & prius eſt eſſe quam non eſſe, &c. Quinto quoniam ſine demonſtratiua non eſt priuatiua, ſed econuerſo, ergo &c.

Demonſtratio negatiua oſtenſiua eſt, quæ primũ de tertio negatiue cõcludit per medium, a quo negatur primum, & affirmatur de tertio. declaratur in terminis a, primo, c, tertio; b, medio.

Demonſtratio autem ducens ad impoſſibile eſt, quæ probat veram negatiuam, aſſumit affirmatiuam oppoſitam, & ſubſumit affirmatiuam veram, & infert concluſionem, de qua notum & certum eſt ꝙ ſit impoſſibilis, & ſic certificata præmiſſa vera cõcludit aſſumptam affirmatiuam oppoſitam, probando eſſe impoſſibilem, & per hoc ibi oppoſitam, negatiuam eſſe ueram, &c. declaratur in terminis a, primo, c, tertio, b, medio, ita quod non eſt negatiua probanda. Quid.

Termini quidem ſimiliter ordinantur in utraque, ſed differt quo & qualis ſit notior priuatiua oppoſitio, quoniam quando concluſio eſt notior, quoniam non eſt, ſit demonſtratio ad impoſſibile, cum autem quæ vere negatiua præmiſſa eſt, notior ſit, oſtenſiua demonſtratio ſit.

declaratur in terminis eiſdem, ita.ſ. ꝙ nullum B eſt A ſit vera & vere præmiſſa ſecundum ſe, & illa nullum C eſt A ſit vera ſecundum ſe, concluſio illius fuit ſiquidem illa maior negatione oſtenſiua, & iſta concluſio eius, & deſtructio concluſionis impoſſibilis in demonſtratione ad impoſſibile, vt clare patet & conſequenter ibi aſſumpta vt præmiſſa ad illam negatiuam probandam.

2. concluſio. Demonſtratio negatiua potior ſimpliciter eſt ducente ad impoſſibile. probatur, demonſtratio ex notioribus & credibiliorib. dignior eſt, negatiua eſt hmôi, ergo. ꝓbatur minor, quoniam cum vtræq; ſint ex non eſſe credibiles, negatiua eſt ex priori, ad impoſſibile vero ex poſteriori. probatur, quoniam negatiua eſt ex quibus eſt cõcluſio, ad impoſſibile vero eſt ex concluſione, declaratur in terminis eiſdem, & propoſitionibus eiſdem.ſ. nullum B eſt A, & nullum C eſt A, ex quarum prima procedit negetiua. & ſecunda robur trahit ad impoſſibile.

Reſpondet tacitæ quæſtioni. Nob.n.ſi ex diſtinctione affirmationis verificari negatiuam contingit negatiua iſta eſt concluſio, & ea ex quibus infertur ſunt ex quibus ſed illud eſt, ex quo fit ſyllogiſmus, qđ ſe habet ad concluſionem vt totum ad partẽ & illa ad ipſum ve pars ad totũ. hoc aũt nõ conuenit illi, nullũ C eſt A reſpectu illius, nullũ B eſt A ſed ecõuerſo.

3. concluſio Quare quoniam prædicatiua dignioe eſt negatiua, & ea quæ eſt ad impoſſibile potior erit.

## Series autem hæc eſt.

DEFINITA prima quæſtione, reliquas exequitur, & primo ſecũdã vnica cõcluſione quinq; rõnibus firmata, ſcđo tertiã oſtendens quid ſit demonſtratio negatiua, quid ad impoſſibile, in quo conueniant & differant & concluſionem reſponſiuã unica rõne roboratam, excludendo quandam contra rõnẽ obiectionem. & licet excluſio rõni inferatur ab Ariſt. ſeparauimus tamen eã, ut clarius videatur qđ dr̃, vltimo tertiam concluſionem adiecit, affirmatiuã demonſtrationem extollentem, &c.

Annot. Circa primam rõnem prima concluſione aduerte, ꝙ ideo dupliciter formata eſt, quia diſformiter habetur in diuerſis tranſlationibus. litera ſiquidem cõis, quam ſecutus eſt ẽt Albertus, primum ſenſum oſtendit. Litera autẽ qnam expoſuit S. Tho. ſm ſenſum bẽt, quẽ & habet trãſlatio quædam, cui ex diuerſis locis perpendi expoſitionẽ S. Thom. verbaliter conformiorem eſſe quã cõi. Dico autem hoc, qm̃ penes me babeo quandam tranſlationẽ, quæ niſi ſciptorum arbitrio quibuſdam quibus annexa ẽ commentariis ſociata ſit Boetiana eſt, quoniam eloquentia commentariorum Boetium ſonat, compertum tamẽ hoc mihi non eſt, eo quod in capitulo de vniuerſali quędam recitae Albertus ex Boetio, quę in eo nullo modo ſunt, licet ad hoc poſſet dici, ꝙ Boetius duas æditiones ſuper libro poſteriorum fecit, ſicut ſuper libros Perihermenias & Porphyrii. Vel forte quod uitio ſcriptoris ab Alberto Boetius nominatur, nec tamẽ tranſlatio iſta eſt illa, quam expoſuit S. Thom. vt ex ſequenti cap. conſtae, niſi libros defectibus plenos habeamus, vel habuerit. Cuiuſcũque ergo ſi tranſlatio illa habet expreſſe, vt S. Th. exponit. Et melioe videtur iſta tranſlatio in hoc quam cõis (ſi ut ratio hoc introducitur) ſecus autem ſi ut declaratio, quoniam iuxta hanc Ariſt facit eandem concluſionem primæ demonſtrationis & ſecundæ, & dicit ſimiliter ſe habere illam concluſionem, ut infertur per ſecundam & penultimam concluſionem primæ, quod indubie verum eſt, quia utraque per duo media proceſſit, & per hoc cũ penultima ſit prior vltima & eius principiũ, ſequitur quod concluſio ex paucioribus ſit prior. ſecũdũ communem uero tranſlationem Ariſt. non vere accipit duos proceſſus, ſed primo totum, deinde partem. primã ſiquidem demonſtrationem facit facit coniungendo ſupremum infimo per tria media. Secundum uero ſupremum coniungendo penultimo. & ſic minuit vnum medium, & ſubdit quod ſimiliter ſe habent concluſio primæ & concluſio ſecundæ, & concludit, ꝙ concluſio ſecũdæ eſt potior, ubi non ita apparet, qũo hoc ſequatur, nec qũo ſimiliter ſe habeant. Declaratio tamen ſtat dicendo quod ſimiliter ſe habent, non quo ad numerum mediorum, ſed quo ad cætera. puta quod ſunt ex priorib. & notioribus ſecundum naturam &c. & quod non infertur ex ſimiliter ſe habere concluſio, ergo concluſio ſecundæ eſt prior, ſed quod per (ly ſimiliter ſe habere) declaratur, ꝙ cætera ſunt paria, & poſt modum quia concluſio ſecundæ ex principium concluſionis primæ declaratur quod eſt prior.

Quantum valeat proceſſus Ariſt. probantis demonſtrationem ex minoribus abſolute procedentem digniorem eſſe ea, quæ ex minoribus qualitatiue procedit.

CIrca probationem minoris eiuſdem rationis dubitatur, quoniam Ariſ. vr̃ incidere in vitium figuræ dictionis, quoniam aſſumit & probat demonſtrationẽ ex minoribus abſolute eſſe digniorem, & poſtmodum declinat ad minores qualitatiue, vbi expreſſe mutaſſe uidetur terminos qualitatis in qualitatem. Ad hoc dicitur dupliciter. Primo, ꝙ maior aſſumpta ab Ariſt. conditionanda eſt, ſicut probatio minoris conditionatur, ita ut intelligantr ſic proceſſiſſe. demonſtratio ex paucioribus qualitatiue eſt certior, affirmatiua eſt hmôi, ergo, & ſecundũ hoe nullc deceptio accidit. proceſſus tamen probans maiorem hunc ſenſum nec tangere videtur, ſed ſimpliciter probat demonſtrationem ex paucioribus eſſe potiorem. Secundo dr̃, ꝙ Ariſ. breuitati ſtudens ſub terminis quãtitatiuis qualitatiuos ſubſumſit, nõ ut qualitatiuæ ſunt, ſed quoniam ex eis quantitas cognoſcitur maior vel minor &c. & conſequenter nullum fuit in eius proceſſu uitium, ſed ſubtilis breuitas. Quod autem ita ſit, quod.ſ. demonſtratio ex pluribus in qualitate ſit ex pluribus in quantitate, & ex paucioribus ſecundum qualitatem ſit ex paucioribus ſimpliciter, & cõſequenter ꝙ affirmatiua demõſtratio, quę conſtat ex affirmatiuis tm̃ ſit ex paucioribus. & negatiua, q̃ conſtat ex affirmatiua & negatiua ſit ex pluribus ſic manifeſtatur. Ad probandum præmiſſas demõſtrationes affirmatiuæ non poſſunt aſſumi, niſi ea, quę inſunt per ſe in primo uel in ſecundo modo, antecedentia .ſ. & conſequentia. quoniam oẽs præmiſſæ affirmatiuæ ſunt. Ad probandum autem pręmiſſas negatiuæ demonſtrationis, quoniam una præmiſſa eſt affirmatiua omnia ſupradicta contingit ſumere, quoniam uero altera præmiſſa eſt negatiua extraneum ab altero extremorum medium oportet ſumere, & ſic plura media ſunt, ſi præmiſſę plures ſecundum qualitatem ſunt, vtraque reſponſio cõueniens videtur, ſed ſecunda Alberto placet, & ipſi magis textus conſentire videtur.

## De certitudine & vnitate & diuerſitate ſcientiarum & demonſtrationum. Cap. 22.

*SCientia autem eſt certior & prior ſcientia, quæ ipſius quod, & propter quidem eadem, ſed non ea, quæ ſeorſum ipſius quod ab ea, quæ propter quid, & quæ nõ de ſubiecto eſt ea, quæ de ſubiecto, vt Arithmetica Harmonica; & quę ex paucioribus ea, quæ eſt ex appoſitione, vt Aritmetica, Geometria, dico aũt ex appoſitione, vt unitas eſt ſubſtantia ſine põne, punctum vero ſubſtantia cum poſitione, hoc autem ex appoſitione. Vna autem ſcientia eſt, quæ eſt vnius generis, quæcunque ex primis componuntur, & partes ſunt, aut paſſiones horum per ſe. Altera vero ſciẽtia eſt ab altera, quaruncunque principia, neque ex eiſdẽ, neque alteræ ex alteris ſunt. huius autem ſignum, cum ad indemonſtrabilia venerit. oportet.n. ipſa in eodem genere eſſe cum his, quæ demonſtrantur, ſignum aũt & huius, cũ ea, quæ monſtrantur per ipſa, in eodem genere ſint, & cognata. Plures autem demonſtrationes eſſe eiuſdem euenit, non ſolum ex eadem coordinatione accipienti nõ con*

*tinuum*

*tinuũ mediũ,(vt eorũ, quæ A, B, C & D, & E,) ſed & ex altera, vt ſit A tranſmutari in quo autem D moueri, ipſum vero B lætari, & rurſus E quieſcere. Verum eſt igitur & D de B, & A de D prædicari, nam quod lætatur mouetur, & quod mouetur tranſmutatur; rurſus A de E, & E de B verum prædicari; quare per altera media, & non ex eiſdem coordinatione ſyllogiſmus eſt non tamen, vt neutrum de neutro dicatur mediorum, neceſſe eſt.n. eidem alicui ambo ineſſe. Conſiderandum autem eſt & per alias figuras, quot modis contingit eiuſdem fieri ſyllogiſmum.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

1. concluſio. SCientia eſt certior & prior alia tripliciter. ſ. quæ eadẽ eſt ipſius quia, & propter quid ſed non eſt ea, quæ ẽ ipſius quia tantum, extra eam, quæ eſt ꝑꝑ quid & quæ non eſt de ſubiecto illa, quæ eſt de ſubiecto, vt arithmetica, harmonica, & quæ ex minoribus ea, quæ ex appoſitione, ut arithmetica de vnitate, geometria, de puncto.

2. concluſio. Scientia eſt vna quæ eſt vnius generis, quæcunque ex primis cõponũtur, & partes aut paſſiones horũ ſunt ꝑ ſe.

3. concluſio. Altera ſcientia ab altera eſt quorumcũque principia, neq; ex eiſdẽ, neq; ex alterutri ſunt. Declaratur, a ſigno quoniam reſoluendo uenitur in demõſtrabilia quæ oportet eſſe eiuſdem generis cum his, quæ demonſtrantur. declaratur & hoc a ſigno, quoniam demonſtrabilia per ſe ipſa in eodem genere ſunt & proxima.

4. concluſio. Plures demonſtrationes eſſe eiuſdem poſſibile eſt, nõ ſolum ex eodem ordine accipiendi non continuum medium, ſed ex altero. Declaratur primum in terminis a primo, B tertio, C, D, E, mediis ex eodem ordine ſubordinatis. Declaratur ſm̃ in terminis A primo, B tertio, D, E, in mediis diuerſorum ordinum, & applicantur ad ſpeciale exemplum, lætans tertium, tranſmutatur primum mouetur & quieſcit media diuerſa. probatur deinde de hoc ſm̃, quoniam neutrum de neutro dici contingit mediorum, & neceſſe eſt eidem alicui vtraque ineſſe.

## Series autem hęc eſt.

COMPARATIS demonſtrationib. ſcientias earum effectus comparare intendit in hoc capitulo, & tria facit, quia primo in prima concluſione comparat eas ſecundũ certitudinem ſecundo ſecundum veritatem & diuerſitatem duabus concluſionibus tertio quotupliciter contingat eiuſdẽ eſſe diuerſas demonſtrationes oſtendit ſic ex hoc inſinuans tantã eſſe vim diuerſitatis principiorũ ad ſcientias diſtinguendum, vt etiam circa eandem concluſionem diuerſas pariant ſcientias.

Quæ nam ad ſcientiæ vnitatem & diſtinctionem ſpectent.

CIrca ſecundam & tertiam concluſiones, & ea quæ a S. Thom. in earum expoſitione dicuntur multa occurrunt notanda & dubitãda ante cętera autem oportet declarare principales terminos, quid. ſ. importet ſcientia una & genus vnum, & quid conſtituat genus vnum, & deinde ad ſingula deſcendere. Scientia ergo ſicut & quælibet res poteſt tripliciter dici vna. ſ. numero. ſpecie & genere ſicut per oppoſitum aliquæ ſcientiæ diſtinguuntur numero, ut geometria in anima iſtius, & geometria in anima illius, & aliquę ſpecie, ut geometria & arithmetica & aliq̃ genere, vt geometria & methaphyſi. & Phyſica. Qm̃ autem vnitas & diſtinctio numeralis ſcientiarũ ex vnitate & diſtinctione animarum, in quibus ſunt ſubiectiuæ ſumuntur, & inter ea, quæ per accidens ſunt ordinãtur, eo ꝙ in infinitum procedit talis diſtinctio, & nunc de formali tam diſtinctione quã unitate ſcientiarum ſermo; ſit clarum eſt ꝙ non de unitate numerali intelligendum eſt, cum dicitur ſcientia vna eſt quæ &c. Quia vero vnitas generica non eſt vnitas formalis ſimpliciter, quoniam iuxta genera latent multa, vt dr̃ in 7. Phy. & ut dictum eſt, formalem vnitatem ſcientię inquirimus ſimpliciter, & ſm̃ primã intẽtionẽ loquendo, nec etiam de vnitate generica ſermo eſt qñ dicitur una aũt ſcientia ẽ &c. Vnde reſtat ꝙ de vnitate ſpecifica ſeu formali ſimpliciter ſermo ſit, cum dicitur ſcientia eſt vna &c. Notanter aũt dixi ꝙ primaria intentione & ſimpliciter non ẽ hic ſermo de vnitate generica, qm̃ ex conſequenti (ut ex dicendis patebit) vnitas generica apparet ex verbis Ariſt. & nun ſpecifica. Similiter cum dicitur generis vnius non eſt intelligendum de vnitate numerali, aut generica, ſed ſpecifica ſeu formali, ly nanque genus (vt in ca. declarauimus) & ſpeciem atomam, & analogum in ſe comprehendit; eſt ergo ſenſus concluſionis, quod ſciẽtia vna formaliter eſt, cuius obiectum eſt unum formaliter. Vnde autem ſumatur vnitas formalis generis ſubiecti ex verbis Ariſtotel. & S. Thom. ſic accipere contingit. Cum enim ab eodẽ res habeat eſſe & unum eſſe, oportet, idẽ eſſe principium formale conſtitutiuum generis ſubiecti in tali eſſe, & dans ei talem unitatem. Conſtat autem ꝙ res plurimæ ab eadem ſcientia conſiderantur, ut in geometria trianguli & quadranguli &c. & habent ꝙ ſubiiciantur tali ſcentiæ non vndecunque, ſed ex aliqua ratione formali aliquo modo in eis inuenta, & conſequenter ab eadem rõne formali neceſſe eſt habere vnitatem formalem ſubiectum talis ſcientiæ, ac per hoc quæ ſit illa ratio formalis, aut unde ſumatur oportet videre ad intelligendum vnde ſubiectum unum formaliter ſit. ſciendum eſt ergo ꝙ res diuerſæ ad aliquã vnam ſcientiam pertinẽtes poſſunt dupliciter conſiderari vno modo ſecundum eorum ſingulas naturas, vt triangulus inquantum triangulus, & quadrangulus vt ſic, & ſic quot ſunt res formaliter differentes tot ſunt rationes formales. Alio modo conſiderantur, vt adunantur in aliqua cõi ratione formali, vt triangulus & quadrangulus &c. inquantum conueniunt in rõne figuræ, uel quantitatis &c. & ſic quantuncũque res diſtent, oĩum eſt unica ratio formalis. Et quia experimur res diuerſas ſm̃ ſe formaliter ſub eadem ſcientię conſideratione contineri, ut patet in geometria de tot ſpeciebus figurarum, & arithmetica de ſpeciebus numerorum & in metaph. de omnibus prędicamentis & ſubſtantiis immaterialibus, ideo oportet rationem formalem conſtitutiuam generis ſubiecti in aliqua ſcientia eſſe rõnem cõem omnibus in ea conſideratis, aliter non eſſet ſubiectum vnum ſicut nec ratio formalis eſſet vna, ſed tot ſubiecta, quot naturæ formaliter differentes, & conſequenter non caderent ſub una ſcĩa, ſed diuerſis, quod eſt contra hypotheſim. Et confirmatur, quia aliter ſubiectum ſcĩæ non ſolum contingeret non habere per ſe partes ſubiectiuas ſed eſſet impoſſibile etiã tales partes habere, contra Ariſ. hic. patet ſequela, qm̃ tam partes ſubiectiuæ inter ſe, q̃ a toto vniuerſali formaliter diſtinguuntur, & conſequenter ſi diſtincta formaliter ſecundũ proprias rationes diſtincta formalia ſubiecta ſunt, & diſtinctas formaliter ſcientias faciunt, alterius ſpeciei erit ſcientia de triangulo, a ſcientia de Iſochele, & utraque ſcientia de Scalenone & hm̃õi, quod ridiculum eſt. Conſtituitur ergo ſubiectum ſcientiæ in tali eſſe per aliquam rationem formalem unam formaliter cõem multis, quãtuncunque diuerſis ad illam ſcientiam pertinentibus. Requiruntur ergo duo ad rationẽ formalẽ conſtitutiuam unius ſubiecti in aliqua una ſcientia. Primo ꝙ ſit cõis pluribus quantuncunque ſecundũ ſe formaliter diuerſis in illa ſcientia conſideratur, ſi talia in ea inueniãtur (qđ dico ꝑꝑ cauillationes, quæ tñ propoſito noſtro nõ obſtãt.) Secundo quod ſit vna formaliter, non ſecũdum quid, ſed ſimpliciter ſicut ſpẽs atoma una eſt, aliter tale ſubiectũ unum ſubiectum ſimpliciter non eſſet, & conſequenter nec eius ſcientia eſſet una ſimpliciter. Cum autem ſit impoſſibile inuenire uniuerſaliter in rõnib. formalibus ſubiectorum ſcĩarum has duas conditiones ſecũdum idẽ genus neceſſe eſt rationem formalem cuiuſcunque ſubiecti in duobus generibus reponi, in quorum altero unitatem formalem ſimpliciter obtineat & in altero cõmunitatẽ pluribus formaliter diſtinctis. Patent autem hæc quæ di

Quid ſcientia una.

Vna tripliciter.

T. c. 31.

Quid conſequens vnũ. Cap. 8. circa t. com. 20.

Vnde ſuperratio formalis. vna 4. metaphyſicæ. tex. c. 3.

cimus

cimus exemplariter in mathematicis. Subiectum namq;
arithmeticæ numerus eſt, qui ſecundum ſe diuiſibilis for
maliter eſt in plures numerorum ſpecies, quibus omnib.
ratio numeri communis eſt, & conſequenter eſt impoſſi
bile quod numerus intra limites ſui generis ſtando ſit in-
diuiſibilis formaliter, eſſet.n. ſpecies ſubalterna & ſpecia
liſſima in eodem genere, quod eſt impoſſibile, & ideo o-
portet numerum eſſe vnum formaliter ſeu ſpeciem ſpe-
cialiſſimam ſecundum aliquod aliud genus, & ſimile eſt
de cõtinuo in geometria, & ente in methaphyſica, oīa.n.
hmõdi diuiſibilia ſunt formaliter, & ſecundum ſe, indiui
ſibilia formaliter eſſe oportet, vt aliud ingrediuntur ge-
nus ad hoc ut quolibet eorum ſit ſubiectum unũ forma-
liter vnius ſcientiæ ſecundum ſpeciem. Eſt autem tale ge
Rõ formalis. nus hoc quod dico ſcibile, vt S. Thom. hic expreſſe & a-
libi docet. Et propterea oportet diſtinguendo dicere, ꝙ
ratio formalis ſubiecti poteſt dupliciter accipi. Vno mo
do (vt res eſt). i. ſecundũ ſe, ſeu ſecundũ genus propriorũ
Alio modo (vt obiectũ eſt) ideſt ut ſcibilis eſt, qđ ſi cõ
ſideretur vt res eſt, non oportet eam ſimpliciter eſſe vnã
formaliter, ſi vero conſideretur vt hoc genus. ſ. ſcibile in
greditur, ſic vna formaliter & ſimpliciter eſt, ita quod, vt
exemplariter dicatur, ſi numerus conſideretur in eo ꝙ
numerus, ſic (vt dictum eſt) numerus nõ eſt vnus formali
ter ſimpliciter eo quod diuiſibilis eſt formaliter, & conſe
quenter (vt ſic) non dat unitatem ſpecificam arithmeti-
cæ: dictũ eſt enim quod genus ſubiectum debet eſſe vnũ
ſimpliciter, ſi ſcientia eſt vna ſimpliciter, aliter cum ſcien
tia ſecetur ſicut & res ſubiecta, ut dicitur in tertio de ani
ma ſcientia non eſſet vna ſimpliciter ſubiecto formali-
Te. c. 38. ter diuiſo. Si uero cõſideretur numerus vt genus ſcibilis
ingreditur, ſic vnius ſpeciei ſpecialiſſimæ eſt, & cõſequẽ-
ter vnum formaliter, & conſequenter vt ſic vnitatem dat
ſpecificam arithmeticæ. ſicut ſi diceremus quod animal
poteſt accipi dupliciter, vno mõ in genere proprio ſub-
ſtantiæ. ſ. & ſic non eſt vnum formaliter ſimpliciter. alio
modo ut ingreditur genus potentiæ ſenſitiuę, & ſic ſup-
poſito quod tactus ſit ſpecies ſpecialiſſima animal eſſet
vnum formaliter: dicimus igitur ſecundum S. Thom. do
ctrinam, quod ſcientię ſecantur quemadmodum & res,
non vt res, ſed vt ſcibiles, & quod ſecũdum vnitatem ge-
nericam rerum vt ſcibiles ſunt, ſumitur vnitas generica
ſcientiarum, & ſecundum vnitatem ſpecificam ſumitur
ſpecifica, & ſimiliter ſecundum diuerſitatem ſpecificam
vel genericam ſcibilium, diſtinctio generica ſcientiarum
uel ſpecifica accipienda eſt. Ad quorum ampliorem eui
dentiam (quoniã ſecreta, ſubtilis, vera, atque peripatetica
doctrina hæc eſt) ex ſenſibilibus declarandum cẽſui quo
modo ſe habeant hæc duo genera inter ſe & ad ſcientiã
in ſenſibilibus ergo & ſenſibus inſpiciendum eſt, quod
obiecta ſenſuum duplex genus ingrediuntur, ſ. ſenſibile
& paſſibilem qualitatem, ut tales res ſunt, puta odor, ſa
por, color &c. ſub paſſibili qualitate eſſentialiter conti-
nentur. Vt ſenſibiles vero denominantur, ſic ſub ſenſibili
continentur, vtrunque autem horum generum in diuer-
ſas ſpecies per proprias differentias diuiditur, ſed nõ eo-
dem modo ſe habent ipſa inter ſe, & eorum ſpecies in-
ter ſe, quoniam genera ipſa inter ſe conuertuntur. omne
enim per ſe primo ſenſibile a ſenſu exteriori (de tali. n.
loquimur) eſt qualitas paſſibilis, & econuerſo, omnis paſ
ſibilis qualitas eſt ſenſibilis &c. Species autẽ eorum ſpe-
cialiſſimæ non ita conuertibiliter ſe conuertunt, ſed in u
na ſpecie ſenſibilis multæ ſpẽs paſſibilis qualitatis clau-
dũtur. Vnde ſpẽs ſenſibilis cum ſpecieb. ſubalternis paſ-
ſibilis qualitatis cõuertũtur. Diuiditur. n. ſenſibile in uiſi
bile, audibile, odorabile &c. tanquam in ſpecies ſpecialiſ
ſimas, quorum nullum cum ſpecialiſſimis paſſibilis qua
litatis, ſed ſubalternis conuertitur, odorabile cum odore,
audibile cũ ſono &c. Cernimus ergo in ſenſuũ obiectis
propriis unitatem formalem, inquantum ſenſibilia ſunt,
& diuiſibilitatem formalẽ ut res ſunt, ſupponamus quo

que pro nunc (quod & verum eſt) quod ſenſus proprij
ſint ſpecies ſpecialiſſimæ, & quod tam diſtinctionẽ quã
vnitatem formalem ſumant ex obiectis, & videbimus ꝙ
cum ſenſus ſenſibile (vt ſic) per ſe reſpicit, & ꝑ proprias
differẽtias ſenſibilis diſtinguent ſpecifice obiecta ipſorũ
ſenſuum, non inquantum res, ſed inquantum obiecta ſci
licet ſenſibilia ſunt, vnient, & diſtinguent eos ita quod
odor inquantum eſt ſpecies atoma in genere ſenſibilis
olfactum ſpecifice diſtingui ab auditu, quẽ ſonus inquan
tum alteram ſpeciem ſenſibilis ingreditur, in ſpecie repo
nit, Et ſic de aliis. Aſcendẽdo ergo ab iſtis ad intelligibi
lia, proportionaliter dicimus, quod ſcientia inquantum
ſcientia ſcibile pro ſubiecto habet, & ſecũdum proprias
differentias ſcibilis diſtinguitur; & quod res obiectæ ſcię
duplex quoque genus ingrediuntur ſcilicet ſcibile, & ge
nus proprium ſecundum quod tales res ſunt, & uocamus 5. metaphyſicæ. c. 14.
illud ens. Manifeſtum quoq; eſt, quod & ens formaliter T. c. 2.
per modos, & differentias diuerſificatur, & quod ſcibile
propriis differentiis diuiditur. Et de diuerſitate quidem
entis non oportet aliud dicere, quia clara eſt, & fit per
prædicamenta, & eorũ differentias, & per actũ, & poten
tiam &c. Diuiſionem autem ſcibilis (licet in ſexto meta
phyſicæ facilius perſuaderemus) tamen tãgamus & nũc,
dicentes, quod cum ſcibile immateriale & immobile ſo-
net eo quod obiectum immateriale, oportet eſſe, quia
ſubſtantia in intellectu eſt, & impoſſibile aliter ſe hr̃e,
quia ſcire non contingit niſi huiuſmodi, quia ex immate
rialitate, ergo propter potentiam intellectiuam, & ex im
mobilitate propter habitum ſcientificum conſtat ſcibile
ut ſic & propriæ drĩæ alicuius ſunt, quę illud genus, ut
ſic non ſolum diuidunt, ſed diuerſificant, ſcibile o- Diuiſio ſciẽtiæ in cõi.
ptime diuiditur per diuerſimode hr̃e immaterialitatẽ, Tex. c. 2.
& immobilitatem in ſubalterna, & ſpecialiſſima, ut facit
Ariſto. 6. metaphyſicæ ut ſecetur ſcibile in uniuerſale ab
ſtractum a materia & motu ſecundum eſſe, & rationem,
& abſtractum ſecundum rationem, & non ſecundum eſ
ſe, & abſtractum non ſecundum eſſe, nec ſecundum ra- Diuiſio ſcibilis in ſpecies ſpecialiſſimas.
tionem tanquam in genera diſtinguentia tres partes phi
loſophiæ. ſ. metaphyſicam, & mathematicam, & natura
lem. Et primum quidem membrum licet diuidi poſſet
in abſtractum ſecundum eſſe, & rationem totaliter, vt
ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ ſecundum propria ſibi, & ab-
ſtractum ſecundum eſſe rationem cum quadam analo-
gia ad materialia, & materialia, vt metaphyſica. quia ta-
men ſecundum veritatem de propriis ſubſtantiarum ſe
paratarum non eſt poſſibilis ſcientia homini (ut etiam
Auer. probat) ideo primum membrum & genere, &
ſpecie atoma differt a cæteris, ſicut & corpora cholerica
inter ſe genere & ſpecie diſtinguuntur, Secundum autẽ
& tertiũ membrũ genera ſunt ſubalterna, & in diuerſas
ſpecies diſtinguuntur. vt S. Thom. expreſſe hic dicit. Di
uiditur ſi quidem abſtractum a materia ſecundum ratio
nem in abſtractum a continuo, quod materia quædam
eſt & non abſtractum ab eo &c. & hæc ſunt ſpecialiſſi-
ma, & conſtituunt arithmeticam, & geometriam; Scibile
autem abſtractum nec ſecundum eſſe, nec ſecundum
rationem diuiditur ſecundum plus & minus, materia-
litatis, & motus infra mobilium latitudinem qđ in libris
philoſophiæ Ariſt. clare relucet, diuiſit ſiquidem in mo
bile abſtractum ab omni ſpecie motus, & materiæ, ideſt
in mobile ſimpliciter, & mobile ad ubi, ad formam &c.
quæ ſpecialiſſima ſunt in genere ſcibilis phyſici. Vide-
mus ergo clara luce quod licet ſcibile conuertatur cum
illo genere, puta ente, & genera ſubalterna ſcibilis cum
quibuſdam generibus entis, ſpecies tamen ſpecialiſſimæ
ſcibilis non condiuidũtur ſpeciebus entis, ſed in vna ſpe
cie ſcibiles multæ ſpecies, multa quandoqȝ genera en-
tis cadunt, ut patet in metaphyſica, & arithmetica, & ſic
manifeſtarum ſubiectum ſcientiæ & in metaphyſica, &
in geometria, & arithmetica, & phyſicis habere rationẽ
formalem diuiſibilem formaliter ſecundũ ſe: indiuiſibi-
lem

lem autem in genere ſcibilis, & quod ideo metaphyſica,& mathematica, & naturalis diſtinguntur genere,quia rationes formales ſubiectorum earum in genere ſcibilis,genere differunt. Apparet quoque ex his, quod ens ſcibile poteſt dupliciter diuidi. Vno modo vt ens, alio modo vt ſcibile,quod ſi diuidatur vt ens,ſic per entis differentias rerum diuerſificatiuas in latitudine entiũ abſolute diſtinguitur in prędicamenta,& eorum ſpecies,& in actum,& potentiam,cauſam,& cauſatum, neceſſariũ & poſſibile,& alia huiuſmodi. Si autem diſtinguãtur( vt ſcibile)ſi per ſcibilis proprias differentias diſtinctiuas rerum,vt ſcibiles ſunt, & conſtitutiuas earum in propriis gradibus latitudinis ſcibilium diuiditur in ens independens a materia ſecundum eſſe & rationem,& dependens ſecundum rationem tantum , & dependens vtroque modo &c.& conſequenter, quod diuerſitas entium penes entis,vt ſic,differentias materialis diuerſitas eſt ſcibilium,vt ſic,& quia diſtinctio ſcientiarum non attenditur penes materialem diuerſitatem ſcibilium vt ſic,ſicut nec diſtinctio ſeoſuum fit ſecundum materialem diſtinctionem ſenſibilium,ideo S. Tho.(pluries clamat)quod non

1.q.1.in ar.3.virtu q 2.ar.4.hoc in commento.1.2.qu.54.ar.2.Cap.1.ſen.qu.3.& 4.prologi.

quæcunque diuerſitas rerum aut rationum formalium cauſat diuerſitatem ſcientiarum,ſed tantummodo diuerſitas earundem vt ſcibiles ſunt;eſt igitur ſcientia vna ſimpliciter,quæ ẽ unius ſubiecti ſimpliciter,vt ſubiectũ eſt, ideſt vt ſcibile,hoc enim ſubiectum nomen ſonat , & vna ſecundum genus , quæ eſt unius ſubiecti ſecundum genus vt ſcibile eſt . Ex his autem, quæ diximus, intellectus facile haberi poteſt eorum , quæ vel ab illuſtribus uiris dicuntur in hac materia , uel eis attribuuntur,ſcilicet quod duplex eſt ratio formalis ſubiecti cuiuſque ſcientiæ ſcilicet quæ & ſub qua,vel ſub aliis verbis rei,vt res eſt,& eius vt obiectum eſt, vel ex parte obiecti,& ex parte potentiæ,& quod ſcientiæ diſtinguuntur ex ratione formali ſub qua. paſſiones vero ſubiecti fluunt ex ratione formali, quæ &c. Saluantur ſiquidem hæc & huiuſmodi,quoniam in ſubiecto ſcientię attendẽda ſunt duo ſcilicet res ipſa,quæ ſubiicitur,de qua ſecundum propriam rationem formalem habetur ſcientia(ut in arithmetica eſt numerus in eo,quod numerus, in geotria continuum vt ſic,& talis rei ratio formalis appellatur(ratio formalis quę) quoniam eſt illa quæ primo attingitur ab illa ſcientia,a qua fluunt paſſiones,& vocatur ratio formalis rei,quia ipſius rei ſubiectæ ratio quidditatiua eſt,& ex parte obiecti eadem ratione. ſecundum qđ eſt in ſubiecto ſcientiæ eſt modus, quo tale ſubiectum cadit ſub conſideratione talis ſcientiæ , ut in arithmetica eſt abſtrahere a materia ſenſibili, & continuo, & in metaphyſica abſtrahere a materia ſecundum eſſe & rationem&c.talis modus appellatur(ratio formalis ſub qua)quoniam huiuſmodi modus eſt velut quoddam lumen ſub quo manifeſtantur res ad talem ſcientiã pertinentes,& quia tales modi nihil aliud ſunt,quam differentiæ propriæ ſcibilis,ideo dicitur,quod ſecundũ eorum diſtinctionem attenditur diſtinctio ſcientiarum, & propter eandem cauſam vocantur rationes formales rerum,ut obiecta ſcientiarum ſunt,& rationes formales ex parte potentiæ,ſeu habitus ſcientifici. Iam enim dictum eſt, quod ſcibile,& immaterialitate ex intellectu, & immobilitate ex habitu ſcientifico conſtat &c . Nec miretur quiſquam,quod differentias ſcibilium modos rerum ſcibilium dixerimus, quoniam inconueniens non eſt id quod eſt ſpecies vnius eſſe modum alterius,vt in ſenſibilibus clare apparet,ſpecies immutationum ſpiritualium eſſe modos,quibus res obiectæ immutant ſenſus. Nemo quoque arbitretur noſtræ intentionis eſſe, quod ſciẽtiæ diſtinguantur per differentias proprias ſcibilis, & nõ per differentias entis (hoc enim neque ſomnio concepimus)ſed docemus ſcientias diſtingui per rationes formales ipſarum rerum,ſed non quaſcunque rationes formales, nec per quamcunque rationum formalium earundem diſtinctionem. ſed eam tantum diſtinctionem rationũ formalium ipſarum rerum quam comitatur diſtinctio formalis ſcibilium. intendimus enim quod non quæcunque entis ſectio ſecat ſcientias,ſed ea tantum quæ fit per ens independens a materia ſecundũ eſſe & rationem &c.ut ſupra,quoniam hanc diſtinctionem comitatur diſtinctio ſcibilis &c.Comitatur autem ſimpliciter & abſolute,vt poſterius comes eſt prioris,quoniam enim numerus, ut numerus talis quidditatis eſt,ideo abſtrahit a materia,& continuo ſecundum rationem,& non econuerſo,& ſimiliter quia ens inquantum ens tale quid ſonat, ideo abſtrahit ſecundum eſſe & rationem, & ſic de aliis , in ordine vero ad ſcientiam diſtinctio ſcibilis talem diſtinctionẽ entis ſcilicet in ens quantum & mobile &c. Comitatur ut prius (in genere cauſæ formalis) ſuum poſterius , quoniam quia iſta entis membra ſcibilium genera & ſpẽs intrant,ideo ſcientias diuerſificant genere & ſpecie , & nõ econuerſo,quoniam ſcientia,ut ſcientia,ſcibile ut ſcibile reſpicit ſicut ſenſus ſenſibile &c.

Quomodo quæ unius ſunt generis ſcibilis,compoſita ex primis eſſe oporteat.

CIrca illam particulam ſecundę concluſionis.ſ.ex primis componuntur. Dubitatur quid intelligat Ariſto.per ly primis.eſt autem rõ dubitandi,quia S.Thom. exponit per prima,principia intrinſeca,& propter defectum huius conditionis vult de ſubſtantiis ſeparatis non eſſe ſcientiam eo modo quo de ſcientia loquitur Ariſt.& fouetur eius expoſitio ex illo uerbo componuntur,compoſitio enim ex eis quæ inſunt, fit , ſi ergo per prima intelligit principia intrinſeca,cum principia intrinſeca ſint partes eſſentiales rei,vt quid , additur in textu & partes horũ ſunt,& hoc præſertim militat contra S. Th. cui magis placet nomine partium accipere partes eſſẽtiales,quam partes ſubiectiuas. Ad hoc dicitur dupliciter. Primo tenendo,quod idem ſecundum rem intelligatur per ly prima,& ly partes, & ſic dicitur dupliciter. Vno modo quod cum docuiſſet ea quæ ſub eodem genere ſcibili cadunt oportere compoſita eſſe ex primis, ſubdit qualia debeant eſſe prima. ſ.ꝙ debent eſſe partes per ſe illorum ad differentiam principiorum quæ nõ ſunt ꝑ ſe partes rei,& hoc in ſcientia priori ſecũdum rei naturam. alio mõ dicitur,quod quia principia intrinſeca & partes & prima ſunt diuerſis rõnibus,ideo non fuit ſuperfluum, ſi primis partes addidit. inſinuauit.n.ꝙ ſciẽtia utitur principiis intrinſecis rerum & ut primis a quibus incipit , & ut partibus ex quibus conſtituuntur res ipſæ. Secundo reſpondetur tenendo,quod non intelligitur idem conuertibiliter per prima & partes, & dicitur quod per prima intellexit ea ex quibus id de quo habetur ſcientia componitur,non qualitercunque,ſed ut ex his incipit tã res quam ſciæ proceſſus,ſiue illa ſint partes eſſentiæ rei, ut materia & forma,ſiue partes rõnis,vt genus & differẽtia,ſiue alio quocunque modo intrinſeca,ut punctum reſpectu continui,uel intelligentiæ reſpectu entis &c. per partes autem intellexit per ſe partes, ut ſupra , & ultra hæc partes etiã ſubiectiuas,unde in expoſitione S. Tho. extenditur(ly primis) ad prima & quo ad nos , & prima ordine naturæ , & dicitur , quod omne de quo eſt demonſtratiua ſcientia , eſt compoſitum ſecundum ſe ex primis,ideſt ex prioribus ſm naturam , aut eſt compoſitum in cognitione noſtra ex primis quo ad nos,non ergo ſuperfluus fuit Ariſtotel. iuxta S. Thom. expoſitionem. 5. meta. t.c. 10.

CIRCA eiuſdem particulæ expoſitionem eſſet dubium quomodo verificetur,quod de eſſentiis ſubſtantiarum immaterialium non poſſit haberi ſcientia demonſtratiua ex earum naturis quicquid ſit de facultate intel-

lectus noſtri, ſed quoniam hoc in nono metaphyſicæ determinandum eſt illucuſque differatur.

**Num quæuis ſcientia vna conſiderans vnum ſubiectum, de neceſſitate omnes eius ſubiectiuas partes contempletur.**

circa. 1.cõ. aa. CIrca illam particulam, partes per ſe ſunt, ſecundo modo expoſitam. ſ. pro partibus ſubiectiuis. Dubitatur, quia non uidetur verum, ꝙ eiuſdem ſcientiæ ſit cóſiderare aliquod vnum genus & eius per ſe partes ſubiectiuas. Metaphyſica. n. conſiderat de genere ſubſtantiæ, & tamen non conſiderat omnes per ſe partes ſubiectiuas ſubſtantiæ. omnia. n. genera & ſpecies ſubſtantiæ per ſe partes ſubiectiuæ ſubſtantiæ conſtituuntur, & tamen nó omnes conſiderantur a metaphyſico (quoniam vt dr̃ primo metaph.) Sapientis eſt ſcire omnia, non ſecundú proprias ſpecies, ſed vt decet. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ ſubſtátia non ſit ſubiectum in metaphy. Tum quia ſi eſſet eius ſubiectum nihil plus conſideraret, quam modo. Tũ quia amplior datur arguendi campus, quoniam omnes differentiæ ſunt differentiæ entis. Similiter nó obſtat ſi dicat, ꝙ metaphyſicus conſiderat omnes ſpecies ſubſtantię, ut ſubſtantiæ ſunt, non vt tales pura homo, bos, leo, &c. hoc enim puerile eſt, quoniam quando dicitur, quod eiuſdem scientiæ eſt conſiderare genus, & eius per ſe partes ſubiectiuas, intelligitur, quod ſcientia terminatur ad partes in propriis naturis, & non tantum in ſuo genere, hoc enim non eſſet conſiderare partes niſi ſecundum accidens, ꝙ ab arte relinquitur. Ad hoc facilis eſt reſponſio præſuppoſitis ſupra determinatis, dicitur nanque ꝙ non omnes partes ſubiectiuæ alicuius generis cadunt ſub ſcientia illius generis, ſed illę tátum quæ ipſum genus extra illam ſcibilis differentiam (qua vnitatem formalem habet) nó trahunt, verbi gratia in Metaphyſica illæ entis & ſubſtátiæ differentiæ & partes ſubiectiuæ conſiderantur, q̃ ens & ſubſtantiam extra abſtractum a materia ſecundum rationem & eſſe non ducunt, vt actus & potentia, cauſa & cauſatum. vnum & multa. Illæ vero quæ genus ſubiectũ extra propriam ſcibilis differentiam trahunt ſub eadem ſcientia non cadunt, accidit autem hoc merito quoniam partes illæ quæ extrahunt ſubiectum a proprio ſciendi modo, licet eius abſolute partes per ſe ſint, eius tamen ut ſcibilis partes per ſe non ſunt, ſed extraneæ. Vnde propter maiorem amplitudinem ſubiecti ſecũdum ſua principia, & tales partes quæ vnitatem ſcibilis non egrediuntur, vna ſcientia communior altera dicitur, ut metaphyſica, geometria licet vtriuſque ſpecies atoma in genere ſcibilis ſubiectum ſit, &c.

In prohemio.

**Sufficientes conditiones vnam ſcientiam conſtituentes.**

CIrca totam ſecundam cóclusionem dubitabatur an omnes poſitæ & expoſitę, conditiones requirãtur de neceſſitate ad vnitatem ſcientiæ. Videtur ſiquidem quod non, & primum de illa particula (ex primis) quoniam ſubiectum metaphyſicæ cum ſit ens caret priorib. Secundum de illa particula (partes ꝑ ſe) quoniã & ſubiectum metaphycæ caret partibus eſſentialibus & in qualibet ſcientia vbi ſubiectum eſt accidens ibi non conueniuntur partes eſſentiales, quia accidentia non componútur ex talibus partib. & ſimiliter in ſcientia de anima. Similiter (quo ad partes ſubiectiuas) quoniam ſecundum hoc ſequeretur, quod nullius ſcientiæ ſubiectum eſſe poſſet aliqua ſpecies ſpecialiſſima, quod non bene ſonat, cú Magnus Albertus de homine librum fecerit, & nulla ratio cogens ad hoc appareat, quin potius a diuo Thoma & aliis theologis Deus ponitur ſubiectum theologiæ, quem conſtat indiuiſibilem formaliter eſſe. ad hoc dicitur (ſaluo meliori iudicio) quod Ariſt. hoc in loco genus ſubiectum, principia, per ſe partes & paſſiones enumerauit non requiſita ad ſcientiam uel ſcientię vnitatem, ſed ut oſtenderet hæc ubi inueniuntur ſcientiæ unitatem nó impedire, ex hoc docens cũ unitate formali generis ſubiecti & ſcientię ſtare diuerſitaté principiorum, & partiũ, & paſſionum, dummodo eius ſint per ſe. Et ſecundũ hoc patet reſponſio ad quæſitum ut tamen ſingulis ſatisfiat, ut præſentem intentionem decet, & non amplius dicitur quod metaphyſicæ ſubiectũ ſicut habet principia, vt in 4. & in 6. eiuſdem dicitur, ita habet & prima, & ſimiliter dicitur de patibus intrinſecis, quomodo autem hoc ſit ibi Deo optitulante notum fiet. Subiecta vero ſcientiarum de accidentibus, & de anima, &c. huiuſmodi habent partes rationum ſuarum, & hoc ſufficit. Partes vero ſubiectiuæ ſubiecti formaliter diſtinctæ, ego non video, ꝙ requirantur in ſcientia, quamuis aliquis forte diceret, ꝙ omnis ſcientia eſt de aliquo genere ideſt aliquo diuiſibili formaliter, & ꝙ Ariſt de ſcientiis lumine naturali nobis poſſibilib. locutus eſt, & quo ad hoc bene dicerettur.

**Quid magis oſtendit diſtinctionem ſcientiarum, principiorum diſtinctio an ſubiectorum.**

CIrca tertiam cóclusionem, & ea quæ a S. Th. ibi dicuntur aduerte, ꝙ quia diſtinctio propria ſcibiliú conſiſtit in diuerſitate quorundam modorum cognoſcibilitatis rei, quos ſupra diximus attendi penes elongationẽ a motu & materia, & diuerſitas modurũ quib. res ſunt cognoſcibiles, ſequitur diſtinctionẽ quorũdã modorum quib. res ſunt diffinibiles, diuerſitas aũt modorũ diffiniẽdi ſequatur diuerſitatem quandam rationum formalium ipſarum rerum, diſtinctio vero rationum attendatur penes diſtinctionem principiorum intrinſecorum earundẽ ſequitur de primo ad ultimum, quod diſtinctiones (rerũ ut ſcibiles ſunt) attendantur penes diuerſitatem principiorum propriorum ſubiecti ſcibilis, & conſequenter, quod ſcientiæ diſtinguantur ab inuicem ex diſtinctione principiorum generis ſubiecti, ut dicitur in litera. Et licet diſtinctio ſubiectorum ſecundum ſuas rationes formales & diſtinctio propriorum principiorum mutuo ſe ſe conſequantur, quoniam principia in qualibet ſcientia (ſi de incomplexis loquamur) ſunt ipſa ratio formalis ſubiecti &c. vel eius termini, ſi uero de complexis ſit ſermo ex ratione ſubiecti & eius partibus conficiuntur, &c. Ariſtot. tamen diſtinctionem ſcientiarum declarans diuerſitatis principiorum meminit potius quam ſubiectorum. Tum quia principia priora ſubiectis ſunt, & dignum erat primam radicem tangere. Tum quia diſtinctionem ſubiectorum ex antecedente concluſione vnitatem declarando docuerat. Tum quia expreſſius relucet, quod diſtinctio principiorum facit diſtinctionem ſcientiarum, quam quod diſtinctio ſubiectorum illud faciat. Creditur nanque quod quia diuerſæ ſcientiæ ſunt de rebus eiſdem ſubiecto ideſt materialiter, & nunquam uidemus diuerſas ſcientias communicare in propriis principiis quod ſcientiarum diſtinctio non ſit ex ſubiectis, ſed principiis, & licet hoc (ut dictum eſt) ſecundum veritatem non ſit, quia impoſſibile eſt duas ſcientias eſſe de eiſdem formaliter, ut tamen ex facilioribus & euidentioribus traderet diſciplinam, ex principiis diuerſificari ſcientias optime dixit. Notanter autem nunc diximus quandam principiorum & rationum formalium diſtinctionem, & quoſdam diffinitionis & cognoſcibilitatis modos ſcibilia & ſcientias diſtinguere, quoniam ut ex ſupradictis percipi poteſt, non quælibet modorum cognoſcendi diuerſitas (ut puta ſcientię a priori & poſteriori, &c.) Nec quælibet diffinitionum diſparitas, ut puta diffinire per additamentum, & ſine, &c. Nec quælibet princiorum diſtinctio, ut puta per principium efficiens, finale formale, & materiale, &c. Nec quælibet rationum formalium diſtinctio (ut dictum fuit) ſcientias diuerſificat, quoniam eiuſdem ſcientiæ eſt cognoſcere, & quia, et propter quid, & ſubiectum & paſſiones, & diuerſa genera cauſarum, & diuerſorum rationes formales,

males, vt patet in metaphyſica & philoſophia, non quęcunque ergo, ſed illa tantum omnium iſtorum diſtinctio ſcientias diſtinguit, quæ conformis vel proportionalis ē proprie & per ſe diſtinctioni ſcibilis. quod cum immaterialitate & immobilitate conſiſtat, & differentiæ eius ſecū dum immaterialitatis & immobilitatis diuerſitatem ſint ſumendæ ſecundum Ariſt. doctrinam (vt dictum eſt) illa prædictorum diſtinctio ſcientias diſtinguet, quæ ſecundum acceſſum & receſſum a materia & motu fiet modo ſuperius declarato.

Quam in principiis diſtinctionem, exigant diſtinctę ſcientiæ.

t. 48 CIrca eiuſdem concluſionis illas particulas neque ex eiuſdē neq; ex alterutris ſunt. Aduertendum eſt, ꝙ proportionaliter ſumēda eſt alteritas ſcientiarum cū nō identitate principiorum. Si enim ſcientię alterę abinuicē ſint ſecundum genus, habēt principia propria, neque ex eiuſdem generis principiis deriuata, neque ita ꝙ principia propria unius deriuantur ex principiis propriis alterius. Si aūt ſunt alteræ ſm ſpeciem & non ſecundū genus, tunc oportet habere principia altera ſm ſpeciem q̄ aliquo modo ſecundum genus connexa ſunt. Poteſt.n. multipliciter contingere. Vno modo vt ſint velut ſpēs deſparatę, tunc principia propria vtriuſque ſunt ex eiſdem vt patet in geometria & arithmetica, principia.n. ꝓpria continui & diſtincti ex principiis quāti ſunt, propter qđ dantur cōes propoſitiones vtrique ſcientiæ (vt omne totū eſt maius ſua parte, & ſi ab æqualib. æqualia demas.) Si autem ſe habeant ſecundū ſub & ſupra, tunc principia earū ſunt ex alterutris, principia nanque inferioris ſunt ex principiis ſuperioris, vt patet in perſpectiua & geometria. Poſſunt ergo verba Ariſt. dupliciter gloſſari. Vno mō, vt intelligantur eius termini ſimpliciter, ideſt quod cum dicit, altera autem ſcientia intelligatur altera omnino & ſimiliter non ex eiſdem neque ex alterius omnino (citra prima principia tamen) & ſic quia vidit Ariſt. huiuſmodi principiorum propriorum duplicem connexionem, quę omnimodam alietatem ſcientiarum impedit, & alteritas in ſcientiis non vniformiter, ſed ſecūdum quandam proportionalitatem requirēda eſt, tetigit (more ſuo) primū analogatorum, inſinuādo in quo conſiſtat diuerſitas omnimoda ſcientiarum. volens ex hoc ſcientiarum quæ penitus alteræ non ſunt ex primarum imitatione alietatem inſinuatam iri. & propter hoc ad diſtinctionem ſciārum duas conditiones exigi appoſuit. ſ. ꝙ principia propria non ſint ex eiſdem (circa prima principia cōia vtriſque) & quod non ſint ex inuicem. hoc enim ſimpliciter intellectū non ſaluatur niſi in ſcientiis penitus diuerſis, vt phyſica & mathematica. Sed ex hoc ſcimus ꝙ ēt illæ ſcientiæ ſunt alteræ, quæ licet habeāt principia ex eiſdem, non tn̄ illa ex quibus ſunt eiuſdem generis proximi ſunt cum proprio genere ſubiecto alicuius earū, ut patet in geometria & arithmetica, & ſimiliter ſcimus ex hoc, ꝙ licet principia vnius ſint ex alterius principiis, quia tamen aliquo modo extraneantur ab illis, iō etiam aliquo modo ſunt diuerſæ ſcientiæ, vt patet in perſpectiua & geometria. Secunda autem gloſſa dicit quod Ariſt. loquitur de alteritate ſpecifica ſcientiarū quomodocunque ſit, & per ly eiſdem, intelligitur eiuſdem generis ſubiecti, & per ly ex alteris intelligitur alteris in eodē tamen genere ſubiecto, & quod primam particulam dixit propter diuerſas rerū naturas, quarū principia ex eiſdem principiis infra idem genus ſubiectum propriū deſcendunt, ut in geometria trianguli & quadranguli & pētagoni, &c. principia ex figuræ principiis ſunt, ſecundam autem particulam appoſuit propter multa quę ſub eadē ſcientia cadunt, & unius principia ex alterius principiis ſunt, vt patet de principiis inferioris dependētium a principiis ſuperioris, neutra enim diuerſitatem inter principia ſcientias diſtinguit, quoniam intra idem genus ſubiectum eſt, & propterea oportet ſi ſcientiæ formaliter diſtingui debēt, ꝙ principia propria conſideratorum in illis neque oriātur ex eiſdem propriis & primis in illo genere principiis alterius earum, neque oriantur ex inuicē infra latitudinem generis ſubiecti alterius earum. prima expoſitio, Alberto Magno, conſona eſt. Secunda eſt S. Tho. quæ & mihi magis placet, qm̄ ſicut locutus vniuerſaliter eſt de vnitate formali ſciæ, ita nunc de diuerſitate formali ſciæ vniuerſaliter ſuſcipiendus videtur, vtraq; tamen neceſſaria eſt, qm̄ diuerſas inſinuant conditiones ſcientiarum, & multas dubitationes ſoluunt. Hoc in loco videbitur forte quibuſdam modernorum ꝙ de vnitate ſcientiæ & diuerſitate diſputans deberē diſcutere, an ſcia vna ſit vna ſimplex qualitas, an non, mihi aūt qui decreui in vnaquaque ſcia extranea abiicere quantuncunque vera & neceſſaria alias forent, differenda quæſtio hæc vſq; ad locum proprium viſa eſt quare &c.

Quomodo diuerſæ ſcientiæ eandem concluſionem conſiderent, & non communicent in ſubiecto, neque in paſſionibus.

CIrca quartam concluſionem dubitatur, qm̄, cum de cōibus & propriis ſcientiarum tractaretur dictum ſuit, ꝙ ea, quę communia ſunt pluribus ſciētiis, cōmunia ſunt eis, ut principia, non tamen propria, de quibus mō diximus ꝙ diſtinguunt ſcientias, & ꝙ ſcientiæ non communicant ſecundum ſubiectum, nec ſecundum paſſionē. supra. t. cā. 20. Modo autem dicitur, ꝙ diuerſarum ſcientiarum poteſt eſſe vnica concluſio, ut etiam expreſſe videmus in Philoſophia naturali, & aſtrologia, circa iſtam concluſionem terra eſt rotunda, aduerſantur ſiquidem inuicē hæc duo dicta. Si nāque vnica concluſio diuerſarum eſt ſcientiarum, oportet diuerſas ſcientias communicare in ſubiecto & in paſſione, & ſi ſcientiæ non communicant ſecundū ſubiecta nec ſecundum paſſiones impoſſibile eſt vnicam concluſionem diuerſarum eſſe ſcientiarum. Ad hoc dicitur quod hæc duo dicta ſane intellecta ſimul ſtant, quoniam non communicatio ſcientiarum in ſubiecto & paſſionibus intelligitur, quo ad idem ſubiectum formaliter, & ſimiliter quoad paſſionem eandem formaliter, & non quo ad identitatem materialem eorum, communicatio autem ſcientiarum in vnica concluſione, quæ modo traditur, intelligitur quo ad eandem concluſionem materialiter & non formaliter. Didicimus (ſiquidem ſuperius) ꝙ Cap. 8. ſcientiæ non communicant ſecundum ſubiecta formaliter ſumpta, nec ſecundum paſſiones formaliter ſumptas, quod impoſſibile eſt idem ſubiectum ſub eadē ratione formali cadere ſub diuerſis ſcientiis, & ſimiliter impoſſibile eſt eandem paſſionem ſub eadem ratione formali demonſtrari a diuerſis ſcientiis. Nunc autem dicimus quod poſſibile eſt vnius ſubiecti (materialiter tamen) & ſimiliter vnius paſſionis materialiter ſcilicet ſub diuerſis rationib. diuerſas eſſe ſcientias. Conſtat autem hæc non oppoſita eſſe, ꝙ autē ita ſit ut dicimus, declaratur in exēplo adducto, hæc concluſio, terra eſt rotunda demonſtratur a naturali & aſtrologo, ſed a naturali terra in eo qđ terra conſideratur, & rotonditas vt terminus corporis phyſici, & propterea terræ paſſione, ideſt grauitate ut medio ad illam concluſionem utitur. Ab aſtrologo vero terra, non ut terra, ſed ut corpus in tali ſitu luminaribus oppoſitum conſideratur, & rotunditas vt corporis ſic interpoſiti vel ſituati figura, unde per umbram luminariū rotunditatē terrę demonſtrat, &c. Vniuerſaliter igitur dicimus, qđ quia non incōuenit ſcientias cōicare ſecundū paſſiones materialiter & formaliter, eſt īpoſſibile, ut ex hoc capitulo conuinci poteſt etiam proteruus, & de rotūditate, patet in naturalibus & mathematicis, & mediis ſcientiis, & ſimiliter ſecundum ſubiecta, ut de quanto patet, ideo quando dicitur quod eadem concluſio demōſtratur a diuerſis ſcientiis, intelligendum eſt de eadem concluſione materialiter, cuius oppoſitum nunquam fuit ſuperius dictum, & hoc modo multas concluſiones probare contingit in naturalibus, quæ probātur a metaphyſico, ut ſubſtantias immateriales eſſe &c.

Quomodo

**Quomodo augeantur demonſtrationes per media, & non per media, ſed in poſt aſſumendo, & in latus.**

e.12. ſ. T.c.29 CIrca eandẽ concluſionẽ Dubitatur iterũ, quia ſuperius dictũ eſt ꝙ augentur demonſtrationes non ꝑ media ſed in poſt aſſumendo, & in latus, &c. Modo autẽ docemur augere demonſtrationes per media, qm̃ media ad ſcientias diuerſas pertinentia neque poſt aſſumuntur immo in textu contra illa quæ poſt aſſumuntur diſtinguuntur, neque in latus augent, quoniam ut ibi ex textu pa tet augmentum in latus ab eodem medio incipit, hic aũt diuerſa media ſunt. Ad hoc dr̃ dupliciter. Primo ꝙ quia augmentũ vnitatem rei auctæ non deſtruit, ſed uia eſt ad entitatis & vnitatis rei maiorẽ quantitatem augeri, demonſtrationes non ſunt dicendæ quæ ex vi ipſius multiplicationis diuerſitatem ſcientiarum ſortiuntur, ſed illæ tm̃, quæ eandem augent ſcientiarũ, & ſm hoc quoniã Ariſt. ſuperius non de multiplicatione, ſed de augmentatione demonſtrationum tractabat, ideo ea quæ dicit in eadem ſcientia intelligenda ſunt. Tunc.n. vt dictum eſt augmenti nomen conſonat, ea vero quæ hic dicit in diuerſis accipienda ſunt ſcientiis. Secũdo dicitur ꝙ vniuerſaliter impoſſibile eſt augeri demoſtrationes per media

Vbi ſupra ſiue in eadem ſiue in diuerſis ſcientiis, loquendo de demonſtrationib. propter quid, non qualibuſcunque, ſed dicentibus cauſam propriam & immediatam. Quoniã vt ibi declaratum fuit, vnius effectus vnica eſt propria cauſa ſufficiens, & quod qñ vnica concluſio demonſtratur in eadem vel in diuerſis ſcientiis per plura media, quæ non ſunt ſubinuicem, impoſſibile eſt eſſe ambas demonſtrationes per cauſam propriam eiuſdem concluſionis, ut patet in exemplo adducto de rotunditate terræ. Prima reſponſio licet effugiat difficultatem motã, quando media diuerſarum ſcientiarum ſunt, nõ tm̃ ſatisfacit ſimpliciter qm̃ contingit eiuſdem concluſionis media, quæ nõ ſunt ſubinuicem eiuſdem eſſe ſcientiæ, vt Albertus hic dicit, & in exemplo textus habetur, quoniam moueri & quieſcere eiuſdem ſunt ſcientiæ. Secunda autem reſponſio licet ſaluet ꝙ demonſtrationes ſimpliciter nunquam augeantur per media, non tm̃ dicit, quale augmentum ẽ demonſtrationum, quando eadẽ cõcluſio per plura media quæ non ſunt ſubinuicẽ demõſtratur, & ideo oportet ex vtraq; reſponſione, vnã conficere ſufficientẽ, dicendo ꝙ eandem concluſionẽ per plura media non ſubinuicẽ demõſtrari dupliciter cõtingit, vno mõ ꝑ media diuerſarũ ſcientiarum, & tunc nec augmentum eſt, nec plura media potiſſima, &c. alio modo per medium eiuſdem generis ſubiecti, & tunc augmentum quidem demonſtrationum eſt, ſed non per media eius proxima. Patent hæc omnia ex dictis reſponſionibus primis, præter penultimum. ſ. ꝙ talis multiplicatio ſit augmentum, qm̃ difficile eſt videre quale augmẽtum ſit in latus an in longũ. Hoc autem declaratur. Quod.n. ſit talis multitudo augmentum patet ex ipſa augmenti ratione, quæ conſiſtit in eiuſdem ſciæ quantitatiua extẽſione, quæ hic manifeſte fit, nec video quod tale augmentum poſſit reduci niſi ad augmentum in poſt aſſumendo, quoniam cum contingit vnius concluſionis eſſe plura media non ſubinuicem, non magis diſtant talia media quam duo oppoſita. ſingulum autem oppoſitorum eſſe cauſam ex qua a priore effectu monſtrari poſſit non niſi ordine quodam contingere poſſe uidetur, vt in exemplo Ariſt. aliqualiter videmus motũ & quietem tranſmutationem & delectationem inferre. Dicit.n. Albertus hic ꝙ in dicto exemplo motus demõſtrat in genere cãæ formalis & quies in genere cauſę finalis, cõſtat aũt quod forma & finis ordine quodam ſe habẽt. Nec obſtat huic reſponſioni quod coincidere videtur in primum membrum diuiſionis factæ in litera. ſ. eiuſdẽ concluſionis poſſunt eſſe plures demonſtrationes dupliciter ſcilicet per media eiuſdem ordinis, & diuerſorũ ordinum, &c. quoniam non idem eſt dicere media eiuſdẽ ordinis, & media ordinate reſpicientia eandem concluſionem primum enim ſonat media formaliter ſubordinata, vt ſubiecta & paſſiones ordinem ad inuicem habẽt ſecundum autem hoc non aſſerit, ſed tantummodo ordinem quem reſpectu concluſionis talia media habẽt, inſinuat. qui abſque formali ſubordinatione mediorum inter ſe ſtat.

Circa illa verba, quæ in declaratione eiuſdem concluſionis quartæ dicuntur, quæ in litera S. Th. non habẽtur, ſcilicet neutrum de neutro contingit dici mediorum, neceſſe eſt enim ei eidem alicui ineſſe.

Dubitatur quia applicatio in adiecto videtur committi cum dicitur, quod media diuerſorum ordinum non dicuntur de inuicem, & quod neceſſe eſt eidem vtraque ineſſe. Si enim eidem vtraque inſunt ergo ad inuicem connectuntur ſecundum prædicationem iuxta illam regulã. Quęcunque eidem ſunt eadem, inter ſe ſunt eadem. Et ſi vnum non contingit de altero dici, ergo nec de eodem 1.phy.t.c.9. dicitur, Ad hoc breuiter dicitur dupliciter, primo quod talia media, quia non dicuntur de inuicem formaliter ſed ſubiectiue, ideo vtrunque diuerſimode uerificatur. ſecundo dicitur & eſt declaratio prioris, quod quia talia media, ut media ſecundum ſe connexionem non habẽt neceſſariam, aliter diuerſorum ordinum non eſſent, ideo neutrum de neutro ſecundum ſe contingit dici, quia vere in tertio vniuntur effectu aut ſubiecto, aliter eandem concluſionem non inferrent, ideo eidem ineſſe oportet. Et ex his planiora ſunt ultimo dicta in dubitatione præcedenti.

## De fortuito, & ſenſibili in ordine ad ſcientiã Cap. 23.

*EIus vero quod a fortuna, non eſt ſcientia per demonſtrationem, neque enim vt neceſſarium, neq; tanquã vt plurimum eſt, quod eſt a fortuna, ſed quod præter hæc fit. Demonſtratio autem eſt alterius horum, omnis enim ſyllogiſmus, aut per neceſſarias aut per eas, quæ vt plurimum propoſitiones conficiunt, & ſi propoſitiones quidẽ ſunt neceſſariæ, & concluſio erit neceſſaria: ſi vero ut plurimum, & concluſio talis. Quare ſi id, quod eſt a fortuna, neque vt plurimum eſt neque neceſſarium, non eſſet utiq; ipſius demonſtratio. Neque per ſenſum eſt ſcire, ſi enim eſt ſenſus talis huius, & non huius alicuius, ſed ſentire neceſſarium eſt hoc aliquid & alicubi & nunc, uniuerſale vero, quod eſt in omnibus, impoſſibile eſt ſentire, non.n. eſt hoc neque nunc, neque enim vtique eſſet vniuerſale, quod enim ſemper & ubique uniuerſale eſſe dicimus. Quoniam igitur demonſtrationes quidem vniuerſales ſunt, hæc autem non eſt ſentire, manifeſtum eſt, quod neque ſcire per ſenſum eſt. Sed planum quod & ſi eſſet ſentire, triãgulum, quod duobus rectis æquales habet angulos quæreremus utique demonſtrationem, & non quemadmodum dicunt nonnulli ſciremus: ſentire quidem enim neceſſe eſt ſingulare, ſcientia uero eſt in cognoſcẽdo vniuerſale. Quare & ſi ſupra lunam eſſemus, & videremus obiectam terram, non vtique ſciremus cauſam defectus, ſentiremus enim nunc quod deficit, & non propter quid omnino, non enim erat ſenſus ipſius vniuerſalis, ſed ex eo, quod ſpeculamur hoc plerunque contingere, uniuerſale vtique venati demonſtrationem habemus, ex ſingularibus enim pluribus vniuerſale manifeſtum eſt. Vniuerſale autem honoratum eſt, quoniam ſignificat cauſam quare de talibus vniuerſalis notitia honoratior eſt ſenſibus, & intellectione quorumcunque altera eſt cauſa, ſed de primis eſt alia ratio. Manifeſtum igitur eſt, quod impoſſibile eſt, ſentiendo aliquid ſcire demonſtratiuorum, niſi quiſpiam ſentire hoc dicat, ſcientiam habere per demonſtrationem, ſunt tamen nonnulla, quæ referuntur in ſenſus defectum in problematibus, quædam enim ſi videremus, non utique quæ-*

*reremus*

*reremus, ſed non tanquam ſcientes, eo quod videmus. ſed vt habentes vniuerſale ex eo, quod videmus, quemadmodum ſi vitrum perforatum, videremus, & lumen permeans, planū vtique eſſet, & propter quid comburit, & ex eo plane, quia videremus fieri ſeorſum in vnoquoque, intelligeremus ſimul, quod in omnibus ſic eſt.*

## Summa huius capituli hęc eſt.

1. concluſio. FOrtuitorum non eſt ſcientia per demonſtrationem, probatur a priori. Qm̄ oē ſcibile eſt neceſſariū. aut ſicut frequēter: fortuitum aūt extra hæc fit. probatur maior, quia oīs ſyllogiſmus demonſtratiuus aut eſt per neceſſarias, aut eas, quæ ſunt tanquam frequenter propoſitiones, & ſi præmiſſę ſunt neceſſariæ concluſio vt frequēter, &c.

2. concluſio. Cognoſcere per ſenſum non eſt ſcire. Probatur a priori, qm̄ demonſtrationes vniuerſalium ſunt. Sentire autē vniuerſalia non contingit, probatio huius ſecundi. Quoniam licet ſenſus talis huius & non huius alicuius ſint ſentire, tamen neceſſe eſt hoc aliquid & ubi, & nunc vniuerſale autem eſt vbique, &c.

3. concluſio. Si contingeret ſentire triangulum duobus rectis ęquales habere angulos, quæreremus tamē demōſtrationē, & non ſciremus, ſicut quidā fatentur, probatur a priori, Qm̄ ſentire neceſſe eſt ſingulariter, ſcīa aūt eſt in cognoſcendo vniuerſale. Declaratur ſcd̄a a ſigno, qm̄ ſi in luna exiſtentes videremus obiectā terram non vtique ſciremus vniuerſalem cām defectus, probatur, quia ſentiremus ꝙ nunc deficit, ſed nō propter quid omnino, probatur, quoniam ſenſus non erat vniuerſalis, ſed ex conſideratione multorum ſingularium vniuerſale venantes demonſtrationem facimus, &c.

4. concluſio. Demonſtratio honorabilior eſt ſenſibus & cognitionibus quoruncunq; cauſa eſt, probatur a priori. Quoniam vniuerſale honorabile eſt, quia cauſam oſtendit, &c.

Reſponſio. Sunt quædam reducta ad ſenſus defectum in propoſitis, ita ſi videremus non inquireremmus non tanquā ſciētes in videndo, ſed tanquā habentes vniuerſale in eo ꝙ videmus. Primum patet. Si videremus lumen pertranſiēs vitrum perforatum, &c. Secundum vero patet, quia vidētur ſeorſum ea quæ ſunt in vtroque vitro. Scire autē eſt ſimul, quoniam in omnibus ſic eſt, &c.

## Series autem hæc eſt.

OBIECTI ipſius ſcīæ naturā plene declaraturus fortuitum & ſenſibile ab eo excludere intendit, & duo facit, primo nanq; vnica concluſione fortuitum expellit, ſcd̄a in toto reſiduo ſenſibile excludit tali ordine, ſecunda concluſione directe illud a ſcibili ſeparat, tertia aūt Heracliti imitatores arguit eorum motiuum ſoluens. Quarta ſenſui ſcientiā præfert, ſorte quæ altius ſenſu illi nihil nouerant, & vltimo alteri eorū obiectioni tacite ſatisfacit, &c.

circa. t. c. 8. circ. t. c. 15. circ. t. c. 22. capitulo. 4. 1. no. c. 6. fol. ſecundi dubii cap. 9. circa finē. Circa ea, quæ dicuntur in prima concluſione ab Ariſt. & addita a S. Tho. duo aduertenda cēſeo. Primum eſt ꝙ doctrina tradita ſuperius in capitulis, quarto, ſexto & nono de propoſitionibus de omni & neceſſariis & ſempiternis, ex hoc textu auctoritatis robur trahit, expreſſe ſiquidē diſtinguit Ariſ. hic propoſitiones demonſtrationis in neceſſarias ſimpliciter & neceſſarias vt frequenter. Secūdum notandū eſt ꝙ S. Th. in his (q̄ ut frequenter fiunt) duplicē modū demonſtrādi tradit. Vnū in quo ſeruatur neceſſitas ſimpliciter, & his a poſteriori ordine generationis, priori aūt ordine naturæ forma & fine. ſ. incipit. Aliū in quo nō inuenitur neceſſariū ſimpliciter, ſed vt frequenter & hic oppoſito mō ſe habet, quia incipit a prioribus via generationis, & hic eſt modus de quo intelligēda ſunt quæ in ſupradictis capitulis dicta ſunt.

Quomodo ſenſus vniuerſalis, ſentire vero ſingularium ſit.

CIrca ſecundam concluſionē aduertendū eſt ꝙ text. in expoſitione rōnis adductæ ad illius probationē S. Th. multum a cōi ſenſu, & ſorte litera diſtat. in principio ſiquidem illius rationis textus noſter dicit. Si. n. ē ſenſus talis huius & non alicuius, tamē ſentire neceſſe ē hoc aliquid, & vbi, & nunc exponit S. Th. quod ſenſus cognoſcit quale, & non ſubſtantiam, & quia qualitates quæ ſentiuntur efficiunt ſingulares ſubſtātias in determinato loco & tpe, iō ſentire neceſſe eſt hoc aliquid alicubi, & nūc &c. Albertus aūt & oēs (vt opinor) alii, licet forte inter ſe in modo exponendi differant, in hunc tamen ſenſum ꝑrumpunt. ſ. ꝙ licet ſenſus ſit vniuerſalis, ſentire tamen eſt ſingularis. Et forte tāta eſt diuerſitas orta ſenſuū ꝑꝑ uarietatē translationū, cuius ſignum eſt quod S. Th. legit illud aſſertiue. nos aūt condōnaliter legimus uel aduerſatiue. Vr̄ aūt mihi ꝙ intentioni Ariſto. in hoc loco magis ſeruiat prima expoſitio ſanioribus uerbis prolata, quam prima. Qm̄ ex vniuerſalis & ſingularis cognitione procedit ad differentiā oſtendendam inter ſcientiā & ſenſum, & non ex ſubſtantiæ & accidentis cognitione. Vtraque tamen expoſitio vera eſt, & poſſunt vniri ita ꝙ idem ſonent quo ad vim ratinnis. Si intelligamus per ſubſtantiā & quod quid eſt, ipſam cuiuſque rei naturam, ſiue ſit ſubſtantiæ, ſiue accidētis natura, & per qualitates ſenſibiles intelligamus eas ſingularizatas & non quidditatiue. & ſecundum hoc nulla diſſenſio proceſſiuum cōmiſſa eſt, ſed magna diuerſitas expoſitionum relinquitur S. Th. exponente negatiue, quod ſenſus ſit ipſius quod quid eſt ſeu vniuerſalis, & aliis exponentibus affirmatiue conditionaliter tamen vel aduerſatiue. Et licet ueiba S. Tho. prima facie ſupra expoſitum ſenſum non ferant, diligenter tamen inſpecta illum nō reſpuunt, ut patet ex eo quod copulatiue addidit quod quid eſt ad ſubſtantiam dicentes. Non. n. obiectum per ſe ſenſus eſt ſubſtantia & quod qd eſt. Inſinuaſſe. n ex hoc videtur quod de ſubſtantia & uniuerſaliter de quod quid eſt loquebatur. Hæc autem iō dixerim ut oſtenderem non alienum ab expoſitione S. Th. eſſe textum noſtrū, nec alienam a doctrina eius eſſe expoſitionem aliorum. Verum. n. eſt quod ſenſus & ſentire. i. Potentia ſenſitiua & eius hæc operatio differunt in hoc, quod ſentire non terminatur niſi ad hoc certum ſingulare. (Viſus. n. nunquam uidet quin hoc certum coloratum uideat) ipſa aūt uis ſenſitiua non eſt determinata ad hoc uel illud definite ſentiendū, ſed uniuerſaliter pōt hoc uel illud ſentire. Oculus. n. non eſt determinatus ad hoc magis quam ad illud lucidum uidendum, ſed poteſt quodcūque ſibi lucidum offeratur uidere, & propter hoc dicitur ꝙ ſenſus eſt uniuerſalis, ſentire autem eſt ſingulare. Sed hic ad euitationē errorū & proprietatem ſermonis eſt aduertendum, quod magis refert dicere, ſenſus, puta oculus eſt coloris uniuerſalis, & dicere, oculus eſt coloris uniuerſaliter. Primum enim eſt falſum, quoniam ſonat quod ſenſus obiectum, ad quod terminari poteſt eſt color indutus uniuerſalitatem, quod eſt impoſſibile, hoc nanque eſt proprium intellectus. Secūdum autem eſt uerum, quoniam non eſt determinatus ad hunc uel iſtū colorem videndum, ſed poteſt quemcunque ſibi oblatum colorem uidere. Vnde hæc tria, ſentire ſenſus & intelligere ſiue ſcire, ita differunt, quod nullum ſentire in rerū natura inuenitur quin ſit huius determinati ſingularis. Senſus autem inuenitur ad multa ſingularia indeterminatus, ſed in uniuerſale non poteſt. ſcire aūt ad uniuerſale terminatur. Et hoc intendit Ariſt. di. quod ſi ſenſus ſit talis huius, & non huius, ſentire tamen neceſſe eſt ſingulare. Propter quod notanter non dixit & ſi ſenſus ſit uniuerſalis, ſed & ſi ſenſus ſit talis huius, & non huius &c. Intendēs (per ly talis) obiectum quod qualitas eſt, & per ly huius, & non huius, diuerſa illius obiecti ſingularia, ut profunde ſcrutatus eſt Albertus &c. ac ſi diceret licet ſenſus ſit obiecti non in uno tantum ſed in pluribus ſingularibus, quod idem ſonat cum eo quod unico uocabulo diximus, ſed obiecti uniuerſaliter, & ſecundum hunc ſenſum clare tota intentio Ariſt. habetur, nec aliqua ambiguitas oritur quomodo ſenſus ſit uniuerſalis, &c.

## De diuerſitate principiorum in demonſtrationibus. Cap. 24.

*EAdem vero principia omnium eſſe ſyllogiſmorum impoſſibile, primum quidem logice conſiderantibus, hi quidem enim veri ſunt ſyllogiſmorum, illi autem falſi; quãquam enim liceat verũ ex falſis ſyllogizare, ſed ſemel hoc fit veluti ſi A, de C, verum, medium autem B, falſum. neque enim A, ipſi B, ineſt, neque B, ipſi C, ſed ſi harum media accepta fuerint propoſitionum, falſæ erunt propoſitiones, eo quod omnis concluſio falſa ex falſis eſt, vera autem ex veris, altera autem ſunt falſa & vera. poſtea neque falſa ex eiſdem ſibi ipſis, eſt enim falſa adinuicem & contraria & impoſſibilia ſimul eſſe, veluti iuſtitiam eſſe iniuſtitiam, aut timorem, & hominem equũ, aut bouem, & æquale aut maius, aut minus. Expoſitis vero ſic neque enim verorum eadem principia omnium, altera enim multorum genere ſunt principia, & neque conuenientia, quemadmodum vnitates punctis nõ conueniunt, illa enim non habent poſitionem, hæc autem habent. Neceſſe autem eſt, aut in medio cõuenire, aut ſurſum, aut deorſum aut hos quidem intra hẽre, illos aũt extra, terminorũ. Sed neque communium principiorum poſſunt eſſe aliqua, ex quibus omnia monſtrabuntur, dico autem communia, veluti omne affirmare, aut negare, genera enim entium altera ſunt, & hæc quidem quantitatibus, illa vero qualitatibus inſunt ſolis, cum quibus monſtrantur per communia. Amplius principia non multo pauciora ſunt concluſionibus, principia enim propoſitiones ſunt, propoſitiones vero aut ipſius aſſumpti termini, aut iniecti ſunt, amplius concluſiones ſunt infinitæ, termini vero finiti. Amplius principia hæc quidem ex neceſſitate, illa vero cõtingentia. Sic igitur conſiderantibus impoſſibile eadem eſſe, aut finita, infinitis inexiſtentibus concluſionibus. Si vero aliter quodammodo dicat aliquis, vt quod hæc quidẽ geometriæ, illa vero ratiociniorum, illa autẽ medicinæ quid vtique eſſet, quod dicitur aliud, præterquam quod ſunt principia ſcientiarum? dicere autem eadem eſſe, ridiculũ eſt, quoniam hæc ſibi ipſis eadem eſſent, ſic enim omnia fiunt eadem. Sed neque ex omnibus monſtrari quodlibet idem eſt quærere omnium eſſe eadem principia, valde. n. fatuum eſt, neque enim in manifeſtis doctrinis hoc fit, neque in reſolutione poſſibile eſt, immediatæ nanque propoſitiones principia ſunt, altera autem concluſio aſſumpta fit propoſitione immediata. Si vero quiſpiam diceret primas immediatas propoſitiones eadem eſſe principia, vna in vnoquoque genere eſt, ſi vero neque ex omnibus, tã quam oporteat monſtrari quodcunque, neq; ita altero, tã quã ſit vnaquæque ſcientia altera, derelinquitur, quod cognata ſint principia omnium, ſed ex his quidem hæc, ex illis autem illa, manifeſtum autem & hoc eſt, quod non cõtingit, monſtratum nanque fuit, quod alia principia genere ſunt differentium genere, principia enim duplicia ſunt ex quibus, & circa quod, quæ quidem igitur ex quibus, cõmunia ſunt, quæ autem circa quod, propria, vt numerus magnitudine.*

### Summa huius capituli hæc eſt.

Concluſio principalis. EAdem eſſe principia omnium ſyllogiſmorum eſt impoſſibile, probatur dupliciter. Primo logice multiplici concluſione.

1. concluſio particularis. Syllogiſmorum verorum & falſorum non ſunt eadẽ principia, probatur a priori. Quia veræ ex veris, falſæ ex falſis concluſiones ſunt, alteræ autem ſunt propoſitiones veræ & falſæ.

Excluſio. Si contingit ex falſis verum ſyllogizare hoc tantum ſemel fit. Declaratur, quoniã in proſyllogiſmis media illorum propoſitionum aſſumentibus pro omni falſæ erunt præmiſſę. probatur, quia omnis concluſio falſa ex falſis ẽ. declaratur in terminis A, primo, C, tertio vere adunatis, B, medio vtrique extremorum falſo coniuncto.

2. concluſio particularis 2. Syllogiſmorum falſorum non ſunt eadem principia. probatur a priori quoniam contingit falſas concluſiones inter ſe contrarias, & incompoſſibiles eſſe, & ex poſitis ſic ſunt.

3. concluſio particularis. Syllogiſmorum verorum non ſunt eadem principia. probatur primo, quia diuerſorum genere altera ſunt principia nec conuenirent, vt patet de vnitatibus ex punctis. Syllogiſmos autem ex eiſdem principiis neceſſe eſt aut in media, aut in ſurſum, aut in deorſum conuenire, probatur, quoniam hi habent terminos medios interius, hi autem exterius, &c. ſecundo quoniam nec aliqua communia principia ſunt, ex quibus ſolis omnia demonſtrari poſſunt. probatur, quoniam genera entium altera ſunt, & principia quantitatis ſolum alia ſunt a principiis qualitatis ſolum, cum quibus per communia fit demõſtratio. tertio quoniam principia non multo minora ſunt concluſionibus, quoniam principia propoſitiones ſunt, quæ termini aut aſſumpti, aut immiſſi ſunt, concluſiones autem infinitæ ſunt, licet termini finiti ſunt. quarto quoniam quædam principia ſunt neceſſaria, & quædam contingentia, &c. ſecundo probatur concluſio principalis multiplicem oppoſiti ſenſum deſtruendo, & primo quoniam ſi tenendo eadem omnium principia conceditur alia eſſe principia Geometriæ, & Medicinæ, cõceditur diuerſa eſſe ſciẽtiarum principia & conſequenter ridiculum eſt dicere, quod eadem ſint, quoniam cum eadem eiſdem ſint eadẽ, omnia eſſent eadem. ſecundo quoniam ſi teneatur ex omnibus ſyllogizare quodcunque quod eſt omnium quærere principia eadem, multum inſipiens eſt, probatur, quoniam nec in manifeſtis doctrinis nec in reſolutione hoc eſt poſſibile. probatur, quoniam altera fit concluſio accepta altera propoſitione immediata, principia enim propoſitiones immediatæ ſunt. tertio quia ſi aliquis dicat primas immediatas propoſitiones eſſe principia, ſciat vnũ in vnoquoque genere exigi, &c. quarto quoniam ſi non ex omnib. quodlibet ſequitur, quod neq; erit ex alterius principiis hęc probare, ſed erunt vniuſcuiuſque altera. quinto quoniam ſi id quod relinquitur ſcilicet principia omnium eſſe proxima teneatur & cum hoc ex his hęc, ex illis vero illa, manifeſtum eſt, quod hoc nõ contingit, quoniam iam monſtratum eſt, quod differentium genere altera ſint principia genere, principia enim ſecũdaria ſunt ex quibus & circa quod, illa communia, iſta propria ſunt &c.

### Series autem hæc eſt.

Quoniam ſcientias principiorum diuerſitate diſtinxerat, intendit in hoc c. oſtendere quod impoſſibile ſit omnium demonſtrationum eſſe eadem principia, & duo facit, quia primo oſtendit hoc logice facta diſtinctione ſyllogiſmorum in veros & falſos, ex eorũ inter ſe differentia triplici concluſione ſubſeruiente, poſt quarum primã excludit obiectionem, quæ contra illam fieri poterat, ſecũdo probat principalem concluſionem quinque oppoſiti ſenſus opiniones ſecludendo. Subdens poſtremo de quibus principiis loquatur.

Quomodo principia non multo pauciora ſint ipſis concluſionibus.

CIrca rationes adductas aduertendum eſt, quod licet abſque textus corruptione plurificari poſſint, quoniam facile patet tam primam quam tertiam in duas diuidi poſſe, viſum tamen eſt mihi ob reuerentiam diui Thom. ad eum reducere numerum, & quamuis tertia ratio minus conſiderantibus uideatur male adunata, ſubtiliter tamen ſcrutantibus oppoſitum videbitur. Ait nanque Alpharabius (quod per multo plus) infinitus exceſſus apud philoſophos ſignificatur, & ſimiliter per non multo minus, defectus non infinitus denotatur. Et propterea in eadem ratione legi debet vtrunque, ſcilicet infinitas concluſionum, & non multo minora principia, ac

ſi aperte dixiſſet, ꝙ principia non ſunt infinite exceſſa ſecundum numerum ab ipſis concluſionibus, ſed concluſiones ſunt infinitę, ergo & principia ſunt infinita, & cõſequenter non ſunt eadem omnium, & ſecundum hæc id quod ſubditur.ſ.termini autem ſunt finiti, aduerſatiue legendum eſt vt S.Thom.exponit. Ad euidentiam autem numeri principiorum ſciendum eſt, quod quædam ꝓpoſitiones ſunt principia tantum, quędam concluſiones tantum, quædam concluſiones & principia. Primæ nanque propoſitiones principia ſunt & non concluſiones, aliter priores haberent, vltimæ autem concluſiones & non principia aliter poſteriores haberent, mediæ autẽ & principia poſteriorum & concluſiones priorum ſunt. Et ſecũdum hoc æqualis eſt numerus principiorum & concluſionum in mediis, & tota inæqualitas conſiſtit in exceſſu extremorum. Et ideo non multo minora principia concluſionibus ſunt. Si enim omnes mediæ propoſitiones cõcluſiones eſſent & non principia, principia remanerent pauciſſima. Nunc autẽ quia (vt dictum eſt) in mediis non eſt inæqualitas, principia amplianturuſque ad vltimas concluſiones, quæ quia plures ſunt quam primæ propoſitiones in quocunque ordine, quæ principia tantum ſunt, ideo pauciora quidem ſunt principia concluſionibus, ſed non multo, & hoc S.Th.dicit licet libri incorrecti oppoſitum oñdant, & hoc Ariſ.intendere videtur ibi aſſumẽs quod principia propoſitiones ſunt. propoſitiones autem ſunt termini aut immiſſi, aut aſſumpti; quaſi diceret, ꝙ ideo principia non ſunt multo pauciora, quia principia non ſolũ ſunt primæ propoſitiones, ſed illæ, q̃ ſunt termini immiſſi in prima figura aut aſſumpti in ſecunda & tertia, ideſt, ſed etiam inter principia annumerantur omnes præmiſſæ, quæ ex terminis immiſſis aut aſſumptis fiunt, eſt ſiquidem prædicatio cauſalis terminorum de propoſitionibus & non identica, &c.

Eiſdem eadem quomodo inter ſe ſint.

CIrca primam rationem ſecundi proceſſus, eſſet quærendũ quid veritatis hẽat illa maxima.ſ.eadẽ, eiſdẽ ſunt eadem, ſed quoniam præſentis negocii limites exit, ſufficiat pro nunc, quod intelligitur eo mõ identitatis inter ſe extrema adunari quo in tertio vnũ ſunt, ut ſi in uno ſint eadem genere, inter ſe eadem generice ſunt, & ſic de aliis, & hoc ſufficit Ariſ.intentioni in hoc loco, quoniam nihil aliud intendit, niſi deducere ad hoc qđ omnes concluſiones eſſent eędem genere, ſi principia eadem haberent, &c.

Omnium quomodo eadem eſſe principia dicantur.

CIrca totum ſecundum proceſſum, qui analyticus a S.Th.dicitur ad demonſtrationum principia deſcendit, illo nanque Ariſt.probat non eadem eſſe principia omnium demonſtrationum, aduertendum eſt, ꝙ licet nouo modo introductus uideatur a nobis textus in eius ſumma atque ſerie, non tamen ſalſo, aut extorte, aut incongrue diſtinctus apparet, immo quoniam mẽs mea m·ltis diebus inquieta & ſolicita erat circa huius textus ordinem & ſenſum, adeo ut de eius claro intuitu deſperarem, tãdem mutuo acceptis commentariis Boetii, q̃ non niſi in principio, & hinc uidi, excitata eſt in me expoſitio ſupradicta, & nunc declaranda, non quod ex Boetio illã ſumpſerim, ſed quod ex quibuſdam eius verbis commota ſunt phantaſmata ſic &c. Imaginandum ergo ex ſex modis, aliquos dicere poſſe omnium demonſtrationum eadem eſſe principia primo abſolute, & hũc ſenſum antequam hunc ſecundũ proceſſum aggrediatur Ariſ.deſtruxit, ſecũdo ſophiſtice, ut dicatur alia eſſe principia medicinæ, & alia Rhetoricę, quia tñ tã hæc quã illa ſunt principia, ideo omniũ eadem ſunt principia, & hunc ſenſum in principio huius ſecundi proceſſus elidit tertio, ut quia ex omnibus cõcluſionem quamlibet monſtrari poſſe tenetur, ideo eadem omnium dicuntur eadem principia, & hunc ſenſum tertio loco excludit, quarto vt quia ex primis dignitatibus omnia demonſtrantur, ideo omnium principia eadem dicantur, & hunc ſenſum tertio loco remouet. quinto ut quia ex quolibet omnia demonſtrari teneantur, ideo omnium eadem principia dicantur, & hũc ſenſum quarto loco deſtruit. ſexto ut quia omnium principia proxima eſſe credatur, ideo omnium eadem principia dicantur, & hunc ſenſum quinto loco repellit. Si autem alicui hæc non placent, inueniat melius pro ſe & pro me.

## De comparatione ſcientiæ ad alios habitus intellectus. Cap. 25.

*SCibile autem & ſcientia differunt ab opinabili & opinione, quoniã ſcientia quidem vniuerſalis & per neceſſaria (neceſſariũ vero nõ cõtingie aliter ſe hẽre) ſunt aũt nonnulla vera qu·dem, quæ cõtingunt aliter ſe hẽre, planũ igitur, quod circa hæc quidem ſcientia non eſt, eſſent enim impoſſibilia aliter ſe habere, poſſibilia aliter ſe hẽre. Verũ enimuero neque intellectus (dico enim intellectum principium ſcientiæ) neque ſcientia indemonſtrabilis, hoc autem eſt acceptio immediatæ propoſitionis. Verus autẽ eſt intellectus, & ſcientia, & opinio & quod per hæc dicit, quare derelinquitur opinionem eſſe circa verum quidem, vt falſum, contingens autem, & aliter ſe habere; hoc autẽ eſt acceptio immediata propoſitionis, & non neceſſariæ, & confeſſum autem eſt ſic apparentibus nanque & opinio incertum eſt, & natura talis. Ad hæc autem nemo putat opinari quando exiſtimet impoſſibile aliter ſe habere, ſed ſcire, ſed quando eſſe quidem ſic, ſed tamen & aliter nihil prohibet tunc opinari, tanquam quod talis opinio ſit, neceſſarii vero ſcientia eſt, quomodo igitur eſt idem opinari & ſcire? & propter quid non erit opinio ſcientia, ſi quis ponet, omne quod nouit contingere opinari, cõſequenter enim hic quidem ſciens, ille vero opinans per media, quouſque ad immediata venerit, quare ſi quidem ille nouit, & qui opinatur nouit, quemadmodum enim & quod opinari eſt, & propter quid, hoc autem ipſum medium. An ſiquidem ita ſuſpicabitur non contingentia aliter ſe habere quemadmodum ſe habent definitiones, per quas ſunt demonſtrationes, non opinabitur, ſed ſciet, ſi autem vera quidem eſſe, non tamen hæc utique ipſis ineſſe ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum formam, opinabitur, & non ſciet vere ipſum quod, & ipſum propter quid ſiquidem per immediata opinabitur, ſi autem nõ per immediata, ipſum quod ſolum opinabitur, eiuſdem vero opinio, & ſcientia non omnino eſt, ſed quemadmodum & falſa & vera eiuſdem quodammodo ſunt, ita & ſcientia & opinio eiuſdem, etenim opinionem veram & falſam ut nõnulli quidem dicunt eiuſdem eſſe, abſurda contingit erigi, & alia, & non opinari, quod opinatur falſo, quoniam vero idem plurib. modis dicitur, eſt quidem ut cõtingit: eſt autem vt non commenſurabilem nanque eſſe diametrum vere opinari abſurdum eſt, ſed quod diameter circa quem opiniones, idem ita eiuſdem eſt, quod quid autem erat eſſe vtique ſecundum rationem non eſt idem, conſimiliter autem & ſciẽtia & opinio eſt eiuſdem, hæc quidem enim ſic animalis ut non contingat non eſſe animal, illa vero ut contingat, ueluti ſi hæc quidẽ nõ hominis eſt, illa vero hominis quidem non autem quod hominis, idẽ enim eſt, quoniam homo, hoc autem ſic non idem. Manifeſtum autem eſt ex his, quod neque opinari ſimul idem & ſcire contingit, ſimul.n.habere poſſet ſuſpicionem quod aliter ſe habere, & non aliter, idem eſſet, quod non contingit, in alio quidem enim vtrunque eſſe contingit eiuſdem, ut dictum eſt, in eodem aũt non ſic poſſibile eſt: habebit enim ſuſpicionẽ ſimul vt quod homo eſſet, ſecundũ quod animal, hoc.n. eſſet nõ cõtingere eſſe non aĩal, & nõ ſecũdũ quod aĩal, hoc n. eſſet ſic contingere. Reliqua vero quomodo oportet di*

ſtribuere

*ſtribuere & in diſcurſu, & intellectu & ſcientia, & arte, & prudentia, & ſapientia, illa quidem naturalis hæc autem moralis ſpeculationis magis ſunt. Solertia vero eſt bona quædam coniectatio in non perſpecto tempore medij, veluti ſi quiſpiam videns, quod Luna ſplendorem ſemper habet ad Solem, celeriter excogitauit propter quid hoc, quoniam propter id quod ſplendeſcit a Sole aut diſputantem cum diuite nouit, quoniam fœneratur, aut propter quid amici ſunt, quoniam inimici eiuſdem: Omnes.n.cauſas medias videns ſummas cognouit, ſplendidum eſſe ad ſolem ſit in quo A, ſplendere a Sole, in quo B, luna C, ineſt itaque, Lunæ quidem ipſi C, ipſum B, ſpendere a ſole, ipſi autem B, ipſum A, ad hoc eſſe ſplendidum, a quo ſplendet quare & ipſi C, ineſt ipſum A, per B.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

SCibile & ſcientia differunt ad opinabili & opinione &c. Probatur dupliciter. Primo a priori, qm̃ intellectus, ſcientia, & opinio, & quod per hæc dr̃ vera ſunt, ſed nec ſcientia verorum contingentium eſt, qm̃ vniuerſaliter & per neceſſaria eſt, & conſequenter ſi eſſet contingẽtium impoſſibile ſe aliter habere eſſet poſſibile aliter ſe habere, nec intellectus principium ſcientiæ verorum cõtingentium eſt, quoniam ſcientia indemonſtrabilis eſt, probatur, quoniam acceptio eſt immediatæ propoſitionis. opinio autem circa verum & falſum, & eſt contingẽs aliter ſe habere &c. & ipſa eſt acceptio immediatæ ꝓpoſitionis & non neceſſe. Secundo quoniam conſentaneũ eſt apparentibus, opinio enim ſonat incertum quid, & naturam huiuſmodi. Tertio quoniam nullus arbitratur opinari cum exiſtimat impoſſibile aliter eſſe, ſed potius ſcire & per oppoſitum exiſtimans poſſe aliter eſſe arbitratur ſe opinari &c. tanquam ſcientia ſit neceſſarii & opinio contingentis &c.

Qõ ſecũda.

Qualiter eſt idem opinari & ſcire &c.

Qõ prima.

Qualiter non erunt idem opinio & ſcientia.

pro prima quæſtione.

Siquis poſuerit omne opinari, aut ſaltem nihil eſſe ſcitum, quod non contingit opinari.

Pro ſecũda quæſtione.

Conſequenter & ſciens & opinãs per media quouſq; immediata veniãt ꝓbatur, qm̃ eſt opinari & quia & ꝓp quid, quod medium ſonat, opinans ergo ſciuit &c.

ſolutio ſecũdę quæſ.

Si arbitrabitur non contingentia aliter ſe habere ſicut ſe habent diffinitiones ꝑ quas fiunt demonſtrationes, nõ opinabitur ſed ſciet ſi autem vera quidem, nõ tamẽ hæc eis ineſſe ſecundum ſubſtantiam, uel ſecundum ſpeciem non ſciet vere, ſed opinabitur, quia & propter quid. Si.n. per immediata, propter quid, & ſi per non immediata quia &c.

Solutio primæ quæſt.

Sicut opinio vera & falſa non eiuſdẽ penitus, ſed eiuſdem quoddammodo ſunt, ſic & ſcientia & opinio non eiuſdem penitus ſed eiuſdem quodammodo ſunt, declarantur ſingula. Et primo prima pars primi, quoniã eiuſdem ſecundum ſubiectum & rationem, opinionem uerã & falſam eſſe, ſicut dicunt quidam, multa inconuenientia inducit, & hoc. ſ. non opinari quod opinatur falſo ſecundo ſecunda pars primi. Qm̃ idem multipliciter dr̃, & ſm̃ unum modum identitatis contingit, & ſm̃ aliũ nõ eiuſdẽ n. ſecundum ſubiectũ contingit verũ & falſum eſſe, eiuſdem autem ſecundum qđ vnicuique cãt eſſe ſecundũ rationem non contingit. Sicut diametrum commenſurabilem eſſe. non contingit vere opinari, ſed dę diametro circa quod opiniones ſunt cõtingit vere opinari tertio principale intentum ſecundo propoſitum. ſ. ꝙ ſcĩa & opinio non ſunt eiuſdem omnino, ſed quodãmodo, ſicut &c. qm̃ ſcĩa eſt alicuius qđ ſit tale ex neceſſitate, puta qđ homo ſit id quod vere hominis eſt, opinio vero quod ſit tale ſed non ex neceſſitate, ſed contingat aliter ſe habere, puta quod homo ſit quod non vere hominis eſt, & ſic ſunt eiuſdem ſcientia & opinio, quia hominis ſed non omnino, quia non eadem ratione.

Corr. cõclu

Non contingit ſimul eiuſdem idem ſcire & opinar, probatur quoniam ſimul idem haberet opinionem eiuſdem, aliter habendi, & non aliter habendi, quod eſt impoſſibile, ut quod homo eſſet quod vere eſt animal, & contingat non eſſe animal &c.

In alio & alio contingit eſſe ſcientiam & opinionem eiuſdem ſicut dictum eſt &c.

Corr. ſecundæ cõcluſio. Excluſio.

Qũo oporteat deſtribuere in rõnem & intellectũ, & artem & prudentiam, & ſcĩam, & ſapientiam, hæc quidẽ phyſicæ, illa vero ethicæ ſpeculationis magis ſunt &c.

Solertia eſt ſubtilitas quædam in non proſpecto tempore medii &c. vt videns ꝙ Luna ſemper conuerſa ad ſolem lumen hẽt, ſtatim intellexit propter quid, quia. ſ. illuſtratur a ſole, & videns diſputantem cum diuite cognouit, quia accommodatum eſt. Et videns inimicos, amicos cognouit, quia inimici eiuſdẽ, declaratur diffinitio, quoniam ſolers omnes cauſas medias videns, cognouit & ultimas ordinatur autem medium ſolertis iuxta primum exemplum in ſyllogiſmo in terminis A, primo, B, medio: & C, tertio in primo primæ &c.

## Series autem hęc eſt.

INTENDENS diſtinguere ſcĩam ab aliis habitibus intellectus, tria facit, primo diſtinguit ipſam & eius obiectum ab opinione & ſuo obiecto. Secundo circa eorũ diſtinctionẽ qões duas mouet & ſoluit ut ordinauimus, addens duas annexas cõcluſiones conſiderãtes ſcĩam & opinionẽ in ordine ad opinãtes, & ſcientes. Tertio præexcuſando ſe ad declarationem diſtinctionis ſcĩæ ab aliis habitibus intellectus de ſolertia determinat diffinitiue exẽplariter declarans in diuerſis rerum ordinibus &c.

*Veræ ſcientiæ, ab opinione diſtinctio.*

CIrca principium capituli ubi aſſignatur differentia inter ſcientiam & opinionẽ ex neceſſitate & contingentia &c. Dubitatur dupliciter. Primo quia non apparet verum, quod ſcĩa & opinio differant propter hoc quod ſcientiæ obiectum ſit verum neceſſarium, opinionis autem verum contingens, ut in litera dicitur. Exquirimus nanque quod multarum opinionum ꝺbiecta ſunt uera neceſſaria, ut patet in opinionibus oppoſitis. De corporum cœleſtium materia motibus &c. Cum.n. oporteat contradictionis alteram partem eſſe veram, neceſſe eſt alteram veri neceſſarii eſſe, quoniam ibi nihil cõtingens eſt &c. Secundo quia S. Th. in prima ſecundæ. q. 67. expreſſe determinat quod ſcientia & opinio non differũt ex parte obiecti, nec ex parte medii, ſed ex parte ſubiecti. Ariſ. aũt hic ex parte obiecti dr̃iam inter eas ponit &c. Ad euidentiam huius dubitationis, qm̃ facilis nõ eſt, Primo dicendum eſt abſolute quid tenendũ ſit de dr̃ia inter ſcietiam & opinionem. Deinde quid intendat hic Ariſ. & qũo S. Th. no diſſentit ab eo. Vt aũt certa cognitione percipiatur ꝙ intẽdimus, a quid nominis eſt inchoãdũ. Opinio ut in textu dr̃ incertã cognitionẽ. Incertam aũe non ꝙ ita ambigua ſit, ꝙ ad neutram partem contradictionis declinet, ſed quia ita alteram partem contradictionis cognoſcit ut de oppoſita veritate formidet, tales ſiquidem nos eſſe experimur opinantes. Scientia autem (extẽſo uocabulo) ad cognitionem principiorum immediatorum, certam unius partis contradictionis cognitionem ſonat, adeo vt de oppoſiti poſſibilitate nulla etiam ſuſpicio relinquatur. Certitudo aũt in cognitione, non niſi ex cogniti euidentia eſt. Infra limites ſiquidem intellectus & eorum quæ ipſum perficiunt diſcurrendo nulla alia cauſa certitudinis in cognitione inuenitur, niſi prædicta. Nec mihi aliquis obiiciat certitudinem fidei nõ eſſe ex euidentia obiecti. Qm̃ talis certitudo non eſt intellectus ut ſic, ſed ut ſtat ſub imperio uoluntatis, propter quod fides inter uirtutes intellectuales numerari non poteſt &c. Ex euidentia igitur cogniti certitudo intellectualis eſt & conſequenter ex ineuidentia incertitudo, & quoniam euidentia alicuius complexi dupliciter

prima ſecũdæ. q. 67. ar. 3. c.

cõtingit.ſ.vel ex propriis terminis,ut patet ĩ primis principiis,& ex alicuius neceſſaria connexione viſa,ad prima principia,ideo omnis cognitio certa,vel eſt circa principia ex terminis nota, vel concluſiones, in illa reſolubiles & reſolutas &c.In euidentia aũt alicuius complexi, qm̃ per priuationem eorum quæ euidentiam faciunt ſic multipliciter eriam contingit,vt patet de ſuſpicione,& æſtimatione,& opinione,vt S.Tho.in prohemio huius libri dilucide docet. In opinione fit,ex eo quod vel termini ipſi propoſitionis,vel connexio concluſionis, ad propoſitiones alias,quæ certæ ſunt,præſeferunt alteram ;contradictionis partem determinatam,alteram deiiciendo,ſed non neceſſario &c. Differunt ergo ſcĩa & opinio,penes euidentiam & ineuidentiam obiecti,ita ꝙ euidentia ſcientiam facit:ineuidentia autem(talis)opinionem:notanter autem dico(ineuidentia talis)propter duo. Primo quia non omnis ineuidenria opinionem facit,ſed aliqua ſuſpicionem,aliqua exiſtimationem,vt dictum eſt. Secundo quia non intelligo ineuidentiam priuatiue facere opinionem,ſed ineuidentiam contrarie,cum enim omne manifeſtatiuum luminis rationem habeat,propter quod & ipſe medius terminus lumen concluſionis dicitur,imaglnor quod lumen quo clarent quæcunque cognuſcuntur, latitudinem non paruam habeat,& quod ſecundum eius diuerſam participationem diuerſimode res pateſiant intellectui,Ita quod quædam ſunt quæ tantum in ſe luminis, ſeu manifeſtatiui habent, quod euidentia intellectui ſunt per ſe, vt principia. Quædam per reductionem ad alia ut eorum concluſiones &c.quædam adeo parum habent luminis ut ad euidentiam non ſufficiat; ſufficiat tamen ad determinationem intellectus ad vnam partem, quod eſt ipſum relinquere cũ formidine alterius & hæc ſunt opinabilia. Quædam adhuc minus habẽt,ita vt nec ad unam partem determinent licet magis inclinent ad hanc quam illam vt ſuſpicabilia. Quædam adhuc minus &c. Talis ergo gradus luminis ſeu manifeſtatiui vel ineuidentiæ,ſeu obſcuritatis opinionem facit. Et quoniam talis ineuidentia oritur quandoque ex natura ipſius rei cognitæ,quando.ſ.ipſum complexum contingens eſt, nullo.n.modo incomplexo cõtingenti inuenitur aliquid,vnde ſuæ complexionis euidentia oſtendi poſſit, quoniam nec termini eius tale manifeſtatiuum eſſe poſſunt,nec aliquod medium,qm̃ contingens eſt. Quandoq; aũt oritur talis ineuidentia ex modica participatione luminis intellectus dum vel propriis terminorum conceptibus uel mediis neceſſariis carere contingit,vel male ordinãt media,vel acies intellectus non figitur, propter phantaſmatis motum &c.ideo opinio poteſt eſſe de conringentib. & de neceſſariis,licet diuerſimode,quia de cõtingentib. eſt propter ipſius obiecti naturam,quę ſciri non patitur, de neceſſariis aũt ꝓꝑ ipſius intellectus defectum. Ad Ariſt.vero intentum deſcendendo dicitur,ꝙ quia opinabile tali ineuidentia conſtat,& duplex eſt,quoddam ex ſui natura,quod.ſ.ex natura ſua non poteſt eſſe euidens, vt complexum cõtingens,& quoddam ex parte intellectus, quod.ſ.licet ex ſe euidens eſſe poſſit,huic tamen & illi ineuidens & incertum eſt &c. vt complexum neceſſarium &c.ita de opinione dupliciter loqui contingit. Vno modo in ordine ad ipſum opinabile ſecundum ſe. Alio modo in ordine etiam ad opinabile quo ad nos &c.Et ſi ſubſtinere volumus Ariſtotelem locutum fuiſſe de opinione in ordine ad opinabile ſecundum ſe,neceſſariũ & contingens nominaliter ſumere oportet ex parte obiecti, & dicendum eſt ſm ipſum,quod opinio differt a ſcientia, quia ſcientia eſt ueri neceſſarii;opinio autem veri contingentis & conſequenter etiam falſi, quia verum cõtingẽs mutabile eſt in falſum &c.& ſimiliter cum dixit,quod opinio eſt acceptio propoſitionis immediatę,non neceſſarii, intelligenda eſt conringenris &c.Si autem ſuſtinere volumus quod ſermo Ariſt.ſit de opinione utroque modo,tunc profundius dicta Ariſtotelis intelligere oportet & diligenter aduertere,quod Ariſt.ineuidentiam quam diximus circumloquitur per ly contingens aliter ſe hr̃e, & euidentiam per ly neceſſarium, &c.intelligens per neceſſarium neceſſarium in ſe,& in cognitione nr̃a ( & per conringens vero) contingens in ſe uel in apparentia &c. ita quod ſcientia differt ab opinione in hoc quod ſcĩa eſt veri neceſſarii, utroque modo.i. quod non ſolum ſit neceſſarium , ſed etiam ſit viſa ſua neceſſitas ; opinio autem eſt contingentis altero mõ.i.uel propoſitionis contingentis,uel neceſſe contingenter,& merito,quia malũ conſurgit ex particularibus defectibus,bonum autem ex cauſa integra,& hic ſenſus eſt magis dignus Ariſt.qm̃ enucleat opinionis naturam. Vnde magnus Albertus dicit,ꝙ Aduerbaliter accipiendum eſt ly non neceſſarie, cũ in textu dr̃ ꝙ opinio eſt acceptio propoſitionis immediate non neceſſarie.Et S.Th.dicit in expoſitione,ꝙ opinio de his eſt quæ accipiuntur,ut conringentia aliter ſe habere ſiue ſint talia,ſiue non &c. Nec ꝑtermittendũ eſt quod opinabile accipi,ſeu cognoſci vt contingens poteſt dupliciter intelligi. Vno modo vt(contingentia)concurrat vt conditio cognita opinabilis,& hoc modo falſum eſt ponere opinabile apparere ut contingens , nec hoc intelleximus cum diximus opinabile oportere eſſe contingens in apparentia ſaltem,quoniam ſecundũ hũc ſenſum opinio vera de neceſſariis eſſet, nõ ſolũ diminuta cognitio,ſed falſa apprehenſio, qm̃ apprehẽderet neceſſarium poſſe aliter ſe hr̃e &c. Alio mõ põt intelligi vt contingentia concurrat vt modus cognitionis ſeu euidẽtiæ.Et hic ſenſus eſt verus & intentus. Verus quidẽ, quia opinãs cõplexũ ſibi obiectum quantuncunque ſit neceſſarium in ſe cognoſcit cõtingenter.i.apprehẽdit tali claritate,qua vr̃ hoc ſic eſſe,ſed non vr̃ ꝙ non poſſit aliter eſſe &c.ita ꝙ ſicut ipſum complexũ diuiditur per neceſſarium & cõringẽs,ita ẽt cognitio ſeu claritas eius diſtinguitur in cognitionẽ ꝑ modũ neceſſarii,& per modũ cõtingentis,& illa uocatur claritas neceſſaria quæ oſtendit ſic eſſe & non poſſe aliter eſſe,illa aũt contingens q̃ licet oſtendat ſic eſſe,non tamen ita quin poſſit aliter eſſe.

Intentus aũt,qm̃ per hoc uniuerſaliter,& primo differunt ſcĩa & opinio(ut dictum iã eſt)qui ſcĩa neceſſario attingit obiectũ ſuũ,opinio vero contingenter &c.Et ſm hoc patet quid reſpondendũ ſit primæ rõni dubitandi, dicendũ eſt.n.quod Ariſt.diſtinxit opinionẽ & ſcientiã non ex contingentia,& neceſſitate obiecti abſolute, ſed ex contingentia & neceſſitate eorũ in cognitione ſeu apparentia. Poſſet quoque & forte non male dici ꝙ in principio capituli Ariſ.ſeparauit opinabile ſm ſe,ab ipſo ſm ſe ſcibili,& opinionem a ſcĩa , in ordine ad opinabile & ſcibile abſolute,& poſtmodum in proceſſu capituli inſinuauit uniuerſaliorem dr̃iam quam diximus &c . Ad id vero quod diſſenſionem inter Ariſt.& S.Tho.inducit dr̃ quod nulla eſt inter eorum dicta cõtradictio, qm̃ S.Th. de opinione uniuerſaliter locutus eſt ſiue ex parte obiecti,ſiue cognoſcentis,ſiue aliunde contingat, & dixit qđ non diſtinguitur a ſcientia ex parte obiecti ſecundum ſe ſumpti,quia ſcientia de neceſſariis eſt,& opinio de neceſſariis eſſe poteſt, nec ex parte medii ſecũdum ſe ſumpti, quia quandoque idem medium ſi clare videatur connexum concluſioni,facit ſcientiam,& ſi non ita clare facit opinionem,ſed ex parte ſubiecti , quia ſcientia includit euidentiam abſque formidine, opinio claritatem quandam cum formidine alterius partis, quod nihil aliud eſt dicere,quã dicere quod differunt ex hoc quod obiectum ſcientiæ neceſſarium eſt non ſolum in ſe,ſed in ſua apparentia,obiectum uero opinionis eſt cõtingens uel in ſe, uel in ſua apparentia,ut Ariſtote.dixit:appellauit autem S. Thom. differentiam hanc ex parte ſubiecti , & nõ ex parte obiecti , nec medii , quia nec ex diuerſitate obiecti nec ex diuerſitate medii vniuerſaliter prouenit,ſed ſemper eſt ex diuerſitate talis modi cognoſcendi,quæ ex parte ſubiecti ſe tenet,& quoniam forma

le in

In prohemio huius lib.

le in opinione eſt quod contingenter, ſeu cum formidine cognitio habeatur &c.

Annot. Circa illam propoſitionem aſſumptam in textu, ſ. ꝙ verus eſt intellectus & ſciētia, & opinio, & quod per hæc dicitur, plura notanda ſunt. Primum eſt quod quatuor illa vera quæ ponit, diſſimiliter veritatem habent. Alia. n. ratione verum eſt, ꝙ dicitur per ſcientiam, & intellectū & opinionem, & aliter ipſa ſcientia & opinio, & intellectus, illud. n. eſt uerum, quia ipſum eſt tale, hæc vero quoniam illius ſunt cognoſcitiua &c. Sed quoniam alterius negocii hoc eſt, alibi differendum reor.

Secundum eſt ꝙ notāter Ariſ. dixit, & quod per hæc dr̄, & nō dixit, & ſubiectum eorum vel aliquis hmōi, qm̄ res de quibus ſunt hmōi habitus poſſunt conſiderari dupliciter. Vno modo in ſeipſis, & ſic cum complexione careant, eo quod extra animam nulla complexio eſt, veritatem quoque neceſſe eſt non habeant. Alio modo conſiderantur, vt ſtant ſub ſecunda operatione intellectus, & ſic complexionem quandam ſortiuntur, & veritatē aut falſitatē adipiſci neceſſe eſt &c. Et ſimiliter prædicti habitus habent duos terminos, vnum ad quē proxime terminātur, & hic eſt complexum quoddam, quod obiectū eorum dicitur, & alterum quem vltimo attingunt. i. mediāte illo proximo, & illa eſt res incomplexa, ſ. eſſe ſubiecti ſecundum ſuas paſſiones &c. Et propter hoc dicitur ꝙ aliud eſt obiectum, & aliud ſubiectum ſcientiæ &c. Quia ergo talis differentia in huiuſmodi negligenda nō eſt, iō Ariſt. notanter dixit ꝙ verum eſt (& quod per hæc dicitur) quoniam hoc ſonat, cōplexum quod obiectum eſt, & non res ipſas abſolute, non. n. dicuntur res niſi ad complexionem reductæ, niſi forte in prima operatione intellectus, quod propoſitum non impedit &c. Tertium eſt, quod cum dicitur opinionem eſſe veri, vel ſuſpenſiue ſuſcipiendum eſt, expectando ſubiectam determinationē, qualis veri ſit, quia contingentis, & ideo veri & falſi &c. vel quia omnia appetunt bonum, & bonum intellectus conſtat eſſe verum opinionē eſſe veri, intelligendum eſt per ſe, quoniam falſi eſt per accidens &c.

Circa ſolutionem ſecundæ quæſtionis aduertendum eſt quod ex ea clare habetur differentia opinionis & ſciētiæ ex parte ſubiecti, quam ſupra diximus, quoniam hinc habetur quod ſcientia & opinio differunt per arbitrari & non arbitrari, & fuit adeo intentus Ariſt. hoc in loco vt inſinuaret hāc differētiam, Vt prætermiſiſſe videatur ſciam requirere neceſſitatem in obiecto, dū eam tacuit, qm̄ clarū hoc erat & (propter hoc) vt dictum eſt, non differt primo ab opinione, ſed per euidentiā & ineuidentiā.

Annot. Circa id quod dr̄ in ſolutione primæ quæſtionis, ſ. ꝙ non de eodē penitus ſunt opinio vera & falſa, & illam cōſequentiam, quæ ibi ſit, ſ. ſi oīno eiuſdem eſſet opinio vera & falſa, non opinaretur, qui falſo opinaretur. Dubitatur, quia non ſolum de eadem re, ſed de eodem enūtiabili non inconuenit aliquem habere veram opinionem, & aliquem alterū falſam, de hoc. n. enunciabili epiciclos eſſe, cum duæ ſint opiniones contradictoriæ oppoſitæ, neceſſe eſt alteram eſſe veram & alteram falſam. Et confirmatur, quia niſi opinio vera & falſa eſſent circa omnino idem, ſed ſolum circa idem ſubiecto, ut in litera dicitur opiniones oppoſitæ non eſſent incompoſſibiles, quia ſecundum diuerſa reſpicerent vnum ſubiectum &c. Ad hoc dicitur, ꝙ quia opinionem eſſe alicuius nihil aliud eſt quam illud eſſe opinatum vel opinabile, et opinionē ueram eſſe alicuius nihil aliud eſt quam illud opinatum eſſe verum, opinionem falſam eſſe alicuius nihil aliud ē, quam illud opinatū eſſe falſum cōſequens eſt, qđ opinionem veram et falſam eſſe omnino eiuſdem, nihil aliud ſonat quam quod idem omnino opinabile ſit ſimul verum et falſum. Hoc autem cum manifeſte impoſſibile ſit, relinquitur, quod impoſſibile ſit omnino eiuſdem obiecti eſſe opinionem verā et falſam, licet poſſit eſſe eiuſdē ſubiecti etc. Valet autem conſequentia illa, quia ſi omnino eiuſdē obiecti eſſet opinio vera, et falſa, veritas opinionis non attenderetur ſm̄ adæquationem, vel cōformitatem ad ſic eſſe in re, ut opinio dicit, ſed conſiſteret in apparētia, et tunc quodcunque appareret eſſe verum, et quia quilibet opinatur ſecundum quod ſibi apparet, quælibet opinio eſſet vera, et conſequenter nulla eſſet opinio falſa, & conſequenter qui opinatur falſo, non opinaretur, ſicut ſi nullus homo eſſet albus, quicunque haberet albedinem, non eſſet homo etc. Ad argumentum in oppoſitum dicitur quod cum idē ſit iudicium de oppoſitione, et veritate, et falſitate opinionum, & enuntiationum, In fine 2. periher.
et enuntiabilium, ut ex fine ſecundi perihermenias habetur. Sicut impoſſibile eſt idem omnino enuntiabile eſſe ſibi oppoſitum, ita impoſſibile eſt ꝙ de eodem oīno ſint oppoſitæ opiniones etc. Sed ſicut enūtiabili affirmatiuo vero, vt ibidem dr̄, opponitur negatiuum de eiſdem terminis, et affirmatiuū de oppoſito, ita opinioni veræ de aliquo affirmatiuo, opponuntur opiniones non de eodem, ſed de negatiuo eorundem terminorum et de affirmatiuo contrarii, vnde non ſunt opiniones oppoſitæ de hoc enūtiabili, epiciclos eſſe, ſed vna opinio eſt cuius propriū obiectum eſt epiciclos eſſe, altera quæ dicit epiciclos nō eſſe etc. Conſtat autem quod aliud enuntiabile eſt epiciclus eſſe, et aliud epiciclos non eſſe, falluntur autē in hac re minus conſiderantes, ex eo quod non ſolum eiuſdem ſubiecti, ſed etiam prædicati contingit eſſe diuerſa enuntiabilia etc. Et per hoc patet reſpōſio ad confirmationē quia opiniones oppoſitas nō oportet eſſe circa idem omnino obiectum, ad hoc ut ſint incompoſſibiles, ſed ſufficit quod ſint circa idem ſubiectum, et prædicatum contradictorie complexa vel circa idem ſubiectum, et prædicata oppoſita. Et nota qđ cū dicit opiniones oppoſitas ſeu veram et falſam, non eſſe eiuſdem omnino, intelligitur, ut proprii obiecti. nihil enim prohibet opiniones oppoſitas eſſe eiuſdem omnino conſequentiæ, opinio nanque arbitrans epiciclos non eſſe, conſequēter deſtruit epiciclos eſſe, et ſic eſt per ſe primo negatiui et quodammodo eius oppoſiti, etc. Aduertendum quoque eſt, quod quia nihil differt in propoſito, an circa idem ſubiectum opinemur contraria prædicata, an idem prædicatum affirmatiue, & negatiue, quoniam utrobique eſt identitas ſubiecti, & nō identitas omnimoda, ideo Ariſt. propoſito inſiſtens abſque diſtinctione dixit, eiuſdem omnino non eſſe opinionem &c. veram & falſam.

Non eiuſdem obiecti ſcientia & opino eſſe valere.

Circa ipſam ſolutionem primæ quæſtionis. Dubitatur an verum ſit, quod eiuſdem omnino obiecti nō poſſit eſſe ſcientia et opinio etc. Videtur. n. quod nihil ꝓhibeat quoniam ſcientia et opinio nihil ponunt, aut poſitum connotant in obiecto, per quod differant vt ex dictis patet, quoniam ex mō cognoſcendi differunt, et ſi ſic eſt nihil apparet ex parte ſcientiæ, aut opinionis, quod uetet eas in vnum conuenire obiectum. Et confirmatur quoniam experientia docet ꝙ huius enuntiabilis Deum eſſe vnum contingit unam rationem aliqualē habere, et demōſtrationem non penetrare adeo ꝙ cum formidine alterius partis intellectus reſtet, alterum aūt penetrare, et tūc manifeſte eiuſdē oīno erit opinio cuius eſt ſciētia etc. Ad hoc dicitur multipliciter, tm ꝙ multis modis contingit loqui de opinione et ſcientia etc. Si. n. ſequendo primum ſenſum ſupra poſitum, ſermo ſit de ſcibili, & opinabili, ſm̄ ſe, clara eſt reſpōſio, quod. ſ. impoſſibile eſt idem omnino eſſe ſcibile tam in eodem quam in diuerſis, ſiue ſuppoſitis, ſiue temporibus, quoniam ſcibile ex propria natura eſt enuntiabile neceſſarium, et opinabile ex ſe eſt contingens, et impoſſibile eſt transferre contingens eſt neceſſarium et econuerſo etc. poſſibile eſt tamē eiuſdem quodammodo eſſe ſcientiam et opinionem ſimul, quoniam non inconuenit circa idem ſubiectum ſimul diuerſa conſiderare, alterum opinando, alterum ſciēdo etc. ut de ſe patet. Tenemus enim de multis ſubie-

ctis aliqua demonſtratiue ſcientes illis conuenire, aliqua
vero opinantes quid eis inſint &c. Et ſecundum hunc ſen
ſum ſaluatur ſimilitudo in textu adducta, inter idẽtitatẽ
veri & falſi opinabilis, & identitatem ſcibilis & opinabi-
lis, quoniam ſicut ibi non erat idenritas omnimoda, ſed
ſecundum ſubiectum, ita hic non eſt idenritas omnimo-
da, quia non eſt idem enuntiabile ſcibile & opinabile,
ſed ſecundum ſubiectum, quia contingit communicare
in ſubiecto opinabile & ſcibile &c. Et huic ſenſui multũ
fauent omnia, quæ dicuntur in hoc capitulo &c. Si autẽ
ſit ſermo de ſcibili & opinabili non ſecundum ſe & abſo
lute, ſed in ordine ad vnum hominũ & ſimul, ſic dicitur,
quod impoſſibile eſt idem omnino eſſe ſcitum & opina
tum, quoniam ſequeretur ꝙ idem oĩno enuntiabile eſſet
huic euidens, & ineuidẽs, certum & incertum, neceſſario
acceptum & incontingenter, quod eſt impoſſibile &c.
poſſibile tamen eſt eiuſdem quodammodo eſſe ſciam &
opinionem in eodem ſimul &c. qm̃ non incõuenit de eo
dem ſubiecto, puta ſole, aliqua opinio puta ꝙ moueatur
eccentrice, & aliqua ſcientia puta qđ acceſſu & receſſu
cauſet generationem & corruptionem &c. teneamus, &
ſecundum hũc quoque ſenſum ſaluatur ſimilitudo ſupra
dicta, qm̃ non contingit idem enuntiabile, ſed idem ſub
iectum eſſe opinatum & ſcitum ſimul ab eodem &c. &
hic ſenſus a S. Tho ex textu ſumitur. Si autẽ ſit ſermo de
opinabili & ſcibili nõ ex meritis obiecti, nec ex ordine
ad eundem, ſed ſimpliciter de opinabili, & ſcibili, duplici
ter reſponderi poteſt quæſtioni motæ. Primo conceden
do quod non inconuenit eiuſdem omnino eſſe opinionẽ
& ſciam, qm̃ idem enuntiabile põt ab vno opinatiue te
neri, & vere, & ab altero vera ſcientia haberi &c. vt expe
rimur quotidie, & licet negare hoc ſit indiſciplinati, atta
men declaratur ſequendo ſimilitudinẽ Ariſt. Sciendũ eſt
nanque quod ideo opinio vera & falſa non poſſunt eſſe
oĩno eiuſdem, quia veritas & falſitas in opinione ex eſſe
rei oritur, quoniam ab eo, ꝙ res eſt vel non eſt, oratio dr̃
uera uel falſa &c. Et ſic ſequeretur quod idẽ omnino eſ-
ſet & non eſſet ſimul, ſi idem oĩno eſſet vere & falſe ſi-
mul opinatum &c. Certitudo aũt ſciæ, & incertitudo o
pinionis non vniuerſaliter oriuntur ex rerum, aut medio
rum conditionibus (ut ſuperius declaratum eſt,) & ideo
ſi idem omnino eſt ſcitum & opinatum, non ſequitur ꝙ
idem omnino habeat in ſe conditiones oppoſitas. ſed ſo
lum quod habeat oppoſitas conditiones, puta certitudi-
nem & incertitudinem in aĩa. hoc autẽ non incõuenit in
diuerſis hominibus, licet in eodem (vt diximus) ſit impoſ
ſibile. Quod enim inconueniens ſequitur, ſi vnum enun-
tiabile mihi certum, tibi dubium eſt. Et confirmatur, q̃a
ſicut nihil prohibet idem omnino enuntiabile eſſe notũ
tibi & mihi ignotum, ita nihil prohibet mihi eſſe certũ
& tibi incertũ, certitudo etenim & incertitudo modi co
In fine. gnitionis ſunt. Et licet hæc reſponſio ſit veriſſima, non
tamen eſt hic intenta ab Ariſt. ut expreſſe patet in lite-
ra. Nec putet quiſquam hoc eſſe contra Ariſ. qm̃ verum
uero non eſt contrarium. ut dicitur in ſecundo Periber-
menias. Et qđ ipſe dixit verum eſt, & quod nos &c. di-
uerſimode, ut ex præcedentibus patet. Nec obſtat quod
eius ſimilitudinem in diſſimilitudine verterimus, qm̃ ſi-
militudo eſt & non identitas, imo & hoc ipſum confert
diſcretioni eiuſdem, ut ſciatur in quo aſſimilatio ſit, &
in quo non &c. Poſſet forte aliter dici, loquendo etiã de
opinabili & ſcibili, uniuerſaliter, & ſimpliciter, quod opi
nio & ſcientia non ſunt eiuſdem omnino, ſed quodam-
modo, quia licet ſint eiuſdem enuntiabilis, tamen illud
enuntiabile non eodem modo ſe habet, vt relatum eſt
ad ſciam, & ut relatum ad opinionem, qm̃ vt reſpicit o-
pinionem, induit rõnem contingentis, ut autem reſpicit
ſcientiam, hẽt rõnem neceſſarii. Sed hæc reſponſio licet
ſit vera, non tamen uidetur textui conſormis. Tum quia
titulus dubitationis ab Ariſ. motę eſt, an iſtæ denomina
tiones. ſ. ſciri, & opinari, poſſint idẽ denominare, an non,
& rñſio eius eſt, ꝙ non denominant idẽ omnino, ſed idẽ
ſm ſubiectum &c. iſta aũt rñſio vltimo inducta, dicit idẽ
oĩno enuntiabile denominari ſcitũ & opinatum &c. Tũ
quia diuerſitas illa, quã ponit dicta rñſio, non eſt diuerſi
tas varians obiectũ, ſed tñ eſt diſtinctio modi attingen
di idẽ obiectũ &c, Diſtinctio. n. eiuſdem enuntiabilis, ꝑ
hoc ꝙ induit rõnem contingentis, vel hẽt rõnem neceſ
ſari, eſt diſtinctio ſecundum modos quos in aĩa hẽt, qui
obiectũ non variant. Ariſ. autem expreſſe uoluit varieta
tem obiecti eſſe inter ſcitum & opinatum &c. Poſſet ta
men hæc reſponſio palliari dicendo, ꝙ licet non ſit hic
diſtinctio obiectorũ abſolute, eſt tamen diſtinctio obie
ctorũ in eſſe cognito, & quod oĩa quę Ariſ. dicit de diuer
ſitate obiecti, intelligenda ſunt vniuerſaliter loquendo
in eſſe cognito. voluntaria tamen videtur expoſitio ma
gis quã textus interpretatio, eo quod ſimilitudo adducta
in textu non habet locum, & verba Ariſt. ibi dicentis, ꝙ
ſcientia & opinĩo ſunt eiuſdem, quia hominis, & nõ om
nino eiuſdem, quia ſcientia eſt ueri hominis, opinio nõ
veri hominis, ſaluari non niſi extorte videntur, poſſet nã
que dici, quod ſimilitudo tenet quo ad non omnimodã
identitatẽ, ſed non quo ad modum non identitatis, & ꝙ
illa verba intelligũtur de eo, quod non eſt homo in eſſe
cognito ſeu ſm apparentiã, ut dictũ eſt, ac ſi dixiſſet ꝙ
ſcĩa eſt neceſſarii, apparentis neceſſarii, & opinio appa-
rentis cõtingentis &c. Quicquid igitur intenderit non
eſt inutile cognouiſſe, & hanc reſponſionem, qm̃ uera
& principali intento proficua, multa expreſſit &c. Ad
rationes ergo in oppoſitum non oportet aliter reſpon-
dere, quoniam loquendo de opinione & ſcientia ſimpli-
citer, verum eſt ꝙ eiuſdem omnino obiecti eſſe poſſunt,
ſed non eodem modo, ut ex tertia & quarta reſponſio-
ne patet, nec hec negauit Ariſt. & ſi negaſſet falſum di-
xiſſet, loquendo aũt de opinione & ſcĩa, ex meritis obie
cti, ſic eſt impoſſibile eſſe eiuſdem, ut prima reſpõſio di
cit, & ſimiliter loquendo de eiſdem in eodem ſimul, ut
ſecunda reſponſio dixit. &c. quarum alteram, uel utran-
que Ariſt. inſinuare voluit &c.

Circa concluſiones illas correlarias, Aduertendũ eſt Annot.
primo, ꝙ quia Ariſtoteles in eis expreſſe ponit dr̃iam in
ter idem opinari & ſciri ab eodẽ hoĩe, & diuerſas in eodẽ
tpe, & diuerſis, primam rñſionem a ſe expellere vr̃, qm̃
ſi opinabile non eſt idẽ oĩno qđ ſcibile, ideo quia opina
bile eſt in ſe contingens, & ſcibile neceſſarium, & ideo ẽ
quodãmodo idem, quia idem eſt ſubiectum utriuſq;, ſi-
cut nec reſpectu unius hominis, ita nec reſpectu plurium
contingit, idem omnino eſſe opinatũ & ſcitum, & ſicut
reſpectu plurium contingit idem ſm ſubiectũ eẽ opi-
natum & ſcitum, ita reſpectu unius, poſſum. n. ego opi-
nari aliquid de Deo, ſcire aliquid de eodem, et ſimiliter
eſt reſpectu eiuſdem temporis diuerſi. Sicut enim impoſ
ſibile eſt idem omnino eſſe ſimul neceſſarium & contin
gens, ita & ſucceſſiue, quia non ſit mutatio de contingen
ti in neceſſarium, nec econuerſo, & ſimiliter idem ſubie-
cto eſſe neceſſarium et contingens ſecundum diuerſa ſi-
mul, nulla repugnantia eſt etc. Et ſic nullam differentiã
facit ad idem eſſe opinatum et ſcitum, pluralitas ſuppoſi
torum vel temporum, cuius oppoſitum Ariſtote. hic di-
cit, propter quod ſola ſecunda reſponſio textui conſor-
mis uidetur, quoniam ut ex ea patet, multum refert an
ab vno, an pluribus, an ſimul, an diſtinctis temporibus
idem omnino ſit opinatum et ſcitum, licet nulla differẽ-
tia ſit, an ab vno vel pluribus ſimul uel ſucceſſiue idem
quodãmodo ſit opinatum et ſcitum etc. propterea quan
do in textu dicitur quod in alio vnumquodque eſſe con
tingit eiuſdem, ſicut dictum eſt, ly (ſicut dictum eſt) nõ
refert ly eiuſdem, quoniam non eſt ſenſus, quod in alio
contingat idem quodammodo eſſe opinatum et ſci-
tum, ſed quod in alio contingit idem omnino eſſe opi-
natum et ſcitum, ſed refert totam concluſionem quę ex
dictis ſequitur etc. Si quis tamen pro reuerentia Ari-
ſtotelis

ſtotelis cui etiam, quę nunquam actualiter cogitauit, ve-
ra tamen a poſterioribus attributa ſunt, quãtum cõgrue
poſſet adaptare reſponſionem textui, ſaluabitur iſta nũc
dicta differẽtia, inter vnum & plures opinantes; dixi aũt
pro reuerentia Ariſt. quoniam minus dignum Ariſto. vi
detur, ꝙ particulariter determinauerit quæſtionem hanc,
& iuxta quartam reſponſionem vniuerſaliter ſit deciſio
&c. Poſſet tamen aliter inducendo has concluſiones per
ſpicacitas Ariſt. ſaluari, tenendo primam reſponſionẽ in
præcedenti dubio poſitam eſſe intentam ab eo, & dicen
do, quod primo ſoluit quæſtionem intuendo opinabile
& ſcibile ſecundum ſe, ſeu ex parte obiecti, & deinde in
his cõcluſionibus locutus eſt de opinabili & ſcibili in or
dine ad vnum vel plures ſimul vel ſucceſſiue. Aduerten-
dum eſt ſecundo quod licet prima concluſio correlaria,
iuxta ſecundam reſponſionem ſit concluſio principalis,
& non fuiſſet ſeparanda a ſuperioribus, ut tamen via de
tur facilior ad ſupradicta, ſeparauimus eam, & etiã qm̃
hic explicite meminit Ariſtoteles vnitatis & pluralitatis
opinantium ſimpliciter, vel ſecundum tempus &c.

Num idem enunciabile ſciri & opinari ſimul ab eodem poſſit.

CIrca hanc partem occurit dubium. An uerum ſit u-
niuerſaliter quod impoſſibile ſit idem omnino e-
nuntiabile opinari & ſciri ab eodem ſimul &c. Videtur
enim ꝙ non ſit vniuerſaliter verum, primo quia nihil ꝓ
hibet idem enuntiabile ab eodem ſimul teneri per me-
dium contingens, & per medium neceſſarium, vt conti-
nue experimur in ſcientificis proceſſibus, vbi probabilia
neceſſariis annectuntur, opinio autem & ſcientia in hoc
differunt, quia illa per medium contingens, hæc per ne-
ceſſariũ eſt, ergo &c. Secundo quia contingit eidem enũ
tiabili neceſſario ab eodem aſſentiri ſimul per duo me-
dia, quorum vnũ eſt uere neceſſarium, & alterum eſt cõ-
tingens, exiſtimatum tamen eſſe neceſſarium, & tunc cũ
aſſenſus per vere neceſſarium ſit ſcientificus, per appa-
rens autem neceſſarium ſit opinatiuus, ſequitur in
eodem ſimul eſſe ſcientiam & opinionem eiuſdem omni
no, &c. Caſus eſt poſſibilis, & omnia aſſumpta manife-
ſte ſunt vera, præter hoc quod aſſenſus per medium con
tingens apparens neceſſarium ſit opinatiuus & hoc pro-
batur. Quia ſi talis aſſenſus non eſt actus opinionis aſſi
gnetur cuius habitus actus ſit, & niſi quis fingat aliquem
alium habitum ab his quos in intellectu poſuit Ariſto-
teles non inueniet niſi id quod dictum eſt, ergo &c. Ter
tio, quia ſi aliquid impediret opinionem & ſciẽtiam eiuſ
dem eſſe in eodem ſimul, hæc eſſet oppoſitio euidentis
& ineuidentis, certi & dubii, quæ eſt inter opinionem &
ſcientiam. Sed hoc non impedit, quoniam medium ne-
ceſſarium & cõtingens poſſunt dupliciter inueniri. Vno
modo ſeorſum, cauſantia ſuos proprios effectus. Et ſic
circa idem cauſat aſſenſus cõditionum incompoſſibiliũ,
quia vnus eſt certus & alius dubius, & hoc modo clarum
eſt quod ſcientia & opinio eiuſdem in eodem non ſunt.
Alio modo inueniuntur ſimul cauſantia vnicum aſſen
ſum certum & nullo modo dubium. Qui ratione medii
probabilis opinatiuus ratione mediĩ neceſſarii ſcientifi-
cus eſt, & ſic vnus aſſenſus erit vtriuſque habitus, ſimul o
pinionis ſcilicet, & ſcientiæ &c. Quod autem hęc diſtin-
ctio non ſit fictitia declaratur exemplo, ſol & candela
accenſa, ſi ſumantur vt ſeorſum cauſantes lumina, ſic cau
ſant lumina conditionum incompoſſibilium, quia ille
cauſat lumen clarum, hæc obſcurum. Impoſſibile eſt .n.
idem lumen eſſe clarum & obſcurum. Si autem medium
illuminatum illo lumine obſcuro recipiat ſolem, tunc ſi-
mul ſol & candela cauſant vnum numero lumen, & duo
Reſponſio. agentia partialia. Clarum eſt enim quod candela non de
ſinit tunc illuminare. Similiter his ſe habent opinio &
ſcientia. Quare ſimul poſſunt eſſe in eodem &c. Ad hæc
dicitur, præmittendo quod non eſt præſentis intentionis
diſcurrere an ſimul contingat actualiter opinari & ſcire
idem, ita quod non inquirimus an intellectus poſſit ha-
bere ſimul plures actus circa idem. Sed ſufficit noſtro ꝓ
poſito an ſimul poſſimus habere habitum opinionis &
ſciæ circa idem omnino. Et ad hoc dr̃ cum Ariſ. ꝙ non,
& ratio eſt, quia cum opinio & ſcientia circa idem oppo
nantur primo ſm̃ certitudinem & incertitudinẽ ex par-
te ſubiecti non medii, neque obiecti, & impoſſibile ſit op
poſita ſecundum id in quo opponuntur adunari, non po
teſt fieri ut opinio & ſcientia eiuſdem omnino ſint in eo
dem ſubiecto ſimul, &c. Quod .n. opinio & ſcĩa opponũ-
tur ſm̃ certitudinem & incertitudinem ex textu patet, ꝙ
aũt talis certitudo & incertitudo uniuerſaliter ſe teneant
ex parte ſubiecti & non obiecti, nec medii, declaratur,
primo quod non ex parte obiecti, quia de eodem omni-
no enuntiabili contingit eſſe opinionem & ſcientiam in
diuerſis (ut diximus) & tunc eſt manifeſtum quod æqua
eſt certitudo obiectalis vtriuſque. Deinde ꝙ non ex par
te medii. Tum quia non omnis opinio eſt per medium,
ſed contingit opinionem eſſe propoſitionis immediatæ,
ut in textu dicitur, & conſequenter ex parte medii non
poteſt uniuerſalis differentia aſſignari inter opinionem
& ſcientiam. Propter quod Albertus dicit quod notãter
Ariſto. dixit opinionem eſſe acceptionem immediatæ
ꝓpoſitionis, ut ſciamus a fortiori, quod & mediata & im
mediata ſub opinione cadunt. Tum quia contingit per
idem medium in altero debilioris ingenii fieri opinionẽ,
& in altero ſcientiam. Et tunc certitudo medii æqua eſt
in utroque, quia idem eſt, &c. Vltimo quod ſit ex parte
ſubiecti. Tum propter ſufficientem diuiſionem. Tum ex
quid nominis ipſius opinionis. Omnes enim tũc nos opi
nari arbitramur & dicimus quando in intellectu noſtro
formido aliqua remanet alterius partis vndecunque ue-
niat formido illa, quę nil aliud eſt quam non plena deter
minatio intellectus ad hanc partem, & tunc ſcire arbitra
mur & dicimus, cum abſque formidine alterius partis al-
teram certam intellectus (non voluntas) habet, &c.
Ad argumentum uero primum in oppoſitum dicitur, ꝙ
licet contingat idem enuntiabile cognoſcere ſimul per
medium contingens & neceſſarium, non tamen contin-
git illud ſimul opinari & ſcire. Non enim diſtinctio ex
parte mediĩ ſufficit ad diſtinctionem opinionis & ſcien-
tiæ, ſed exigitur, ut dictum eſt, incertitudo ex parte ſubie
cti. Et aduerte prout dicit S. Th. tertia parte. q. 9. artic. 3. 3. p. q. 9. artic. 3.
quod ſicut in generatione ſubſtantiæ formã antecedunt
diſpoſitiones, & in aduentu formæ corrumpuntur & fir
miores concomitantur, ita in proceſſu ſcientifico opinio
nes per probabilia media præcedunt demonſtrationem
ſecũdum quam introducitur ſcientia, & in aduentu ſcien
tiæ deſinunt quidem opiniones, ſed concomitantur fir-
miores exiſtimationes per illam, & media probabilia.
Habentes enim media demonſtratiua facilius & firmius
probabilia cõiectamus & poſſidemus, & hoc notandum
eſt non parum, quoniam liberat a laqueo uenantiũ &c.
Ad ſecundum dicitur admittendo caſum, ſed negando
quod aſſentire per medium contingens exiſtimatum ne
ceſſarium ſit actus opinionis. Et cum quęritur, cuius ergo
habitus actus eſt, dicitur, ꝙ eſt actus ignorãtię prauæ di-
ſpoſitionis, & nõ oportet fingere nouum habitũ. Ad ter
tium dr̃ ꝙ illud argumentum ſi aliquid concludit, cõclu
dit id quod diximus in reſponſione ad primum, ꝙ .ſ. ſi-
mul per medium probabile & neceſſarium aſſentire con
tingit. Et exemplum & declaratio adducta nihil aliud
indicant, quoniam claritatem & obſcuritatem mediĩ cõ
cernunt. Sed ex hoc non ſequitur ergo opinio & ſcien-
tia ſtant ſimul. Qm̃ iam declarauimus quod obſcuritas
& claritas ſm̃ quas differunt ſcientia & opinio ex parte
ſubiecti ſe tenent. Argumentum autem procedit ac ſi ſe
tenerent ex parte cauſæ. Quapropter dicta a Durando
in illo argumento quoad diſtinctionem illam & exem-
plum ſint in declaratione & robur eorum quæ diximus
in reſponſione ad primum &c.

Circa vtimam partem capituli aduertendum eſt quod Ariſt. ſolertiæ & opinionis & intellectus tantum memi nit de ſcientia tractans reliquorum habituum differẽtias aliis relinquens. Fecit autem hoc quoniã intellectus principium eſt ſcientię quæ concluſionem reſpicit, opinio autem & principium concluſionum eſt. Solertia autem medii cõniectatrix eſt, a natura initium ſumens & ab exercitio promptitudinem. Reliqui autem habitus extranei a ſcientiæ propoſito ſunt.

## *ARISTOTELIS*

## *Poſteriorum Analyticorum.*

### LIBER SECVNDVS

*Cum Thoma de Vio Caietani clariſſimis Commentarijs.*

### De queſtionibus. quot & cuius ſunt. Ca. 1.

*QVAE quæruntur ſunt æqualia numero, his quæcunque ſcimus, quærimus autem quatuor, quod, propter quid, ſi eſt, quid eſt, cum enim vtrum hoc, aut hoc inſit, quærimus in numerum ponẽtes, velut vtrum deficit Sol, aut non, ipſum quod quærimus, Signum autem huius, cum enim inuenimus quod deficit, ceſſauimus, & ſi a principio ſciremus, quod deficit, non quæreremus utrum. cum autem ſcimus ipſum quod, tunc ipſum propter quid quærimus, ut ſciẽtes, quod deficit, & quod mouetur terra, propter quid deficit, aut propter quid mouetur, quærimus hæc quidem ſic, Nonnulla vero alio modo quærimus, vt ſi eſt, aut non eſt centaurus, aut Deus, ſi aũt eſt aut nõ ſimpliciter dico, ſed non ſi albus eſt, aut non. Cũ uero cognouerimus quod, eſt, quid eſt quærimus, ut quid igitur eſt Deus, aut quid eſt homo. Quę quidem igitur quærimus, & quæ cum inuenimus ſcimus, hæ & tot ſunt. Quærimus autem cum quærimus quod, aut ſi eſt ſimpliciter, an eſt mediũ ipſius aut non eſt, quando autem cognoſcentes, aut quod aut ſi eſt, aut quod in parte, aut ſimpliciter, rurſus ipſum propter quid quærimus, aut quid eſt, & tunc quærimus quid eſt medium. Dico autem quod, aut ſi eſt in parte, & ſimpliciter, in parte quidem, an deficit Luna, aut augetur ſi enim eſt aliquid aut non eſt aliquid in talibus quærimus ſimpliciter vero ſi eſt, aut non eſt Luna, aut nox. Contingit itaque in omnibus quæſtionibus quærere, aut ſi eſt medium, aut quid eſt medium; cauſa enim eſt medium, in omnibus nanque hoc quæritur, anne deficit anne eſt aliqua cauſa, aut non, poſt hæc, cum cognouerimus eſt aliqua, quid igitur eſt hæc quærimus. Cauſa.n.eſt quod ſit non hoc, aut illud, ſed ſimpliciter ſubſtantia, aut non ſimpliciter, ſed aliquid eorũ, quæ per ſe aut ſecundum accidens ſunt, medium eſt, dico autem ſimpliciter quidem ſubiectum, vt Lunam, aut terram, aut Solem, aut triangulum, ipſum vero quid defectum, æqualitatem, inæqualitatem, ſi in medio, aut non: in omnibus nanque his manifeſtum eſt, quod idẽ eſt quid eſt, & propter quid eſt. Quid eſt defectus priuatio luminis a Luna propter terrę obſtructionẽ, propter quid eſt defectus aut propter quid deficit Luna, eo quod lumen terra obſtructa. Quid eſt conſonantia ratio numerorũ in acuto & graui, propter quid conſonat acutum graui, eo quod rationem habent numerorũ acutum & graue, nunquid eſt conſonare acutum & graue, & nunquid eſt in numeris ratio ipſorum, cum autem acceperimus, quod eſt, quæ igitur eſt ratio quærimus. Quod autem eſt medii quæſtio, ſignificant, quorumcunque medium eſt ſenſibile, quærimus enim cũ non ſenſimus, veluti de eclipſi ſi eſt, aut nõ, ſi vero eſſemus ſupra lunam, non vtique quæreremus neque ſi ſit, neque propter quid, ſed ſimul vtique manifeſtũ eſſet, ex eo enim quod ſentitur, & vniuerſale nobis factum eſt ſcire, ſenſus nanque eſt, quod nunc obſtruitur. manifeſtum enim eſt quod nunc deficit, ex hoc autem factum vtique fuit vniuerſale. Quemadmodum igitur dicimus, quid eſt ſcire, idẽ eſt & propter quid eſt, hoc vero ſimpliciter & nõ inexiſtentium alicui aut inexiſtentium, vt quod duo recti ſunt, aut quod maius, aut minus eſt. Quod igitur omnia, quę quęruntur, eſt medii quæſtio, planum.*

### Summa huius capituli hæc eſt.

QVæſtiones ſunt æquales numero his quæ vere ſcimus. Declaratur, quoniam quæſita ſunt quatuor, Quia, propter quid, ſi eſt, quid eſt. 1. concluſio
Ipſum quia tunc quæritur, cum ponentes in numerum quærimus vtrum ſit hoc, aut hoc, ut vtrũ ſol deficiat, aut non. Declaratur ex duobus ſignis, primum eſt, quoniam inuento quia deficit, pauſamus, ſecundum eſt, quoniam ſi a principio notum fuiſſet, quia deficeret, non quæreremus vtrum, &c.

Ipſum propter quid quæritur ſcito quia, vt ſcito quod luna deficit, propter quid quærimus.
Ipſum ſi eſt quæritur, cum quærimus, ſi eſt non aut eſt ſimpliciter, & non cum quęrimus ſi eſt albus, non aut, vt ſi eſt, aut non eſt centaurus, aut Deus, &c.

Ipſum quid eſt ſcito q̃m eſt quęritur, ut quid eſt Deus quid eſt homo. Quæſita ergo & ſcita hæc & tot ſunt.

Contingit in omnibus quæſtionibus quærere, aut ſi ẽ medium, aut quid eſt mediũ. Declaratur hoc. Primo quoniam cum quæritur quia, aut ſi eſt ſimpliciter, quærimus vtrum ſit mediũ ipſius aut nõ. Cum aũt cognito quia eſt aut ſi eſt, aut in parte, aut ſimpliciter, propter quid ẽ, aut quid eſt, quæritur, quærimus quid ſit medium, &c. Probatur deinde hoc idem, quoniam in omnibus iſtis quæritur cauſa, cauſa autem medium eſt. Declaratur hoc primo in compoſitis quæſtionibus, quoniam quærendo vtrum luna deficiat, an ſit aliqua cauſa defectus quæritur, & hoc ſcito quid ſit cauſa illa, propter quid inueſtigatur quærẽdo, &c. Deinde uniuerſaliter quia cauſa tam eſſendi ſubſtantiam ſimpliciter quam non ſimpliciter, ſed eſſendi aliquid eorum quæ ſunt per ſe, aut ſecundum accidẽs medium eſt. Confirmatur hoc idem quoniam in omnibus his quid & propter quid idem eſt. Probatur, quoniã idẽ, ideſt quid paſſionis, reſpondetur vtrique, ut patet de defectu lunæ & conſonantia. Dicitur hæc ſecunda pars confirmationis in exemplis conſonantiæ. Et aliter in textu nõ habetur. Et ſimiliter quia, & ſi eſt idem ſunt. Quærere nanque quia eſt quærere an ſit, quid illius prædicati, vnde & hoc accepto quid eſt illud, quæritur. 2. concluſio

Omnis quæſtio eſt medii. Probatur ſigno, quoniam medio exiſtente ſenſibili ſi non ſentitur quærimus. Si autẽ ſentitur nõ quærimus ſi eſt, neque propter quid, ut patet de eclipſi lunæ. Si.n. eſſemus ſupra lunã neutrum quęreremus. Sed ſimul manifeſtum eſſet. Ex ſenſu quidem ſingulariter & intellectu accipiente, ex ſingulari ſenſato univerſale. Sicut ergo diximus, idem eſt ſcire quid eſt & propter quid, ſcire hoc autem aut eſt ſimpliciter, aut eorum quæ inſunt, &c. 3. concluſio

### Series autem hęc eſt.

Demonſtrationis natura declarata, quoniã ipſam ex primorum principiorum & medii præexiſtenti cognitione procedere dictum fuit, intendens in hoc libro de his determinare a medio inchoans intendit in hoc capitulo omnia ſcibilia & dubitabilia ad medii ſcientiam & dubitationem reducere. Et ideo a quæſtionibus merito exorſus eſt, & in prima concluſione tam earum quam

quæſitorum

quæſitorum numerum ponit. In ſecundo vero ad duas medii quæſtiones omnes reducit. In tertia autem ad medium abſolute omnes tendere declarat.

Num tot ſint quæſtiones ſcibiles quot ſunt ſcita.

Circa primam concluſionem & dicta in ea multiplex dubium occurrit. Dubitatur.n. primo circa ipſam concluſionem, quia maior numerus videtur quæſtionũ numero vere ſcitorum ſeu ſcibilium. (nihil.n. diſtat in ꝓpoſitio inter vere ſcibile & vere ſcitum.) Quæſtiones ſiquidem vt in textu dicitur, ſunt quatuor, vere autẽ ſcita duo tantum ſunt. ſ. quia. & propter quid. Quod ſic probatur, quoniam per ly (vere ſcitum) aut intelligitur idem quod per demonſtrationem notum, aut intelligitur idem quod certitudinaliter cognitum. Non enim poteſt dici quod ſumitur hoc ſecundo modo, quia ſic maior eſſet numerus ſcitorum quam quæſitorũ, quia principia prima hoc modo ſcita ſunt, quia certiſſime cognita, & tamen ipſa non ſunt dubitabilia. Relinquitur ergo vt ſumatur primo modo, & tunc probatur intentum, quoniã quod quid eſt nõ

T.c.1. ſcitur per demonſtrationem. Tum quia immediate ineſt diffinito. Tum quia ad primam operationem intellectus

T.c.2. per ſe pertinet. Tum quia præſupponitur in demonſtratione, vt in principio primi dictum eſt. Quæſtio quoque

maxime. 1. phyſi. c.83. 2. phyſicorũ com.16. an eſt per demonſtrationem ſciri non poteſt, quoniam præcognoſcere & prædeterminatam eſſe ipſam oportet, vt demonſtratio fiat. Omnis enim ſciẽtia, vt in principio primi dictum fuit, & Cõmentator infinities replicat ſupponit ſuum ſubiectum eſſe.

quæſtio qd eſt num terminetur ad ſecundũ adiacẽs uel tertium.

Secundo dubitatur circa declarationem quæſtionum aſſignatam a S. Th. Dicit.n. ibi duo ambigua, primum ẽ, ꝙ quæſtio quid eſt, eſt quæſtio de enunciatione ſecundi adiacentis, hoc aũt falſum vr̃, quia quæſtio quid, aut quærit de complexo, aut de incomplexo. Si de complexo, cõſtat quod quærit incomplexum in quo diffinitio prædicatur de diffinito. Talis autem complexio ad enunciationes de tertio adiacente pertinet, vt de ſe patet. Si vero de incomplexo neq; ad ſecundum, neq; ad tertium adiacẽs talis quæſtio pertinet, qm̃ incomplexum, nec eſſe, nec nõ eſſe dicit. Scd̃m eſt ꝙ concluſiones illę. ſ. quia, & propter quid ideo dñr ponentes in numerum, quia quęrunt de cõpoſitione duorum. ſ. ſubiecti & prædicati, hæc.n. ratio ſi bona eſt a pari quæſtio an eſt ponit in numerum, quia q̃rit de compoſitione prædicati, cum ſubiecto. Cum enim quærit, an centaurus ſit, nihil aliud quęritur, niſi an exiſtentia inſit centauro.

quodnã eſſe quærat quæſtio an eſt. T.c.15. Cap.23.

Tertio dubitatur circa quæſtionem an eſt. Quod eſſe quærat, qm̃ eſſe vt in 5. metaphyſicæ dicitur eſt duplex. Quoddam quod eſt actus entis. i. ipſa veritate propoſitionis. Et vt Commen. 5. metaphyſicæ dicit. Expoſitores iſtius quæſiti propter hoc duplex eſſe diuerſimode exponunt. Si.n. quæſtio an eſt q̃rat de ipſa rei exiſtentia, tunc ſequitur quod quærat de non neceſſaria, quoniam ſm̃ veritatem metaphyſicalem ab antiquis prolatam & vere a doctis poſterioribus approbatam nullius quidditatis cũ ſua exiſtentia cõnexio eſt neceſſaria ſimpliciter, excepta ipſa primæ cauſæ eſſentia, poteſt.n. intellectus abſque cõtradictione intelligere componendo quamcunque poſteriorem naturam cum non eſſe, &c. Si autem quæratur de eſſe quod ſignificat veritate propoſitionis ideſt an iſtæ propoſitiones ſint veræ, cẽtaurus eſt, decima ſphæra eſt &c. Tunc ſequitur quod ſcientia non ſit de rebus, ſed de propoſitionibus, & quod præcognitio quia eſt, non ſit niſi de eſſe propoſitionis, cuius oppoſitum in 1. oſtendi-

ca.1. in ſolutione ſecundi dubii circa.ſ.c.2.

mus. Et fruſtratur omnis intentio quærentium. Non.n. quærimus vt ad propoſitionum notitiam veniamus, ſed vt res ipſas eſſe cognoſcamus, ut patet cum quæritur, an ſubſtantiæ ſeparatę ſint.

quæſtio an eſt cuius eſſe quærat.

Quarto circa eandem quæſtionem dubitatur, cuius eſſe quærat, an ſubiecti, an paſſionis, an vtriuſq. Si.n. dicatur, ꝙ quęrit, an ſubiectum ſit, ſtatim obſtat omnẽ ſciam & conſequenter demonſtrationem quæ ſine ſcientia nõ eſt, ſupponere ſubiectum ſuũ eſſe, qm̃ de ſubiecto ꝓſupponitur quid, & quia. Si aũt dicatur quod quærit eſſe paſſionis ſuperflue ponitur quæſtio quia eſt, qm̃ ipſa quærit de eſſe paſſionis, qm̃ eſſe paſſionis eſt ineſſe, quod illa inquirit ſi dicatur, ꝙ quęrit eſſe vtriuſque & quod differt a quæſtione, quia eſt, quoniã, quia eſt quærit de paſſione tãtum, an eſt vero de vtroque obiicitur, tum quia eiſdẽ quęſitis non debent eſſe plures quæſtiones, tum quia Ariſt. in textu loquens de quæſtione an eſt, ſubiecti exempla dedit. ſ. de Deo, de centauro, de terra, de luna,

ſubiecti, an paſſiõis, vel vtriuſque.

qõ quid eſt & quia quæ ham prædicata quęrat.

Quinto dubitatur cõiter circa quæſtiones quid eſt, & quia eſt, an quærere de prædicatis quæ ſunt partes diffinitionis, ſit quæſtionis quid, aut quia videtur nanque ꝙ quæſtio quia eſt, quærat de ſingulis prædicatis quidditatiuis, quoniam qõ de tertio adiacente eſt quæſtio quia (ut S. Th. expreſſe hic dicit.) Quærere autem an homo ſit animal, vel an ſit ſubſtantia. eſt quæſtio de tertio adiacente, ut patet, ergo &c. Ex altera aũt parte vr̃ quod ſit quæſtionis quid, quoniã illud quod reſpondetur conueniẽter ad interrogationem factam per quid quæritur per quæſtionem quid. Oportet.n. reſponſiones quæſtionib. proportionales eſſe. Conſtat autem ex Ariſtotele & Porphyrio quod genus prædicatur in quid de ſpecie, & redditur quærenti quid de ſpecie, igitur &c.

Primo top. c.4. in ca. de genere.

quæſtio qd eſt num terminetur ad incõplexũ, vel cõplexũ

Sexto dubitatur circa quęſtionem quid eſt, an quærat de complexo uel incõplexo, hinc.n. videtur quod quærat de complexo, quoniã quærit de ſcibili. Scibile aũt non ẽ niſi verum quod in enunciationis complexione cõſiſtit. Et confirmatur ex uerbis S. Tho. dicentis hic, ꝙ quia ſola enunciatio eſt ſcibilis conſequenter ſola ipſa eſt quæribilis, &c Inde autem apparet ꝙ quęrat de incomplexo quoniam id quæritur quo inuento ceſſat. Inuenta autem diffinitione clarum eſt quod non quærimus quid, diffinitio igitur quæritur. Diffinitio vero vt in primo habitum eſt, non dicit eſſe uel non eſſe, ergo &c.

T.c.25. Cap.1.

Septimo circa oẽs quæſtiones abſque argumentis dubitatur qũo inter ſe, & a præcognitionibus differant.

quæſtiones qũo a præcognitionibus diſtinguantur. Num q̃uis ſcientia ſupponat ſubiectũ eſſe circa.2. com.2. Dubio.4.

Octauo & vltimo iterum proponitur quæſtio omiſſa in principio primi. an omnis ſcientia ſupponat ſuum ſubiectum eſſe ita ꝙ non probat illud eſſe. Videtur.n. ꝙ ſubiectum eſſe probari poſſit in ſcientia cuius eſt ſubiectũ. primo quia oĩs ſcientia poteſt vti demonſtratione quia & propter quid ergo poteſt demonſtrare ſuum ſubiectũ eſſe a poſteriori. Antecedens patet, quia ſicut per cauſam probatur effectus ꝓp quid, ita econuerſo per effectũ demonſtratur cauſa quia. Conſequentia probatur, quoniã ſubiectum eſt cauſa aliquorũ in illa ſcientia, & conſequẽter cum ex effectu poſſit a poſteriori concludi cauſam eſſe, ſequitur ſubiectum eſſe formaliter demonſtrabile.

Et confirmatur inductione, quoniam in libro Elẽchorum, probatur ſyllogiſmum ſophiſticum eſſe per ſimile, & Priſcianus in libro conſtructionum oſtendit orationẽ conſtructam eſſe &c.

Cap.2.

Ad primum dubium dicitur dupliciter, primo quod Ariſt. accepit vere ſcitum neutro illorum modorum, ſed intellexit uere ſcitum idẽ quod inueſtigatione certum, vt per ly (certum) diſtinguatur ab opinato, & per ly (inueſtigatione) diſtinguatur a principiis a natura inditis, & ſic claudit in ſe oĩa indubitabilia quæ pñt per certitudinem cognoſci, ſiue per demonſtrationem, ſiue non, & cõſequenter notitia ipſius quod quid eſt, &c. Ad id uero quod additur de quæſtione an eſt, dr̃ quod non eſt uerũ uniuerſaliter ꝙ oĩs demõſtratio ſupponat eius ſubiectũ eſſe, ut in primo dictũ fuit & infra declarabitur, & ꝓpterea ſtat quod ſit præcognitio reſpectu demonſtrationis terminantis quæſtionem quia eſt, uel propter quid, & ſit concluſio reſpectu anterioris demonſtrationis terminãtis qõnem an eſt &c. Dicitur ſcd̃o quod per uere ſcitum accepit per demonſtrationẽ cognitum. Sed cognitũ per demonſtrationem non vniformiter ſumendum eſt, quo

Cap.1.

niam

niam aliquid cognoſcitur proprie per demõſtrationem,
vt concluſio, & aliquid minus proprie, vt medium, quod
eſt ipſum quod quid eſt, quod per demõſtrationem quo-
Infra. c. 7.1 dammodo cognoſcitur, vt infra dicetur. Vnde Albertus
dicit quod vere ſcita hic dicuntur ea, quę per demõſtra
tionem, vel in demonſtratione cognoſcimus.

Ad ſecundũ dubium — Ad ſm dicitur, quod duplex iſta diſtinctio harum quę
ſtionum. ſ. in ſimplices & compoſitas nõ ponentes in nu
merum, & ponentes in numerum, non eſt ita accipienda,
ut eodem modo quælibet ſimplex ſit ſimplex, nec eodẽ
modo quælibet compoſita ſit compoſita. Simplices. n.
quæſtiones cũ ſint, an eſt, & quid ẽ, ſi ex parte rei quæſi-
tæ ſimplicitatem ſumis diſſimiliter ſimplices ſunt, qõ nã
que quid eſt ideo ſimplex eſt, quoniam purum & immi-
ſtum quid eſt quærit, quæſtio vera an eſt, ideo ſimplex ẽ,
quoniam eſſe rei ſimpliciter. i. abſque aliqua additione q̃
rit. Quærendo enim an centaurus ſit, non quæritur an cẽ
taurus habeat eſſe tale, vel tãtum, &c. ſed abſque additio
ne an habeat eſſe. Si aũt ex parte modi quærendi ſimpli
citas ſumatur, diſſimiliter quoque ſimplices inueniuntur,
quoniam quæſtio an eſt, per modum enunciationis ſim-
plicis exercetur, & enunciationem ſimplicem proponit,
& patet cum quæritur, ſi centaurus eſt; quæſtio vero quid
per modum enuntiationis ſimplicis exercetur, ſed eã nõ
proponit. Cum. n. quæritur quid eſt homo non proponi-
tur diſcutienda ſimplex enunciatio, ſed incomplexum il
lud, puta homo. formaliter tamen talis qõ per modũ ſim
plicis enũtiationis (abſque prætærito. ſ.) ut patet. Eodem
modo eſt dicendum ex parte compoſitarum quæſtionũ
ſ. quia eſt, & propter quid eſt. Si. n. ex parte rei compoſi-
tio ſpectetur, quæſtio quia eſt, ideo cõpoſita dicitur, quo
niam ad duarum rerum compoſitionem quærendam in-
uenta fuiſſe videtur, & ſemper compoſitionem extremo
rum directe quærit, & realem compoſitionem eorũ quæ
rere permittitur. Quæſtio vero propter quid nõ quæſtio
compoſita dicitur, quia compoſitionem directe quærit,
ſed quia compoſitionis cauſam poſtulat. Ex parte quoq;
modi quærendi, quęſtio quia duorum mediam inquirit
compoſitionem, quoniam exercetur per modum enun-
tiationis de tertio adiacente & illam proponit, ut patet
cum quæritur, vtrum homo ſit perfectiſſimum aĩalium.
Quæſtio vero (propter quid) quoniam cãm talis compo-
ſitæ enuntiationis quærendo proponit. Altera quoque di
ſtinctio in ponentes in numerum, & non ponentes in nu
merum eodem quoque modo diſtribuitur. Simplices. n.
propter ſupradictas cauſas non ponunt in numerum, &
compoſitæ propter antedictas quoque rationes in nume
rum ponunt, ponere. n. in numerum in propoſito nihil a-
liud eſt, quã q̃rere de duorũ adunatione, vt hanc S. Th.
exponit, vel quęrere de eſſe ſubiecti non ſimpliciter, ſed
tali, ut Alpharabius & Auicenna exponunt, vtrunq; aũt
horum ſimplicitati & compoſitioni ſupradictis propor-
tionabiliter rñdet ut facile deduci põt. Ad primam dubi-
tationem ergo in oppoſitum dicitur, quod S. Th. non di
cit quæſtionem quid quærere enunciationẽ de ſcđo adia
cente, ſed tñ dicit qđ ſimplices qõnes referuntur ad pri
mum modum enunciationis; iſta aũt relatio, quo ad qõnẽ
an eſt, clara eſt, quo ad quæſtionem uero quid eſt, põt ac
cipi & pro relatione ſimilitudinis, quia quæſtio quid, ad
modum ſimplicis enuntiationis exercetur, ut dictum eſt,
& põt accipi pro relatione conſequentis ad præcedens,
qñ ſicut quæſtio propter quid ſequitur quæſtionẽ quia
eſt, ac per hoc pertinet ad enuntiationem de tertio adia-
cente, ita quæſtio quid, ſequitur quæſtionem an eſt, ac p
hoc reſpicit enuntiationem de ſecundo adiacente. Põt
quoque accipi pro relatione propriæ cauſæ ad proprium
cauſatum, qñ ſicut (quæſtio propter quid) cauſam enun
tiationis de tertio adiacẽte quærit, ita quæſtio (quid) cau-
ſam enuntiationis de ſecundo, licet hoc non faciat ex mo
do quęrendi, & his duab⁹ relationib. atteſtatur Auerrois
in hoc loco, ex malo ergo intellectu S. Th. procedit obie
ctio prima. Ad ſecundam uero dicitur, quod ratio illa eſt Cap. 1.
optima ex modo quærendi ſumpta, nec habet locum in
quæſtione de ſecundo adiacente, quoniam ſecundum for
mam enuntiationis ſimplicis nulla media compoſitio in
ter duo ponitur: ſecundum uero tertium adiacens duorũ
compoſitio quæritur, qñ (ly eſt) compoſitionem impor primo peri her. c. 3.
tans, inter duo mediat. Ad tertium dicitur, quod qõ an ẽ, Ad 3. dubiũ
quærit de vtroque eſſe diuerſimode, qñ ipſam exiſtẽtiã
rei quærit, vt terminũ vltimo formaliter quæſitum, ueri-
tatẽ aũt propoſitionis q̃rit, vt terminum ſm quid, ſeu me
diũ. Inquirentes nanque, an centaurus ſit, nunquã deſiſti
mus quouſque cognoſcamus centaurum habere exiſten
tiam. Et quoniã ad hoc non peruenitur niſi media com
poſitione intellectus, cuius veritas ex eo ꝙ res eſt vel nõ
eſt reſultat, ideo etiam ſub eadem inquiſitione cadit an il
la propoſitio ſit uera cẽtaurus eſt, Veritatem ſiquidem
huius intueri eſt cognoſcere centaurum eſſe.

Ad primum vero eorũ quæ obiiciuntur in oppoſitũ dr̃,
ꝙ eſſentias rerũ exiſtere, põt accipi dupliciter. Vno mõ
abſolute. Et ſic ſm ueritatẽ ſub demõſtratione nõ cadũt
categorica, qñ res non neceſſario exiſtunt, & cã exiſten
tiæ earum eſt libertas primæ cãæ, quę neceſſitari ſimpli-
citer non põt, &c. Alio modo præſuppoſito uniuerſo, &
ſic neceſſarium eſt ſpecies oẽs eſſe, & cõſequenter demõ
ſtrari poteſt eas eſſe, cuius ſignum eſt ꝙ cum demonſtra
tur intelligentias eſſe, ea colligatione, quam habent cum
orbibus, &c. oſtenditur, & ſimiliter cum demonſtratur
ſpheram ignis eſſe, ex ipſa uniuerſi perfectione & conne
xione oſtenditur, &c. Sub ſilentio autem hoc antiqui
retinuerunt, quoniam uniuerſum eſſe clare liquet, & radi
ce neceſſitatis manifeſta non fuerunt ſoliciti circa modũ
neceſſitatis talis quæſtionis. Ad id uero qđ ſecundo obii
citur patet ex dictis, &c. Sed contra datam reſponſionẽ
obiici poteſt, ꝙ non ſit conformis doctrinæ S. Th. quam
profitemur, quoniam S. Th in 1. parte, q. 3. ar. 4. ad ſm
ait, ꝙ terminata qõne an eſt, de Deo non ſcimus exiſtẽ 1. q. 3. ar. 4.
tiam eius, ſed ꝙ illa propoſitio ſit vera, Deus eſt. Non er
go ſecundum ipſum quæſtio an eſt, q̃rit de exiſtentia rei,
ſed eſſe quod ſignificat propoſitionis ueritatem. Ad hoc
dr̃, ꝙ cum ratione conuincatur & ab ipſo alibi habeatur
expreſſe, ꝙ quæſtio an eſt, quærat de exiſtentia rei, ut pa
tet in quoli. ſecundo ar. 3. uerba eius allegata oportet ſa-
no intellectu accipere, duo conſiderando. Primum eſt ꝙ quol. 2. art. 3. circa medium.
non dixit quæſtionem an eſt, non quærere de exiſtentia
Dei, ſed dixit ꝙ per demonſtrationem qua illa quęſtio a
pud nos terminatur neſcitur ipſa exiſtentia Dei ſed pro-
poſitio, &c. Secundum eſt quod non loquitur uniuerſali
ter ſed de Deo. Propter quod dico, quod non intendit p
illa uerba dicere, quod q̃ſtio an eſt, non quærat de ipſa
exiſtentia dei, ſed ſecundum quod quæſita tali exiſten-
tia, cũ inuenta fuerit non cognoſcitur per demõſtrationẽ
ſimpliciter, ſed ſolum vt fundatur eſſe verum propoſitio
nis reſponſiuæ ad quæſtionem an eſt. Et ſi inſtetur quod
ſi propter hoc dixit nos non cognoſcere exiſtẽtiam Dei
ſequitur, quod uniuerſali pari ratione dici poteſt de quo
libet quod non cognoſcitur exiſtentia eius, cum termina
tur quæſtio an eſt, quia non ſcitur alio modo niſi ut fun-
dat veritatem propoſitionis, hoc autem conſtat eſſe uo-
luntarium, ergo, &c. tenet conſequentia, quoniam ſiue cõ
cludatur, ergo deus eſt, ſiue, ergo decima ſphæra eſt, ſiue
aliquid aliud, nihil refert quo ad hoc qđ eſt cognoſcere
exiſtentiam ut fundat veritatẽ propoſitionis. Ad hoc di-
citur quod quia unaquæque res tunc ſimpliciter cogno-
ſci affirmatur uel negatur, quando ſecundum proprium
ſibi modum cognoſcitur, uel nõ cognoſcitur & inter exi
ſtentiam dei & aliorum hæc differẽtia eſt, quod propria
cognitio exiſtentiæ aliorum fit per quæſtionem an eſt,
quoniam nulla aliarum quæſtionum quęrit de exiſtentia
rei; propria autem cognitio exiſtentiæ dei fit per quæ-
ſtionem quid, quoniam ipſa exiſtẽtia dei eſt ipſius quod
quid eſt. Ideo exiſtentias aliorum terminata quæſtione

an

an eſt cognoſci dicimus abſolute, exiſtẽtiam autem Dei terminata quæſtione an eſt cognoſci dicitur, nõ quia omnino ignoretur, ſed quia non ſimpliciter ideſt ſecundum proprium modum ſuæ cognoſcibilitatis cognoſcitur, & cognoſci dicitur propoſitio vera, ideſt ipſa exiſtentia vt fundamentum eſt veritatis, & eſſe illius propoſitionis, ſcilicet Deus eſt. Conformis eſt ergo reſponſio data doctrinæ S. Thom. & habes hic defectum Scoti vel Scotiſtarũ in primo ſententiarum diſtin. 5. q. 1. in principio. vbi adducuntur prædicta verba S. Tho.

Sco. 1. di. 5. q. 1. in principio.

Ad 4. dubiũ.

Ad quartum dubium dicitur, quod quæſtio an eſt, quærit de ſubiecto & paſſione non vt paſſio eſt, ſed vt res q̃dam in ſe eſt, quoniam dubitare contingit de rebus illis, q̃ paſſiones ſunt, an ſint, & poſſunt res illæ accipi vt ſubſtantia aliarum paſſionum, & conſequenter de eis tunc ſupponetur an eſt, vt patet de triangulo, de quo quæſtio an eſt formatur, & tamen paſſio eſt vt dixit Ariſt. in principio primi. Ad primum autem obiectorum in oppoſitũ dicitur, quod licet vtraque quæſtio ſcilicet an eſt, & quia eſt, inquirat quandoque idem eſſe, non tamen propterea eiuſdem quæſiti formaliter ſunt duæ q̃ónes, q̃m aliud formaliter quęſitum eſt rem illam quæ eſt paſſio, eſſe quod quæſtio an, inquirit, & aliud paſſionẽ vt ſic eſſe, i. rem illã ineſſe tali ſubiecto qđ quæſtio quia eſt, quærit, licet materialiter ſit idẽ eſſe quo res illa ſit & inſit. Ad ſecundum vero dr̃ dupliciter. primo ſm Albertum q̃ Ariſt. dedit ẽt exemplum de paſſione, cum dixit ſi nox eſt. Secundo qđ quia formaliter loquendo quæſtio an eſt, non inquirit de paſſione, quia non de paſſione (ut paſſio eſt) quoniã eius ut ſic eſſe non eſt, ſed ineſſe, ideo exemplum de paſſione non dedit, ſed tantummodo de ſubiecto, cuius eſſe adeo inquirit, vt ſicut iam dictum eſt, circa paſſionem non niſi vt ſubiecti ſeu ſubſtantię rationem induit, ſolicitetur.

Ad 5. dubiũ.

Ad quintum dubium dicitur, quod quia ſecũdum omnes illuſtres expoſitores quæſtio quia eſt, quęrit de tertio adiacente, & nullã vnquam viderim exceptionẽ fieri de prædicatis primi modi aut ſecundi. nullaque ratio mihi occurrat cogens, aut probabiliter ducens ad talem exceptionem, inquirere de ſingulis prædicatis quidditatiuis quæſtionis (quia eſt) fore cenſeo. Tum quia hæc infra latitudinem tertii adiacentis ſunt. Tum quoniam in textu diſtinguitur duplex eſſe, quod poteſt quæri de re, ſcilicet eſſe ſimpliciter & eſſe in parte, & primum attribuitur q̃óni, an eſt, ſecundum vero quæſtioni, quia eſt, per eſſe autẽ ſimpliciter ſecũdum omnes intelligitur eſſe ſine additione aliqua, per eſſe autem in parte ſecundum Alpharabiũ, Auicennam & Albertum intelligitur eſſe particulatum contractum & determinatũ per prædicatum ſubſtantiale, uel accidentale. Conſtat autem quod cum quæritur de aliquo prædicato quidditatiuo, puta vtrum cœlũ ſit corpus animatum, abſque dubio quæritur aliquod cœli eſſe, & cum non quæratur eſſe pertinens ad quęſtionem an ẽ, relinquitur, q̃ quæratur eſſe in parte, pertinens ad quæſtionem quia eſt, quærendo. n. vtrum cœlũ ſit corpus animatum, manifeſte patet q̃ quærimus non vtrũ cœlũ habeat eſſe, ſed utrum hẽat eſſe tale, licet ly tale, non notet accidentalem drĩam, hoc autem eſt eſſe particulatum & contractum per prædicatum. Tum q̃m ſi iſtius quæſtionis non eſt quærere prædicata quidditatiua, ad quæſtionem quid reducentur, & hoc non conuenienter dici põt, q̃m vnicę quæſtioni vel vnica reſponſio danda eſt, vel ſi plures pñt dari, quælibet ſaltem debet eſſe ſufficiens, aliter in termino inquiſitionis non eſſet quieſcendum & ſic quæſtio eſſet terminata & non terminata, quod implicat contradictionem. Conſtat aũt q̃ quærẽti quid de hoĩe, vel boue, non ſatisfit aſſignando ſingulas partes diffinitionis, ſed oportet aſſignari diffinitionem, vnde & in primo libro dictũ eſt, quod cognoſcere per communia, non eſt cognoſcere propter quid, quod idem eſt quod quid, ut in hoc capitulo dicitur, ſed eſt cognoſcere quia.

Ad rationem autem in oppoſitum dicitur, quod licet apud dialecticum omnia prædicata in quid reducantur ad quęſtionem quid, q̃m ipſi non eſt curę an per propria, an per cõmunia ſoluatur quæſtio in poſterioriſticis, tamẽ ubi quæſtiones ſcibiles traduntur, & non paruũ refert ſcire per communia & propria, &c. ad quæſtionem quid nõ niſi ipſum quod quid eſt, pertinet. Negatur ergo aſſumptum illud. ſ. omne quod prędicatur in quid, pertinet ad quæſtionem quid, loquendo de quid poſterioriſtice, &c. Nec mihi (ex his motus) imponas, aliam me fateri quæſtionem circa partes diffinitionis & totam diffinitionẽ, & quia partes ſunt priores toto me ponere quęſtionem quia eſt, ante quęſtionem quid eſt, & ſi qua ſunt huiuſmodi. (Nihil enim horum ex dictis ſequitur) quoniã de partibus diffinitionis, ut prædicata ſunt alicui inexiſtentia, ſermo habitus intelligendus eſt. Nihil enim aliud quæſiuimus niſi an quærere utrum homo ſit animal, utrum albedo ſit color, & hmõdi pertineat ad quęſtionem quia ẽ, aut ad quęſtionem quid eſt, de eis autem, ut partes diffinitionis ſunt nihil dictum eſt. Sed nunc dicitur quod p̃tinent (ſecundaria intentione tamen) ad quæſtionem quid, tum quoniam quærens de ipſo quod quid eſt, quærit neceſſario de eius partibus, tum quoniam eiuſdem rationis eſt, dare primum genus, & vltimam differentiam vt adunatur in vna quidditate. Vnde vt cauillatorum importunitas excludatur, reſpõdeatur cum diffinitione, qđ inquirere prædicata quidditatiua abſolute ſecundum inexiſtentiam eorum, ſcilicet, inſint uel nõ, pertinet ſimpliciter ad quæſtionem quia eſt, inquirere autem ea quo ad modum inexiſtentiæ, ex quo habent quod partes ſint diffinitionis, pertinet principaliter ad quæſtionẽ quid, quoniam eius eſt quod quid eſt, totum inueſtigare, ſecundaria tamen intentione. quia partes ſunt, & pertinet ad q̃ſtionem quia eſt, pro quanto abſque complexione tertii adiacentis talis inquiſitio non eſt, miniſterialiter tamen, quia hoc inquirit inquantum famulatur quęſtioni quid &c. Ordo autem inter quæſtiones non uariatur ex his q̃ contingunt per accidens. Licet enim ad ſcire quod quid eſt, præcedat ſcire quia, talia p̃dicata quæ ſunt partes diffinitionis inſunt illi diffinibili, tamen eſt hoc per accidẽs, pro quanto primæ operationi intellectus immiſcetur ſecunda, ut alibi declarandum eſt &c.

Ad 6. dubiũ.

Ad ſextum dubium, dicitur quod quæſtio quid, quærit formaliter de incomplexo, quoniam quærere de incõplexo iuxta ſecundum adiacens pertinet ad quæſtionem an eſt, & iuxta tertium ad quæſtionẽ quia eſt, & propter quid. Tum quoniam quæſtio quęrens complexe de quod quid eſt, ad quæſtionem quia eſt pertinet, ut ex S. Th. verbis in hoc loco hr̃i põt, cum dicit, q̃ omnes quæſtiones dialectice reducuntur ad quæſtionem, quia; conſtat ſiquidem ex 1. Topicorum, q̃ una illarum quatuor quæſtionum ibi enumeratarum eſt quæſtio de diffinitione, tum propter rõnem tactam obiiciẽdo, quoniam ideſt quęſitũ ad qđ reſpondetur. Reſpondetur autem quæſtioni quid vt ex dictis patet, ipſa diffinitio, quæ incomplexum quid eſt, ergo &c. Ad rationem in oppoſitum dicitur dupliciter, primo quod diffinitio licet formaliter nõ ſit uera uel falſa, uirtualiter tamen eſt uera, ut in principio primi dixit S. Th. & hoc ſufficit. Secundo dicitur, quod licet quæſtio quid, quærat formaliter de incomplexo, quærit tamẽ id quod eſt ratio veritatis complexi, quoniam ipſum qd, eſt medium ad concludendum an eſt, & propterea ſcibile & verum enuntiabile appellatur. Scibilia ſiquidem non eadem ratione omnia dicuntur, ſed alia ut cõcluſiones, & hæc proprie ſunt an eſt, & quia eſt, aliæ ut cauſæ concluſionum, & hæc ſunt quid, & propter quid. Quæ quoniam in enuntiationibus poſita ueritatem formaliter ſortiuntur, non immerito ſolam enuntiationem quæribilem & ſcibilem eſſe dictum eſt. Et per hæc patet duplex etiam reſponſio ad confirmationem &c.

Cap. 3.

circa t. c. 5. in medio.

Ad 7. dubiũ.

Ad ſeptimum dubium dr̃, quod quamuis diuerſi diuerſimode has quæſtiones ordinare uideantur, magis tamen

in uer-

in verbis quã in re inter eos differẽtia videtur. Oportet n. oẽs conuenire in hoc, qđ quæſtio an eſt, quærit an homo ſit, quid eſt vero quęrit quid eſt homo, quia eſt autẽ inquirit qualis eſt homo, ſeu an homo ſit riſibilis, ꝑpter qđ eandem cauſam percũctatur, vt propter quid homo ẽ riſibilis. Hoc enim aperte traditur ex textu & expoſitorib. Sed differentiam inter quoſdam peperit diuerſio a ſermone formali dum alii conuenientiam earum inſpicientes, alii abſtracta quæſitis magis quam quæſita cõſiderantes, alii ad pauca reſpicientes in diuerſas proruperunt voces. Non enim propterea, quia omnes quæſtiones conueniunt in hoc quod quærunt medium, nec ex hoc quod ex illa; res creditur diſtingui, aut non diſtingui a re, aut quia primo debetur ſingulari, nec ex aliis huiuſmodi ordinandę ſunt quæſtiones hæ. Sed negocio logico intendendo fatendum ſimpliciter eſt quæſtiones differre & conuenire. Differre quidem in hoc quod ſimplices quærunt eſſe ſimpliciter, compoſitæ vero eſſe tale. Et ſimplices inter ſe in hoc differre quod altera quærit de re an ſit, altera quid ſit Compoſitæ vero in hoc quod altera quærit de re an habeat talẽ diſpoſitionem, altera propter quid illã habeat, nec poteſt mens humana plures de re quacunq; quæſtiones formare, vt patet. Nec eſt diſpoſiti ad philoſophiam dubitationibus mentem inuoluere quid ſit quærere an centaurus ſit; hoc enim quilibet mentis compos intelligens terminos nouit. Solos enim eos latet qui neſciunt diſcernere inter notum per ſe, & notum per aliud.

De quibus 2. Phy. T.c.6. & c.6

Conuenire vero in hoc, quod omnes quærunt medium indiſtincte a priori vel a poſteriori, quia (ut in textu dicitur) nihil aliud eſt quærere an centaurus ſit, quam an ſit aliqua cauſa ex qua habeatur centaurum eſſe. Cauſam autem intellige in eſſendo vel in cognoſcendo. (Aliter de Deo non poſſet quæri an ſit.) Et ſimiliter eſt de quid eſt & quia eſt. Et propter hoc inueniuntur illuſtres philoſophi quandoque dixiſſe quod quęſtio an eſt, quærit de re in ordine ad ſuam cauſam efficientem; hoc enim & ſimilia intelligenda ſunt eo modo quo intelligitur ſermo Ariſt. quod quæſtio an eſt, quærit de medio, & nõ conſideraſſe hoc fuit cauſa temeritatis præferentium ſe. A præcognitionibus uero quęſtiones differũt in duobus, & primo in hoc, qđ ſub præcognitione quid, concluditur quid nominis, ſub quęſtione vero quid, minime, eoqđ quid nominis non eſt pars ſcientiæ, ſed uariationi & placito humano ſubiacet; neceſſario tamẽ præſupponi oportet quia a uocibus doctrina & diſciplina fit. Secũdo in hoc quod ſub præcognitione quia, concluditur veritas principiorũ & eſſe ſimpliciter ſubiecti, quorum neutrum clauditur ſub quæſtione quia, ſed veritas principiorum extra quæſtiones omnino eſt, utpote ex ſe euidens & eſſe ſimpliciter ſubiecti clauditur ſub quæſtione an eſt.

Ad octauũ dubiũ difficillimum.

Ad octauum dubium dicitur diſtinguendo prius ſenſum quæſtionis. Poteſt ſiquidem ſcientię nomine accipi ipſe habitus ſcientificus, puta metaphyſica aut geometria, &c. vt ſit ſenſus, utrũ omnis ſcientia tam metaphyſica quam geometrica ſupponat ſuum proprium ſubiectũ eſſe, & non poſſit probare illud eſſe. Et poteſt ſcientiæ nomine accipi demonſtratio, vt ſit ſenſus, utrum omnis demõſtratio ſupponat illius demonſtrationis proprium ſubiectum eſſe &c. Si primo modo intelligatur, reſpõdetur (ſecundum Auerroẽ, quem Thomiſtæ in hoc imitari uidentur) quod non poteſt probari neque a priori neque a poſteriori. Tum quia expreſſe Ariſ. docuit de ſubiecto præſupponi quia eſt. Tum quia (ut ibi dictum fuit) ſcientiæ quærunt paſſiones de ſubiecto vel per principia ſubiecti, uel per effectus, utroque autem modo oportet pręſupponere ſubiectum eſſe, quoniam fatuum eſt quærere non entis paſſiones. Paſſio. n. cum quæratur vt inherens alicui ſecundum imaginationem præſuppoſito eſſe neceſſe eſt vt inquiratur & concludatur inhærens. Conſentiuntque his dicta Porphyrii & Alberti S. Tho. in principio primi. Et ſi obiiciatur, ergo nulla ſcientia probabit

Expreſſe. Auer. 2. phy. c. 26. in ti. Cap. 1.

circa. t. c. 8.

quæſtionem an eſt, reſpondetur dicendo quod committitur paralogiſmus conſequentis. Nam non ſequitur, nulla ſcientia concludit quæſtionem an eſt, de ſuo ſubiecto, ergo nulla ſcĩetia probat eam vniuerſaliter. Stat. n. quod terminat eam de partibus ſubiectiuis ſubiecti uel aliquo alio, & non de ſubiecto. Vnde metaphyſica non probat ens quod eſt eius ſubiectum eſſe. & tamen ad ipſum maxime pertinet quæſtio an eſt, ut in ſexto eiuſdem dicitur. Si autem intelligatur ſecundo modo, tunc dupliciter reſpondetur. Primo quod omnis demonſtratio ſupponit ſuum ſubiectum eſſe, quoniam Ariſt. indiſtincte dixit in primo de ſubiecto præſupponi quia eſt. Et ſi inſtetur, ergo quæſtio an eſt, non poteſt demonſtrari, quoniam id cuius quæritur eſſe non præſupponitur eſſe. Reſpondetur ꝙ quæſtio an eſt, non concluditur in ſecundo adiacẽte, ſed in tertio ita quod id cuius (ut ſubiecti) quæritur eſſe in proponendo quæſtionem in concluſione ſumitur ut prædicatum, & concluditur de aliquo præſuppoſito, & ſic demonſtratur eſſe. v. g. quæritur utrũ Deus ſit in ſecundo adiacente. Sed concluditur, ergo aliquod ens eſt Deus, & ſic de aliis, & ſic ſemper ſupponitur ſubiectum non quæſtionis, ſed demonſtrationis & concluſionis eſſe. Et ſi inſtetur ergo nulla differentia eſt inter concluſionem quæſtionis an eſt, & concluſionẽ quæſtionis quia eſt, quoniam utraque eſt de tertio adiacente, & ſi concluſiones quæſitæ nõ differũt ergo quæſtiones differẽt, quoniam ex ſcibilibus quæſitis diſtinguuntur. Reſpondetur quod differunt in hoc quod quæſtio (quia) eget per ſe tertio adiacente, quoniam quærit de certo ſubiecto certum prædicatum ultra verbum ſubſtantiuum. Non. n. in incertũ quæritur utrum quodcunque hẽat tres angulos aut ſit animal &c. ſed determinate ſubiectũ concluſionis proponitur utrum homo ſit animal, utrum iſocheles hẽat tres &c, Quęſtio aũt an eſt, non proponit ſubiectum concluſionis, ſed qõnis tantum, nec per ſe ex vi q̃ſtionis eget altero termino, ſed accidit ut in reſpondendo terminetur, coaſſumpto tertio non determinato ſed vage. Concluditur. n. ergo aliquid eſt Deus, ergo aliquid eſt centaurus &c. Hunc modum dicendi omnino non repello. Fundamentum tamen non habet unde tantã ꝓuinciam ſubire cogatur, qm̃ Ariſt. in primo lib. expreſſe loquebatur de demõſtratione, in qua paſſio de ſubiecto concluditur, ut ex textu, & expoſitoribus patet. Sed ad hoc poſſet dici quod tenetur hoc non auctoritate illa pura ſed adiuncto hoc quod omne quod demonſtratur ſe habet ut paſſio, ut inferius habebitur: alio autem modo reſpondetur & iudicio meo nunc melius (licet ego priorem olim modum excogitauerim) ꝙ non omnis demonſtratio ſupponit ſubiectum ſuum eſſe, qm̃ aliqua quærit & demonſtrat illud, & hoc teneo uniuerſaliter in omnibus demonſtrationibus terminantibus quæſtionem an eſt. Moueor autem ad hoc primo qm̃ nulla ratio me incitat ad oppoſitum. Quod enim tactum eſt ꝙ omne qđ demonſtratur ſe hẽt ut paſſio, intelligitur quoad hoc quod eſt dici de altero, ſeu alteri ineſſe, qm̃ omne quod demõſtratur ſe habet ut prædicatum, ſiue ſit in ſecundo ſiue in tertio adiacentẽ, & non intelligitur quoad alias conditiones, ſ. quod ſe habeat ita quod ſupponatur ei ſubiectũ eſſe, & prædicetur tertium adiacens &c. uſus quoque artis demonſtratiuæ in ſcientiis qui poſſet ad hoc idem adduci, quoniam non uidentur inueniri demonſtrationes in ſecundo adiacente etiam ſi terminent quæſtionem an eſt, ut patet. 8. phyſic. ubi concluditur ſubſtantias ſeparatas eſſe in tertio adiacente. Et in primo Euclidis ubi concluditur triangulum eſſe &c. Hic, inquam, uſus non oſtendit intentum, quoniam ſecundum veritatẽ nõ quęrebatur in huiuſmodi locis quęſtio an eſt, ſed quia ẽ, vt patet ibidem, ſubiectum. n. qõnis. in 8. Phyſ. eſt motor primus, & in primo Euclidis linea recta, licet ex hoc eliciatur ẽt concluſio an eſt. Et qm̃ ſi ita q̃nque inuenitur, facilitati vſui gratæ attribuendum eſſet potius q̃ arti. Vt. n.

T.c.1.

T.c.2.

Cap.2.

T.c.78.

in 1.

in 1. lib diximus, contingit artẽ demonſtratiuã aliter docere & aliter exercere.

Ad ſec͂m.

Secũdo qm̃ omne verũ neceſſariũ habens cauſam eſt demonſtrabile. Concluſiones q̃onis an eſt, ẽt in ſec͂o adiacente ſunt hm̃oi. ergo &c. Et ſi dicatur q̄ ſunt demonſtrabiles, ſed non tali modo. i. in ſecundo adiacente. Contra ex tribus terminis, quorum vnũ eſt vera cauſa propter quam, alter neceſſario ineſt alteri ſufficienter fit demõſtratio omnibus aliis terminis ſecluſis, ſed retenta concluſione de ſecundo adiacente inueniuntur hm̃oi tres termini, ergo &c. Inuenitur ſiquidem cum de igni eſt, quod quid eſt ignis vt vere cauſa & medium duo eſſe de igni concluditur. Scotiſtæ tñ ſectantes Antoninm And. in quæſtione prima ſuper metaphyſicam. decepti ſunt in hac quæſtione, quoniam non diſtinxerunt inter ſcientiam, & demõſtrationem probare ſubiectum proprium eſſe, vt nos fecimus. Et propterea impugnans ille Auerroem tenet ſciam probare ſubiectum eſſe a poſteriori præaccipiendo quid nominis & declarando illud ſignificatum eſſe, & non poſſe probare ſubiectum eſſe a priori.

Scotiſtę Anto. And. primo me. q. 1. cõtra Auer.

Qm̃ ipſum ſubiectum eſt primo cognitum prioritate naturæ. Primum dictum declaratum eſt ſuperius eſſe falſum de ſcientia, & verum de aliquo genere demonſtrationum; ſecundum autem dictum ex eius cauſa aſſignata deprehenditur male intellectum, quoniam ſi indifferenter de cuiuſque demonſtrationis & ſcientifici habitus intelligatur ſubiecto falſum eſt, quoniã ipſum quod quid eſt ſubiecti habentis alteram cauſam cuius eſſe quæritur proprium eſt ſecundum naturam medium ad cognoſcendam quæſtionem an eſt, ſicut quod quid eſt paſſionis medium eſt ad concludendum ipſam eſſe, & non conſequẽter ex eo poteſt ſecundum naturæ ordinem a priori concludi quæſtio an eſt, quicquid ſit de ordine quo ad nos. Si autem intelligatur de ſubiecto ſcientiæ tantum, tunc nihil concluditur, quoniam quod quid eſt ſubiecti, eſt prius notum ordine naturę & poſt ipſum eſſe, quoniam quæſtio quid eſt, prima quæſtio ſm̃ ſe, ſed nõ quo ad nos ẽ, & conſequenter ex hoc non ſequitur q̄ non poſſit a priori probari. Taceãt ergo & audiãt rñſiões ad argumẽta ſua.

Cõtra Ant. And. arguitur.

Ad primum negatur conſequentia, & ad probationẽ dr̃ q̄ non ſemper ex effectu neceſſario põt probari cãm eſſe, ſed tunc tm̃ quando cãm eſſe eſt minus notum nobis. Omnis. n. demonſtratio ex notioribus nobis (ſi a nobis fieri dẽt) procedere debet, quoniã propter quod vnũquodque illud magis eſt. In ſciẽtia autem nihil magis notum eſt quam ſubiectum eſſe, propter quod in omni ſciẽtia vel per ſe notum eſt ſubiectum eſſe, vel a ſuperiori ſcientia ſumitur, unde in primo phy. Ariſt. contra negantes ſubiectum naturalis philoſophiæ eſſe non a poſteriori neque a priori diſputauit, ſed ad metaphyſicum confugit, & hoc merito quoniã negato vel ignorato ſubiectũ eſſe, quo aliorum dependentium ex eo eſſe ſtabilitum aſſumi poterit, præſertim cum quælibet ſciẽtia a ſubiecto inchoet. Vnde non prouenit ex defectu medii quod ſciẽtia non probet ſuum ſubiectum eſſe, ſed ex defectu huius conditionis quia ſubiectum eſſe non ponitur vt minus notum ſed ut notiſſimum.

Incipit Tex. c. 13.

Ad confirmationem dupliciter dicitur, primo q̄ aliud eſt demõſtrare ex propriis ſubiectum eſſe, & aliud eſt aliquali declaratione patefacere. Neque. n. hoc negatum eſt, ſed illud, ut ex ſecundo phyſ. ab Auerroi habetur, ubi tentantes demonſtrare naturã eſſe, deridentur, & aliquam intuitionem dari poſſe nõ reprehenditur. Tales aũt ſunt declarationes a ſimili, quas arguens inducit. Secundo dicitur, quod ſicut in primo dictum eſt, qm̃ in eodem tp̃e tradit ſcĩa cũ principio ſciẽ, quemadmodum principium ſcientiæ ponẽdo quod quid eſt ſubiecti inueſtigatur, qđ tñ præſupponitur in qualibet ſtĩa a priori, ita ſubiectũ eſſe in illo principio declaratur. Et ſic ſcientia proprie dicta ſupponit ſuum eſſe.

Cap. 6. cap. 1. in ſolutione primi dubii. Ad primũ.

Quomodo quæuis quæſtio ſit ipſius medii.

Circa concluſionem & tertiam ſimul dubitatum. An cum dicitur oẽm quæſtionem inquirere medium, intelligatur quod inquirat medium ſuiipſius quæſtionis, ſiue quæſiti per ipſam, an alterius. Si. n. ſit ſenſus, q̄ quęlibet quæſtio quærat medium quæſiti per ipſam, ſtatim ſequitur quod diffinitio non immediate ineſt diffinito, qđ eſt impoſſibile, patet ſequela, quoniam quando quæritur quid eſt, queritur medium quæſiti. Quæſitum autem eſt ipſa diffinitio. Si autem ſit ſenſus quod quælibet quæſtio quærat medium alterius quęſiti, ſtatim ſequitur q̄ non omnis quæſtio quærat medium, niſi quis infinitas dicat eſſe quæſtiones, aut circulariter ſe inuicẽ quærentes, quorum vtrunque eſt falſum, patet ſequela, quia ſemper eſſet alterum dare quæſitum, cuius altera quæſtio medium q̃rit. Ad hoc dicitur quod ambę illæ vniuerſales affirmatiuæ ſunt falſæ. Neque enim omnis quæſtio quærit mediũ ſuiipſius, neque omnis quæſtio inquirit medium alterius, ſed duę earum ſcilicet ſi eſt, & quia eſt inueſtigant, ſuorũ quæſitorum media, quoniam quęrendo an homo ſit, quęrimus an ſit aliquod medium ad probandum hominem eſſe, & ſimiliter quærendo an triangulus habeat tres &c. quærimus ſi eſt aliquod medium ad concludendũ triangulum habere tres &c. Non enim aliquid horum quærẽtibus ſatisfacit ſimplex reſponſio affirmatiua, ſed oportet medium oſtendere quo ad hoc teneatur. Reliquæ autem duæ ſcilicet quid, & propter quid non ſuorum quæſitorum, ſed pręcedentium media alio modo inquirunt. Interrogãtes nanque quid eſt homo non mediũ quidditatis humanę quęrimus, ſed ipſam quidditatem, q̃ medium eſt in quæſtione an eſt, & ſimiliter in propter quid reſpectu quæſtionis quia. Et aduerte quod cum dicitur omnis quæſtio eſt quæſtio medii, non eſt ſermo formaliſ. Tum quoniam ſola quæſtio propter quid inquirit medium ſub ratione medii; Cæteræ autem inquirunt id qđ eſt medium. Tum quoniam etiam id quod eſt medium quęſtionis an eſt & quia eſt, non primo, ſed ſecundario inquirunt, quoniam ſecundario iſtæ quærunt de ipſo qđ eſt medium, ut patet &c. Ad rationes dubitando adductas non oportet aliter reſpondere, quia neutra pars ſuſtinetur, ſed mediũ proceſſimus.

## Diſputatiue concludens idem non eſſe diffinibile & demonſtrabile diffinitionem & demonſtrationem. Cap. 2.

*Quomodo autem quod quid eſt monſtratur, & quis modus reductionis, & quid eſt definitio & quorũ, dicamus, cum dubitauerimus primo de ipſis. Principium vero ſit futurorum, quod eſt conuenientiſſimum habitis ſermonibus. Dubitare enim quiſpiam poſſet an ne eſt idem & ſecundum idem definitione ſcire & demonſtratione? An impoſſibile definitio nanque ipſius quid eſt eſſe videtur, quid eſt autem omne, vniuerſale & prædicatiuum, ſyllogiſmi vero ſunt hi quidem priuatiui, illi autem non vniuerſales veluti qui quidem in ſecunda figura, priuatiui omnes, qui vero in tertia, non vniuerſales poſtea neque prædicatiuorum omnium, qui ſunt in prima figura, eſt definitio, vt quod omnis triangulus duobus rectis æquales habet. Huius autem ratio, quoniam ſcire, eſt demonſtratiue demonſtrationem habere, quare, ſi in talibus eſt demonſtratio planum quod non eſſet vtique ipſorum & definitio, ſcire enim poſſet aliquis & ſecundum definitionem non habens demonſtrationem, nihil enim prohibet non ſimul habere. Sufficiens autem eſt fides & ex inductione, nihil enim vnquam definientes nouimus, neque eorum, quæ per ſe inſunt, neque accidentium. Amplius, ſi diffinitio ſubſtantiæ quædam cognitio eſt, talia manifeſtum quod non ſunt ſubſtantiæ. Quod igitur non eſt definitio omnis, cuius & demonſtratio, planum. Quid autem cuius & diffinitio, an ne omnis eſt demonſtratio, aut nõ? Vna quidem ratio, & de hoc eadem: vnius. n. inquantum vnum vna eſt ſcientia, quare ſiquidem ſcire demonſtratiuum eſt*

*unum eſt demonſtrationem habere, contingit aliquid impoſſibile, diffinitionem nanque habens ſine demonſtratione ſcies. Amplius principia demonſtrationum ſunt definitiones, quorum non eſſe demonſtrationes monſtratum ē prius, aut fuerunt principia demonſtrabilia, & principiorum principia & hoc in infinitū prodibit, aut primæ definitiones erunt indemonſtrabiles. Sed an ne nō omnis eiuſdem, ſed alicuius eiuſdem eſt definitio, & demonſtratio, an impoſſibile ſit non .n. eſt demonſtratio cuius definitio, definitio nanque ipſius quid eſt & ſubſtantiæ, definitiones vero apparent omnes ſupponentes & accipientes ipſum quid eſt, vt Mathematicæ, quid vnitas & impar, & aliæ conſimiliter. Amplius omnis demonſtratio aliquid de aliquo mōſtrat, vt quod eſt aut nō eſt, in definitione vero nihil alterum de altero prædicatur, quemadmodū neque animal de bipede, neque hoc de animali, neque vtique de plano figura, non enim eſt planum figura neque figura planum. Amplius alterum eſt quid eſt, & quod eſt monſtrare, definitio nanque quid eſt ſignificat, demonſtratio autem, quod eſt hoc de hoc, aut non eſt. Alterius vero altera demonſtratio, niſi tanquam pars ſit alicuius totius (hoc autem dico, quoniam monſtratum eſt æquicrus duobus rectis æquales habere, ſi omnis triangulus mōſtratus fuit) pars enim hoc, illud vero totū eſt, hæc autem ad ſe inuicem non habent ſic ipſum quod eſt, & quid eſt, non enim eſt alterius alterum pars. Manifeſtum igitur quod neque cuius definitio, huius omnis demonſtratio neque cuius demonſtratio huius omnis definitio, quare omnino eiuſdem nullius contingit ambo habere, manifeſtum igitur eſt quod neque definitio & demonſtratio neque idem eſſe poſſunt, neque alterum in altero, ſubiecta etenim conſimiliter vtiq; ſe haberent. Hæc itaq; hucuſque dubitata ſunt.*

## Summa huius capituli hęc eſt.

Propoſitio

QVomodo quod quid eſt demonſtratur, & quis modus introductionis, & quid eſt diffinitio, & quorū dicemus opponentes primum de ipſis.

Vtrum ſit idem & ſecundum idem diffinitione ſcire & demonſtratione ſcire.

quæſtio conclusio. reſpōſiua.

Non omne demonſtrabile eſt diffinibile, probatur tripliciter a priori. Et primo quoniam diffinibile eſt ipſum quod quid eſt, quod prædicatiuum & uniuerſale eſt. Demonſtrabile autem non eſt tale, quoniam in ſecunda figura oēs ſyllogiſmi ſunt negatiui, & in tertia non uniuerſales, ſecunda quoniam nec omne demonſtrabile in prima figura eſt diffinibile. v.g. omnis triangulus hēt tres, &c. quoniam ſequeretur quod demonſtrabile ſciretur ſecundum diffinitionem abſque demonſtratione. Tenet ſequela, quoniam ſcire demonſtratiue eſt demonſtrationē habere, & nihil prohibet non ſimul habere diffinitionē & demonſtrationem, falſitas conſequentis ex inductione patet, quoniam nihil eorum quæ per ſe, aut per accidens inſunt diffinientia vnquam cognoſcimus. tertio qa diffinibile ſubſtantia eſt, cum diffinitio cognitione ſubſtantiæ ſit. Demonſtrabilia autem non ſunt ſubſtantiæ.

Nunquid omnis cuius eſt diffinitio ſit demonſtratio.

quæſtio cōcluſio. reſpōſiua.

Non omne diffinibile eſt demonſtrabile. Probatur dupliciter a priori primo ex radice ſecundæ rationis ſupra poſitæ. ſ. quoniam vnius inquantum vnū eſt vna ſcientia, ſequeretur. n. aliter hoc impoſſibile quod demonſtrabile ſciretur per diffinitionem abſque demonſtratione, ſecundo quoniam diffinitiones ſunt demonſtrationū principia.

t. c. 6. t. c. 44.

Quorum non eſſe demonſtrationes oſtenſum eſt in primo libro, quoniā aut erunt principia principiorū in infinitū. Aut primæ diffinitiones erunt indemōſtrabiles.

quæſtio.

Vtrum cuiuſdam eiuſdem ſit diffinitio & demonſtratio aut impoſſibile ſit.

cōcluſio reſponſiua.

Nullum idem eſt diffinibile & demonſtrabile. Probatur tripliciter a priori. Et primo quoniā diffinitio ipſius quod quid eſt, & ſubſtantiæ eſt. Demonſtrationes autem omnes ſupponunt & accipiunt quod quid eſt, & non demonſtrant, vt patet in metaphyſicis quid vnitas & quid impar. ſecundo quoniam omnis demonſtratio aliquid de aliquo demonſtrat affirmatiue vel negatiue. In diffinitione autem nihil alterum de altero prædicatur, nec genus de differentia, nec econuerſo, tertio quoniā alterius altera demonſtratio eſt, niſi ſit tanquam pars illius vt ſe habent iſocheles & triangulus. Diffinitio autem & demonſtratio alterius & alterius ſunt, quorum neutrum eſt pars alterius, quoniam diffinitio oſtendit quid eſt, demōſtratio autem quia eſt, quę altera ſunt, & alterum non eſt pars alterius.

Diffinitio non eſt demonſtratio neque pars ſubiectiua ipſius aut econuerſo. Probatur a priori, quoniam earū ſubiecta. i. diffinibile & demonſtrabile ſimiliter ſe haberent, quod concluſum eſt eſſe falſum. Concluſio.

## Series autem hæc eſt.

INTENDENS tractare de ipſo demonſtrationis medio, quod omnis quęſtio quærit, quoniam ipſum eſt quod quid eſt per diffinitionē ſignificatum, aggreditur tractatum de eiſdem, proponens quatuor in exordio huius capituli, quod eſt principiū huius tractatus, & vltimū principaliter exequens, in hoc eodem capitulo tria facit ſecundum tres quæſtiones, quas multiplicauit ad idem, diſputatiue eas terminando. Quarum ordo ſatis clarus in ſumma habetur. Et tandem penultimum vltima concluſione negatiue tetigit.

ma 170 d. 1 ... 2 16

Annot. Primo huius. T. c. 10.

Circa titulum quæſtionis tractatæ in hoc cap. Aduertendum eſt quod aliquid ſcitur per demonſtrationem dupliciter vno modo ut paſſio, Alio modo ut concluſio, Vtrunque enim horum vocatur quod ſcitur, ſeu demonſtratur. Et quamuis in primo libro neglecta fuerit differentia inter hæc duo ſcita, ita vt vnum eis locum dederimus, quoniam tunc non variabatur propoſitum ex hoc, nunc tamen noſſe expedit quod paſſio dicitur (quod demonſtratur) ea ratione, quia eſt quod de ſubiecto concluditur. Concluſio vero ipſa dicitur (quod demonſtratur) non propterea quia ipſa de aliquo concludatur, ſed quia ē id qđ directe ex præmiſſis ſcitur & qđ demōſtrationē terminat. Itē paſſio eſt qđ ſcitur, vt incōplexū cōcluſio ē qđ ſcitur vt cōplexū. In propoſito igitur qn̄ quæritur vtrū idē ſit demonſtrabile & diffinibile, pōt accipi dupliciter. Vno mō loquēdo de demonſtrabili per modū paſſionis, & ſic eſt ſenſus. Vtrum idem ſecundum idem ſit ſcibile per diffinitionem, & ſcibile vt paſſio per demonſtrationem ideſt an id quod de aliquo, puta de homine ſcitur per diffinitionem, puta quod ſit animal rationale, ſit ſcibile per demonſtrationem ita quod animal rōnale & ſit id quod per diffinitionē de homine cognoſcamus & per demonſtrationem. Et iſte ſenſus non videtur intētus ab Ariſt. hic, vt ex probatione alterius ſenſus patebit: Alio modo poteſt accipi loquendo de demonſtrabili ꝑ modum concluſionis & ſic eſt ſenſus. Vtrum idem ſecundum idem ſit cognoſcibile per diffinitionem & concluſio demonſtrationis v.g. Vtrum homo ſecundum id qđ ſcitur de eo per diffinitionem poſſit ſciri, ut concluſio demonſtrationis ideſt an ſignificatum per diffinitionem poſſit eſſe ſignificatum per concluſionem demonſtrationis, & hic ſenſus eſt ſecundum mentem Ariſt. vt ex quatuor patet, primo ex ſecunda ratione ad primam concluſionem. Aſſumit ſiquidem ibi quod demōſtrabile eſt totum hoc, (Triangulus habet tres &c. & quia hoc non eſt diffinibile) ſecundo ex ſecunda ratione ad tertiam cōcluſionem, ibi aſſumit quod demonſtratio prædicationem alicuius de aliquo ſcit. Diffinitio autem omni caret prędicatione, quia nec genus de differentia, nec differentia de genere in ea prædicatur, tertio quoniam quæſtio mouenda in ſequenti cap. inquiret, vt ibi patebit, an diffinitio ſit demonſtrabilis paſſio. quarto, quoniam præſens

quæſtio eſt de ſubiectis, ſeu de obiectis propriis diffinitionis & demonſtrationis, conſtat aūt quod propriū obiectum ſcientiæ per demonſtrationem eſt ipſa cōcluſio, & ꝑ diffinitionem eſt ipſa ſubſtantia rei, Poteſt etiam aliter neutrum ſenſum ambigēdo dici, quod quæſtio altior eſt, & quærit an ſumpta quacunque re ſiue ſubiecto, ſiue paſſione id quod cognoſcitur de illa proceſſu diffinitiuo ſit omnino idem, quod illud quod cognoſcitur de illa ꝓceſſu demonſtratiuo, hoc.n.eſt dicere vtrum ſit idem ſecundum idem diffinitione & demonſtratione ſcire, ſiue
T.c.3. illud attingatur a demōſtratione, ut concluſio, ſiue ut paſſio, ſiue quocunque alio modo. Et hic abſque dubio ē vere intentus ſenſus, quoniam quæſtio iſta non determinatur vſque ad capitulum ſeptimum vbi dicetur quomodo idem ſm idē pōt attingi diffinitione & demonſtratione,
circa.t. c.8. & qūo non. Et in principio illius capituli expreſſe Ariſt. dicit ſe examinare velle, quid bene & quid male dictū ſit ab hoc c. illucuſq; unde rōnes adductæ ad probationē illius particularis ſenſus efficaces non ſunt contra hoc: qm̄ Ariſt. diſputatiue quærens veritatem ſub quæſtione vniuerſali optime proceſſit arguendo, ad ſenſus particulares veros probando. ſ. ꝙ ſignificatum diffinitionis nō ē ipſa cōcluſio, nec eſt ipſa paſſio, vt concluſa, i. vt inhærēs (ſecundum n. inhærentiam per demōſtrationem ſcitur) nec ipſum ſubiectum ſm aliquid ſibi inhærens: hæc. n. omnia ex adductis rōnib. concludūtur vt facile eſt deducere, qm̄ hæc abſq; cōplexione & prædicatione ſciri non poſſunt. Res aūt a diffinitione abſq; ꝑdicatione & cōplexione attingitur, & tanguntur ſic excellentiori modo ꝓpria obiecta demonſtrationis & diffinitionis. ſ. natura & eſſe rei, in quo aūt differat præſens quæſtio a ſequente in capitulo ſuccedente dicetur.

Quomodo quod quid eſt ſit vniuerſale & prædicatiuum.

T.c.19. Circa primam rationem pro prima concluſione dubitatiūcula quædam occurit ex eo ꝙ hic dicitur, qđ, quod quid eſt uniuerſale eſt & prædicatiuum. Superius aūt in primo libro dictum eſt, ꝙ termini. i. diffinitiones neque uniuerſales neque particulares ſunt, neque affirmatio, neque negatio in eis eſt. Ad hoc facile dicitur, primo quod quia diffinitio formaliter nihil horum hēt. Virtualiter aūt utrunq; hēt, ideo diuerſimode oīa uerificantur. Scđo quod quia deffinitio ſm ſe nihil horū habet, applicata autem diffinitio vtrunque habet, ideo diuerſis rationibus omnia verificantur &c.

Annot. Circa primam rationem pro ſecunda concluſione aduertendum eſt, ꝙ illa propoſitio vnius, inquantum vnū eſt, vnica eſt ſcia, eſt vera loqūēdo de ſcientia, quā res ſcibilis ex ſe exigit, ſeu genera, qm̄ res ſicut ſe habet ad eſſe ita ſe habet ad cognoſci quantū eſt ex ſe. Et propterea ſi res vna eſt ut ſic, vnicū exigit cognitionis ſuæ modum, ex parte aūt nr̄i non incōuenit plurificare modos cognoſcēdi vnicam rem, & ideo loquendo de cognitionis mō ex parte noſtri, propoſitio illa non eſt neceſſaria.

## Diſputatiue concludens quod quid eſt non eſſe demonſtrabile. Cap. 3.

*IPſius vero quid eſt, eſt ne ſyllogiſmus & demonſtratio, aut non eſt, quemadmodū nunc ratio ſuppoſuit? ſyllogiſmus. n. aliquid de aliquo monſtrat per medium, ipſum vero quod eſt, & proprium eſt, & in eo quod quid eſt prædicatur, hæc autem neceſſe eſt cōuerti. Si. n. a, ipſi c, propriū eſt, planum quod & ipſi b, & hoc ipſi c, quare omnia ad inuicem. verum enimuero & ſi a, in eo quod quid eſt, ineſt omni b, & vniuerſaliter b, de oī c, in eo quod quid eſt dicitur neceſſe & a, in eo quod quid eſt de c, dici. ſi vero nō ſic aliquis accipiet duplicans, non neceſſe erit a, de c, prædicari in eo quod quid eſt, ſed ſi a, quidem de b, in eo quod quid eſt, ipſum vero b, non de quibuſcunq; in eo quod quid eſt, ipſum autem quid eſt ambo eadem habebunt, erit igitur & b, de c, quod quid eſt, ſi itaque ipſum quid eſt & ipſum quid erat eſſe ambo habent, in medio termino erit prius ipſum quid erat eſſe. Et omninō, ſi eſt mōſtrare quid eſt hō, ſic c, hō a, vero quid eſt, ſiue animal bipes, ſiue aliud quid, ſi itaque ſyllogizabitur, neceſſe eſt a, de b, omnī prædicari: huius autē erit alia ratio media, quare & hoc erit, quid eſt homo, accipit igitur quod oporte monſtrare nanque & b, eſt quod eſt homo. Oportet autem in duabus propoſitionibus, & primis & immediatis conſiderare; maxime enim manifeſtum, quod dicitur, fit: qui igitur monſtrant per id, quod conuertitur, quid eſt anima, aut quid eſt homo, aut aliud quodcūq; entiū quod ex principio eſt petunt, quemadmodum ſi aliquis exiſtimat & animam eſſe idem ſibiipſi cauſam viuendi, hoc autem numerum ipſum ſeipſum mouentem, neceſſe eſt enim petere animam, quod numerum eſſe ipſum ſeipſum mouentē ſic, ut idem exiſtere. Non enim ſi a, ſequitur b, & hoc c, erit a, quod quid erat eſſe ipſius c, ſed verum erat dicere, erit ſolum, neque ſi eſt a, quod quid eſt, & de b, prædicatur omni, hoc enim, quod eſt animali eſſe, prædicatur de eo, quod eſt homini eſſe, verum enim eſt omne homini eſſe animali eſſe, quemadmodum & omnē hominem animal eſſe, ſed non ſic vt vnum ſit. Si igitur non ſic acceperis, nō ſyllogizabitur, quod a, eſt ipſi c, quod quid erat eſſe, & ſubſtantia, ſi vero ita acceperis, prius erit acceptum c, quod quid erat eſſe ipſius b, quare non demonſtratum fuit, hoc enim in principio accepis.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

VTrum ipſius quod quid eſt ſit ſyllogiſmus aut demōſtratio, aut non. Queſtio.

Syllogiſmus aliquid de aliquo per medium mōſtrat. Primū ſuppoſitum.

Quod quid eſt proprium eſt, & in eo quod quid eſt ꝑdicatur, & conſequenter conuertibiliter. Secundum.

Syllogiſmum monſtrantem quod quid eſt, ex omnib. terminis ſuis conuertibilibus conſtare neceſſe eſt & talibus, quod primum inſit in eo quod quid eſt medio & medium inſit in eo quod quid eſt tertio. Probatur prima pars in terminis, a, primo, c, tertio, b, medio, quoniam primū propriū eſt tertii, ſcđa uero pars in eiſdē terminis qm̄ ſic duplicans quod quid ē, cōcludit, aliter autem non qm̄ licet primum ſit quod quid eſt medii, nō ſequitur ipſum eſſe qđ quid eſt tertii. Tertium. concluſio reſponſiua.

Quod quid eſt nō ē demonſtrabile probatur ex præmiſſis ſic. Si quod quid erat eſſe ambæ præmiſſæ habent, in medio eſt quod quid erat eſſe tertii priuſquam in concluſione & ſic accidit aſſumere probandum. Patet ſequela in terminis generalibus eiſdem applicatis ad ſpeciales ſcilicet hominem vt tertium & quod quid eſt eius vt primum, quoniam erit quod quid eſt hominis etiam medium. probatur ſecūdo in duabus propoſitionibus & primis, & terminis immediatis & conuertibilib. v.g. Anima ſit tertium ſibi ipſi cauſa viuendi, ſit primum, & numerus ſeipſum mouens medium, oportebit repetere animā eſſe quod vere eſt, petendo numerum ſeipſum mouentem ſic, ſicut idem, quoniam nec ſi primum conſequatur medium & medium tertium, ſequitur ergo primum eſt quod quid erat tertii, ſed abſolute, ergo primum ineſt tertio nec ſi primum ſit quod quid eſt, & vniuerſaliter ꝑdicatum de medio, quoniam quod quid eſt animalis dicitur de hominis quod quid eſt, ſicut animal de homine, non tamen ſic, ſicut quod vnum eſt. Quia ergo ſic oportet repetere, ſi hoc non fiat non ſyllogizabitur primum eſſe quod quid eſt tertii. Si autem fiat, demonſtratio non eſt ſed acceptio principii.

## Series autem hęc eſt.

SECVNDVM propoſitorum exequi intendens longo tractatu tria in hoc cap. facit &c.

Primo qōnem mouet de uno ſpeciali mō introductionis ipſius quod quid eſt, ſcđo tria præmittit neceſſaria ad reſpondendum, quorum primum & tertium prædicati q̄ſtionis qualitatem declarāt, ſecūdum autem ſubiecti eiuſdem. Vltimo negatiue reſpondet quæſtioni, dupliciter reſpon-

reſponſiuam concluſionem manifeſtans.

Annot.

Circa queſtionis titulum aduertendum eſt, vt ſciatur ſenſus qõnis, & qũo differat a præcedẽti, ꝙ ipſum ſignificatum diffinitionis cuiuſque põt dupliciter accipi. Vno mõ abſolute ſeu ſm ſe. Alio modo vt eſt quod quid ẽ huius, puta circuli vel hominis. Differt aũt non parũ altero modo ipſum accipere. Si.n. abſolute id qđ importatur ꝑ diffinitionem inſpiciatur, neque veritas, neque falſitas neque affirmatio, neque negatio inuenitur, ſed ſola prima operatio intellectus illuc aditũ habet. Si aũt ſumatur vt ẽ huius. i. applicetur ad tale diffinibile, iam veritas vel falſitas & affirmatio fit, & cõſequenter ſecunda & tertia operõ intellectus circa illud negociari poſſunt, de quod qd eſt igitur, quod per diffinitionem conſtat ſignificari duplex eſt quæſtio ab Ariſt. mota ſm eius duplicem acceptionem, & quæſtio quidem prima in c. præcedenti tractata, de ipſo abſolute ſumpto queſiuit an poſſet attingi demõſtratione, vt ex dictis ibi approbatis, præſens autẽ de ipſo relato ad id cuius eſt inquirit an poſſit demõſtratione ſciri ipſum eſſe huius quod quid eſt, i. an applicatio diffinitionis, ut ſic, ad diffinitum poſſit per demõſtrationem ſciri &c. Notanter aũt dicitur (vt ſic) quoniam præſens qõ nõ eſt an id quod ſignificatur per diffinitionem poſſit proceſſu demonſtratiuo concludi quod inſit rei ſignificatæ per nomen diffiniti, puta, an poſſit demonſtrari ꝙ homo ſit aĩal bipes, vt ex textu colligitur & ab omnibus expoſitoribus vnanimiter dicitur, ſed an id, quod ſignificatur per diffinitionem, poſſit proceſſu demonſtratiuo cõcludi, ꝙ inſit, vt quod quid eſt, ſeu per modũ quo quod quid eſt, ineſt ipſi rei ſignificatæ nomine diffiniti. vnde queſtio iſta eſt formaliter de modo inexiſtentiæ, an poſſit dẽmonſtrari & non de ipſa inexiſtentia ſimpliciter & hoc ſonant verba Ariſt. perſpicaci intellectu formaliter accepta. (dixit.n. ipſius aũt quod quid eſt, vtrum ſyllogiſmus &c.) Sicut.n. quod quid eſt alicuius neſcire quis dicitur, ſi ſciat totam eius diffinitionem, & neſciet eſſe illius completam diffinitionem, qm̃ materialiter hẽt quod quid eſt non formaliter. i. ſcit illud quod vere eſt quidditas illius, ſed non ſcit ꝙ ſit illius quidditas, ita non dicitur demonſtrari quod quid eſt alicuius de illo niſi demonſtretur quod ſit illius quod quid eſt, hoc.n. eſt demõſtrare quod quid eſt inquantum huiuſmodi ſeu formaliter &c. Et quia ſermo Ariſtotelis formaliter intelligendus eſt idcirco ex verbis ipſis ſenſum declaratũ inſinuauit &c. & ſic patet quid quæratur, & quæ ſit inter qõnes has dr̃ia. Nec propterea diſſentimus a S. Th. qui non iſtã videtur aſſignare dr̃iam, quoniam ea quam ipſe dedit differentiam noſtram non excludit, immo adiuuat dũ docet ꝙ prima qõ quærens diſtinctionem diffinibilis a demonſtrabili declarauit id quod ſub diffinitione cadit eſſe quod quid eſt, ſecunda autem circa proprium modum tradendi illud ſolicitatur.

Diſpoſitio demonſtrationis concludentis quod quid eſt.

Circa tertiũ ſuppoſitum ab Ariſt. dubitatio non parua eſt, an intẽdat Ariſt. dicere ꝙ ſyllogiſmus debẽs cõcludere quod quid eſt, oportet quod habeat terminos tales quod primum ſit quod quid eſt medii, & mediũ ſit quod quid eſt tertii, & hoc ſufficiat. An intendat dicere quod talis ſyllogiſmus debet habere terminos ordinatos tam in præmiſſis quam in concluſione, ita quod primum dicatur de medio cum hac conditione addita. ſ. in eo quod quid eſt, & ſimiliter medium dicatur in minori de tertio cum illa additione. ſ. in eo quod quid eſt, & ſic concludatur primum de tertio, cum eadem conditione addita, uerbi gratia, An ſyllogiſmus demonſtratiuus quod quid eſt hoĩs, puta animal bipes eſſe, quod quid eſt hominis dẽat ſic fieri. A, eſt animal bipes in eo quod quid eſt. Homo eſt A, in eo quod quid eſt; Ergo homo eſt animal, bipes in eo quod quid eſt. Vel ſufficit quod fiat abſq; tali additione vtendo ipſo a, primo quod quid eſt medio, hoc mõ, a, eſt aĩal bipes; Homo eſt a, ergo homo eſt aĩal bipes. Eſt aũt ratio dubitandi, quoniã Themiſtius, Auerrois, Boetius, & S. Th. nihil dicit de illa condõne apponenda. Albertus aũt magnus, quẽ ſequitur Egidius, illam apponit. Textus vero vtriuſque expoſitionis capax vr̃, quarũ tamen ſcđa primã non admittit ad euidẽtiam huius dubitationis, in qua libentius ipſos diſceptantes audirẽ, q̃ me mediũ pono, tria videnda ſunt. Primo q̃ ſit uis ſyllogiſmi cũ illa condõne ab Alberto facti, ſecũdo quæ ſit uis ſyllogiſmi: quẽ faciunt alii ſupradicti & an ſufficeret ad concludendũ qđ quid eſt, tertio an vtraq; expoſitio ſaluari ſimul poſſit &c. Vis ſyllogiſmi cum condõne qđ quid eſt adiecta eſt dr̃ia inter ipſum & aliũ ſine tali additione cognoſci ſic põt. Si.n. ſyllogizet ſimpliciter, a, de c, per b, nihil aliud cõcluditur niſi ꝙ inſit C, ut patet ordinando in primo primæ b, eſt a, c, eſt b, ergo c, eſt a. Si aũt additur in qualibet premiſſa, ly in eo qđ qd ẽ, tũc nõ ſolũ cõcludetur. ſ. qđ a, inſit c, ſed ẽt ꝙ tali mõ inſit, quẽadmodũ. ſ. ꝙ quid eſt ineſt ei cui' eſt, ſeu diffinito diffinito talẽ ſiquidẽ modũ addit ly in eo qđ quid ẽ ſupra ſuũ præiacentẽ. Vnde arguendo ſic b, eſt a, in eo quod quid, c, eſt b, in eo quid, ergo c, eſt a, in eo quod quid, manifeſte & explicite concluditur a, eſſe quod quid eſt ipſius c. Eſt igitur uis talis ſyllogiſmi, explicite probare quod qd eſt de eo cuius eſt. Syllogiſmi aũt ab aliis facti vis ſm quid manifeſta, & ſm quid latens eſt. Manifeſta quidem eſt quo ad hoc, ꝙ concludit neceſſario id qđ eſt, qđ quid eſt de eo cuius eſt. Si.n. primũ eſt, qđ quid eſt medii, & mediũ eſt qđ quid eſt tertii, neceſſario ſequitur primum eſſe qđ quid eſt tertii: oppoſitũ nanque nõ eſt intelligibile. Latet aũt hic, an ex vi talis proceſſus ipſum qđ quid eſt, quod concluditur, concludatur ut quod quid eſt illius ita ꝙ ex hoc cognoſcatur, hoc eſſe qđ quid eſt illius. Eſt aũt cã latitationis, qm̃ ut dictũ eſt, ſyllogiſmus ſine condõne ſimpliciter primũ ineſſe tertio concludit, & nõ modũ inexiſtendi. ex oppoſito aũt intellectus conuincitur aſſentire ꝙ primũ ſit quod quid tertii ſi nouit primum eſſe quod quid eſt medii, & mediũ tertii. Et hoc mihi rõnabilius apparet, ita ꝙ ſyllogiſmũ factum ex talibus terminis non ſolũ concludere fateor, quod quid eſt materialiter, ſed ẽt formaliter. Quod ſic ſuadeo. ex propoſitionibus perſequitur concluſio per ſe nõ ſolum materialiter, ſed ẽt formaliter. i. non ſolũ q̃ ſit per ſe, ſed cognoſcitur ex vi talis ſyllogiſmi quod ſit per ſe abſq; eo, ꝙ addatur ly per ſe in præmiſſis, ergo ex propoſitionibus quod quid eſt (ut ſic liceat loqui) ſequitur concluſio quod quid eſt formaliter abſque ulla additione, antecedens ẽ notũ, qm̃ nunquam generatur habitus ſcientificus niſi cognoſcatur prædicatũ concluſionis per ſe ineſſe ſubiecto ex ꝓmiſſis, & tñ nulla ſcĩa aſſumit ꝓmiſſas cũ illa condõne ꝑ ſe, non enim dicit geometra, omnis figura rectilinea hẽt per ſe tres angulos æquales &c. Sed ſimpliciter oĩs figura hẽt tres, & ſimiliter in aliis. Conſequentiam aũt neſcio quare poſſit aliquis inficiari cum ly per ſe notet modum inexiſtendi non minus quam ly in eo quod quid. Amplius (in primo dictum eſt) quod ad ſcire non ſufficit cõcluſionem eſſe neceſſariam, ſed oportet ſcire ipſam eſſe neceſſariam. Et ex neceſſariis præmiſſis ſyllogizando abſque ly neceſſario inſit ſubiecto neceſſario, quod in præmiſſis ponatur ly neceſſario. patet antecedens pro prima parte ex primo libro, & pro ſecunda parte ex exercitio ſcientiarum, nulla enim ſcientia aſſumit præmiſſas cum ly neceſſario (niſi forte quandoque gratia materiæ &c.) & tamen oẽs demonſtrationes earum ſcientiam generãt tunc ultra, neceſſarium dicit modum quo prædicatum ſubiecto ineſt. Et ad hoc quod prędicatum ſciatur neceſſario ineſſe non exigitur ly neceſſario. ergo quod quid eſt quantuncunque importet modum inexiſtendi non exigit, ꝙ ex præmiſſis cum tali conditione concludatur, ſed ſufficit ꝙ in utraque prẽmiſſa quod quid eſt aſſumatur, ſicut ibi quod utraque præmiſſa ſit neceſſaria, con-

Cap. 18.

Tex. c. 6.

Vbi ſupra.

ſequen-

ſequentia non aliter probatᷓ ꝙ̃ ſuperius. Et confirmatur, q̃ ali ſyllogiſmus aliquis ex vi præmiſſarũ inferi ſm rẽ ipſum quod quid eſt, ſi ex eo non cognoſcatur illud eſſe quod qd eſt eius de quo concluditur, hoc non prouenit ex defectu talis proceſſus ſyllogiſtici, ſed ex eo ꝙ ꝑmiſſæ minus penetrantᷓ quã oporteat. Si.n.cognoſcerentᷓ ſm ꝙ cognoſcibiles in ſe ſunt, ſicut ex natura ſua inferũt qđ quid eſt illius, ita in cognitione noſtra illud generarent. Patent manifeſte hæc oĩa in ſimilibus. puta qñ cõcluſio neceſſaria infertur ex præmiſsis neceſſariis, & non cognoſcitᷓ illius neceſſitas &c. Conſtat aũt ex dictis ꝙ ſyllogiſmus, cuius primum eſt quod quid eſt medii, & mediũ eſt qđ quid eſt tertii, neceſſario cõcludit primũ eſſe qđ qd eſt tertii. Ex tali.n.ordinatione terminorum neceſſario hoc ſequitur, ergo quod non cognoſcatur ex hoc ſyllogiſmo primum eſſe quod quid eſt tertii, hoc non eſt ex defectu ſyllogiſmi, ſed qa nõ penetrantur præmiſſæ. Syllogiſmus ergo talis ex ꝓpria vi quod quid eſt formaliter concludit. Signum aũt huius eſt, ꝙ ſi quis formans talem ſyllogiſmum b, ẽ a: c eſt b, ergo c. eſt a, intellectualiter videret eſſe quod qd eſt ipſius b, & b, qđ quid eſt ipſius c, non poſſet ſubterfugere quin videret a, eſſe quod quid ẽ ipſius c. Et forte propter hoc aliqui declinãt ab hac via, quia .ſ. non aduertunt ꝙ demonſtratio fit ex notis ſm intellectum, & non ex vocibus ita ꝙ oportet demonſtratorẽ intellectualiter intueri, non ſolum quod vocibus in ꝑmiſſis poſitis ſignificatur abſolute, ſed conditiones, & modos ſignificatę rei aliter demonſtratio non fit. non.n. oportet demonſtrantẽ triangulũ habere tres ſolũ intelligere ſignificatum pręmiſſarũ abſolute, puta, ꝙ hẽat angulos extrinſecos æquiualentes &c. ſed ẽt quod hoc habeat neceſſario & per ſe aliter non vere demonſtraret, quas tñ conditiones non oportet vocibus propriis in ꝑmiſſis notare, & ſic patet uis ſylĩ a S.Tho. & aliis facti, & quod ſufficiens eſt ad cõcludẽdũ quod quid eſt formaliter. &c. Nec obſtat illud quod in oppoſitũ adductũ eſt, ſ. ꝙ ſylſus ſine tali conditione in hoc differt a ſylõ cum conditione adiecta, quod ille concludit ineſſe, hic uerò in eſſe & modum. Hoc.n.intelligendum eſt loquẽdo de ſyllogiſmo ſimpliciter & non contracto ad tales terminos, quales ſ dximus ſ. quod quid eſt, &c. Quo ad tertium propoſitorũ, quod minus libenter exequor, qm̃ odioſa eſt comparatio uŕ mihi ꝙ textui conformior expoſitio ſit Thom.& aliorum doctorum ꝙ̃ altera, & ꝙ uix ſaluare ſimul poſſunt. principiũ horũ oñditur duobus. Primo ex conſueto modo loquendi Ariſt. nunquã.n. cum dicit aliquid prædicari in eo ꝙ quid eſt, gloſſatur.i. cũ illa explicita conditione in eo quod quid, ſed intelligitur ꝙ illud prædicatum ſit tale qđ habeat ſe ad ſubiectũ, ut ꝙ quid eſt, & ſi ubilibet ſic intelligitur, & hic ſic intelligendo falſitas non inuenitur, quare aliter hic exponẽdũ eſt. Scđo ex eo ꝙ uerbũ illud textus, ꝙ forte occaſio fuit alterius expoſitionis .ſ. ſi uero aliquis non accipit ſic duplicans &c. cõuenienter à S. Tho.& Boetio exponitur. imo Ariſt. ipſe ſic exponendum ex his, quæ ſubdit inſinuauit ſubdit.n.immedietate, ꝙ ſi primum ſit quod quid eſt medii, non ꝑ ꝑ hoc ſequitur ipſum primũ eſſe quod quid eſt tertii, & iõ oportet utrãq; præmiſſarum aſſumere quod quid eſt. Et poſtmodum cõplens cęptã doctrinã expreſſius nr̃o fauẽs propoſito ſubdit, ꝙ ſi primũ ſit qđ quid eſt in se & inſit eſſentialiter medio quod eſt, quod quid eſt tertii, non tñ ut oĩno idem illi non ſequitur primũ eſſe qđ quid eſt tertii, &c. & dat exẽplũ de qđ quid eſt aĩalis & quod quid eſt hominis & hoĩe, & ſtatim ſubdit. Si quidem igitur non ſic accipiatur non ſyllogizatᷓ primum eſſe quod quid eſt tertii, ſi aũt ſic petitᷓ, ex hoc ſuadetᷓ propoſitum ſic. Si intẽdebat ꝙ ex ui reduplicationis fieret ſyllogiſmus quod quid eſt, & quod oportet aſſumere ſemper cum illa reduplicatione, uel conditione, in eo quod quid eſt, ut quid ſolicitus fuit, primo, quod ẽt mediũ oportet eſſe quod quid eſt tertii, & deinde quod primũ dẽt eſſe quod quid eſt medii ſic, ſicut vnũ, ipſa nanque reduplicatio hæc explicite oñdebat, alias falsitas fuiſſet in maiori & minori, &c. Et præſertim quod penitus non meminit talis cõditionis in toto hoc capitulo, ꝙ ſit ſic apponenda, & tñ eſt principale quod erat dicendum. Qũo autẽ hæ duæ expoſitiones ſimul ſaluari poſſint fateor me non videre: qm̃ ſi concedatur ſyllogiſmum a S. Thom. formatũ ſufficere, ſuperfluum erit addere illam conditionem. Si aũt dicatur illam conditionẽ eſſe neceſſariã falſum eſſet ſyllogiſmũ illum ſufficere. Poſſent tñ ſic adunari, vt neutra alteram elideret, ꝙ ille ſyllogiſmus ſufficiens acceptaretur, & ꝙ iſte ad maiorem expreſſionem inuentus diceretur, & hoc Alberti verbis & in fine capituli conſonum videtur in penultimo notato.

Num per terminum non conuertibilem ſyllogizari poſſit proprium de eo cuius eſt proprium.

CIrca probationẽ primæ partis eiuſdẽ ſuppoſiti dubitat iuncula quædam occurit. uñ ſequatur, primũ eſt 1
proprium vltimi, ſeu tertii, ergo etiam medium, & conſequenter ergo oẽs termini talis ſyllogiſmi ſunt conuertibiles nunquid nõ põt ſyllogizari proprium de eo cuius eſt proprium per terminũ non conuertibilem? Ad hoc breuiter dr̃ ꝙ cõſequentia clara eſt (loquendo de concluſione vl̃i) de qua eſt ſermo quia aliter nõ concluderetur ꝓpriũ de ſuo ſubiecto, patet aũt claritas ſequelæ, ex eo ꝙ vl̃is affirmatiua nõ niſi in primo primæ ſyllogizatur, in quo oportet mediũ ſub primo & ſupra tertiũ eſſe, & iõ ſi extrema ſunt cõuertibilia, mediũ nõ põt excedi à primo, aliter nõ vl̃r prædicaretur de tertio, & ſimul non dẽt excedere tertium, alias non ul̃r ſubiiceretur primo, &c. optime ergo dixit ꝙ quia primũ eſt ꝓpriũ tertii, oportet ſyllogiſmum eſſe ex oĩbus conuertibilibus.

Num proceſſus quo vna deffinitio per aliam probatur ſit petitio principii.

CIrca rõnem ꝙ̃ adducit Ariſt. ad probandũ ꝙ quod quid eſt nõ ſit demonſtrabile, Dubitatur an ſyllogiſmus quẽ cõcludit peccare ſm petitionem principii ſit ille qui demonſtrat vnã diffinitionem de diffinito ꝑ aliam, an non? hinc.n.& inde rõ eſt dubitandi, qm̃ ſi talis proceſſus petit principium, ruit nõ parua pars demonſtrationum, qm̃ pluries vna diffinitio demõſtratur per aliam & ſi talis proceſſus non petit principium, quis eſt ille proceſſus quem hic reprobat Ariſt. In hac dubitatione quatuor
(ſi Deus illuminare dignabitur) vidẽda ſunt. primo quod 1
proceſſus formatus ab Ariſto. ſi peccatũ petendo non incurreret, eſſet demonſtratiuus ipſius quod quid ẽ formaliter. ſecundo quod talis proceſſus aſſumit duas diffinitio- 2
nes eiuſdem. tertio qũo in tali proceſſu accidat petitio pri- 3
cipii. quarto quid dicendũ ſit ad quæſitũ, &c. primũ ho- 4
rũ ex quatuor apparet vltra ea, quæ ſupra diximus. primo ex eo, quod Ariſt. expreſſe dicit in textu, quod ſi ſic ſyllogizabitur, concludetur vere primum eſſe quod quid eſt tertii. Et ſubdit expreſſe quod ſi aliquid horum demittatur, ſyllogizabitᷓ quidẽ ꝙ primum inſit tertio, ſed non in eo quod quid eſt. ſcđo patet ex eo quod ſi prædictus proceſſus peccaret in hoc quod non concluderet qđ qd eſt formaliter, cum hoc tñ ab Ariſt. inquiratur nulla erat melior via impugnandi ipſum ꝙ̃ dicere, quod nõ eſt efficax, quia non cõcludit primũ eſſe quod quid eſt tertii formaliter quod tñ nũꝙ̃ dixit ſed potius oppoſitũ, vt clare patet ĩ textu. Tertio apparet ex verbis S. Thom. diuidendo textum dicentis. primo dicit qualẽ oportet eſſe ſyllogiſmũ, concludentem quod quid eſt, ſi hoc ſit poſſibile quaſi diceret docere vult qualis deberet eſſe ſyllogiſmus qui non poteſt inueniri, quare &c. quarto patet idem ex illa regula anteprædicamentali (qñ alterum de altero prædicatur) Si.n medium in eo quod quid eſt prædicatur de altero vltimo, & alterum, ſ. primum prædicatur de medio in eo quod quid eſt, neceſſe eſt primum prædicari de vltimo in eo quod quid eſt, & eſt conſequentia formalis,

& optima, aliter fundamenta ſyllogiſmorum aliunde ſumat, qui ſcit. Eſt ergo proceſſus impugnatus ab Ariſt. ſufficiens ad concludendum quod qd eſt cum petitione tñ principii vt dicetur, & ſic patet primũ. Scđm aũt. ſ. quod talis proceſſus aſſumat duas eiuſdem diffinitiones ex tota textus ſerie clare habetur, qm̃ nihil aliud intelligit per ly in eo quod quid eſt, niſi ꝙ ſit diffinitio illius &c. quod quid eſt nanque, & diffinitio conuertibilia ſunt, &c. expreſſe qđ dr̃ in textu ponẽdo talẽ proceſſum in terminis, ꝙ quod quid eſt hoĩs de hoĩe mõſtrandũ ſic ẽ, puta aĩal bipes de hoĩe, erit alia rõ media cui prima vniuerſaliter ineſt, & poſtmodum adducunť in exẽplum, aĩa & duæ eius diffinitiones ſm viã Platonicã. Nec poteſt obſtari dicendo, & ꝙ Ariſt. ponit duas quidem diffinitiones aſſumi, ſed non eiuſdem, ſed alteram alterius. Hoc. n. puerile eſt. qm̃ rõ media eſt neceſſaria diffinitio tertii cum prædicetur de ipſo in minori. & rõ prima eſt ẽt rõ tertii, cũ concludatur eſſe, quod quid eſt eius in concluſione, &c. & ſic patet ſecundum. Tertium aũt q̃uo, ſ. in tali proceſſu accidat petitio principii. &c. tripliciter intelligi põt. Vno modo ꝙ petatur principium quantum eſt ex natura rei, licet non quo ad nos, vt. n. (in primo libro diximus.)

primo huius cap. 4.

ſi res ipſas abſque diſtinctione quæ ex intellectu noſtro prouenit intuemur, vnius rei vnica tm̃ eſt diffinitio, & nõ eſt ibi ex rei meritis aliquis diſcurſus, ſed ab eodem ad idem ſecundũ rem tendit, licet ſm eos quos nos formamus conceptus a notionibus nobis procedendo, non peccemus. & hoc modo eſt ibi petitio principii ſecũdum ſe, ſed non quo ad nos &c. Alio modo põt intelligi vt ſit ibi petitio principii non ſecundum ipſas propoſitiones, ſed ſm id ꝙ principaliter & formaliter q̃ritur. Cum n. demõſtrať a, eſſe quod quid eſt ipſius c, quia eſt quod quid eſt ipſius b, quod eſt ipſius c, quod quid eſt nõ petiť ipſa concluſio. ſ. a, eſſe quodquid eſt ipſius c, qm̃ nunquã hoc aſſumit, ſed aſſumitur aliud quod quid eſt ipſius. c, & ꝑ ꝑ hoc dixi ꝙ non eſt petitio principii ſm ipſas propoſitiones quia tñ in tali proceſſu aſſumitur quod quid eſt ipſius tertii & eius quod quid eſt principaliter quęritur, iõ dixi quod petitur id quod principaliter & formaliter q̃ritur, petiť ſiquidem ſm veritatem in tali proceſſu, quod quid eſt ipſius minoris extremi, non tñ illudmet quod cõcluditur, & qm̃ nunc agiť de demonſtratione quod quid eſt de eo cuius eſt ſimpliciter, & non demonſtratione huius, vel illius qđ quid eſt, iõ peti dr̃ quod principaliter & formaliter quæritur, &c. Tertio modo põt intelligi, vt quia ſecundum veritatem quod quid eſt. nõ eſt qđ qd eſt ſicut nec diffinitionis eſt diffinitio, aliter ꝓcederetur in infinitum. Si ſyllogiſmus ita ordinetur, ꝙ primũ ſit quod quid eſt medii, & mediũ vltimi, quod quid eſt, erit quod quid eſt, & qm̃ hoc ſm veritatẽ non inuenitur, ſequiť ꝙ inter illa duo quod quid eſt nõ erit niſi vocalis drĩa, & ſic erit manifeſta petitio principii. &c. dũ nõ ſolum idem ſm rem, ſed ẽt formaliter ſolis vocibus differens petetur & forte cõcluſio inſinuauit per illa verba, ſic ſicut idem. hęc de tertio. Quartum aũt quod principaliter q̃ritur fateor, me non plene videre. Vñ ſm ꝙ mihi nunc occurrit ꝓſequať, dicturus alias aliter, ſi veritas aliter apparebit. Dico igiť ꝙ proceſſus ille de quo nũc eſt ſermo, non eſt diſcurſus cõſuetus quo conſueuimus diffinitionem vnã ꝑ aliã probare, ut in ſecundo de Aĩa fit & in primo hui⁹ factum eſt. Talis ſiquidem proceſſus ut expreſſe habeť a S.

T. c. 24. 25. Tho. inſerius in illo capitulo (iterum aũt ſpeculãdũ, &c.)

T. c. 5. nõ ſufficienter demonſtrat, ꝙ id quod concluditur ſit ꝙ

T. c. 8. quid eſt illius de quo concludiť licet aliquid ipſius quod quid eſt ſyllogizet &c. proceſſus aũt format⁹ hic ab Ariſ. ut rõnibus & ex textu deductum eſt, & ipſum, quod quid eſt demonſtraret, niſi peccatũ petitionis accideret. Quare aũt cõſuetus ꝓceſſus ex vna diffinitione ad aliã nõ ſufficienter demonſtret, in ſupradicto tangetur capitulo.

Ad id aũt quod obiiciendo q̃rebatur, ſ. quis igiť ille ꝓceſſus eſt quẽ hic reprobat Ariſ. dr̃ quod eſt ꝓceſſus ille de quo directe loquitur tertia expoſitio ſ data ad declarandũ q̃uo interueniat petitio principii. ſ. qñ primũ aſſumitur vt vere quod quid eſt medii, & medium tertii. Talis ſiquidẽ proceſſus impoſſibilis eſt ſcđm veritatem qm̃ nõ ſunt ibi tres termini niſi ſm uocẽ. & iõ petitio principii. Horũ oĩum quæ in hoc capitulo diximus conuictus ex rõnibus adductis & auctoritate ultima S. Thom. non 2. concluſio. abſq; dubitatione, ultimã determinationem teneo, &c. illi cõformia, rogans ut nullus temerarius iudex accedat, ſed ut poſtquam utriuſq; partis rationes aſpexerit liber cẽſor adueniat, gratiaſque illi ex tunc ago, &c.

Relinquiť aũt propterea adhuc in intellectu meo dubitatio, eo quod non uideo Ariſto. illũ proceſſum impugnare quem diximus. Albertus tñ Magnus me plurimum cõſolatus ẽ nunc, cũ in ipſo aduerti eũ hoc ipſum ſentire, & quã excogitaui, & poſui tertiã expoſitionem ſuã quoq; fuiſſe percipi. Dubito quoq; propterea quia non habeo adhuc rõnem mihi ſatisfacientẽ, quare proceſſus ex uno quod quid ẽ concludens aliud, nõ ſit demonſtatiuus ipſius quod quid eſt, ut S. Tho. expreſſe dicit, & ex Ariſ. ſumi põt, qm̃ ipſe demonſtrationem inutilẽ ad concludendum quod quid eſt determinabit, q̃uo. n. hoc põt ſtare cũ oĩbus rõnibus ſupradictis concludentibus ꝙ ex duob⁹ ꝙ quid eſt neceſſario ſequitur quod quid eſt in illo tñ vt dictum ẽ capitulo de hoc ſecundo aliquid dicetur. Si quis Cap. 7. tamen quia Ariſtot. diſputatiue loquitur in hoc capitulo intelligere vult prædicta diſputatiue ꝓlata & propterea forte ab antiquis expoſitoribus non diſcuſſa, & dicit ꝙ Ariſto. loquitur hic de proceſſu conſueto quo vna diffinitio demõſtratur ꝑ aliã, debet talis tria facere, primũ ẽ, declarare, q̃uo in tali proceſſu appareat petitio principii, & hoc facile facere poterit ſequendo ſecundam expoſitionem adductam vel primam, ſm eſt reddere cauſam, quare ſi talis proceſſus ſecũdum veritatem non eſt repellendus ꝑ ꝑ hunc defectum. ſ. petitionis principii, ſed ꝑ ꝑ aliud ſ. quia non ſufficienter probat, ꝙ id quod concluditur ſit quod quid eſt illius de quo concluditur, quare in quã ab Ariſto. ſit repulſus abſq; alia rõne. nunq̃. n. in tota huius libri ſerie alia rõne reprehẽdiſſe inuenitur proceſſu demonſtratiuo concludi quod quid eſt, niſi qa petitio interuenit. & hoc nõ facile quiſq̃ faciet, pręſertim qa vt in primo de aĩa comm. 5. dr̃, opinio ꝙ demonſtratio Cap. 5. cõcluderet, ꝙ quid eſt, ẽ prima inter ſolennes opiniones & q̃ tenuit Hippocrates. nec eſt cõſuetudinis Ariſtotelis repellere opinionẽ contrariã, abſq; aliqua vera ratione.

Tertium eſt ꝙ oportet talem reſpõdere & ſatisfacere rationibus inductis quibus probatũ eſt, quod proceſſus, cuius hic meminit Ariſto. ſ. qñ primum eſt quoq quid eſt medii & mediũ eſt, quod quid eſt vltimi, neceſſario concludit & demonſtrar, quod quid eſt de eo cuius eſt, cum petitione tamen principii, &c. & hoc difficile adeo mihi videtur quòd nullam ad hoc video viam, &c.

## Diſputat quod per ſyllogiſmũ diuiſiuum non poteſt concludi quod quid eſt: Cap. 4.

*Verum enimuero neq; per diuiſiones ſyllogizat: quemadmodum in reſolutione circa figuras dictum eſt, nuſquam. n. neceſſarium ſit rem illam eſſe, cum hæc ſint, ſed quemadmodum neque inducens demonſtrat, non . n. oportet concluſionem interrogare neque in eo quod datur eſſe ſed neceſſe eſt eſſe illis exiſtentibus etenim ſi dixerit reſpõdens, an ne hõ aĩal, aut inanimatũ? poſtea acipiat aĩal non ſyllogizatum fuit, rurſus omne aĩal, aut pedeſtre, aut aquaticum, accipiat pedeſtre; & hominem eſſe totum aĩal pedeſtre; non neceſſe eſt ex dictis, ſed accipit & hoc, differt autem nihil in multis aut paucis ita facere, idem. n. eſt Nõ ſyllogiſticus igitur vſus ſit ita progrediẽtibus, & ad ea quæ contingit ſyllogizari, quid n. probibet hoc verũ quidem eſſe omne de homine non tamen quid eſt neque quod quid erat eſſe ſignificans? Amplius quid prohibet*

*bet, aut addere aliquid aut auferre, aut ſupergredi ſubſtantias, hæc igitur præmittantur quidem. Contingit autẽ ſoluere, ſiquis acciplat ea, quæ ſunt in ipſo quid eſt omnia, & conſequens diuiſione faciat petens primum, & nihil derelinquat: hoc autem neceßarium eſt, ſi oẽ in diuiſioem cadit, & nihil deficit, hoc autẽ neceſſarium, indiuiduum. n. iam oportet eſſe. Sed ſyllogiſmus tamen non eſt, ſed ſiquidẽ alio modo cognoſcere facit, hoc quidem nihil adſurdũ ſuit neque enim inducens forte demonſtrat, ſed tamen oſtẽdit aliquid. Syllogiſmum vero non dicit ex diuiſione dicens definitionem, quemadmodum. n. in concluſionib. quæ ſunt ſine mediis, ſi quis dicat, quod his exiſtentibus neceſſe eſt hoc eſſe, cõtingit interrogare propter quid, ita & in diuiſiuis definitionibus, quid eſt homo? animal mortale, habẽs pedes, bipes, ſine pennis, propter quid iuxta vnamquanq; appoſitionem, dicet. n. & monſtrabit diuiſione ſicut opinatur, quod omne, aut mortale aut immortale eſt, talis autẽ oratio tota non eſt definitio, quare & ſi demonſtraretur diuiſione, non tamen definitio ſyllogiſmus efficitur.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

*Concluſio.* QVod quid eſt non eſt demonſtrabile per ſyllogiſmum diuiſiuum probatur tripliciter. Primo quoniã oĩs concluſio ſyllogizata eſt neceſſaria ex p̃miſſis, etiam ſi reſpondens nihil concedat, qm̃ non oportet concluſionem interrogare neq; in concedendo eẽ, ſyllogiſmus aũt diuiſiuus non habet cõcluſionem taliter neceſſariã, ſicut nec inductio, quoniã diuidens accipit alterũ mẽbrũ diuiſionis, & nõ probat ex dictis ſic neceſſe eſſe, &c. ergo proceſſus diuiſiuus non eſt ſyllogiſticus &c. ſcd̃a quoniam dato ꝙ ſyllogiſmus diuiſiuus oſtẽdat omne puta animal greſſibile de homine verificari non tamẽ oſtendet quod quid erat eſſe, &c. tertio quoniã nihil prohibet ſecundum ſyllogiſmum diuiſiuum apponere aliqd aut auferre, aut excellere ſubſtantiam.

*Solutio.* Contingit ſoluere ſupradicta, dicendo, ꝙ oĩa ſumẽda ſunt eo qđ quid eſt, & ꝙ a prioribus conſequenter diuiſio fiat uſq; ad quæſitũ & nihil relinquatur, qm̃ tale indiuiduum ſpẽ oportet eſſe, & neceſſario erit quod quid ẽ.

*Excluſio ſolutionis.* Prædictus proceſſus non ſyllogiſmo ſed alio mõ cognoſcere facit qđ quid eſt, nec hoc inconuenit, quoniã & inductio aliquid oſndit & nõ demonſtrat. declaratur prima pars. ſ. ꝙ dicens diffinitionem ex diuiſione ſyllogiſtice hoc non faciat, primo quoniam ſicut in concluſionib. ſine mediis contingit quęrere ꝑ ꝑ quid ſequatur cõcluſio & ita ẽt in diuiſis terminis ſm̃ vnãquãq; appoſitionẽ cõtingit q̃rere ꝑ ꝑ qd. probatur qm̃ diuidẽs mõſtrabit diuiſionẽ ex quo diffinitio non habetur ſaltem ſyllogiſmo.

## Series autem hęc eſt.

Intendens in hoc capit. excludere ſyllogiſmũ diuiſiuũ a viis ſufficientib. ad quod quid eſt, tria facit. Primo concluſionẽ vnicã directe contra hoc trib. rationib. ponit firmatam. ſcd̃o quandam ſolutionem, quæ poſſet dari recitat, tertio excludit illam, ut clare patet in ſumma &c.

Circa ſimilitudinẽ aſsignatã ab Ariſ. inter diuiſionẽ & inductionẽ, Sciendũ eſt ꝙ quia multis modis põt intelligi ſicut multipliciter accipitur proceſſus diuiſiuus, iõ *primo.* primo quotupliciter ſumatur videndũ eſt. ſcd̃o penes quid attendatur ſimilitudo. tertio qũo ſaluetur in eis talis ſimilitudo. Diuiſionis nomine tria poſſumus intelligere. ſ. purum ſyllogiſmũ diuiſiuum, cuius meminit Ariſ. in primo priorũ. c. 28. qui ſic fit, aſſumitur pro medio cõe diuiſum, & concluditur de aliquo illius diuiſi inferioris oĩs diuiſi dr̃ia diſiunctim hoc mõ, oẽ animal eſt rõnale, aut irrõnale, hõ eſt animal, ergo eſt rõnalis vel irrõnalis, & ſiquidẽ diuiſionis noĩe hoc in loco ſyllogiſmus hmõi intelligatur, planũ eſt ꝙ diuiſio eſt inutilis ad diffinitionẽ concludendam, & caret neceſsitate conſequentiæ & petit qđ q̃ritur, & intentũ non demõſtrat, quoniam diffinitio non aſſumit vtrãq; dr̃iam diuiſi, ſed alteram determinat, q̃ per talẽ ſyllogiſmũ impoſsibile eſt concludere, quoniam medium cõis eſt qualibet dr̃ia ſua, & conſequenter nulla neceſsitate ex tali ſyllogiſmo ſequitur intentũ. ſ. alterã dr̃iã determinare, & conſequenter si accipiatur poſt talẽ

*Secundo.* proceſſum petiť, & intentũ non demõſtratur. Põt quoq; diuisio accipi pro toto ſupradicto diſcurſu addito diſcurſu illatiuo vnius partis ex deſtructione reliquæ vel reliquarũ. hoc mõ, oẽ aĩal eſt rõnale uel irrõnale, leo ẽ aĩal, ergo eſt rõnalis uel irrõnalis, ſed nõ eſt rationalis, ergo eſt irrõnalis, &c. ſic deinde, oẽ irrõnale eſt mugibile uel rudibile vel rugibile, &c. Leo eſt irrationalis, ergo eſt rudibilis, uel mugibilis uel rugibilis, &c. ſed non eſt mugibilis nec rudibilis, &c. ergo eſt rugibilis & sic deinceps quouſque oẽs particulæ diffinitionis adunatæ fuerint, &c. & si hic proceſſus diuisionis noĩe hic ſumatur, clarũ eſt, quod diffinitionẽ non demonſtrat, quoniã & si neceſsitatẽ cõſequentiæ hẽat iuxta regulas logicales a disiunctiua ad alterã partẽ cũ deſtructione alterius. &c. nim tñ probatiuam non hẽt, qm̃ duplex petitio interuenit una ineuitabiliter, quando. l. ex deſtructione unius oppoſiti reliquũ inſertur, idem. n. eſt ſub animali deſtruere irrõnale & cõſtruere rõnale, & ęque dubium aut ignotum eſt poſt concluſionem disiunctam, puta ergo leo eſt rationalis uel irrõnalis, an sit rõnalis, & an non sit irrationalis ut de ſe patet. Alia petitio interuenit in maiori propoſitione qñ aſſumitur oẽ aĩal eſt a, uel b, &c. hæc. n. tali proceſſu nec probatur nec probari põt & ꝑpea ſufficiẽs non ẽ nisi adiuuetur. Contingit tamen hanc petitionem vitare si ſufficientia diuisionis sit per ſe nota. Deficit quoq; in hoc ꝓceſſu uis probatiua, quoniam non infert alteram partem a priori, ſed ex negatione oppositi quę eſt effectus concluſionis, non. n. iõ leo ẽ irrõnalis, quia non ẽ rõnalis, ſed e cõuerſo. Poſſumus & diuisionis noĩe intelligere diſcur-

*Tertio.* ſum quemdã formaliter diuisiuũ qui fit hoc mõ. aĩalium aliud uolatile, aliud natatile, aliud greſsibile, &c. leo eſt animal & nõ uolatile, neque natatile, ergo eſt animal greſſibile, &c. & si hunc proceſſum diuisio hic ſonet, clarum quoque eſt, quod diffinitio per eũ ſyllogiſtice concludi non põt, quoniam neceſsitatẽ conſequentię non hẽt nisi ex ſuppositione, non. n. eſt neceſſariũ ex toto hoc diſcurſu ſequi, ergo leo eſt rugibilis, nisi ſupponatur quod diuisio fuerit ſufficiens, quod ex tali proceſſu non habetur, cum poſsit rñdens dicere, quod datur aliud genus animalium. Accidit quoq; in hoc proceſſu petitio in deſtructione reliquarũ partium, & defectus medii a priori, sicut & in præcedenti, hæc de primo. Dixit Ariſtoteles similem eſſe diuisionẽ inductioni in hoc quod diuisio non habet neceſsitatem conſequentiæ, & inductio non demonſtrat, quæ aſsimilatio poteſt tripliciter intelligi. Vno modo accipiendo ly demonſtrat, large prout idem eſt quod ſyllogizat & sic aſsimilatio cõſiſtit in hoc, ꝙ neutra habet neceſsitatem conſequentiæ. Alio modo accipiẽdo ly demonſtrat proprie, & sic aſsimilatio proportionalis eſt & conſiſtit in hoc, quod sicut in inductione deficit uis demõſtratiua ita in diuisione deficit uis illatiua. Tertio modo accipiendo ly demonſtrat proprie, ſed quod non tantum uniuocam ſed duas similitudines insinuauerit singulas in singulis extremis tangens, & sic aſſimilatio cõſiſtit in duobus, & quod in hoc utraque caret neceſſitate conſequentiæ, & quod in hoc utraque caret ui demonſtratiua. &c. Ad vltimum aũt intentum deſcendẽdo, dicitur ꝙ cum expreſſe Ariſt. in textu dicat diuiſionem carere neceſſitate conſequentiæ primo modo & tertio diuiſionẽ accepiſſe uidetur: in utroque enim modo (ut ex dictis patet) neceſſitas conſequentiæ deficit, in ſcd̃o aũt nõ neceſſitas conſequẽtiæ non ſimpliciter deficit, ſed deficit hoc mõ quia non ẽ ibi niſi cum petitione principii inter primũ ergo proceſſum & inductionem ſimilitudo in hoc ẽ, quia utrobique non ſequitur intentum neceſſario ex

premiſſis & hoc verificatur de inductione incompleta q̃ ſ.non aſſumit oĩa, ſed multa ſingulariũ inter ſecundũ aũt & inductionem eſt maior ſimilitudo, quoniam vtrobiq; non eſt neceſſitas conſequentiæ, niſi cum petitione principii, & hoc verificatur de inductione completa q̃ conſtat petere principium eo ꝙ accipit oẽs ſingulares ad vniuerſalem concludendã. Tertius aũt proceſſus ſimillimus eſt inductioni, qm̃ vtrobique neceſſitas conſequentiæ incerta eſt ex eadẽ cã. ſ. quia a diuiſis partib. incipit vtraq; via. diuiſio aũt vt ſic certitudinem non habet, qm̃ ab vno & ente declinando in incertum pergitur, & conſequenter niſi vtrobique ſupponatur omnes partes acceptas eẽ non ſequitur neceſſario intentum, & hoc mõ expoſuit S. Th. accipi diuiſionem in hoc loco, & ſimilitudinem inter diuiſionem & inductionẽ, poſtremo inter oẽs & quẽlibet horum proceſsuum & inductionem, hæc eſt ſimilitudo, ꝙ nunquã a priori proceditur, & ſemper petitur. Verum

Egidius ſup t.c.4. in hoc dubio.

quia aſſignatam ſimilitudinem a S. Thom. (diſcipulus eius) non penetrans labeſactare conatus eſt, eius ratio ni nunc ſatisfaciendum eſt. ait.n. ꝙ male aſſignatur ſimilitudo inter diuisionem & inductionem in hoc, ꝙ vtraq; ſupponat oẽs partes acceptas eſſe, qm̃ inductio qdẽ hoc facit per ſe eo ꝙ particularia infinita ſunt & ignota. diuiſio aũt hoc non facit niſi forte per accidens, qm̃ oĩs diuiſio per oppoſita dẽt fieri, & bimẽbris eſſe ſaltem reductiue, & iõ obſeruato in ritu diuiſionis patet ꝙ aſſumuntur oĩa mẽbra, qm̃ duo tm̃ ſunt, & ſi non hoc, ideo ẽ quia

Cap.18.

non fit diuiſio per oppoſita, & ideo hoc eſt per accidens. Ad hoc dr̃ premittendo ꝙ licet Ariſt. in textu nõ expreſſe noĩare videatur alium proceſſum quam primum, qm̃ iſte tantum habetur in primo priorum ad quẽ ſe remittit & formaliter ſyllogiſticus eſt, & titulo qõnis formaliter deſeruit, acceptatũ tñ a multis antiquorum expoſitorum eſt, ut & vis proceſſus diuiſiui hic tãgatur, & reprobetur, relucet aũt diſcurſus diuiſiuus maxime in tertio proceſſu, quoniam ille ſolus formaliter diuiſiuus eſt, & ex diuiſione robur trahit; cæteros autem magis diſiunctiuos quam diuiſiuos dixerim, quoniam licet diuiſionis mẽbra pertractent, tñ vel per diſiunctionem adunant, vt fit in primo, vel ex diſiunctionis vi neceſſitatem cõſequentiæ habent, ut fit in ſecundo pp quod ſm̃ ſuum diuinum S. Th. ingenium diuiſionis vocabulum formaliter intuitus tertiũ appoſuit proceſſum, in quo ipſa diuiſio & eius vis operatur. His prelibatis dicitur qđ rõ adducta ſupponit unum falſum. ſ. ex eo ꝙ diuiſio fit per oppoſita, patet numerus partium, & cauſa rationis eſt vnum aliud falſum aſſumptum ſ. ꝙ partes cuiuſque totius univerſalis ſint tantũ duæ. cãæ autem huius eſt, vnum aliud aſſumptum, verũ quidẽ ſed male intellectũ. ſ. oĩs diuiſio eſt bimembris vel reducibilis ad bimembrem, & ideo ratio nihil concludit vnde ab hoc vltimo inchoando, ſciendũ eſt ꝙ aliquod genus põt dupliciter diuidi, vno modo per veras differentias, Alio modo per nõ veras, & ſiquidẽ diuiſio fiat per veras drĩas, oportet quod diuiſio per drĩas non oppoſitas contradictorie, aut priuatiue, ſed p oppoſitas contrarie, ut patet 10. Metaph. hec.n. ſola inter dictas eſt oppoſitio realis q̃ exigitur in vera generis diuiſione. Diuiſio autem facta p tales differentias bimembris ſimpliciter non eſt, ſed quodammodo, ſunt ſiquidem ibi duæ differẽtiæ extremæ & multæ mediæ, ut patet in 10. Metaph. & inquantum media ad extrema reducuntur bimembris eſt diuiſio, inquãtum vero ab eis ſpecifice ſecundũ veritatem diſtinguuntur multimembris eſt, & quoniam via diuiſionis ſupradicta uenando aliquã partem generis non ſufficit excludere alterũ extremũ, ſed oportet excludere oĩa intermedia ſi ad alterum extremum neceſſitas conſequentiæ pertingere debet, ideo quantumcunque fiat vera diuiſio & per oppoſita non eſt clarus numerus partium, & conſequenter oportet ſupponere acceptas eſſe oẽs, ſi cõcluſio ſequi debet. Nec obſtat ꝙ non in omnibus ſimilitudo ſit inter diuiſionem & inductionẽ, quia ſ. inductio ſupponit hoc pp infinitatem particularium, diuiſio autem nõ pp hoc. Nõ.n. oportet ꝙ ſimilitudo teneat in oĩbus, ſed ſufficit ꝙ teneat in eo, quod fit aſſimilatio quod hic ſaluatur & vlterius ſaluatur hic ſimilitudo, quo ad cauſam proximã utriuſq. ſ. ignorantiam partium undecunque veniat. Si autem diuiſio fiat per differentias non veras, tunc fiet per oppoſita contradictorie, vel priuatiue, & tunc verificatur ꝙ mẽbra diuiſionis ſunt tantũ duo, ut patet cũ diuiditur ſubſtantia per corporeũ & incorporeũ, & aĩal per rõnale & irrationale, ſed talis diuiſio quoniã res logice potius diuidit quam ſm̃ naturas rerũ non eſt inſerenda huic negocio, qđ de arte demõſtratiua eſt, cuius uſus ex propriis rerũ neceſſario fit. Peccatum ergo tam in inductione quã in diuiſione accidit, qa vtrobique numerũ partiũ ignoramus, ita ꝙ dato ꝙ omnes partes aſſumeremus, ſi ex diuiſionis vi non conſtaret eas eſſe oẽs, peccatũ ẽt idem accideret ſicut & in inductione, & nihilominus petitio oĩb. aſſumptis ineuitabilis eſt in utraque, &c.

## Diſputat, quòd quod quid eſt neque eſt demonſtrabile per diffinitionem, neque per contrariũ, neque alio quouis modo. C.5.

*SEd an ne eſt demonſtrare ipſum quid eſt ſecundum ſubſtantiam ex ſuppoſitione aũt accipientem ipſum quidem quod quid erat eſſe, hoc, quod ẽ ex propriis in eo quod quid eſt, hae autem in eo quod quid ẽ ſola, & propriũ omne. hoc.n. eſt eſſe illi. An rurſus accepit quod quid erat eẽ, & in hoc, neceſſe.n. eſt per medium monſtrare. Amplius quemadmodum neque in ſyllogiſmo accipitur quid eſt ipſum ſyllogizare, ſemper.n. tota aut pars eſt propoſitio, ex quibus ſyllogiſmus, ita neque ipſum quod quid erat eſſe oportet ineſſe in ſyllogiſmo ſed ſeorſum hoc a poſitis eſſe, & ad dubitantem, ſi ſyllogizatum eſt, aut non occurrendum eſt quod. hoc.n. erat ſyllogiſmus, & ad illum, quod, non ipſum quid erat eſſe ſyllogizatum eſt, quod certe, hoc.n. poſitum fuit nobis ipſum quod quid erat eſſe, quare neceſſe ẽ & ſine quid eſt ſyllogiſmus, aut ipſum quod quid erat eſſe ſyllogizatum fuiſſe aliquid. Et ex ſuppoſitione monſtret, veluti ſi in malo ineſt diuiſibile eſſe: contrario autẽ hoc quod eſt contrarium, ineſſe quibuſcunque eſt aliquid contrarium, bonum autem malo eſt contrarium, & indiuiſibile diuiſibili eſt igitur bono ineſſe indiuiſibile eſſe. Hinc etenim accipiẽs ipſum quid erat eſſe mõſtrat, accepit aũt ad monſtrandum ipſum quod quid erat eſſe, alterũ tamen ſit in demonſtrationibus, nanque quod eſt hoc de hoc, ſed non ipſum, neque cuius eadẽm eſt ratio, & cõuertitur. Ad vtroſque vero, & ad monſtrantem ſecundum diuiſionem & ad ſic ſyllogizantem, eadem eſt dubitatio, propter quid homo eſt animal bipes, pedeſtre, ſed nõ animal et pedeſtre ex iis.n. quæ accipiuntur, nulla neceſſitas eſt vnum fieri quod predicatur, ſed quemadmodum homo idem eſſet, & muſicus & grammaticus. Quomodo igitur definiens monſtrabit ſubſtãtiam, aut ipſum quid ẽ, neque enim ſicut demonſtrans ex confeſſis eſſe manifeſtum faciet, quod neceſſe eſt illis exiſtentibus alterum quid eſſe, demonſtratio.n. hoc eſt, neque ſicut inducens per ſingularia cum manifeſta ſint, quod oẽ ſic eſt, eo quod nihil aliter eſt, non.n. quid eſt monſtrat, ſed quod aut eſt, aut non eſt, quis igitur aliꝰ modus reliquus, non.n. mõſtrabit utique ſenſu aut digito.* t 5

### Summa huius capituli hæc eſt.

QVod quid eſt non eſt demonſtrabile per diffinitionem ipſius qđ quid eſt ſeu diffinitionis probatur dupliciter, primo a priori, qm̃ & hic contingit acceptio principii in medio per qđ oportet mõſtrare, ſecundo a ſimili, qm̃ ſicut ſyllogizando non accipitur quid eſt ſyllogizare, quia ſemper tota, aut pars eſt ꝑmiſſa, ita in ſyllogizando quod quid eſt, non oportet eſſe quid ſit quod quid erat eſſe, & ſicut ſeorſum poſito quid eſt ſyllogiſmus ad hominem dubitantem utrum ſit ſyllo- 1.concluſio.

giza

gizatũ, an non, ex ipſa ſyllogiſmi ratione fit oſtenſio qm̃ hic erat ſyllogiſmus, ita ſeorſum habitis, quod quid eſt conditionibus & adhuc dubitantem an quod quid eſt, ſit ſyllogizatum, ex ipſius quod quid eſt diffinitione, oſtenſio fit, quod illud eſt quod quid erat eſſe.

2.concluſio. Quod quid eſt non eſt demonſtrabile, per contrarii quod quid eſt ſuppoſitionem v.g. contrariorum contraria ſunt quod quid erat eſſe, bonum & malum ſunt contraria, & ſimiliter diuiſibile & indiuiſibile, & mali quod quid eſt, eſt diuiſibile eſſe, ergo boni quod quid eſt, eſt indiuiſibile eſſe, probatur tripliciter a priori, primo quoniã & hic contingit accipere demonſtrando ſecundo qm̃ in demonſtrationibus licet ſit hic de hoc, non tamen ipſum neque cuius eſt ipſa ratio, & conuertitur medium eſt, ſed alterum oportet eſſe. tertio tam contra hunc proceſſum quam contra illum qui ſecundum diuiſionem demõſtrat quod quid eſt, qm̃ ſm prædictos modos inquirendum reſtat, propter quid eſt homo animal greſibile bipes, ſed non animal bipes probatur, quoniam ex acceptis nõ eſt neceſſe vnum fieri quod prædicatur.

cõcluſio corporalis: Quod quid eſt ergo nullo modo a diffiniẽte monſtrabitur. probatur inductiue, qm̃ neque ſicut ex certis & per ſe notis, qm̃ talis proceſſus eſt vera demonſtratio. & cum præmiſſæ ſint, neceſſarium eſt concluſionem eſſe, neque ſicut ex ſingularibus manifeſtis, ꝙ omnia ſimiliter ſe habeant, qm̃ ſic nõ demonſtratur quid eſt, ſed quod omne eſt aut non eſt, neque ſenſu aut digito, &c.

## Series autem hęc eſt.

Proſequens diſputatiuam inquiſitionẽ an quod quid ẽ demonſtrabile ſit, tria in hoc capitulo facit. primo vnica declarat concluſione ipſum eſſe demonſtrabile per diſfinitionem diffinitionis. Secundo ſecunda cõcluſione declarat ipſum non eſſe demonſtrabile per contrarii diffinitionẽ. Tertio vltima cõcluſione rõne generali declarat quod nullo modo eſt demonſtrabile, &c.

Mediũ quõ non conuertibile ſit cũ ſua paſſione. Circa ſecundam rõnem pro ſecſa concluſione dubitatiuncula quædã eſt, qm̃ ibi Ariſtoteles dicit quod mediũ in demonſtrationibus non dẽr eſſe id qđ conuertitur cũ paſſione ſeu concluſione, cum tamẽ conſtet, ꝙ in primo primæ, vbi fiunt demonſtrationes potiſſimæ, ſi paſſio cõcluditur de proprio ſubiecto, quod oportet medium & extrema conuertibiliter ſe conſequi.

Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ argumentum laborat in æquiuoco, qm̃ aliqua conuerti cõtingit dupliciter, vno mõ per adæquationem prædicationis, quia ſ. de quibuſcunq; prædicatur vnum & reliquum, & de hac conuertibilitate ſuperius habitus eſt ſermo alio modo per adæquationem probationis, ita qđ nõ magis vnum eſt efficax ad alterum probandum quam econuerſo, quia neutrum eſt cã alterius, & hoc modo loquimur hic de conuertibilitate. Tali enim modo ſe habẽt oppoſita quod quid eſt, quod non magis vnius quod quid eſt demõſtrat alterius quod quid eſt quam econuerſo, & tale genus mediorum demõſtrantibus proceſſus abiicit quoniam procedit ex cauſis,

## Quod quid eſt neque eſt demonſtrabile primo, neque cum ipſo an eſt, neque cum quid nominis. Cap. 6.

Tex. 7 & 32 *AMplius quomodo monſtrabit quod quid eſt homo, neceſſe eſt. n. ſcientem quid eſt homo, aut aliud quodcunque ſcire quod eſt, non eni. n. nullus nouit quod eſt ſed quid quidem ſignificat oratio, aut nomen, cum dixero hircocervus, quid autem eſt hircocervus impoſſibile eſt ſcire Veruntamen, ſi mõſtrabit quid eſt, & quod eſt, quomodo eadem ratione monſtrabit, definitio. n. vnumquid ſignificat, & demonſtratio, quid aũt eſt homo, & eſſe hominẽ, aliud eſt. Poſtea & per demonſtrationem dicimus neceſſarium eſſe monſtrari omne, quod eſt, niſi ſubſtantia ſit, ipſum vero eſſe nulli eſt ſubſtantia, nõ enim genus eſt ipſum ens, demonſtratio igitur erit quod eſt, quod & nunc faciũt ſcientiæ. Quid enim ſignificat triangulum, accipit Geometra, quod autem eſt monſtrat, quid igitur monſtrabit definiens quid eſt, aut triangulum? ſciens igitur aliquis definitione quid eſt, ſi eſt non, ſciet ſed impoſſibile eſt. Manifeſtum autem & ſecundum modos definitionum, qui nunc ſunt quod non monſtrãt definientes, quod eſt, nam etſi eſt ex medio æquale, ſed propter quid eſt ipſum definitum, & propter quid hoc eſt circulus quæritur, eſſet enim & definitionẽ orichalci dicere eſſe ipſum, neque enim quod poſſibile eſt eſſe quod dicitur, aſſignat definitiones neq; quod illud eſt, cuius dicunt eſſe diffinitionem, ſed ſemper licet dicere propter quid. Si igitur definiens monſtrat aut quid eſt aut quid ſignificat nomen (ſi non eſt vllo modo ipſius quid eſt) eſſet vtique definitio oratio, idem quod nomen ſignificans, ſed abſurdum, primum quidem. n. & non ſubſtantiarum eſſet vtique & non entium, ſignificare enim licet & non entia. Amplius omnes orationes definitiones vtique eſſent, eſſet enim nomen ponere cuiuſcunque orationi quare definitiones vtique, diſputaremus omnes, & Ilias definitio vtique eſſet. Amplius nulla ſcientia demonſtraret vtique quod hoc nomen quid ſignificat, neque definitiones igitur hoc aſſignant. Ex his igitur neque definitio & ſyllogiſmus videtur idem eſſe, neque eiuſdẽ ſyllogiſmus & definitio. Ad hæc autem quod definitio nihil demonſtrat neque monſtrat neque ipſum quid eſt neque diffinitione, neque demonſtione eſt cognoſcere.*

## Summa huius capituli hęc eſt.

1.concluſio. QVod quid eſt non eſt demonſtrabile. primo probatur a priori, quoniam non eſt primum ſcibile, quoniã impoſſibile eſt ſcire quid eſt homo, aut quodcunque aliud, niſi ſciatur, quia eſt, licet poſſit ſciri quid ſignificat nomen antequam ſciatur an ſit.

2.concluſio. Quod quid eſt non eſt demonſtrabile eadem demonſtratione cum ipſo an eſt, ſeu quia eſt, probatur tripliciter primo a priori, quoniam tam diffinibile quam demonſtrabile vnum aliquid eſt, quod quid eſt autem hominis, & hominem eſſe, altera ſunt, ſecundo etiam a priori quoniam cum neceſſarium ſit totum quod demonſtratur eſſe ly quia eſt, probatur hoc dupliciter primo, quoniã aliter oportet dicere quod eſſe ſit ſubſtantia rei, quod ẽ falſum, quoniam quod eſt, ſeu ens non eſt genus, ſecundo quoniam ſcientiæ hoc obſeruant, quid enim ſignificat triangulus accipit geometra, quod autem triangulus ſit demonſtrat. Tunc ſic, aut diffiniens monſtrabit, quia eſt, aut qd, nõ quia, ut patet, qm̃ hoc eſt totũ qđ cõcludit demonſtratio, neq; quid quoniam ſic ſciret aliquis quid eſt & neſciet ſi eſt, quod eſt impoſſibile. tertio exemplariter qm̃ ſm nunc modos terminorum nõ ſit manifeſtũ, quia eſt diffinitum, qm̃ adhuc reſtat inquirẽdum propter quid eſt id quod diffinitur, ut patet ex aſſignata rõne circuli, q̃ritur proter quid circulus eſt, & probatur hoc dupliciter primo, quoniam conuenit etiam montis æneí talem rõnem hr̃e, ſecundo quoniam cum diffinitio aſſignatur, neque dicitur illud eſſe, neque quod poſſibile ſit illud eſſe.

3.concluſio. Quod quid eſt non demonſtrabile aut ſcibile demonſtrando quid eſt, aut quid ſignificat nomẽ. probatur, qm̃ ſequeretur ex oppoſito concluſionis ꝙ diffinitio nihil aliud eſſet quã rõ interpretatiua nois, qđ eſt inconueniẽs, conſequentia patet, qm̃ ſi illius ſignificatũ non eſt ullo mõ qđ quid eſt, nõ differt diffinitio a rõne nois, falſitas aũt conſequentis probatur tripliciter, primo quoniã & non ſubſtantiarũ & non entiũ eſſet diffinitio, qm̃ iſta ſignificabilia ſunt. ſecundo, quoniam oẽs orões diffinitiones eſſent, qm̃ põt cuilibet vnum nomen imponi & ſic Ilias diffinitio eſſet. tertio, quoniam nulla ſcientia demõſtrat ꝙ hoc nomen, tale quod quid eſt ſignificat.

## Series autem hæc eſt.

INTENDENS diſputatiuæ inquiſitioni iã terminũ impo-

imponere tria in hoc capitulo facit, ſecundum tres cõcluſiones quas probat, quarum diſtinctio adeo clare patet in ſumma, ut addere non ſit opus, primam tamen concluſionem nõ aliter quam velut quoddam clarius ſuppoſitum ſecundæ ſeparauimus.

**Eſſe quomodo diſtinguatur ab eſſentia, & quõ ex eo quod ens non eſt genus, ens diſtinguatur ab eſſentia.**

Circa ſecundam rationem pro ſecunda concluſione notanda occurrunt duo, primum eſt, ꝙ hoc in loco expreſſe Ariſt. dicit, quod eſſe non eſt ipſa eſſentia rei, quod eſt maximum fundamentum doctrinæ S. Th. Secũdum eſt, ꝙ Ariſtoteles facit hanc conſequentiã, ens non eſt genus, ergo eſſe non eſt ſubſtantia rei. illud enim aſſumit pro medio ad hoc concludendum. Hæc aũt conſequentia non aliter tenet, niſi eſſe diſtinctũ a ſubſtãtia ſignificetur per ly ens, & valeat iſta alia conſequentia ens eſt prędicatũ quidditatiuũ ergo eſt genus, quodcunque enim iſtorum negetur, conſequentia non tenet, & ratio Ariſtotelis non eſt ſufficiens.

Ad euidentiã primi ſciendũ eſt, ꝙ radix iſtarũ conſequẽtiarũ, quæ ex hoc loco ab Ariſt. habentur ſcilicet eſſe ẽ ſubſtantia rei, ergo ens ẽ genus, & ens nõ ẽ genus, ergo eſſe nõ eſt ſubſtãtia rei, eſt locus a ſignificato formali ad nomen cuius eſt ſignificatum, & ſimile eſt ac ſi diceretur ſenſibilitas eſt de ſubſtãtia hoĩs, ergo aĩal eſt hoĩs genus, & negatiue animal nõ ẽ genus hoĩs, ergo ſenſibilitas nõ eſt de eſſentia hoĩs. Si quis ergo negat, ens importat ipſũ eſſe, non hẽt vnde deducat conſequentiã Ariſtotelis, hoc ſiquidem negato tñ valet illa conſequẽtia, quantitas nõ eſt genus hoĩs, ergo eſſe non eſt ſubſtantia hoĩs, ſicut iſta ens non eſt genus hoĩs, ergo eſſe non eſt ſubſtantia hoĩs parem enim eſſe de vtraque rõnẽ ex eo conuincitur quia nec quantitas, nec ens ipſum eſſe ſignificat ſm iſtam opinionem. Conſtat aũt ꝙ prima nihil valet, ergo nec ſufficit ad hoc euadendum dicere & ideo non eſt par ratio, quia entis nomen ſumitur ab ipſo eſſe, non aũt quantitatis nomen, nihil. n. refert a quo nomen ſumptũ ſit, aut impoſitionis initium ſumpſit, ad hoc ꝙ ſit vel nõ ſit genus alicuius, ſi illud a quo ſumptũ eſt, non importetur. non. n. lapis extra ſpẽs corporis annummeratur, ppea ꝙ ab accidente (læſione pedis) nominis impoſitionẽ hẽt eſſe & c. ſignificatũ ergo intueri oportet & ſufficit in huiuſmodi.

Vide commen. auctoris ſuper de ente & eſſẽtia c. 4. circa medium.

in d. q. 1. & 3. di. 8. q. 2.

Ad euidentiã aũt ſecundi aduertendũ eſt, ꝙ ſi quis diceret ens eſſe pdicatũ quidditatiuũ cõis oĩbus generib. ſicut Scot. tenet, iſta conſequẽtia nihil valeret, eſſe eſt de ſubſtantia rei, ergo ens eſt genus & ſimiliter iſta, ens non eſt genus, ergo eſſe non eſt de ſubſtantia rei. Dicetur. n. ad utranq; ꝙ ſtat ens eſſe prædicatũ quidditatiuũ & nõ eſſe genus, & ppea nõ eſſe opus, ꝙ ſignificatũ eius quodcunq; ſit illud, eſt de ſubſtantia rei, ꝙ ipſum ens ſit genus ut inferebat prima conſequentia vtens eſſe pro eius ſignificato, & ſimiliter ſi ipſum non eſt genus non eſt opus ſignificatum eius non eſſe de ſubſtantia rei, ut inferebat ſcd'a conſequentia. Quia igitur ſcd'm hanc opinionẽ nulla remanet via probandi conſequentias iſtas, q Ariſtotelis ſunt, licet non probatæ ab eo hic, oportet alterum duorũ eligere, aut ꝙ conſequentiæ iſtæ non tenẽt ſcd'm veritatẽ, aut ꝙ opinio illa eſt chimerica, primũ dicere eſt cõtradicere principi philoſophorũ quia licet hic diſputatiue loquatur, tñ cũ inferius examinare ſe fateatur quid bene & qd male dictũ ſit, & nuſq̃ inueniatur inferius hoc reprobaſſe, imo hinc fauet dicendis, & conſonũ ẽ aliis locis doctrinæ ſuæ, auctoritatis ſuæ robur retinet, eſt præterea hoc aſſerere, contradicere antiquis expoſitorib. qm̃ nullus eas inficiatus eſt, fatendum ergo potius imaginationẽ illã Scoticã ocioſam fuiſſe, & cõtrariã uiæ peripateticæ ſiue accepte tur ens ſignificare eſſe, ſiue nõ, ut ex dictis patet, qm̃ eſſe prædicatũ quidditatiuũ, & ens eſſe genus conuertibiliter ſe ſequi, oportet Ariſtoteli attribuere, ſi rõ ſua concludit, & c. Nec turberis ſi cũ his oĩbus, adhuc conſequentia nõ ſit formalis, qm̃ non valet a eſt de ſubſtantia, b, ergo nomẽ formaliter ſignificans a, ẽ genus b, ſtat. n. ꝙ illud ſit dr̃ia eſſentialis ipſis b, pp hoc inquã nõ turberis, neq; declines a ſupradictis, qm̃ gratia materiæ optima fuit conſequentia Ariſtotelis, ens nanq; eſſe dr̃iam rerũ ad mentes hoĩum non aſcendit, pp eius proximã cõitatẽ, eſſe vero genus dubitabile eſt, & iõ non fuit opus ut ſollicitaretur circa vim ſuæ rõnis, fatuum nãque eſt ſolicitũ eſſe de obiectionib. inopinabilib. Sed de his alibi longior habendus eſt ſermo, nũc aũt hæc ad declarationem textus ne ieiuni oĩno tranſiremus dicta ſint, eſt igitur ſm ueritatẽ rõ Ariſ. qua probat eſſe nõ eſſe de ſubſtantia rei, quia ens ſignificat ipſum eſſe, & non ẽ genus, & conſequenter nõ eſt prædicatũ quidditatiuũ. Ex his. n. immediate ſequitur, quod eſſe eſt extra eſſentiam rei per locũ a nomine eius ſignificatum, & c.

**Num diffinitio diſtinguatur a medio, & num dicat diffinitum eſſe vel poſſibile eſſe.**

Circa tertiã rõnem pro eadẽ concluſione occurrunt duo dubia, primũ eſt, qm̃ Ariſ. dicit ꝙ habita diffinitione circuli adhuc reſtat inquirẽdũ pp quid circulus eſt, & tñ ſuperius dictum eſt ꝙ mediũ ad concludendũ ſi eſt, diffinitio eſt. Secundũ eſt, qm̃ dicit ꝙ diffinitio neq; dicit diffinitũ eſſe, neque poſſibile eſſe, & tamẽ cõſtat ꝙ diffinitio cũ dicat eſſentiã rei non chimericã nõ dicit impoſſibile eſſe, ſed poſſibile eſſe, licet non dicat illud eſſe & c. Ad hęc breuiter dr̃. Et ad primũ quidẽ tripliciter, primo ꝙ illud nunc dictũ verificatur de diffinitione dicente quid tm̃, id vero, ꝙ ſuperius diximus verificatur de diffinitione dicente quid, & pp quid, & hoc denotauit per ly ſm nunc modos terminorũ. Scd'o dr̃, ꝙ hoc verificatur de diffinitione dicẽte quid, per modũ quid noĩs, illud vero de diffinitione dicẽte quid ſub rõne quid rei, & hoc inſinuauit per ly eſſet utique, & montis enei dicere ipſam & c. Tertio põt hoc verificari, ut ſupra diximus, de diffinitionẽ dicente quod quid eſt abſolute ſumpta, illud vero de eadem accepta cũ ſuppõne ordinis uniuerſi, ad ſm vero dubium dr̃ primo quod nulla diffinitio dicit eẽ aut poſſe eſſe formaliter, & hoc intendebat Ariſ. licet aliqua dicat poſſe eſſe fundamentaliter, ut obiectio probat. Dr̃ ſecundo conformiter ad expoſitiones inductas, ꝙ ſermo mõ eſt de diffinitionibus dicentib. quod quid ualde remote, & ideo non eſt mirum ſi nec formaliter, nec fundamentaliter dicunt eſſe, uel poſſe eſſe ſufficienter.

ſupra. t. c. t. infra. t. c. 4.

**Diffinitio quid nominis & quid rei, quid ſignificet, & quomodo diſtinguantur.**

Circa tertiã concluſionẽ aduerte primo ꝙ diffinitio quid noĩs ita differt a diffinitione quid rei ſicut ipſum quid noĩs differt a quid rei, hæc aũt duo quid, ut in primo & alibi declarauim', ex hoc differũt ꝙ alterũ ẽ rei ſignificatę quidditas, alterum quidditas ipſius noĩs cuius rõ in ſignificatione cõſiſtit. Et ppea diffinitio quid noĩs nihil aliud eſt quã noĩs interpretatio, diffinitio aũt quid rei eſt eſſẽtialiũ ipſius rei explicatiua nro, unde & ſi vtraque diffinitio explicet quid per nomẽ importatur, illa tñ noĩs ſignificationẽ declarando, iſta aũt rẽ ſignificatã diſtinctã dilucidando a prima potentia vſque ad ultimum actũ, & iõ inquit Ariſ. ꝙ ſi noĩe non ſignificetur eſſentia aliqua, vel declaratio noĩs non explicet eſſentiã aliquã diffinitio. i. diffinitio qd rei, q̃ ſimpliciter uocatur diffinitio, nõ differt a rõne noĩs. Aduertendũ, ſcd'o ꝙ ex hoc loco hẽtur ꝙ quid noĩs non debetur cõplexis (ut ſit) ſed & cõplexa ad incõplexionis formã ducuntur, dũ aliquod nomẽ toti cõplexo imponitur, ut hiſtorię Troianę, Ilias. inquit. n. Ariſ. hic volens probare oẽs orõnes eſſe diffinitiones quod eis nomen aliquod imponi poſſet, ut Ilias, & ſic oratio interpretans illud nomen eſſet diffinitio ſicut & eſſet ratione nominis. Et ex hoc confirmantur ea quæ in primo capitulo primi diximus.

Cap. 1. in de ente & eſſẽtia in prin. circa finem.

Circa

Annot. Circa totam habitam diſputationem a ſcđo cap. hucuſque Notandum eſt quod Ariſtoteles propoſita quatuor, fideliter executus eſt, licet primum & ſecundum ſimul diſputauerit & ſubtili diſcurſu cunctos perträſiit modos, quibus quod quid eſt demõſtrari aut introduci poſſit. Septem nanque modos adduxit, quibus quod quid eſt imaginatur induci. ſ. per veram demõſtrationem, per diuiſionem per artem diffinitiuã, per oppoſitũ, per inductionẽ, per admiſtionem cũ ſi eſt, ſeu quia eſt, & per quid nominis, ut patet ex dictis; præter hos enim modos non facile eſt octauum inuenire, ad ueritatis ergo deciſionem properandum eſt, &c.

## Quomodo tam quod quid eſt, quã diffinitio ſe habeat ad demonſtrationem. C. 7.

*ITerum autem conſiderandum quid horum dicitur bene & quid non bene, & quid eſt definitio, & ipſius quid eſt nunquid quodammodo eſt demonſtratio & diſfinitio, aut nullo modo. Quoniam autem eſt vt diximus idẽ ſcire quid eſt, & ſcire cauſam ipſius ſi eſt. Ratio autem huius quod eſt aliqua cauſa, & hæc, aut eadem, aut alia, & ſi ſit alia, aut demonſtrabilis, aut indemonſtrabilis, ſi igitur eſt alia & contingit demonſtrare, neceſſe eſt medium eſſe cauſam, & in prima figura monſtrari; vniuerſale nanque eſt & prædicatiuum quod monſtratur. Vnus igitur modus eſſet vtique qui nunc exquiſitus eſt, per aliud ipſum quid eſt monſtrari, ipſorum nanque quid eſt neceſſe eſt medium eſſe quid eſt, & propriorum, proprium quare hoc quidem monſtrabit illud vero non monſtrabit ipſorum quid erat eſſe eidem rei. Hic igitur modus, quod non ſit vtique demonſtratio, dictum eſt prius, ſed eſt logicus ſyllogiſmus ipſius quid eſt. Quo autem modo contingit, dicamus aggredientes curſus a principio; quemadmodum. n. propter quid quærimus habentes quod, nonnunquam vero & ſimul manifeſta fiunt, ſed non prius vtique propter quid poſſibile eſt cognoſcere, quam quod, manifeſtum eſt, quod cõſimiliter & ipſum quid erat eſſe nõ ſine ipſo quod eſt, impoſſibile eſt enim ſcire quod id ignorantes ſi eſt, ipſum vero ſi eſt aliquando quidem ſecundum accidens habemus, aliquando autem habentes aliquid ipſius rei, ut tonitruum, quod ſonus eſt quidam nubium, & defectũ quod eſt priuatio quædam luminis, & hominem quod animal quoddam eſt, & animã, quod eſt ipſum ſeipſum mouẽs: quæcunque igitur ſm accidens nouimus quod ſunt, neceſſariũ eſt nullo modo ſe habere ad ipſum quid eſt, neque. n. quod eſt ſcimus, quærere autem quid eſt, non habentes quod eſt nihil quærere eſt de quibuſcunque autem habemus aliquid facilius, quare ut habemus, quod eſt ita nos habemus, & ad ipſum quid eſt. Quorum habemus aliquid ipſius quid eſt ſit primum quidem ſic, defectus in quo a, Luna in quo c, obſtructio terræ in quo b, vtrum igitur deficit, aut nõ? quærere eſt an b, ſit, aut nõ? hoc autem nihil differt quærere quã ſi eſt ratio ipſius, & ſi ſit hoc & illud dicimus eſſe. Aut vtrius contradictionis eſt ratio, utrum, habendi duos rectos, aut non habendi? quando autẽ inuenerimus ſimul ipſum quod, & ipſum propter quid nouimus ſi per media ſit, ſi autem non ipſum quod nouimus propter quid vero non; ſit igitur Luna c, defectus a, in plenilunio vmbram non poſſe facere, nullo inter nos exiſtente manifeſto, in quo b, ſi igitur ipſi c, ineſt b, quod ẽ nõ poſſe vmbram facere, cum nullus noſtrum in medio ſit: huic autem ipſum a quod eſt deficere quod quidem deficit, planum, propter quid autem, nondum, & quod quidem defectus eſt nouimus, quid vero eſt, non nouimus, cum autem planũ fuerit quod a ipſi c, ineſt, ſed propter quid ineſt quærere ipſum b, quidem eſt utrum obſtructio, aut cõuerſio Lunæ, aut extinctio luminis, hoc autem eſt ratio alterius extremi, vt in his ipſius a, eſt. n. defectus obiectio terræ, quid eſt tonitrus ignis extinctio in nube, propter quid tonat eo quod extinguitur ignis in nube, ſit nubes c, tonitrus, a, extinctio ignis b, ipſi utique c, nubi ineſt b, extinguitur enim in ipſa ignis: huic autem a, ſonus, & eſt b, vtique ratio ipſius a primi extremi, ſi vero curſus huius aliud medium ſit ex reliquis erit rationibus. Qualiter igitur accipitur ipſum quid eſt & ſit notum dictum eſt. Quare ſyllogiſmus quidem ipſius quid eſt non ſit neque demonſtratio, planum eſt tamen per ſyllogiſmum & per demonſtrationem, quare neque ſine demonſtratione eſt cognoſcere ipſum quid eſt, cuius eſt cauſa alia neque eſt demonſtratio ipſius, quemadmodum & in dubitationibus diximus. Eſt autem horum quidem altera quadam cauſa, illorum vero non eſt; quare planum, quod & ipſorum quid eſt alia quidem immediata & principia ſunt, quæ & eſſe & quid eſt ſupponi oportet, aut alio modo manifeſta facere, quod Arithmeticus facit, etenim quid eſt vnitatem ſupponit, & quod eſt. Habentium autem medium, & quorum eſt aliqua altera cauſa ſubſtantia, eſt per demonſtrationem, quemadmodum diximus, oſtendere non ipſum quid eſt demõſtrãtes: diffinitio autem quoniam eſt oratio ipſius quid eſt manifeſtum eſt quod aliqua quidem erit oratio quid ſignificat nomen, aut oratio altera nominalis, ut quid ſignificat quid eſt, ſecundum quod triangulus, cuius habentes quod eſt, quærimus propter quid eſt; difficile eſt autem ita accipere, quæ non nouimus quod ſunt, cauſa vero dicta eſt prius difficultatis, quoniam neque ſi ſunt, aut non, nouimus, niſi ſecũdum accidens. Oratio autem vna dupliciter eſt, hæc quidem coniunctione, vt Ilias, illa vero vnum de vno ſignificans non ſecundũ accidens vna quidẽ definitio eſt deffinitionis, quæ dicta fuit. Alia autem eſt definitio, oratio ſignificans propter quid eſt, quare prior quidem ſignificat quidem, monſtrat autem non poſterior vero, manifeſtum eſt quod erit tanquam demonſtratio ipſius quid eſt poſitione differens a demonſtratione, differt enim dicere, propter quid tonat, & quid eſt tonitrus, dicet enim hic quidem, quoniam extinguitur ignis in nubibus, quid autem eſt tonitrus ſonus ignis, qui extinguitur in nubibus, quare eadem oratio alio modo dicitur, & ſic quidẽ demõſtratio cõtinua, ſic aũt definitio, amplius definitio tonitrus eſt ſonus in nubibus; hoc autem eſt ipſius quid eſt demonſtrationis concluſio, immediatorum autem definitio poſitio eſt ipſius quid eſt indemonſtrabilis. Eſt igitur definitio, vna quidem oratio ipſius quid eſt indemonſtrabilis, vna vero, ſyllogiſmus ipſius quid eſt caſu differens a demonſtratione, tertia autem demõſtrationis ipſius quid eſt concluſio. Manifeſtum igitur ex dictis, & quomodo eſt ipſius quid eſt demonſtratio, & quomodo non eſt, & quorum eſt & quorum non eſt. Amplius autẽ definitio quot modis dicitur, & quomodo ipſum quid eſt monſtratur, & quomodo non, & quorum eſt, & quorum non. Amplius autem ad demonſtrationem quomodo ſe habet, & quomodo contingit eiuſdem eſſe, & quomodo non contingit.* Com. 35.

## Summa huius capituli hæc eſt.

ITerum ſpeculandum eſt quid ſupradictorum bene, & quid non bene, & quid diffinitio & nunquid ipſius qđ quid eſt ſit demonſtratio, aut diffinitio, aut nullo modo &c. Propoſitio.

Quod quid eſt oſtendi poteſt per aliud quod quid eſt eiuſdem rei, ſyllogiſmo tamen logico, non demonſtratiuo. Probatur primo ſic ſcientialiter cauſa eſſendi poteſt ſciri per aliam eiuſdẽ rei cauſam, ergo quod quid eſt poteſt oſtendi per aliud, probatio conſequentiæ, ſcire cauſam quæſtionis ſi eſt, eſt ſcire quid eſt. probatur, quoniã cauſa eſſendi aut eſt eadẽ ipſi quod quid eſt, & habetur intentum, aut alia, & tunc aut per eam res eſt monſtrabilis, aut non, ſi non, abiicitur, ſi autem eſt alia & potens demonſtrare, tũc oportet ꝙ ipſa fiat medium in primo primæ, quoniam uniuerſale & prædicatiuũ eſt, quod demõſtratur, hoc autem facto, conſtat ex cauſa illa extrin- 1. concluſio

ſeca confectũ eſſe vnũ quid medium ad aliud quid &c. & ſic patet vtrunque.ſ.aſſumptum,ꝙ idem eſt ſcire quid & cauſam eſſendi,& conſequentia.ſ.quod ex hoc vnum quid demonſtratur per aliud quid ſecundo,quoniam medium ipſius quod quid eſt , neceſſarium eſt eſſe quod quid eſt,ſicut & propriũ proprium.

Corm. Eiuſdem rei plurium quod quid eſt,hoc demõſtrabit, illud autem non.

2.concluſio. Quod quid eſt non eſt demonſtrabile ſicut & opponẽdo diximus.Quod quid eſt tamen cuius eſt cauſa alia,manifeſtum per demonſtrationem. declaratur & probatur hęc concluſio quo ad ſecundam partem quinque propoſitionibus.

prima. Propoſitio. Sicut quandoque quia ante propter quid habetur, & quandoque vtrunque ſimul & nũquam propter quid ante,quia,ſic ſimiliter quid nunquã ante quia habetur, quoniam impoſſibile eſt ſcire quid eſt ignorando ſi eſt.

Secunda. Quemadmodum habemus ad quia,ſic habemus & ad quod quid eſt.Declaratur,quoniã ſi eſt dupliciter ſcitur uno modo ſm accidens,alio modo per quid ipſius rei,vt tonitrui,qm̃ ſonus quidam nebularum eſt &c. quorum primo modo ſcitur,quia ſunt,nullo mõ habemus quid, quoniam nec quia ſunt ſcitur, & quærere quid, non habendo quia,eſt quærere nihil,quorum aũt habetur quia facile eſt quid.

Tertia. Cum quia per proprium medium quæritur ſeu demõſtratur,nihil differt quęrere vtrum paſſio inſit, & nunqd medium ſit,& ſi ratio ipſius paſſionis quoniam ſi eſt tale medium paſſionẽ eſſe dicimus,& inueniẽdo ſimul ſcimus quia & propter quid.Declaratur in terminis generalibus a,primo,c,tertio & b,medio,applicatis ad eclipſim, lunam,& oppoſitionem terræ,&c.

Quarta. Cum quia non per proprium medium ſcitur , quia eſt cognoſcimus,ſed neſcimus ꝓpter quid & neſcimus qd. Declaratur in terminis a,primo,c,tertio,b,medio,applicatis ad eclipſim,lunam,& lunam plenam non poſſe vmbram facere,&c.

Quinta. Cum ſolum quia manifeſtum eſt,quærere propter qd eſt quærere quid primi termini.declaratur primo in lunæ eclipſi,an p p obiectionem,aut cõuerſionẽ,aut extinctionem,& in nubis tonitruo,an propter extinctionẽ ignis, & ordinãt in terminis,a,primo,c,tertio,& b,medio applicatis ad tonitruũ.ſeu ſonũ,nubẽ, & extinctionem ignis.

Si quod quid eſt primi termini aliud medium eſt , ex

Reſponſio tacitæ qõnĩ. reliquis erit rationibus.

Ex his deducitur facile cõcluſio principalis.ſ.qđ quid eſt paſſionis,eſt per demonſtrationem manifeſtum, qm̃ tale quid eſt p p quid,vt patet ex quinta propoſitione & in tali proceſſu ſimul ſcimus quia & propter quid,ut patet ex tertia propoſitione cum quarta & antecedentibus.

Reſponſio principalis. Ipſorum quod quid eſt,alia ſine medio & principia ſunt,vt quod quid eſt ſubiectorum alia habẽt medium,illa aũt ſupponuntur,aut alio modo quam per demonſtrationem manifeſtatur,vt patet in Arithmetica.iſta p demonſtrationem,vt dictum eſt,oſtenduntur.probatio diuiſionis & omnium,quoniam quorundam eſt altera cauſa quorundam autem non,&c.

3.concluſio reſponſiua. Diffinitionum vna eſt rõ ipſius quod quid eſt indemõſtrabilis,ut dicens quid ſubiecti:alia non eſt ſyllogiſmus ipſius quid caſu differẽs a demõſtratione,vt paſſionis dicens quid & propter quid.Tertia autẽ eſt ipſius quid eſt concluſio,ut dicens quid paſſionis. Declaratur proceſſu diuiſiuo & probatiuo ſic.

Corm. Diffinitio eſt ratio ipſius qood quid eſt.

Alia ergo ratio eſt,tam ratio eius quod ſignificat no-

Diuiſio differentiæ inter diffinitionem & alias rationes. men,quã ratio numina altera ponens .probatur cõſequẽtia,qm̃ has habemus quia eſt inquirẽtes quid & propter quid,cum difficultate,quoniam,neque ſi eſt,neque ſi nõ eſt ſcimus per eas niſi ſecundum accidens.

Ratio eſt vna dupliciter,uno modo coniunctione, ut Ilias,alio modo vt unum de vno oſtendens non ſecundum accidens.

Diſfinitio eſt ratio demonſtrans propter quid eſt. Dĩa inter membra diuiſionis.

Prima diſfinitio,quod quid eſt ſignificat , ſed non demonſtrat.ſecunda vero eſt demonſtratio quod quid eſt, poſitione differens a demonſtratione. Declaratur utraq; pars huius vltimi, quoniam ſic differt quærere p p quid tonat,& quid eſt tonitruum,probatur,quoniam illi rñdetur propter extinctionem ignis in nubibus , iſti aũt ſonus extincti ignis in nubibus,vbi manifeſte eadem ratio alio modo dicitur,ille quidem vt continua demonſtratio,hic vero ut diffinitio.

Subdiuiſio primi mebri. Diſtinitio quædam eſt ſignificans quid eſt paſſionis, vt ſonus tonitrui,& hæc eſt demonſtrationis concluſio.

Diffinitio quædam eſt immediatorum ſignificans qd ut diſfinitio ſubiecti,& hæc eſt indemonſtrabilis &c.

Ex his clare patet concluſio reſponſiua trimẽbris &c.

## Series autem hęc eſt.

Diſputatione cõpleta veritatem determinaturus tria facit in hoc capitulo,poſtquam dicẽda propoſuit .primo determinat quomodo quod quid eſt poſſit concludi ſyllogiſtice,vnica concluſione cum correlario. ſecundo determinat qũo quod quid eſt poſſit haberi per demõſtrationem,licet non poſit demonſtrari & hoc in ſecũda cõcluſione declarata ex quinque propoſitionibus adiũctis. Quadam reſponſione ad tacitam dubitationem ſubiuncta,& appoſita poſt diuiſionem determinatiuã principalis reſpõſionis &c.tertia determinat qũo diſfinitio ad demonſtrationem ſe habeat,& hoc in tertia concluſione declarata per ſubditas diuiſiones,ut patet in ſumma.

### Quidam facilis modus concludendi quod quid eſt.

T.c.5. Circa primam concluſionem aduertendum eſt,quod modus hic traditur ab Ariſtotele concludendi qđ quid eſt,ille eſt quem exercuit in principio primi,quãdo quid eſt demonſtrationis inueſtigauit ibi, ſiquidem accepit primo cauſam extrinſecam eſſendi ipſius demonſtrationis,accepit enim cãm eius finalẽ.ſ.ſcire propter quod neceſſe eſt demõſtrationem eſſe,& illam cauſam mediũ fecit,conficiendo penes ipſam quandam diffinitionẽ demonſtrationis,aſſumpſit.n.ꝙ demonſtratio eſt ſyllogiſmus ſaciens ſcire,& ex tali medio,quid ſit demonſtratio concluſit.unde dixit.Si ſcire eſt ut poſuimus, neceſſe eſt demonſtrationẽ eſſe ex primis veris &c.non.n.ſaciet ſciẽtiam &c.ſimili modo proceditur in exemplo aſſignato a S.Th.in litera ad concludendum quod quid eſt virtutis, & eſt ſatis facilis inueſtigationis modus, quoniam ſi finis aſſumatur in medium nihil aliud eſt concludere , quod quid eſt,quam ex ipſo fine deducere conditiones neceſſarias eius quod eſt propter illum finem &c. Si autem efficiens aſſumatur in medium concludere quod quid eſt, nihil aliud erit quam deducere ex agente conditiones effectus;utrunque autem horum non multo labore eget, quia ex ipſa finis ratione,quale ſit medium neceſſarium ad illum aſſequendum habetur,& ex ipſa forma agentis ſimilis illi effectus cognoſcitur,quod ſi cauſa formalis ꝓ medio aſſumeretur,facillimum eſſet quod quid eſt materiale concludere,quoniam forma materię ratio eſt &c. Hic eſt ergo unus facilis modus concludendi quod quid eſt,de eo cuius eſt.

### Quomodo & qua de cauſa ſyllogiſmo nõ demonſtratiuo, ſed logico vnum quod quid eſt demonſtretur per aliud.

Circa eiuſdem concluſionis ſecũdam partem,qua dicitur ſyllogiſmo tamen logico,non demonſtratiuo.Dubitatur tum de veritate eius , tum de cauſa eiuſdem.De veritate quidem illius dubitatur, quoniã ſupradictus proceſſus demonſtratiuus uidetur & non logicus, quoniam procedit ex neceſſariis & per ſe,& ſecundum quod ipſum,&c.in minori enim prædicatur diffinitio de diffinito,& in maiori proprius effectus de propria cau-

ſa conuertibili &c. De cauſa autem maior inſurgit dubitatio, quoniam in textu dicitur quod talem proceſſum demonſtratiuum non eſſe, dictũ eſt prius, nuſq̃ aũt inuenitur in omnib. præcedentib. hoc dictũ eſſe, niſi in

Tex.c.3.

cap.3. huius ſecundi, vbi dictum eſt, ꝙ diſcurſus concludens quod quid eſt, per quod quid eſt, non demonſtratiuus, quia petit probandum. Cauſa ergo ſecundum Ariſtotelem quare iſte proceſſus de quo nunc agitur non eſt demonſtratiuus ẽ, quia petit, hoc autem eſt falſum, quoniã in iſto proceſſu non eſt idem quod quid eſt cõcluſum & aſſumptum, ſed ſunt duo quod quid eſt diſtincta ſecundum diuerſa genera cauſarum, & vnum accipitur, & alterum concluditur, non ergo interuenit petitio.

Amplius ſi propter vitiũ petitionis talis ſyllogiſmus demonſtratio non eſt, cum tale vitium etiam ſyllogiſmo

Cap. 11.

topico opponatur, ut patet in 8. topicorũ, ſequetur ꝙ nec erit logicus, nec demõſtratiuus talis ſyllogiſmus &c. Cã quoque quam aſſignat S. Th. nõ minus habet dubitationis, ait.n. ꝙ ideo tali diſcurſu logice & non demonſtratiue ipſum quod quid eſt concluditur, quoniam non ſufficienter per hoc probatur, quod id, quod concluditur, ſit quod quid eſt illius rei, de qua concluditur, ſed ſolum ꝙ inſit ei &c. Dubium enim remanet iuxta hoc quare tali proceſſu non ſufficienter concluditur quod quid eſt, probatum eſt ſiquidem in c. 3. quod ſi primum ſit quod quid eſt medii, & medium tertii, neceſſario ſequitur primum eſſe quod quid eſt tertii &c.

Ad hoc dubium quo ad primam partẽ facile dicitur, ꝙ Ariſt. non negat hunc proceſſum eſſe demonſtratiuum, ſed eſſe demonſtratiuum quod quid eſt. Vnde idem proceſſus erit demonſtratiuus, & logicus, diuerſis rationibus. Topicus quidem quantum ad vim probãdi ipſum quod quid eſt (vt ſic) ſeu formaliter, ut ſuperius declaratũ fuit. Demõſtratiuus autem quantum ad vim probandi quod primũ inſit tertio: habetur enim ex tali diſcurſu, ui, vt ꝙ maior extremitas ineſt neceſſario minori, ſed quod ſit eius quod quid eſt.

Cap.3.

Ad ea vero, quæ obiiciuntur in ſecũda parte dubii, difficile eſt ſufficienter dicere; dicitur enim primo quod illa verba Ariſtotelis, hic quidem igitur modus quod non ſit demonſtratio, dictum eſt prius, poſſunt dupliciter intelligi. Vno modo vt (ly hic) demonſtret, nunc dictum proceſſum in ſpecie. Alio modo vt demonſtret dictum proceſſum quo ad genus ſeu in genere. Primo modo ſenſus eſt iſte, diſcurſus probans quod quid eſt ſumptum ab vno genere cauſæ per aliud, ẽ quod quid ſumptũ ab alio genere cauſę dictum eſt, quod non eſt demonſtratio. Secundo modo ſenſus eſt diſcurſus probans, quod quid eſt, per quod quid eſt, dictum eſt quod non eſt demonſtratio. Si primo modo intelligatur, ſic poteſt textus dupliciter exponi primo ſic, hic diſcurſus probans, quid ſecundũ unum genus cauſæ, per quid ſecundum alteram cauſam, dictũ eſt quod non eſt demonſtratio, q̃m dictũ eſt in c. 3. qđ q̃rẽs quid, ſi aſſumat quid, petit. licet.n. alterũ quid aſſumat, & alterũ cõcludat, quia tñ non q̃ritur hoc vel illud quid huius, ſed quæritur ſimpliciter quod quid eſt huius, ideo petitur, vt ibidem in ſecunda reſponſione declaratum eſt. Et in hoc loco Boetium confirmantem inueniri. Erit ergo ſecundum illam expoſitionem ſyllogiſmus nõ demõſtratiuus quod quid eſt ſimpliciter, q̃a ſumit qđ quid eſt, erit autem logicus, quia aliquod aliquo modo quod quid eſt habetur ex hoc &c. Secundo poteſt exponi ſic, hic diſcurſus &c. dictum eſt quod non eſt demonſtratio ipſius quod quid eſt, quoniam dictum eſt in c. 3. quod diſcurſus demonſtratiuus quod quid eſt, oportet ꝙ ſit ex terminis talibus, quod primũ ſit quod quid eſt medii, & medium vltimi, & quod altero prædictorum deficiente non concluditur quod quid eſt. In hoc autem nũc dicto diſcurſu, primum non eſt quod quid eſt medii, licet ſit quod quid eſt ultimi, & ideo proceſſus ille non demonſtratiuus quod quid eſt, ſecundum illam expoſitionem, ideo diſcurſus iſte non demonſtratiuus dicitur, quia conditio ſupradicta neceſſaria ad demonſtrationẽ quod quid eſt, deficit, & non ideo, quia petat. logicus autem dicitur, quia ex hoc probabiliter quod quid eſt coniectamus, & eſt hæc expoſitio non ſolum S. Th. valde conſonis, ſed Ariſtotelis menti multum conſentanea.

Si autem ſecundo modo intelligatur, vt ſcilicet ly hic, demonſtret hunc modum in genere. Tunc textus ſic exponitur, diſcurſus iſte. ſ. quod quid eſt, per quod quid eſt probans, dictum eſt quod non eſt demonſtratio, quoniã in c. 3. oſtenſum eſt, quod proceſſus a quod quid eſt in qđ quid eſt ſimpliciter loquendo & non de tali quod quid ẽ ad tale, proceſſus demonſtratiuus non eſt, quia petit. ꝓpterea, quia quod quid eſt non eſt qđ quid eſt, niſi ſ m nominum interpretationem (vt ibi declarauimus in tertia expõne) & conſequenter diſcurſus iſte de quo nũc agitur, q̃m ex tali qđ quid eſt, tale qđ quid eſt cõcludit, demonſtratiuus non eſt ipſius qđ quid eſt, & ſic ſm hanc expõnem, iõ diſcurſus iſte nõ ẽ demõſtratiuus, quia nõ eſt ille, qui in tertio capitulo compoſitus fuit, quem etiam demõſtratiuum non eſſe, dictum eſt, quia petit, quoniam ab eodem ad idem procedit. Et ex hoc ſequitur principale intentum, ſcilicet quod hic modus, ſcilicet ſyllogizandi qđ quid eſt, per quod quid eſt, nunquam eſt demonſtratiuus ipſius quod quid eſt, quoniam hoc nõ fit ſi diſtinguantur quod quid eſt ſecundum vocem, nec ſi diſtinguantur ſecundum diuerſa genera cauſarum &c. ſeu modorum diffiniendi quod in idem redit puta quod una diffinitio dicat quid, & alia propter quid. Talis enim diuerſitas ad diuerſitatem cauſarum reducitur, quoniam vna, ſcilicet dicens quid ſumitur ſecundum cauſam formalem, & altera ſecundum effectiuam, vel &c. logicus autem dicitur ut ſupra, & hæc expoſitio non multum differt a ſecunda, ut patet, ſed perficit eam. Ad illud autem quod poſtmodum obiicitur quod ſcilicet vitium petitionis opponitur & demonſtratiuo & topico, &c. dicitur quod licet petitio ſit vitium oppoſitum vtrique ſyllogiſmo & topico ſcilicet & demonſtratiuo, non tamen omnis petitio in demonſtratiuis eſt petitio in topicis, quoniam unus inter locos topicos eſt a nominis interpretatione procedere, quod ſi demonſtrans faceret peteret, & ſimiliter ſi demõſtrans q̃rat qđ quid eſt, & aſſumat qđ q̃d ẽ petit, dialecticus aũt non, quia tot ſubtilitatib. non vacat ſm primã expoſitionẽ modo adductã &c. Ad id vero, quod obiicitur contra S. Thom. expoſitionem dicitur, quod cauſa illa optima eſt, ex ſecunda expoſitione & tertia patet, ideo enim diſcurſus iſte non demonſtratiuus quod quid eſt, quia non ſufficienter probat id quod concluditur eſſe quod quid eſt, eius de quo concluditur, ideſt quia non ſufficienter probat primũ eſſe quod quid eſt ultimi. Hoc autem prouenit ex eo, quod in iſto proceſſu primum nõ eſt quod quid eſt medii. Si enim eſſet quod quid eſt medii cæteris remanentibus ut ſtant, neceſſario demonſtretur primum eſſe quod quid eſt tertii, ut ex capitulo tertio apparet. Sed quoniã impoſſibile eſt hæc duo ſimul ſaluare. ſ. talem connexionem terminorum ideſt quod primum ſit vere quod quid eſt medii, & medium vltimi & ſufficientem diſtinctionem eorundem, quoniã ſi hoc ſaluatur illud interimitur (ut in hoc proceſſu de quo nunc agitur liquet) & ſi illud ſaluatur, hoc interimitur, ut in proceſſu declarato in ca. 3. Alberti auctoritate confirmato manifeſte uidetur &c. ideo eſt impoſſibile ꝓceſſum demonſtratiuum inuenire, quo quod quid eſt ꝓbetur ſufficienter, oportet enim (ut in textu dixit) quod quid eſt per quod quid eſt concludatur &c. Quod autem in iſto de quo nunc eſt ſermo diſcurſu, primum non ſit quod quid eſt medii, ex quo declaratur, quod maior propoſitio nõ eſt in primo modo dicendi per ſe, ſed in quarto. prędicatur enim ibi effectus conuertibilis de ſua propria cauſa, oportet nanque medium eſſe cauſam primi, aliter non eſſet proceſſus a priori, & conuertibilem aliter non

In dubio vltimo.

ſupra. vbi Cap.3

ter non

ter non eſſent medium & primum diffinitiones vltimi: Habent ergo ſe prædictæ diffinitiones ſecundum quod diſtinguuntur, vt cauſa & effectus cõuertibilis, & quodãmõ vt ſubiectum & paſſio, quoniam ex anteriori emanat naturaliter poſterior, & per illã fit neceſſitatis & cognoſcitur. Logicus autem iſte diſcurſus, ideo dicitur ſecundũ S. Tho. eo quod ex tali proceſſu, licet neceſſario ſciatur primum ineſſe vltimo, tamen non niſi probabiliter cognoſcitur primum ineſſe quod quid eſt tertii; licet enim ex fine conditiones eius quod eſt ad finem concludi poſſint, non tamen ex hoc ſcitur, quod illi intelligant quod
T.c.5. quid eſt illius, ut patet in proceſſu facto in principio primi. ex ratione enim ipſius ſcire deductum eſt quas conditiones habere debet demonſtratio. ſ. quod conſtat ex primis veris, &c. ex hoc tamen non ſufficiẽter cognouimus an illæ conditiones integrent quod qnid eſt demonſtrationis, an aliquid aliud requiratur, an ſint, eius proprietates illæ condiriones &c. Et ſic cum Dei gratia ſoluta iam ſunt quæ dubia in c. 2. relicta ſunt. hoc enim eſt firmiter tenendum quod modo ſecundum S. Tho. determinatum eſt, & cauſa ab eo aſſignara ſuſcipiẽda eſt, vt a nobis ẽ ex poſita, & ſic omnia conſona remanent &c. Conſulto aũt nolo veritate inuenta ſupradicta mutare aut aliter texere, ſed ſic determinara ſit diſputatio in c. 3. habita.

Num proceſſus, quo quod quid eſt per aliud oſtenditur, ſit proceſſus demonſtratiuus.

Circa eandem concluſionem dubium in primo libro ca. 2. iacturp, ſed indiſcuſſum occurit, an ſcilicet de
Circa medium. monſtratio conſueta, concludens vnum quod quid eſt ꝑ aliud ſumptum penes aliud genus cauſæ ratione eorum a quibus ſumuntur diffinitiones, ſit vere & ſecundum ſe demonſtratio, an tantum quo ad nos &c. hinc enim videtur quod eius concluſio ſit ſecundum ſe demonſtrabilis, eo quod habet medium, quod eſt vere cauſa, quare ſubiecto inſit; forma enim eſt vere cauſa quare huiuſmodi ſit materia, & efficiens quare forma, & finis quare efficiens, &c.

Inde autem apparet oppoſitum, quoniam talis demõſtrationis concluſio eſt ſecundum ſe per ſe nota, & conſequenter ſecundum ſe indemonſtrabilis: eſſe autem eam per ſe notam ex eo patet, quod prædicatum eſt de ratione ſubiecti, &c. Ad hoc dubium breuiter dicitur, ꝙ hmõi demonſtratione ſi veras deffinitiones quidditatiuas cõcludãt (licet potius mereantur dici demonſtrationes quo ad nos) propter rationem ſecundo loco adductam; poſſunt tamen mediæ poni illæ, quæ ex cauſa extranea procedunt, ſapiunt. n. naturam demonſtrationis ſecundum ſe, pro quãto cauſa aliqua eſt, quare altera cauſa quæ primum ſit, inſit vltima & illa cauſa non eſt de quidditate ſubiecti proprie, eo quod extranea eſt, ſapiunt autem naturam demonſtrationis quo ad nos, prn quanto concluſio eſt propoſitio per ſe nota ſecundum ſe, cauſa enim intrinſeca a quo ſumitur quod quid eſt, quod ſit prædicatũ concluſionis, etiam in obliquo eſt de ratione ſubiecti, nõ ſolum enim per ſe nota eſt iſta propoſitio homo eſt ſubſtantia corporea animata &c. ſed etiam illa, homo eſt ex corpore, & anima, &c. Nihil enim refert quo ad per ſe notitiam an in recto an in obliquo cauſæ ſumãtur licet referat multum quo ad cauſalitatem, quoniam ſi cã materialis vel formalis in obliquo fiat prædicatum, conceditur propoſitionem illam habere cauſam ſm rẽ, ſi aũt in recto non ita concedetur. Medię ergo ſint hæ demõſtrationes, & quodammodo per ſe notæ, & quodammodo non, dicantur earum concluſiones, &c.

Num poſſibile ſit ſcire de aliquo quid eſt ignorando an ſit.

Circa primam propoſitionem pro prima concluſione dubitatur, an poſſibile ſit ſcire de aliquo quid eſt ignorando an ſit, uidetur enim quod ſic, quia ſicut res ſe habet ad veritatem, ita ſe habet ad cognoſcibilitatem, Sed quod quid eſt verificatur de re cuius eſt abſque eo quod res ſit, quoniam neceſſario ei ineſt, ut ex dictis in primo capit. 7. patet. ergo poſſibile eſt cognoſcere quod circa. t. cõ. 1.
quid eſt, & non an eſt. ca. 9. t. c. 21.

Præterea acquiſita iam ſcientia naturali, & corruptis rebus naturalibus puta roſis, ſcimus quod quid eſt roſæ, & neſcimus roſam eſſe, ergo contingit ſcire quod quid eſt & non rei eſſe. Ad hoc dicitur cũ Ariſt. pluries in hoc libro repetente, ꝙ impoſſibile eſt ſcire quod quid eſt alicuius & neſcire illud eſſe. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod ſicut res ſe habet ad eſſe ita ſe habet ad cognoſci, ut habetur in ſecundo metaphyſicæ. nulla autem natura entis rationem habet niſi ſit uel ſemper, uel frequẽter vel raro perfecte vel imperfecte, & breuiter tempore ſuo modo ſuo, ens enim (ut iam dictum eſt) eſſe ſignificat, & T.c.4.
per hoc nullius rei quod quid eſt, quid rei rationem hẽt, Cap.6.
niſi ſit ens. In hoc enim differt quid rei a quid nominis, quia illud eſt tantum entium, hoc etiam eſt non entium Vnde roſæ quod quid eſt, quid rei non eſſet, niſi roſa temporibus ſuis eſſet &c. Si ergo ita eſt ſecundum eſſendi ordinem oportet ſic quoque eſſe ſecundũ cognoſcendi rationem, ut ſcilicet quod quid eſt quod proprie quid rei ſonat, in cognitione non ſit niſi entis rationem habeat, entis autem rationem non cognoſcitur habere, niſi accipiatur eſſe id cujus eſt, & ideo oportet quod cognitio quod quid eſt non ſit ſine cognitione an eſt, & hæc eſt ratio S. Thom. dicentis quod hoc ideo eſt, quia non entium non eſt quod quid eſt, & Ariſt. dicentis quod quęrere quid eſt non habendo quia eſt, eſt quærere nihil, ideſt non ens. i. non entis quidditatem. Ad vtranque ergo rationem in oppoſitum ſimul dicitur quod de facto falſum eſt tam uerificari quam cognoſci quod quid eſt proprie loquendo ideſt, quid rei de aliquo illo non exiſtente tẽpore ſuo, nõ enim uolumus quandocunque cognoſcimus quid eſt roſa ſciamus roſam actualiter eſſe tunc, ſed dicimus quod oportet ſcire eam eſſe actu temporibus ſuis, quod nunquam deficit ſecũdum mundi curſum; Sed quoniam multiplicantur caſus a dicentibus faciat Deus, deſtruat deus &c. ideo etiam ſigillatim aliter reſpondetur, & ad primæ minorem dicitur, quod quocunque caſu oppoſito tota rei diffinitio licet verificetur de re nullum eſſe habente, non tamen verificatur de ea ut quid rei, quod propterea quia ſicut res ſe habet ad veritatem, ita ad cognoſcibilitatem, conſequens eſt, quod poſſit forte cognoſci id quod eſt quid rei, abſque hoc quod etiam cognoſcatur rem eſſe, & quod non cognoſcatur formaliter ipſum quid rei ſeu quod quid eſt, abſque cognitione quia eſt &c. Ad ſecundam dicitur quod in uſu ſcientiæ acquiſitę non eſt ita neceſſarium cognoſcere an eſt, ſicut in acquiſitione. in acquiſitione enim neceſſarium eſt, tum ꝓpter generationem ſcientiæ, quia ſcientia noſtra generatur a rebus quæ ſunt, & non ab his quæ non ſunt. Tum propter ipſius qđ quid eſt rationem, quia ſcilicet non eſt niſi entium, ut diximus. In uſu autem neceſſarium eſt propter ipſius quod quid eſt rationem tantum &c. & ideo poſt acquiſitam ſcientiã nil officit ſi corrumpãtur, & annihilẽtur, & nunquam rediture ponantur res, quoniã & ſi in tali caſu non poſſit accipi res illas eſſe temporib. ſuis accipietur tamẽ quod res illæ eſſent temporibus ſuis ſi talis caſus non poneretur & hoc ſufficit.

Si miraris quare non dicam quod ſufficit & oportet primo c.t.
cognoſcere an eſt, ideſt an ſit ens cui non repugnat exiſte in ſolutione
re. Memor eſto eorum quę in principio primi & princi 2. dubi. Se
pio ſecundi dicta ſunt, & cum contemplatus ea fueris de- cũdo. c. 1. in
finet admiratio, oportet enim formaliter loqui, & æqui fol. 3. dub.
uocationem vitare, quantum poſſibile eſt &c.

Num poſſibile ſit ſciri, propter quid eſt, ignorato quia eſt.

Circa eandem propoſitionem dubitatiuncula quædam eſt, an ſcilicet poſſit ſciri propter quid alicuius, & neſciri quia eſt, uidetur enim quod ſic, quoniam contingit cognoſcere cauſam & non cognoſcere effectum,

ut appa-

vt apparet in geometria vbi cognoſcitur cauſa quare vulnus circulare tardius ſanatur,& tamen purus geometra neſciet an ita ſit qđ vulnus circulare tardius ſanatur, quo

circa.t.c.30. niam ſcire hoc eſt medici. Ad hoc breuiter dicitur ex dictis in primo cap.13.quod cognoſcere propter quid,contingit dupliciter,vno mō formaliter,ideſt, cauſam cū applicatione ad effectu m,hoc enim ſonat,ly propter quid & ſic impoſſibile eſt cognoſcere propter quid abſque cognitione quia , quoniam hoc eſt cognoſcere cauſam, & quoniam illius eſt cauſa . Alio modo materialiter id eſt rem , quæ eſt cauſa abſque applicatione ad effectum, & ſic non inconuenit cognoſcere propter quid & neſcire quia , vt in exemplo adducto patet . Quia ergo nunc loquimur de propter quid formaliter & materialiter,ideo optime dicitur quod non poteſt cognoſci propter quid abſque quia &c.

Num illius quod quid eſt haberi poſsit cuius quia per accidens ſcitur,& num ſic ſcire,ſit ſcire rem eſſe ſecundum accidens, & num facile cognoſcatur quid eſt cum quia eſt cognoſcimus vere.

Circa ſecundam propoſitionem multipliciter dubitatur,primo an ſit verum quod quorum habetur qa ſecundum accidēs,nullo modo habeatur quod quid eſt, videtur enim quod non quoniam ſi ſciatur rem eſſe ſecū dum accidens,proprium & adæquatum,jam ex hoc facile ſciri poterit quod quid eſt illius rei,quoniam adęquatur effectus totam cauſæ virtutem oſtendit (ut in primo de anima dicitur)accidentia propria magnam partē conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt.

T.3.& 4. Secundo dubitatur an verum ſit quod cognoſcere rē eſſe ſecundum accidens non eſt cognoſcere rem ipſam eſſe &c. Videtur enim quod hoc quoque ſit falſum, quoniam ſiue cognoſcatur rem eſſe ſecundum accidens ſeparabile,ſiue inſeparabile & proprium,ſemper optime ſeqtur obiectum eſſe,& conſequenter cognoſcendo accidēs eſſe cognoſcitur ſubiectum eſſe,impoſſibile eſt enim accidens quodcunque ſubiectum &c. Tertio dubitatur an verum ſit,quod quorum habemus quia eſt, facile habemus quid &c. Videtur enim & hoc a veritate alienū, quoniam euidenter ſcimus ſubſtantias immateriales eſſe , & tamen vel difficilimum,vel impoſſibile eſt nos ſcire quid ſunt, & ſimiliter argui poteſt de corporibus cœleſtibus &c.

Ad euidentiam horum primo declarandi ſunt termini deinde ſatisfaciendum obiectis. Secūdum accidens nihil aliud ſonat in propoſito quam ſecundum aliud;aliud autem hic dicitur non ſolum extraneum accidens ſed paſſio propria & non ſolum utrunque horum ſed etiam p̄dicatum ſubſtantiale commune &c. vnde ita ſumitur ac-

T.c.11. cidens,ſicut & ſumitur in elenchis accidēs,a quo dicitur fallacia accidentis &c. Scire ergo quia eſt ſecundum accidens eſt ſcire rem eſſe,non niſi quia induit aliquod aliud. a ſe modo expoſito.v.g. Scire intelligentias eſſe,quia motores orbium ſunt,eſt ſcire quia ſecundum accidens, quoniam ex hoc non aliter ſciuntur quam vt habent rationē mouendi & ſimiliter ſcire eas eſſe quia ſubſtantiæ immateriales ſunt,eſt ſcire eas eſſe ſecundum accidens,quoniā ex hoc neſcimus tales res in ſpecie eſſe , ſed in communi in eo qđ immateriales ſunt &c. Scire aūt vere,quia ē,eſt cognoſcere quod ipſum ſecundum proprium eſſentialē conceptum ſit &c. non ſuffodiendo & arguitiue cognoſcendo,vt dicitur,ſed ita quod acies intellectus feratur ſupra ipſum eſſe,ut ipſū eſt diſtinguitur ab extraneis & cōmunibus mō dicto &c.& hoc eſt ſcire,quia eſt,per medium proprium ut in exemplis textus patet. His prælibatis. Ad primum dubiū dicitur quod quia ē impoſſibile ē recte incedere ad quærendum quod quid eſt alicuius niſi vere ſciatur illud eſſe,quoniam(ut in textu dicitur)quærere quid eſt non habito quia eſt,eſt quærere nihil , quia non entis quod quid eſt quæreretur,& ex hoc quod rem eſſe ſcitur ſecundum accidens proprium non vere ſcitur rem eſſe,non.n.uere ſciret hominem eſſe, qui tantummodo ſciret riſibile eſſe,conſequens eſt(quod quandiu) pure(ſcitur rem eſſe)ſecundū accidens quodcunq; nunquā habeatur uia ad quod quid eſt. Dico autem quandiu pure ſcitur,quuniā ſi ex tali notitia proprii effectus deueniretur in cognitionem ipſius quia eſt iā poſſet facile haberi quod quid eſt,vnde Ariſto.in litera reddit rationem quare ſciendo rem eſſe ſecundum accidens non habetur via ad quod quid eſt, quoniam tunc nec habetur ipſum quia eſt,vnde quantumcunque effectus totam cauſæ virtutem adæquet niſi ex hoc cognoſcatur vere illam eſſe, nunquam via ad quod quid eſt habere,& hoc hic intendit Ariſtot.quod ex reſponſione ad ſequens dubium erit magis clarum.

Ad ſecundum ergo dicitur quod cognoſcendo aliqd eſſe ſecundum accidens dupliciter poſſumus ex hac notitia habre notitiam quod illa res ſit. Vnn modo diſcurrendo ab illo accidente ad id cuius eſt,ita quod ex hoc eluceſcat eſſe , propria eſſentia illius,ſeu rem illam ſecundum ſe eſſe ſicut ex cognitione quod in nobis intellectus ſit, deuenimus in cognitionem quod intellectualis ſubſtantia in nobis eſt,& ex hoc quod quid eſt inueſtigatur. Et hoc modo licet a principio non cognoſcatur quia eſt,ſed ſolum ſecundum accidens,poſtmodum tamen cognoſcitur quia eſt ex effectu,nec hoc intendit negare Ariſt.,vnde in quarta propoſitione pro hac ſecunda concluſione expreſſe dicit quod per diſcurſum ab effectu ſcitur quia eſt rei,quæ eſt cā,& dat exemplum de eclipſi & non poſſe vmbram facere,quoniam ex hoc nō ſolum innoteſcit eſſe aliquid non potens vmbram facere, quod eſſet ſcire defectum luminis ſecundū accidens,ſed etiam eſſe defectum luminis. Alio modo diſcurrendo ab illo accidente, ita quod per modum ſuffuſionis cognoſcatur aliquid ſub eſſe,ſed quid vel quale ſit illud ignotū relinquatur , ſicut ex cognitione primi motoris cognoſcimus aliquam ſubſtantiam immaterialem & intellectualem &c. eſſe,ſed quod quid eſt illius cognoſcere non valemus, quoniam ꝓpria eſſentialia remanēt ignota,& ſic cognoſcere quia eſt,non eſt cognoſcere quod eſt, niſi ſecundum accidens & arguitiue,arguimus ſiquidē ex hoc illud eſſe,ſed quid demonſtret(ly illud)neſcimus & cōſequenter neſcimus ipſum ſecundum quod ipſum, eſſe,ſed ſcimus ipſum ſm quod induit illud accidens eē &c.& propterea tunc non habetur via ad quærendum quod quid eſt.

Ad tertiū dubium dicitur,quod quia vere non ſcitur quia eſt niſi ſecundum eſſentialia propria ſciatur rem eſſe,propter quod Ariſtot.exempla multiplicauit ad oſtendendum quando vere habetur quia eſt,& dixit hoc eſſe qnando quod quid eſt illius,aliquo modo eſſe ſcimus, ut puta,ſi ſcimus tonitruum eſſe ſciendo eſſe ſonum in nebulis quendam &c. ideo ſimpliciter determinauit,quod quorū habemus uere qa eſt, facile eſt quęrere ꝑp quid, quoniam iam propriorum eſſentialium coniecturam habemus id uero qđ obiicitur de intelligentiis & corporibus cęleſtibus,& his ſimilibus nihil obſtat,quoniam non uere cognoſcimtur quia ſunt ſecundum ſe & abſolute, & quoniā ſecundū illa prædicata ſiue extranea,ſiue intrinſeca,ſecundum quæ res uere cognoſcitur eſſe,ſecundum illa facile eſt cognoſci quid eſt,ut facile eſſet exemplis oſtēdere metaphyſicalibus,& hæc eſt,abſque dubio mēs Ariſto.unde & concludit ſicut nos habemus ad quia eſt, ſic & ad quod quid etiam &c. ſecundum enim eos conceptus quibus induta res ſcitur eſſe ſecundum eos facile ſcitur quid eſt,ſecundum eos conceptus ſecundum quos latet,latet etiam quid ſit &c. Anno.

CIRCA hanc ſecundam concluſionem & reſiduum capituli. Aduertendum eſt quod Ariſtoteles in hac ſecūda concluſione determinationem tractat quęſtionis motæ in c.6. Vtrum ſcilicet eadem demonſtratione contingat ſcire quid eſt,& quia eſt , & determinat quod ſic di-

ſtinguendo

ſtinguendo ſciri per demonſtrationem vt concluſionem & vt medium proprium, & diſtinguendo demonſtrationes interminantes propter quid tantum, & quia tantum, & vtranque & diſtinguendo quod quid eſt, & diffinitionem, ut patet in textu &c. Habetur ſiquidem ex his, quod licet quod quid eſt, & non ſit id quod per demonſtrationem concluditur, & tamen id, quod per demóſtrationem habetur propter quid, quod eſt ipſum quod quid eſt, & huic ſeruit prima diſtinctio. Quia vero non quælibet demonſtratio dicit vere propter quid & contingit quandoque ſimul quia, & propter quid, quandoque quia ante ipſum propter quid, ideo oportuit addere ſecúdam diſtinctionem, ex qua ſcimus, quod quando eſt demonſtratio per proprium propter quid, ſiue ſimul etiam ſciamus quia, ſiue ante, tunc per demóſtrationem habemus quod quid eſt, aliter autem non. Quoniam autem nó omne quid alicuius eſt verum propter quid, ió tertia diſtinctio addita eſt, ex qua ſcimus, quale quid innoteſcit per demonſtrationem, vt propter quid, & quale non &c. & quoniam talis determinatio non obſtat rationibus in illo capitulo adductis, ideo non oportuit illas ſoluere. Cócludebant ſiquidem illa, quod per demonſtrationem nó ſcitur, quod quid eſt, ut cóclusio, quoniam ſic ſcitur, quia eſt, quod nunc conceditur, non autem erant ſufficientes ad concludendum, quin per demóſtrationem ipſum qđ quid eſt, aliter habetur &c.

Num & quare per demonſtrationem ſcitur quod quid eſt paſſionis, non autem quod quid eſt ſubiecti.

Circa reſponſionem principalem huius capituli. Dubitatio non diſſimulanda occurrit. Quare per demonſtrationem ſcitur quod quid eſt paſſionis, & ſciri nó poteſt quod quid eſt ſubiecti, & mouetur hæc dubitatio ſupponendo, quod etiam quod quid eſt ſubiecti, poſſit eſſe medium in demonſtratione, quod poſtmodum probabiliter a S. Th. expreſſe habetur pluries &c. Eſt autem ratio dubitandi quoniam par ratio parem debet habere effectú, ideo autem quod quid eſt paſſionis, per demóſtrationem haberi dicitur, quoniam ipſum eſt proprium medium, & propriú propter quid, hoc aút conuenit ét quod quid eſt ſubiecti, alicuius enim demonſtrationis, quæcunque ſit illa, proprium medium & propter quid eſt quod quid eſt ſubiecti, ergo illud per demonſtrationem ſcitur, & hoc ſcitur, & ſi hoc non ſcitur per demonſtrationem, ſed ſupponitur, & aliter ſcitur, & illud eiuſmodi cenſendum eſt &c. Mouédi autem hanc quęſtionem occaſioné præbet Ariſt. doctrina in textu, ait enim in reſponſione principali diſtinguendo quod quid eſt, quod quędá quod quid eſt ſunt ſine medio, & quædam cum medio, & quod illa ſupponuntur, & aliter quam demonſtrationem habétis, iſta autem habentis demonſtrationem (vt dictum é) non dixit autem aliter haberi quod quid eſt per demonſtrationem quam modo declarato, ideſt vt propter quid. ſecundum intentionem ergo ſuam talis eſt differentia inter quod quid eſt paſſionis & ſubiecti.

Ad huius dubitationis euidentiam oportet diligéter conſiderare in textu rationem talis differentiæ, & ex illa causa deducere quare magis quod quid eſt paſſionis, quá ſubiecti per demonſtrationem habeatur, in textu autem non aſſignatur ad propoſitum alia differentia inter ſubiecti & paſſionis quod quid eſt, niſi quod quorundam eſt altera cauſa, quorundam autem nó, & quod quædam qđ quid eſt ſunt ſine medio, & quædam habent mediú &c. Et hæc quidem applicata ad ſubiectum & paſſionem & eorum quod quid eſt veritatem abſque dubio inueniuntur habere, quoniam ſubiecti vt ſic non eſt altera cauſa, paſſionis autem ſic, & ſimiliter ſuorú quod quid eſt. Sed quomodo ex his ſequatur quod paſſionis quod quid eſt, ex demonſtratione noſcatur, ſubiecti auté non, difficile eſt accipere, quoniam quod quid eſt paſſionis non eluceſcit per demonſtrationem vt concluſum per illam ſed potius ut propter quid, quod vt dictum eſt, conuenit etiam ipſi quod quid eſt ſubiecti. Eſſet ſiquidem facile ex ſupradicta differétia, deducere quod ipſum quod quid eſt paſſionis, poteſt concludi per demonſtrationem, quod quid eſt uero ſubiecti non, quoniam oportet concluſum per demonſtrationem habere cauſam, & hoc directe ex róne aſſignata, ſequitur. Sed quoniam hoc non intendit Ariſt. dicens expreſſe, quod ipſum quod quid eſt, habens medium, habetur quidem per demonſtrationem, non tamen demonſtratur, illud vero quod caret medio ſupponitur, & aliter quam per demonſtrationem habetur, ideo non ſic deducere oportet, ſed vacandum eſt ut intentum ex hoc eluceſcat. Notanda ſunt igitur verba textus, & ſciendum quod prima diſtinctio ſcilicet quorundam eſt altera cauſa, quorundam autem non eſt diſtinctio ipſorú quod quid eſt, ſed ipſarum rerum quarú ſunt quod quid eſt, ita quod exponendum eſt quarundam rerum eſt altera cauſa, quarundam autem non, nec ocioſe appoſuit (ly. altera) quoniam ex illa particula, vt apparebit, ſolutio q̃ſtionis habetur, refert enim (ly altera) vt Boetius hic dicit diuerſitatem ab ipſa ſubſtantia rei, ita quod ſenſus diſtinctionis eſt, quarundam rerum eſt altera cauſa ab eſſentia cuiuſque, quarundam autem non, ideſt rerum quædam ſunt quarum eſſe cauſatur a cauſa extra eſſentias earum, quædá aút non habent cám niſi proprias eſſentias &c. Secunda aút diſtinctio. ſ. eorum quæ ſunt quod quid eſt, alia ſine medio, alia habent medium, eſt diſtinctio ipſorum quod quid eſt. & ſequitur ex prima quoniam ſi res habet eſſe cauſarum a cauſa extra eſſentiam ſuam, oportet quod eſſentia ſua ſit cauſata, idem enim eſt cauſa eſſétiæ & eſſe rei, & conſequenter oportet quod quid eſt habeat medium & per oppoſitú ſi caret cauſa altera ab eſſentia eius quod quid eſt carebit medio, conſiderandum eſt ulterius, quod ipſum ſubiectum cauſa extranea caret, vel ſimpliciter, uel in tali ſcientia, cauſa, inquam, extranea per quam demonſtrari poſſit ipſum eſſe, quoniá (ut ſupra dictum eſt) quælibet ſcientia a priori ſupponit qđ quid eſt, & eſſe ſubiecti &c. Et per hoc tam quod quid é ſubiecti, quam eius carere dicitur altera cá, & medio, & principium eſſe & ſupponi uel poni, vt in primo dictum fuit &c. ipſa uero paſſio neceſſario habet cauſam alterá ab eſſentia ſua, & taliter alteram & extraneam, quod tamen cadit in eius completa diffinitione quæ per additamentum fit neceſſario, ut dicitur in 7. metaphyſicæ. Et per hoc tam eſſentia paſſionis quam quod quid eſt eius habet alteram cauſam ab eſſentia & medium. patet auté hoc manifeſte in exemplo eclipſis, ipſa enim eſſentia eclipſis cauſatur ex oppoſitione terræ, quæ extra eſſentiam eius eſt, & in diffinitione eius cadit &c.

*ſecundo huius capitulo primo.*

*primo huius capitulo primo in ſolutione dubii primi c. 11. t.c. 34. Tex. c. 13.*

*ſupra primo huius t. c. 20.*

Conſiderandum eſt ulterius quod aliter ſe hét ad demonſtrationem ſubiectum, & aliter paſſio, ſubiectum. n. non eſt id quod demonſtratur, ſed de quo demóſtratur, paſſio vero eſt id qđ demonſtratur, & conſequenter cú cauſa paſſionis & eius quidditatis ſit eadem, ſi uere debeat demonſtrari paſſio, oportet ipſius paſſionis eſſentiæ ſeu quidditatis propriam cauſam pro eo medio aſſumere, & ſic cum per propriam cám rei cognitio ſufficiét habeatur ipſa quidditas paſſionis ex tali proceſſu eluceſcit, & non ſolum ipſa quidditas, ſed & tota diffinitio eiuſdem ex tali demonſtratione innoteſcit, quoniam cauſa illa cum ſit propria, eſt illud additum quod diffinitionem paſſionis complet. Ex vi ergo demonſtrationis p̄p quid habetur quod quid eſt paſſionis, quoniam paſſio eſt id quod demonſtratur, & eius eſſentia cauſatur a medio, quod diffinitionem eius complet &c. horum autem nihil ſubiecto conuenit.

Et ideo ad dubium dicitur ꝙ non eſt æqualis ratio de quod quid eſt ſubiecti & paſſionis. Tum quoniam qđ quid eſt paſſionis non innoteſcit præciſe ex hoc ꝙ ſit medium ſeu propter quid, ex dictis patet. tum quoniam licet utrunque poſſit aſſumi in propter quid diuerſis de

monſtrationibus tamen, nunquam tamen qđ quid eſt ſubiecti aſſumetur, vt ꝑꝑ quid ſubiecti, ſed vt ꝓpter quid alterius, puta paſſionis, vel cuiuſcunque alterius ſe habẽtis per modum paſſionis, quod quid eſt aũt paſſionis aſſumitur vt propter quid eiſdem, quoniam includit alteram cãm, ut patet ex dictis. Et cõſequenter ex vi ipſius demõſtrationis nunquam habetur ꝙ medium ſit quod quid ẽ ſubiecti, ſed ſupponitur potius: ſufficienter aũt habetur ex vi demonſtrationis quod quid eſt paſſionis, quoniam mediũ cã eſſentialis paſſionis eſt, & applicatur in demonſtratione ad ipſam paſſionẽ dũ aſſumitur vt eius ꝑꝑ qđ & eius quod quid eſt cõplete cognoſcitur, dum ut eius ꝓpria cã aſſumitur. Et ideo dixit Ariſt. ꝙ per demonſtrationem habetur ꝙ quid eſt rei habentis alterã cãm, non aũt rei carentis illa. Et ſic patet, quale quod quid eſt demonſtrationis ritu elicitur, & quomodo, & quõo non poteſt per demonſtrationem monſtrari, licet ſyllogiſmo topico aliquo concludi poſſit, quod quid eſt &c.

**Quodnam ſit medium demonſtrationis an diffinitio ſubiecti an paſſionis.**

HOc in loco occurrit tractanda quæſtio de medio demonſtrationis, q̃ quoniã agitata eſt, diligenter conſideranda eſt, fideliter recitatis opinionibus, quatuor ergo faciemus. Primo declarabitur titulus dubitationis. ſecundo recitabitur opinio Egidii cum fundamentis. tertio eaaminabitur dicta opinio. quarto ponetur opinio S. Th. Sciendum eſt ergo ꝙ non dubitatur de medio cuiuſq; demonſtrationis, ſed potiſſimæ, quid ſ. ſit in illa medium proprium, diffinitio ſubiecti an paſſionis, an vtriuſque an neutrius, ſed alterũ quid. Demonſtrationis aũt potiſſimæ nomine (vt æquiuocatio tollatur) intelligendo demonſtrationem primam ordine naturæ, in ſciẽtia ſimpliciter: primam aũt dico ſine reſpectu oĩum demonſtrationum illius ſcientiæ ſiue reſpectu oĩum demonſtrationũ de aliquo certo ſubiecto, puta triãgulo, vel hoĩe. nihil. n. refert vtromodo accipitur prima demõſtratio. in propoſito, utraq; enim merito potiſſima vocatur, quoniam cæteris paribus eſt prima ordine compoſitionis, & elementum, & fundamentum, & cã cæterarum, & eſt vltima ordine reſolutionis, & ad eam reſoluuntur reliquæ demonſtrationes. Verum quoniã ex dictis in capitulis ſecũdo & tertio primi libri. demonſtratio ſimpliciter eſt duplex. ſ. rõne ipſius concluſionis ſcibilis in ſe, & ratione noſtri, vt omnis ambiguitas tollatur ſermo noſter q̃rit de medio demõſtrationis potiſſimæ abſolute, & non de medio demonſtrationis primæ ex meritis concluſionis ſcibilis, facile enim eſt dictis haberi põt ꝙ mediũ propriũ in demonſtratione tali eſt prima paſſio, quoniam talis demonſtratio non concludit primã paſſionem de ſubiecto, quoniam illa taliter demonſtrari non põt, eo ꝙ ineſt ſm ſe immediate ſed concludit ſecundam paſſionem de ſubiecto, propria. n. cauſa ſecundæ paſſionis eſt prima: quoniam oẽs paſſiones ordine quodam ab eodem fluunt ſubiecto ut alibi declarandum eſt &c. Vertitur ergo in dubium hic quid ſit medium in prima ſimpliciter demonſtratione cuiuslibet ſciẽtiæ ſimpliciter &c. Egidii opinio in tribus conſiſtit concluſionibus. prima eſt. Subiecti diffinitio non eſt medium in demonſtratione potiſſima. Secunda eſt. Paſſio ſeu paſſionis definitio eſt medium in demonſtratione potiſſima. Tertia eſt. Diffinitio ſubiecti ingreditur potiſſimam demonſtrationẽ vt annexũ medio &c. Primam cõcluſionẽ ꝓbat tripliciter. primo ſic, Si diffinitio ſubiecti eſſet medium in potiſſima demonſtratione, ſcĩa non reſolueret ſuas concluſiones in principia propria per ſe nota, & certa, hoc eſt inconueniens, ergo. Declaratur conſequentia, ſi inter paſsiones alicuius particularis ſubiecti in aliqua ſcĩa puta trianguli eſt ordo talis, ꝙ ultima demonſtratur per penultimam, & illa per anteriorem, & ſic aſcendendo vſque ad primã. Si prima paſſio ſiue eius diffinitio demonſtrabitur de triangulo per diffinitionẽ trianguli, fiat vltima reſolutio oĩum dictarũ demonſtrationũ, qñ peruenietur ad qđ quid eſt ſubiecti, qđ nõ amplius demonſtratur, facta aũt vltima reſolutione ſtatim, ergo tunc ſtabitur. cõſtat aũt ꝙ nondũ peruentũ ẽ reſoluendo vſque ad prima principia propria in illa ſcĩa, qm̃ illa vniuerſaliora ſunt quã huius ſpãlis ſubiecti, ergo ſi diffinitio ſubiecti ponitur medium, ſeqtur ꝙ ſcĩa demonſtrationis reſoluendo non perducat ad per ſe notas propoſitiones. Scđo ſic, ſi mediũ in potiſſima demonſtratione ẽ diffinitio ſubiecti, ſequeretur ꝙ ſcĩa unius generis ſubiecti, puta geometria non eſſet vna. Sed hoc eſt inconueniens. ergo. Declaratur conſequentia addẽdo ſupradictis quod cum par ſit rõ de triangulo & quadrangulo, ſeu hoĩe & leone. Sicut facta reſolutione paſsionũ triãguli ad qđ quid eſt trianguli ſtabitur demonſtrando, ita facta reſolutione paſsionũ quadranguli ad eius ꝙ quid ẽ ſtabitur &c. & ſimiliter de aliis, & ſic tot erũt geometriæ quot ſpẽs figurarũ. Tertio ſic, Si diffinitio ſubiecti eẽt mediũ, ſequeretur ꝙ multarũ cõcluſionũ eſſet vnũ mediũ, hoc aũt eſt inconueniens in propoſito, quoniã loquimur de potiſsima demonſtratione, in qua vnius vnicum eſt medium proprium. conſequentia patet quia eadem diffinitio ſubiecti eſſet medium ad probandum omnes paſſiones eiuſdem ſubiecti &c. Secundam autẽ concluſionẽ primo probat auctoritate Ariſt. dicentis, quod ratio primi termini, ideſt paſsionis eſt medium &c.

Scđo fabricat eam ſibi ſic, paſsionũ tres ſunt ordines. In primo ſunt paſsiones tranſcendentes genera propria ſcĩarũ, & hæc cũ ſubiectis ſuis conſtituunt dignitates, ut oẽ totũ ẽ maius ſua parte &c. In ſcđo ſunt paſsiones primæ in aliquo genere ſubiecto, & conſtituunt cũ ſuis ſubiectis poſitiones uel ſuppoſitiones indemonſtrabiles, ut linææ paralellæ non concurrunt in geometria &c. In tertio ſunt paſsiones demonſtrabiles de ſuis ſubiectis. Rurſus paſsionum demonſtrabilium quædam ſunt priores, q̃dam poſteriores, quædam ſunt abſtractiores, ſeu vniuerſaliores, quædam minus uniuerſales. paſsiones ergo poſteriores alicuius ſubiecti puta trianguli demonſtrãtur per priores paſsiones eiuſdem ſubiecti, uſquequo peruentum fuerit ad primã. prima aũt ſi non conſtituit cũ ſuo ſubiecto propoſitionem per ſe notam, demõſtrabitur per paſſionem abſtractiorem ſeu ſuperiorem, q̃ eſt propria paſſio ſuperioris ſubiecti, & cũ hoc eſt ẽt propria cã paſsionis propriæ & primæ inferioris ſubiecti, & ſic aſcendendo. Tandem deuenietur demonſtrando per paſsiones ad paſsiones uniuerſaliſsimas in illo genere, quæ ſunt de ſubiectis ſuis per ſe notæ, & principia ſcĩæ conſtituũt, nec ul traaſcendetur demonſtrando, robur tñ & firmitatẽ habent hæ propoſitiones per ſe notæ ex dignitatibus primis, quæ ex primis paſsionibus fiunt. hæc eſt ſcala Egidii quam aſcendendo connectit, & reſoluit vſque ad per ſe nota ſemper paſsiones media ponẽdo. Tertiam vero cõcluſionẽ probat ſic, quia ſi mediũ eſt paſsio ſuperior ſeu abſtractior, oportet quod coaſſumatur ſibi diffinitio ſubiecti tanquam determinatiuum illius paſſionis uniuerſalioris ad hoc quod cauſet propriã paſſionem in inferiori ſubiecto, de quo demõſtrat̃ ſi aũt mediũ eſt propria paſsio eiuſdẽ ſubiecti, annectet̃ ẽt tũc diffinitio ſubiecti eo qđ paſſio nõ põt plane intelligi ſine ſubiecto, & ſic diffinitio ſubiecti ſe habens ad paſſiones ſuas, ſicut cã generalis adiuncta uni paſsioni demonſtrabit aliã &c. hæc eſt poſitio Egidii, cum fundamentis &c. Vt aũt ueritas elucescat ſigillatim oĩa diſcutienda ſunt &c. Prima concluſio dicens diffinitionẽ ſubiecti non poſſe eſſe medium in potiſsima demonſtratione, falſa abſque dubio eſt, ut patebit probando ſuam oppoſitam, cũ adducetur opinio S. Tho. Rationes aũt quibus probat Egidius illam concludere, ex dicendis nunc maifeſtum eſt &c. Prima ergo & ſecunda ratio ex eodem procedentes fundamento eodẽ peccato deficiunt. Cum enim ordo reſolutiuus, contrario modo ſe habeat ad ordinem compoſitiuum, & eandem viam, & eadem media, & eãdem connexionem oporteat ſalua-

primo huius c.2.& 3.

Egidius in hoc loco.

ſaluari in vtroque ordine ſicut cõponendo deſcẽditur in ſcientia abſque tali paſſionum deſcenſu, ita aſcendendo regreditur abſq; talium paſſionũ connexione & c. Manifeſte aũt patet in ſcientiis talẽ eſſe compoſitiuum ordinẽ quod ab vniuerſalioribus inchoaſ, & demõſtranſ paſſiones primi ſubiecti ordinate, deinde ad partes ſubiectiuas ſubiecti venitur, non per demonſtrationem mediam, ſed per incoactionem noui tractatus vel capituli, & ab earũ quod quid eſt exordium ſumitur, & paſſiones demonſtrãtur & c. & ſic proceditur vſq; ad finẽ ſcientiæ &c. Reſoluendo ergo cum reſolutio facta fuerit vſq; ad ꝙ quid eſt alicuius partis ſubiectiuæ, non ſtabitur in illa ſciẽtia, ſed reſoluentur principia propria illius ſubiecti partialis in principia ſuperioris ſubiecti, & ſic reſoluendo ingredietur in ſuperiorem ordinem. & fiet reſolutio ad illam & principia oĩum paſſionum illius ſuperioris ordinis, & ſic deinceps aſcenſus fit vſq; ad quod quid eſt primi ſubiecti, in quo erit finis totius reſolutionis, & tunc erit facta reſolutio vſq; ad per ſe nota ſm ſe, & per ſe nota nobis in ſcientia & c. & ideo non erunt tot ſciẽtiæ quot ſubiecta partialia, quia oĩa talia reſoluuntur ad vnam rationem formalem, q̃ eſt indiuiſibilis formaliter ĩ gñe ſcibi-
Cap.22.circa c.43. li, vt ex dictis in primo li. cap. 22. patet. neque certitudo ergo, neque vnitas ſciẽtiæ tollitur ponendo diffinitionẽ ſubiecti eſſe medium in potiſſima demonſtratione. Ad ꝙ magiſtri ſciẽtiarũ Ariſ. ſ. libros teſtes adduco, perpendimus. n. in eis tractatus diſtinctos inchoantes, ẽt à quæſtione an eſt de illis particularib. reb. de quibus tractat, vt patet in philoſophia naturali, & in logica, & in moralibus &c. Quod ſi credimus connexionem iſtam demonſtratione oportere fieri dici põt, ꝙ qa proportio differẽ-
Cap.10. tiarum diuidentium aliquo ſuperius (ſi ſub diſiunctione ſumantur) eſt proportio paſſionis ad ſubiectũ vt Auerrois in primo dixit, ideo & a ſuperiori deſcendere demõſtrando poſſumus cõcludendo ſub diſiunctione ſuas ꝑ ſe partes ſubiectiuas, & deinde de qualibet ſigillatim ꝓprietates oſtendendo, & aſcendere econuerſo poſſumus determinatas ſingulas partes ſub diſiũctione in ſuperius reſoluendo. Nec obſtat ſcientiæ non inueniuntur vti explicite tali connectẽte demonſtratione, quoniã manifeſte patentibus alicuius partibus ſubiectiuis ſufficit implicite connexionem hanc inſpicere, ſicut & ſupponere principia ſua explicite a quibuſdam deſpici dixit in primo libro Ariſt. ꝓp eorum claritatem. Tertia aũt rõ faci-
T.c.25. le ſoluitur dicendo, ꝙ diffinitio ſubiecti non eſt propriũ medium niſi reſpectu primæ paſſionis ſeu eius diffinitionis: ſequentiũ. n. paſſionum, ſemper præcedens paſſio, ſicut cauſa proxima eſt ita medium erit &c. Fabrica vero propter ſecundam cõcluſionem facta ſolidũ nõ videtur fundamentum habere, qm̃ impoſſibile eſt paſſionem ſuperiorem eſſe propriam cãm paſſionis inferioris, dato quòd poſſit demonſtrare aliquo modo illam. Et hoc ꝓ nunc probatur dupliciter. Primo ſic, oĩs proprius effectus alicuius propriæ paſſionis eſt ẽt effectus proprii ſubiecti illius paſſionis, ita quod mediate fluit ex principiis illius ſubiecti & c. nulla propria paſſio inferioris ſubiecti, vt diſtincti a ſuperiori eſt proprius effectus ſuperioris ſubiecti, ergo nulla propria paſſio inferioris ſubiecti eſt proprius effectus paſſionis ſuperioris ſubiecti, & conſequenter paſſio ſuperioris non eſt propria cã paſſionis inferioris. diſcurſus eſt in ſecundo ſecundæ. Maior autem probatur ex eo quidquid eſt cã cauſæ, eſt cã cauſati. & ex do-
T.c.33. ctrina Ariſtot. in 8. Phyſi. & 2. metaphy. vbi poſitis tri-
T.c.6 bus vel pluribus cauſis ordinatis eiuſdem effectus dicit effectum ita dependere à prima quod ſi illa non cauſet, nec cæteræ cauſabunt. Conſtat autem quod ſubiectum eſt propria cã paſſionis ſuæ, & in gñe cauſæ materialis & efficientis & finalis (ſecundum cõem viã & veritatẽ) & ideo ſi alicuius ꝓpria cã eſt ipſa paſſio, eiuſdẽ ꝓpria etiã (prior tñ) cã erit proprium ſubiectũ illius. Maior vero ex terminis eſt nota. Dico. n. ibi notanter inferioris vt diſtincti à ſuperiori, quoniam paſſiones alicuius, puta hominis ſunt duplices, q̃dam fluẽtes à principiis hoĩs in eo, ꝙ animal, & hæc ſunt cões oĩbus animalibus, vt habere tactum & c. & de his nõ eſt ſermo. qm̃ hæc non ſunt inferioris vt diſtincti a ſuperiori, ſed conueniunt inferiori rõe ſuperioris. Quædã vero fluũt à principiis hoĩs in eo ꝙ hõ, puta ab aĩa intellectiua vt ſic & materia humana vt ſic & c. & tales ſunt paſſiones hoĩs cõuenientes ſibi vt diſtinctꝰ formaliter eſt ab animali, vt de ſe patet, qm̃ fluũt ab humanitatis gradu, & nõ à gradu aĩalitatis, paſſiones ergo taliter proprias inferiori, impoſſibile eſt eſſe proprios effectus ſuperioris ſubiecti, niſi quis vſque adeo deliraret vt diceret quod ſuperius & inferius eſſent idem formaliter, & hæc rõ conuincit intellectum meum &c. Secundo probaſ idem ſic, tu dicis duo. ſ. quod paſſio ſuperioris eſt propria cauſa paſſionis inferioris, & quod non cauſat illam niſi determinetur per quod quid eſt ſubiecti inferioris. Quæro, iſta paſſionis ſuperioris determinatio per quod quid ẽ ſubiecti, aut diuerſificat ipſam paſſionem ſuperiorẽ formaliter, aut nõ. Si ſic, ergo medium demonſtrationis diſtinguitur formaliter ab illa paſſionẽ ſuperiori, & conſequenter non eſt illa paſſio niſi ſicut inferius eſt ſuum ſuperius identice, vel participatiue: ſi non quæritur quõ paſſio determinatur per tale quod quid eſt ſubiecti ad cauſandam eius paſſionem, aut determinatur ſicut forma per applicationem ad talem materiam, aut ſicut agẽs determinatur per approximationem ad paſſũ aut ſicut virtus cãæ ſuperioris determinatur per virtutẽ, & operationem cãæ inferioris. Alium modum determinationis ad propoſitum nõ reducibilem ad hos quatuor nõ video & c. Si determinatur ſicut forma ꝑ materiã, ſicut circularitas in vulnere poſita, determinatur ad cauſandum tardiorem ſanitatẽ, & ſimiliter ſi determinatur ſicut cã ſuperior, ſicut ſol determinatur per ſemen ad productionem oliuæ, & ars per inſtrumenta propria ad artificium, & ſimiliter ſi determinatur ſicut agens, ſicut ſol determinatur ad gñationem cauſandam per motum, qa fit propinquus, & breuiter quouis alio modo determinetur paſſio ſuperioris per ſubiectum inferius, ſi remanet eadem formaliter, oportet horum alterum dicere, aut ꝙ paſſio inferioris non eſt propria paſſio inferioris, vt ſic, aut ꝙ paſſio ſuperior non eſt propria cauſa illius quorũ vtrunq; eſt contra poſitionem iſtã. Declaratur ſequela, qm̃ ſi paſſio ſuperior remanet eadem formaliter, & ex ſe habet, ꝙ ſit propria cauſa illius inferioris, & nõ ex determinatione, qm̃ determinatio illa concurret vt conditio ſine qua non vel per q̃ uel in qua. Tunc paſſio cauſata nõ eſt ꝓpria inferioris, ut diſtinguitur à ſuperiori, ſed potius ĩcludit in ſe ſuperius, ſicut quia tardius ſanari fluit ex natura circuli applicati ad vulnus, nõ eſt propria paſſio vulneris abſolute, ſed vulneris circularis. Si vero ſuperior remanens eadem formaliter non ex ſe habet quod ſit propria cauſa illius, ſed ex determinatione, iam non ipſa eſt propria inferioris cauſa, ſed potius illud determinãs: ſemper. n. propter quod vnumquodque illud magis eſt, ſed talis paſſio ſuperior eſſet propria cã propter ſubiectum determinans, ergo ſubiectum determinans eſſet magis propria cauſa, & hæc ſufficiant etiam contra tertiam concluſionem. Minus. n. libenter impugnationibus, inſiſto. Sententiam autem S. Thom. ab ipſo duabus eſt ꝓ opinio S. T.
poſitionibus probata. Prima poſita in hoc ſecundo eſt, ꝙ Lec.7. circa
paſſio demonſtratur per propriam diffinitionẽ, diffinitio t.c. 8. circa
aũt paſſionis per diffinitionem ſubiecti. ſecunda habita c.2.
in principio primi eſt ꝙ medium in demonſtratione conſtat ex diffinitione ſubiecti & paſſionis. Sed ex his verbis põt duplex ſenſus accipi, ſm ꝙ duplex eſt diffinitio, paſſionis. ſ. dicens quid tm̃ & dicens quid & ꝓp q̃ꝺ. Primus ſenſus eſt, quod paſſio prima demonſtretur de ſubiecto ꝑ diffinitionem paſſionis dicentem quid, illa aũt diffinitio demonſtreſ tandem per diffinitionem ſubiecti, & ſic mediũ reſpectu eiuſdem paſſionis multiplica-

tum

tum conſtat ex rationibus vtriuſque &c. alius ſenſus eſt ꝙ paſſio poſterior demõſtretur per ſuam diffinitionem dicentem quid & ꝑꝑ quid ae per hoc demonſtretur per T.c.23.c.12.poſt medium. priorem paſſionem quæ in eius diffinitione cadit ut eã, ſicut eclipſis demonſtratur per interpoſitionem terræ, cũ autem deuentum fuerit ad primam paſſionem, illa demõſtretur per diffinitionem ſubiecti & paſſionis ſimul, ex eis enim integratur diffinitio dicens quid & propter qd primæ paſſionis, quoniam vt infra probatur quod quid ẽ ſubiecti eſt proprium propter quid reſpectu primæ paſſionis, ſic autem demonſtrando primam paſſionem principalem locum tenet quod quid eſt ſubiecti, quoniam ipſius rõne medium illud continet propter quid, quod eſt Supra t.c.1. altera cauſa paſſionis &c. Et hic ſenſus mihi magis placet, & conformior eſt Ariſt. & S. Th. & dignior ut tanto ingenio attribuatur. Cõformior quidem Ariſt. quoniam expreſſe medium ponit diffinitionem dicentem propter quid, S. Th. vero tum quia ipſe idem aſſerit quod Ariſto. & in eodem loco. Tum quia expreſſe in principio primi lib. vt adductum eſt, hoc dixit. Tum quia ex hoc nullum ſequitur in doctrina ſua inconueniẽs, quoniam qđ quid eſt ſubiecti primum medium ponitur hoc modo. Iuxta primum autem ſenſum vniformitas expoſitionis ſaluari non videtur, dum prima paſsio non demonſtrari dicitur ſicut poſteriores, ſed imperfectiori modo quod nõ bene ſonat &c. Dignior aũt eſt tanto uiro. Tum quoniam medium potiſsime demonſtrationis proprias cauſas paſsionis in ſe ſic continet, & formalem quidem ratione diffinitionis dicentis quid, materialem aũt & efficientem rõne ꝙ quid ẽ ſubiecti, a quo in ſe ipſo emanat paſsio &c. Tum quoniam hæc ſententia illuſtribus dicitur viris cõformis. Themiſtio. ſ. Ioãni Grammatico, Auerroi, & Alberto Magno, quorum ſententiam nunquam in hac materia S. Th. impugnauit, nec dico propterea quod ſm S. Tho. diffinitio ſubiecti ſola non poſſit eẽ medium: huius n. oppoſitum, fatemur abſolute, qm̃ hoc poſſe fieri probabitur, & conſequenter primus ſenſus verborum S. Tho. et accipiebatur. Quod. n. diffinitio ſubiecti ſola ſit mediũ ad primã paſſionem probandam deducitur ſic, oĩs cauſa propria & neceſſaria ꝑꝑ quam ſufficienter & immediate res eſt, poteſt eſſe verum & proprium medium ad demonſtratiue ſciendum rem illam, patet illa ex diffinitione ipſius ſcire quodquid eſt ſubiecti, eſt talis eã primę paſſionis ſuę. ergo, minor licet nõ niſi ab inepto ad philoſophiam negari poſſit, probatur tantum ſic, id cui conuenit aliqua paſſio ſecundum quod ipſum ſeu primo eſt propria ſufficiẽs, & immediata cauſa illius, probatur quoniã T.c.24. (vt in 5. cap. primi dicitur) eſt id cui illa paſſio ineſt, & ꝑ illud ineſt cæteris quibuſque, ſubiectum autem propriũ eſt id cui prima paſſio conuenit ſecundum quod ipsum ſeu primo, ergo ſubiectum eſt propria cauſa & medium ſufficiens ad demonſtrãdam propriam paſſionẽ, & hoc eſt indubie ſentiendum propter iſtam rationem Quod ſi aliquis contenderit talem demonſtrationem non eſſe potiſſimã memor ſit quid ſonet demonſtratio potiſſima & ceſſabit contentio. Si dicatur ergo eadem paſſio poterit demonſtrari duabus demonſtrationibus potiſſimis. ſcilicet per quod quid eſt ſubiectum ſolum, & per quod quid eſt ſubiecti & paſſionis, ſeu diffinitionem formalem & cauſalem paſſionis. Dicitur hoc non eſſe conueniens diuerſis reſpectibus ſeruata identitate proprii medii &c. diuerſis quidem reſpectibus quoniam illa in qua ſolũ quod quid eſt ſubiecti aſſumitur, dicitur potiſſima, quia eſt prima ſimpliciter ordine cõpoſitionis & vltima ordine reſolutionis, & hẽt propoſitiones ſimpliciſſimas. Iſta aũt potiſſima dicit, quia aggregat in ſe genera cauſarum ex quibus eſſe paſſionis dependet, vt Albertus in hoc ſecundo tractatu capituli docet, diffuſe ſeruari autem identitatem medii oportet quoniam demonſtrationes non augentur per media, & medium in vtraque ẽ ipſum quod quid eſt ſubiecti eſt quo obtinent reliqua ꝙ medii vim habeant, vt Albertus dicit in 7. metaphyſicæ, tractatu 1. ca. 12. quoniam primum in vnoquoque genere eſt cauſa oĩum eorũ quæ ſunt poſt. poſſunt aut hęc, ꝙ diximus Ariſt. auctoritatibus muniri, ſed quoniam unuſquiſque gloſſat eas ut uult, ideo ſat ſit hæc dixiſſe quibus & rationem primi termini, & rationem ultimi mediorũ numero collocari defendimus. Sicque nihil nobis aduerſari in Ariſt. libris inuenimus &c.

## Quomodo cauſæ omnes habeantur per demonſtrationem. Cap. 8.

*Quoniam autem ſcire putamus, quãdo ſcimus cauſam, cauſæ vero quatuor ſunt, vna quidem, quod quid erat eſſe, vna autem quibus exiſtentibus neceſſe eſt hoc eſſe, altera vero quæ aliquid primum mouit, quarta autem cuius cã omnes iſtæ per medium monſtrantur, & hoc. n. quod cum ſit hoc, neceſſe eſt eſſe, una quidem accepta propoſitione non eſt, duabus aũt ad minimũ, hoc vero eſt, quando vnum medium habeant, hoc igitur vno accepto, concluſionem neceſſe eſt eſſe. Manifeſtum aũt & ſic propter quid eſt rectus in ſemicirculo aut quo exiſtẽte, rectus eſt ſit vtique rectus, in quo A, dimidium duorum rectorum, in quo B qui eſt in ſemicirculo, in quo C, quod igitur A rectus inſit ipſi C, ei qui eſt in ſemicirculo, cauſa ẽ ipſum B, hoc enim ipſi A, æquale eſt, hoc autem C, ipſi B, duorum nanque rectorum dimidium eſt, cum igitur B, ſit dimidium duorum rectorum A, ipſi C, ineſt, hoc autem erat, in ſemicirculo rectum eſſe, hoc vero idem eſt ipſi quid erat eſſe, eo, quod hoc ſignificat oratio verũ enim uero & ipſius quid erat eſſe, cauſa monſtrata eſt media. Propter quid autem Medorum bellum factum eſt Athenienſibus quæ eã bellum inferendi Athenienſibus, quoniam in Sardes cum Eretrienſibus irruerunt, hoc. n. primo mouit. ſit bellũ in quo A priores iruiſſe B, Athenienſes C, inẽ itaque B, ipſi C, quod eſt prius irruiſſe Athenienſibus, C, A, vero ipſi B; bellũ inferunt. n. iis, qui prius iniuria affecere, ineſt igitur ipſi quidem B, A, quod eſt bellum inferre iis, qui prius incepere, hoc autem ipſi C, Athenienſibus, prius n. cepere, mediũ igitur & hic cauſa eſt quæ primo mouit. Quorumcũque autem cauſa ipſum gratia cuius, ut propter quid ambulat, vt ſanus fiat, propter quid domus eſt ut cõſeruetur ſupellex: illud quidem gratia conualeſcendi, hoc autem gratia conſeruandi, propter quid a prandio oportet deambulare & gratia cuius nihil differt, deambulatio a prandio C, non ſupernatare cibaria, in quo B, ſanari in quo A, inſit igitur a prãdio deãbulare, ei, quod eſt facere non ſupernatare cibaria ad os vẽtris, & hoc ſalubre, vt. n. ineſſe ipſi deãbulare, qđ ẽ C, ipſũ B, quod eſt nõ ſupernatare cibaria, huic aũt ineſt ipſum A, ſalubre, quæ igitur eſt cauſa ipſi C, quod ipſum A, inſit quod eſt gratia cuius B, quod eſt non ſupernatare, hoc aũt eſt veluti illius ratio, A, enim ita aſſignabitur, propter quid autem B, ipſi C, in eſt, quoniam hoc eſt ſanari ita ſe habere. Oportet autem tranſumere orationes, & ita magis ſingula apparebũt. Generationes, vero econuerſo hic, & in cauſis ſecundum motum, ibi enim medium oportet fieri primum, hic autem ipſum C, extremum, vltimum vero ipſum cuius gratia, contingit autem idem & cuius gratia eſſe & ex neceſſitate vt per lucernam egredi lumen, ex neceſſitate etenim progreditur, quod minores habet partes, per maiores poros ſiquidem lumen fit, eo quod pertrãſit, & gratia cuius, nõ offendamus. An ne ergo ſi eſſe contingit & fieri contingit quemadmodum ſi tonat, cum extinguitur ignis, nec neceſſe eſt ſtridere & ſtrepere, ut Pytagorei dicunt minarũ gratia iis qui ſunt in tartaro, ut timeant, plurima vero talia ſunt, & maxime in iis, quæ ſecundum naturam conſtituuntur, & tranſiſtunt, hæc enim alicuius gratia facit ipſa natura, illa vero ex neceſſitate. neceſſitas autẽ duplex hæc quidem enim ſecundum naturã & appetitum, illa autem vi, quæ præter appetitum eſt, quemadmodum lapis*

ex ne

*ex neceſſitate, & ſurſum & deorſum fertur, ſed non propter eandem neceſſitatem. In iis uero, quæ a diſcurſu nõ nulla quidem nunquã caſu ſunt, ut domus aut ſtatua, neque ex neceſſitate, ſed alicuius gratia, q̃dam vero & a fortuna, vt ſanitas & ſalus, maxime autem in quibuſcunq; contingit & ſic, & aliter, quando non a fortuna generatio ſit, quare finis, quod eſt bonum gratia alicuius ſit aut natura, aut arte, a fortuna uero nihil gratia alicuius ſit.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

concluſio principalis. OMnes quatuor cauſæ per medium monſtrantur. p̃batur a priori, quoniam ſcire eſt cauſam ſcire &c. Cauſa materialis, ideſt, quæ cum ſit neceſſe eſt hoc eſſe, vt medium monſtratur cum duabus ad minus propoſitionibus vnum habentibus medium, declaratur in terminis generalibus A, primo C, tertio, & B, medio, applicatis ad rectum angulum in ſemicirculo, & medietatem duorum rectorum &c.

Cauſa formalis qũo habeatur ut medium dictum eſt.

Cauſa efficiens mõſtratur media aſſumpta cauſa prius mouente pro medio, declaratur in terminis A, primo, C, tertio, & B, medio applicatis ad bellari Athenienſes, & priorem oſtenſam.

Cauſa finalis monſtratur media, aſſumpto ipſo fine ultimo pro primo, & fine medio pro medio, & effectu pro tertio &c. declaratur in terminis A, primo B, medio, & C tertio applicatis ad ſanari, non eminere cibos in ore ſtomachi, & ambulationem &c. Et oportet commutare rationes, & ſic magis vnaquæque apparebit &c.

differentia. Generationes effectiui & finalis proceſſus econtrario fiunt declaratur, quoniam medium illius eſt primũ quod fit, iſtius autem ultimum ſeu tertium eſt primũ q̃d fit, & ipſum propter quid eſt ultimum quod fit.

ſecunda cõcluſio. Contingit vnum & idem & propter quid & ex neceſſitate eſſe. declaratur exemplariter in diffuſione luminis per pellem & in tonitruo &c.

tertia cõcluſio. Plurima ſunt hmõi & maxime in naturalibus. declaratur duplici diſtinctione, prima eſt eorum, quæ ſunt a natura, alia ſunt propter hoc, alia ex neceſſitate, & horum alia ex neceſſitate materiæ, ut lapidis deſcẽſus, alia ex neceſſitate agentis, ut lapidis aſcenſus. Secunda eſt. Eorum quę fiunt ab intelligentia, alia ſunt propter finem & non a fortuna, nec ex neceſſitate ut domus & effigies, alia sũt a fortuna, ut ſanitas & ſalus &c.

Finis bonus eſt propter quem aliquid fit a natura, aut ab arte, & nõ a fortuna, declaratur, quoniam maxime apparet finis in quibuſcunque, ſic, & aliter contingit fieri, & non a fortuna fiunt &c.

## Series autem hęc eſt.

Cum declarauit quomodo quod quid eſt ad demonſtrationem ſe habeat, & per illã, noſcatur, intendit declarare quomodo propter quid per illam habeatur, & quoniam propter quid ſecundum cauſarum genera diſtribuitur, docere uult quomodo quodlibet genus cauſæ per demonſtrationem habeatur, & duo facit. primo intentum uniuerſaliter proponit, & probat in principali concluſione & ſubiungit declarationem ſecũdũ quamlibet cauſã, addens differentiam inter effectiuum proceſſum & finalem. Secundo docet quod etiam reſpectu vnius, poſſunt haberi per demonſtrationem diuerſæ cauſæ in ſecunda concluſione, & declarat qualiter hoc inueniatur in naturalibus & intellectualibus, in tertia concluſione, ſubiũcto correlario excludente fortuita ab habentibus cãm finalẽ.

Annot. Circa principalem concluſionem. Aduerte quod ex illa habetur intentio Ariſt. in hoc ca. quam non aduertere occaſio videtur fuiſſe tanti laboris aſſumpti ab aliis circa proceſſum cauſæ finalis, vt ibi dicetur. Habetur ſiquidẽ ex hoc ipſo exordio capituli, ꝙ intẽtio ſua eſt declarare qualiter quodlibet genus cauſæ per demonſtrationem innoteſcat, & nõ qualiter demonſtratio fiat per quodlibet genus cauſæ, licet hoc ſecundũ ex his q̃ hic dicuntur facillime ſumatur, non enim propoſuit Ariſtote. quod omnes hæ quatuor cauſæ demonſtrant, ſed quod per mediũ monſtrantur, ideſt per demonſtrationẽ, vt media cognoſcuntur, vnde & volens hoc declarare in cauſa formali dicit. At vero ipſius quod quid erat eſſe cauſa demonſtrata eſt media, conſtat autem ex præcedenti capitulo, quod de cauſa formali ſeu quod quid eſt, oſtenſum eſt nõ quomodo demonſtret, ſed quomodo per demonſtrationem habeatur, hæc eſt ergo intentio textus non poſtergãda. Cap. 7.

Annot. Circa oſtenſionem cauſæ materialis, Moleſtia Ægidii mihi occurrit cuius impatiens propterea ſum, quia præceptorem ſuum abſque cauſa mordet, propter quod vellem ipſum ordinate vidiſſe, q̃d hucuſque non feci, nec diſpoſitus ſum ad faciendum ut nihil quod contra S. Th. dixerit abſque reſponſione tranſiret. duo ergo S. Thom. dicta in hac re impugnat, primum eſt ipſa deductio exempli Ariſt. ait. n. q̃d deductio illa deficit dupliciter. Primo quia ex ea non habetur q̃d angulus ſemicirculi ſit rectus niſi fiat recte in medio ſemicirculi, & conſequenter ſecũdum hanc deductionem non quilibet angulus in ſemicirculo eſt rectus, quod innuit philoſophus & eſt verum. Secundo, quia non arguit angulum ſemicirculi eſſe rectum, quia eſt medietas duorum rectorum', ſed quia ſunt duæ medietates vnius recti &c. Secundum dictum eſt expoſitio illorum uerborum Ariſtot. (huic autem idem ẽ quo quicquid erat eſſe cum hoc ſignificat ratione &c.) Exponit enim S. Thom. quod modus demonſtrandi per cauſam materialẽ poteſt ad cauſam formalẽ reduci, quoniã eſſe medium duorum rectorum poteſt accipi, ut ratio ſignificans quod quid eſt recti anguli. Obſtat contra hoc, quia pars quãtitatiua qualis eſt medietas non ingreditur diffinitionem, ut patet in 7. Metaphyſicæ. non enim dẽt diffiniri angulus rectus, quia eſt medietas duorum rectorum, ſed quoniam eſt conſtitutus ex linea recta &c. T. co. 34.

Ad primum eorum quæ obiiciuntur. contra primum dicitur quod S. Thom. non intẽdebat hic docere geometriam, quoniam præſentis non eſt negotii, & ideo non aſſumpſit prouinciam probandi quod quilibet angulus in ſemicirculo ſit rectus, ſat enim fuit quod oſtẽderet quod angulus in ſemicirculo ſit rectus: Ariſt. enim quem exponebat non adducit in exemplum, niſi quod angulus in ſemicirculo eſt rectus &c.

Ad aliud dicitur, quod probatio illa procedit ex hoc quod angulus ſemicirculi eſt medietas duorum rectorũ non ſecundum ſenſum arguentis, quia .ſ. totus ille angulus excedit in duplo a duobus rectis, ſed ſecundũ ſubtiliorem ſenſum, quia ſcilicet angulus ille conſtat ex medietatibus duorum rectorum, quoniam conſtat ex angulis acutis duorum triangulorum, angulus enim acutus unius trianguli eſt medietas unius recti, cui æquiualet cum reliquo angulo acuto eiuſdem trianguli, & ſimiliter angulus acutus alterius trianguli eſt medietas alterius recti, cui æquiualet cum reliquo acuto eiuſdẽ triãguli. Et hæc eſt uera demonſtratio ex cauſa materiali quoniã demonſtratur angulus ſemicirculi rectus ex hoc, quod cõſtat ex medietatibus duorum rectorum tanquam ex partibus, & hoc fit manifeſtum, protracta linea perpẽdiculari in medio angulo ipſius ſemicirculi, ut patet in figura formata a S. Th. Vnde arguens nõ recte deducit rationem S. Th. & ideo non eſt mirum ſi errauit.

Ad id vero quod obiicitur contra ſm dictum, dr. primo ꝙ exempla ponimus non quod ita ſit, ſed vt addiſcẽtes intelligãt, docere uolebat Ariſ. ꝙ cã materialis põt reduci ad q̃d quid eſt, eo ꝙ põt dari de re diffinitio ſumpta ex cã materiali. Talis enim diffinitio ad quod quid eſt ptinet, & ex cauſa materiali uim habet. Et ideo S. Th. exẽplariter locutus ſic expoſuit. Dicitur ſecundo quod licet huiuſmodi materialia non admittantur ad quod quid eſt ſimpliciter, admittuntur tamen ad, quod quid

eſt ſic

eſt ſic,ideſt ſm materiam,ſeu materialiter conſideratū, ſaltem reductiue,& hoc ſufficit intentioni S.Tho.qui dixit,quod eſſe medium duorum rectorum poteſt accipi vt rō recti anguli,& non dixit qđ hoc ſit rō recti anguli.

Circa oſtenſionem cāæ finalis.Notandum eſt quod,a dicentib.Ariſtotelem oſtendere qūo ſit demonſtratio ſm cauſam finalem,extorqueri quodammodo textum oportet,& ſuperfluitatem in eo confiteri,qm̄ demonſtratio ordinata ab Ariſtotele non aſſumit medium ꝙ ſit cā finalis,quare prædicatum concluſionis inſit ſubiecto,ſed cauſam efficientem,& qm̄ ab illo verbo(quæ igitur cauſa &c.vſque ad ly generationes &c.non facile exponi poteſt ſeries textus,iuxta illum ſenſum niſi inculcando, vel &c.Amplius quis non arguet Ariſt.inſufficientię, ſi intēdit tradere,qūo fiat demōſtratio per cām finalem ab ipſo nanq; in ſecundo phyſicorum traditur modus demōſtrandi per illam,qui hoc in loco,reticetur,& tamen ſm illam uiam,hic eſt proprius locus,vbi determinari debebat modus demonſtrandi per cauſam finalem. Dicendū ergo eſt iuxta ſuperius dicta,ꝙ intentio Ariſt.eſt declarare qūo per demonſtrationē innoteſcit cā finalis, & ꝙ docet eam haberi;quando termini ſic ordinātur,quod id quod habetur pro fine,ſit primum,& effectus cuius quærimus cauſam finalē,ſit vltimū, & aſſumitur pro medio quod eſt vere medium,cā.ſ.& ratio,quod primū inſit ultimo,apparet.n.tūc,ꝙ illud medium eſt cauſa finalis nō ꝙ primum inſit vltimo,ſed ipſius vltimi,& ꝙ primū ſit cauſa finalis medii &c.Et hoc manifeſte patet in exemplo & uerbis textus,quoniam in textu proponitur quod quęratur propter quid ambulationis poſt cęnam & finis reputatur ſanitas,& medium aſſumitur non eminere cibos in ore ſtomachi,hoc.n.eſt vere medium inter ambulationem & ſanitatem,& eſt cauſa & rō quod ambulatio ſit ſana,ex tali aūt demōſtratione habetur,quod nō eminentia cibi,ex hoc,ꝙ eſt cauſa quod ſanitas inſit ambulationi ē finis proximus ambulationis, & qđ ſanitas ē finis nō eminētiæ cibi,& cōſequēter ambulationis,& huic intento deſeruiunt illa verba Ariſtotelis ſupradicta,quādo ait.Quæ igitur cauſa eſt in C,quod A,ſit ꝓpter quid eſt,i.cā finalis eſt ipſius ambulationis,& hæc ſit B,qđ ē, non ſupereminere cibos,hoc aūt eſt,ſicut illius.ſ.ambulationis rō ſicut finis eſt rō eius quod eſt ad finē , uel illius ſcilicet ſanitatis,ratio,ſicut efficiens &c.A.n.ideſt ſanitas de ambulatione ſic monſtrabitur,qm̄ tam medius finis, quam efficiens monſtrat ultimū finem &c.ꝑꝑ quid aūt B,eſt in C, i.cā finalis propter q̄ non ſupereminere ineſt ambulationi,eſt,qm̄ hoc eſt ſanari ſic ſe hr̄e,i.quoniam nō ſupereminere ad ſanitatē ducit &c.& ſubdit oportet aūt cōmutare rōnes &c.quaſi dicat,non mireris ſi ſic oſtenditur cauſa finalis.ſ.faciendo ipſam primum terminum & finem intermedium,mediū,& effectum ultimū quoniam facta commutatione rōnum modo dicto.ſ.ut medium aſpiciatur,vt propter quid vltimi,& primū, ut propter quid medii,magis vnaquæq; cauſa diſtincte apparebit &c.Et nota ꝙ textus cōiter videntur incorrecti in illis vltimis elemētis propter quid autem B,eſt in C, &c.habent.n.ꝑꝑ quid aūt A,eſt in C,ꝙ ex eo vitioſum deprehenditur,quia iam in ſuperiori linea dixerat cām quare A,in C,eſt,legendum,eſt,ergo.ꝑꝑ quid aūt B,ē in C,& ſic hēt alia translatio,& ſic exponit Boetius &c.

Circa tertiam concluſionem & contenta in ea.Aduertendum eſt quod ſi fateri uolumus ut & textus ſeries inſinuare videtur,quod ſcilicet illæ diſtinctiones,quæ in litera fiunt ſeruiant tertiæ concluſioni,oportet intelligere qđ prima diſtinctio ex extremis det intelligere medium ex quo enim natura alia facit propter finē,& alia ex neceſſitate.Multa intermedia faciet,propter utrunque &c. ſecunda autem diſtinctio poſita ſit magis ad ſeparandū ea quæ non habent utranque neceſſitatem magis quam ad oſtendendum,ſi quis autem vellet ſeparare,hæc forte non male faceret,dicendo quod ly plurima autem &c. coniungitur cum concluſione præcedente,& diſtinctiones ſeorſum ſequuntur,ut pateat ex eis in quibus habeat locum oſtenſio cauſæ finalis ſolius,& in quibus materialis ſolius,& in quibus utriuſque,& in quibus nullius . Et huic propoſito omnes diſtinctiones conſtructiue deſeruiunt &c.

## De differentia ipſius propter quid,in his, quæ fiunt ſimul vel non ſimul:circulariter vel non circulariter ſemper vel frequenter. Cap. II.

*Eadem autem cauſa eſt iis,quæ fiunt,& factis, & futuris,quæ eſt in ijs quæ ſunt;medium enim eſt cauſa præterque quod iis quidem quæ ſunt,quæ eſt, in ijs vero quæ fiunt,quæ fit factis autem facta,& futuris futura,vt propter quid factus fuit defectus,quoniam facta fuit terra in medio.fit autē,quoniam fit,erit vero , quoniam erit in medio,eſt aūt,quoniam eſt.Quid eſt chriſtallus accipiatur vtique,quod eſt aqua congelata,aqua in quo C,congelatum in quo A,cauſa media in quo B,defectus calidi omnino; ineſt itaque B,ipſi C, huic autem congelatum eſſe, quod eſt,in quo A,fit autem cryſtallus,cum ſit B , factum eſt autem,facto erit autem futuro,ſic igitur eſt cauſa, & cuius cauſa ſimul fiunt,quando fiunt,& ſunt,quādo ſunt, & in eo qđ factū fuit,& in futuro cōſimiliter. In iis vero,quæ non ſimul ſunt,an ne ſunt in continuo tempore ? quemadmodum videtur nobis alias aliorum cauſas eſſe, ipſius quidem facti factam alteram,& futuri alteram futuram,& ipſius fieri,ſi quid prius factum fuit . Eſt utiq; a poſterius facto ſyllogiſmus,principium,autem & horū ipſa facta,quare,& in iis quę fiunt conſimiliter, a priori uero non eſt,vt quoniam hoc factum fuit,quia hoc poſterius factum fuit,& in futurum conſimiliter, neque enim indefiniti,neque definiti erit temporis,quare quoniam hoc uerum eſt dicere factum fuiſſe,hoc autem eſt uerum dicere factum fuiſſe poſterius,in intermedio nanque falſum erit dicere hoc iam altero facto,Eadem autem ratio & in futuro,neque quoniam hoc factum fuit,hoc erit, medium enim congenitum oportet eſſe factorum factum, & futurorum futurum,eorum quæ fiunt quod fit.entium ens;id uero quod fuit,& id quod erit non contingit eſſe congenitum.Amplius neque indefinitum contingit eſſe tempus intermediū, neque definitum erit falſum.n.dicere in intermedio.Conſiderandum autē quid eſt ipſum continuum,ut poſt ipſum factum eſſe,ipſum fieri ſit in rebus,an manifeſtum eſt,quod non eſt contiguum facto quod fit,neque.n. factum facto termini nanque ſunt , & indiuidui. quēadmodum igitur neque puncta ſunt ſibiinuicem contigua,neque facta,ambo enim indiuidua ſunt,neque vtique quod fit facto propter idem,nam quod fit,diuiſibile eſt, factum autem indiuiſibile, quemadmodum igitur linea ad punctum ſe habet , ita quod fit ad factum, inſunt enim infinita facta in eo quod fit ; magis autem manifeſte in uniuerſalibus de Motu oportet dici de his.De eo igitur quod eſt,quomodo,cum generatio conſequenter ſit, ſe habeat medium quod eſt cauſa,in tantum acceptum ſit, neceſſe eſt enim & in his medium,& primum immediata eſſe,vt A , factum fuit, quoniam C, factum fuit poſterius autem B, factum fuit:prius autem A , principiū autem C, eo quod proximius ipſius nunc eſt , quod eſt principium temporis,C , uero factum eſt, ſi D, factum eſt,cum igitur D , fit,neceſſe eſt A , factum eſſe , cauſa autem eſt C,cum enim D , factum eſt,neceſſe eſt C , factum eſſe,C,autem facto neceſſe eſt prius A, factum fuiſſe.Ita vero accipienti medium,ſtabitur alicubi in immediatum,an ſemper extra cadet propter infinitum ? non enim eſt contiguum factum facto , quemadmodum di-*

*ctum fuit, ſed incipere tamen neceſſe eſt a medio & ab ipſo nunc primo, ſimiliter autem & in ipſo erit, ſi.n. verum eſt dicere, quod erit D, neceſſe prius verum dicere, quod A, erit, huius autem cauſa ipſum C, ſi.n. D, erit, prius ipſum C, erit, ſi vero C, erit, prius ipſum A, erit, ſimiliter autem infinita eſt ſectio & in his, nõ.n. ſunt futura contigua inter ſe, principium uero & in his, immediatum accipiẽdum eſt. ſic habet autem ſic in operibus, ſi facta eſt domus neceſſe eſt inciſos fuiſſe lapides, & factum fuiſſe hoc propter quid, quoniam neceſſe eſt fundamentum factum fuiſſe, ſi quidem & domus facta fuit, ſi vero fundamentũ eſt, prius lapides factos fuiſſe neceſſe eſt. Rurſus, ſi fierit, domus, conſimiliter prius erunt lapides (monſtratur autem per medium ſimiliter) erit enim fundamentum prius. Quoniã autem uidemus in iis quæ fiunt circulo, generationẽ quandam eſſe, contingit hoc eſſe, ſi quidem ſequantur ſe inuicẽ medium & extrema, in his enim ipſum conuertere eſt, mõſtratum uero eſt hoc in primis, quod conuertuntur cõcluſiones, quod autem circulo, hoc eſt, in operibus autem apparet ſic, madefacta terra, neceſſe eſt uaporem fieri, hoc autem facto nubem, hoc autem facto aquam, hoc autem facto neceſſe eſt madefactam eſſe terram, hoc autem erat, quod a principio, quare circulo circuiuit, uno enim ipſorum quocũque exiſtente, alterum eſt, & illo, aliud, & hoc primum. Sunt autem nonnulla quidem, quæ fiunt uniuerſaliter, nanque & ſemper & in omni, aut ſic ſe habent, aut fiunt, alia vero ſemper quidem, non ut plurimum autem, ut non omis homo maſculus barbam emittit, ſed ut plurimum. Talium itaque neceſſe eſt, & medium plurimum eſſe, ſi enim A, de B, uniuerſaliter prædicatur, & hoc de C, uniuerſaliter, neceſſe eſt A, de C, ſemper & in omni prædicari, hoc enim eſt uniuerſale, & in omni & ſemper, ſed ſupponebatur ut plurimum, neceſſe eſt igitur & mediũ ut plurimum eſſe quod eſt, in quo B, erunt igitur & eorum, q̃ ut plurimum, principia immediata, quęcunque ut plurimum ita ſunt, aut fiunt. Quomodo igitur ipſum quid eſt in diffinitione aſſignatur, & quomodo demonſtratio aut definitio eſt ipſius, aut non eſt, dictum eſt prius.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

1. concluſio. Cauſa in his, quæ fiunt, & factis, & futuris, eſt eadem ſcdm ſubſtantiam, q̃ vere eſt in his, quæ ſunt. probatur, quoniam cauſa aſſumpta in medium in his, quę ſunt, eſt & in his quæ fiunt fit, & in factis facta, & futuris futura eſt, declaratur primo in eclipſi, & interpoſitione terrę, ſecundo in cryſtallo ideſt aqua denſata ex defectu caloris, & ordinatur in terminis A, primo, C, tertio, & B, medio ad denſatum, aquam, & defectum caloris applicati. probatur deinde, quoniam cauſam & cuius eſt cauſa, ſimul fiunt cum fiant, ſunt cum ſint &c.

qõ princip. Vtrum cum cauſa & effectus non ſimul ſunt, ſint in continuo tempore.

2. concluſio. Syllogiſmus in hmõi quæ non ſunt ſimul, eſt a poſterius facto vel fieri, ad prius, & nõ a priori ad poſterius tã in præterito, q̃ in futuro. probatur primo ſecunda pars. ſ. q̧ non a priori, quoniam ſiue ponantur comitari ſe extrema per determinatum tempus, ſiue per indeterminatum, nec ex factum eſſe priori poteſt inferri, factum eſſe poſterius, quoniam in medio tempore inter duo facta eſſe, falſum erit, poſterius factum eē aſſerere, nec ex factũ eſſe poteſt inferri fore. probatur dupliciter. Primo quoniam medium ſimul genitum oportet eſſe cũm eo, cuius eſt medium, eſſe autem, & futurum eſſe non ſunt ſimul genita. Secundo quoniam nec finitum contingit eſſe tẽpus medium, inter factum, & id quod futurum infertur, menſurans ly erit, quoniã in medio falſum erit aſſerere.

propoſitio uel queſtio. Speculandum eſt igitur quid eſt contingens, ut poſt id quod factum eſt ſit fieri in rebus.

3. concluſio. Factum eſſe non eſt continuum cum fieri, nec alio facto eſſe. probatur primo ſecunda pars, quoniam ſunt termini, & atomi: declaratur, qm̃ ſunt indiuidualia ſicut pũcta, q̃ continua non ſunt, ſcdo probatur prima pars p p idem, qm̃ ipſum fieri de diuiſibile, & nõ, põt continuum eſſe cũ indiuiſibili, ſed infinita talium indiuiſibilium in eo ſunt, declaratur ex ſimilitudine lineæ ad punctum.

Cauſa media ſe hẽt cũ eo qđ conſequenter fi ut de facto eſſe dictũ eſt. Declaratur, qm̃ neceſſe eſt in his, q̃ conſequenter fiunt, medium & primum ſine medio eſſe, quod ſaluatur a poſteriori arguendo ſic, in terminis præteritis a priori facto C, medio, & D, poſtremo in eſſendo, primo aũt in ſyllogizando. Tunc.n principium & cauſa media, per quam ex D, infertur A, eſt C, qm̃ proximum eſt ipſi nũc quod eſt principium t pis: ſine medio aũt ſeu immediatione, licet obſtet q̧ factum facto continuũ nõ eſt, quia infinitantur, & propter hoc videatur accipiẽdo facta pro mediis nũquam perueniri ad immediatum, qđ tamen nõ obſtat, ſed neceſſe eſt incipere a medio, & nũc primo, & ſimiliter per omnia habet in terminis eiſdem futuris, & declaratur exemplo in artificio domus. 4. concluſio reſponſiue.

In his, quæ fiunt ſcdm circularem generationẽ contingit hoc eſſe, vt ſ. circulariter in eis ſumatur medium, ſi uere mediũ & termini ad inuicem conſequantur. probatˀ, qm̃ circulo demonſtrare eſt conuerſim demonſtrare, in hmõi aũt & terminos neceſſe eſt conuerti, & concluſiones ex talibus terminis in prioribus oſtenſum eſt conuerti. declaratur deinde in operibus naturæ, terra. ſ. depluta vapore nube, & iterũ terra depluta, declaratur demũ incipiendo a quouis eorum, qm̃ undecunque incipias, ad illud neceſſitas generationis & illationis redit &c. 6. concluſio

Quædam ſunt quæ fiunt uniuerſaliter, ut ea quæ ſemper & in omni, aut ſic ſe habent aut fiunt. Diuiſio.

Quædam uero fiunt ſicut frequenter, ut quod hõ maſculus habeat barbam.

In his quę ut frequenter fiunt, neceſſe eſt medium & immediatum principium ut frequenter, non ut uniuerſaliter eſſe. probatur, quoniam ſi medium uniuerſaliter eſſet, concluſio uniuerſaliter, & non ut frequenter eſſet, qđ eſt contra hypotheſim, declaratur in terminis A, primo, C, tertio, & B, medio. 6. concluſio

## Series autem hęc eſt.

Oſtenſa diuerſitate cauſæ ſeu p p quid, attenta penes diuerſum genus cãlitatis, intendit in hoc cap. diuerſitatẽ ipſius p p quid declarare, ſcdm reliquas diſtinctiones faciẽtes dñam quo ad aſſumenda media in demonſtrationibus. ſ. ſimul & non ſimul, circulariter, & non circulariter, ſemper & frequenter, & quatuor facit. Primo unica concluſione declarat qũo aſſumendum ſit propter quid, qñ cauſa & effectus ſimul ſunt. ſecundo determinat qũo aſſumendũ ſit, qñ non ſunt ſimul, mouẽdo vnam qõnem, & eam ſoluendo tribus concluſionibus, quarũ prima modum tangit arguendi, ſecunda continuitatem. tertia reſponſiua eſt principali intento per quæſtionem. tertio quomodo in his quę circulariter generantur propter quid ſumendum ſit inſinuat concluſione quinta. quarto in his quæ fiunt frequenter quomodo propter quid ſumatur oſtendit concluſione ſexta præmittens eorum quæ fiunt diuiſionem.

Circa primam concluſionem & totum c. 1. declarandum occurrit quid cauſę nomine intelligatur. Cauſa ſi quidem tria importat, rem illam, quę eſt cauſa, & cauſalitatem, qua res illa cauſat, & relationem ad cauſatũ. Nec parui refert quid horum accipiatur in propoſito. Siquis autem diligenter intueatur proceſſum textus, videbit q̧ cãæ noĩe hic non intelligitur res illa, q̃ eſt cauſa, quoniã vniuerſaliter uerum nõ eſt, vere cauſam hoc modo, i rẽ, quæ uere eſt res cauſans, eſſe ſimul cum eo cuius eſt cauſa, & fieri cum fit &c. ut patet de arte & artificiato, & uniuerſaliter in agentibus phyſicis, nec diuiſiones cauſæ Quid cauſæ nomine.

hic

hic factę locum haberent, ut in proceſſu apparebit. Nec minus perſpicue videbit ꝙ cauſæ noīe relatio hic nō intelligatur, qm̄ de cā loquimur, vt cauſat effectū, relatio aūt cauſæ nec effectū, nec effectus relationem cauſat, vt in poſtprædicamentis dr̄, vnde reliquum eſt, quod cāæ nomine, cauſalitas ſeu operatio ipſius intelligatur, ſeu res ſub cauſalitate, & merito, quia noīa formaliter ſumẽda ſunt, prolata pręſertim a tanto philoſopho cāæ aūt nomen nec rem nec relationem formaliter importat, ſed cālitatem, qđ ex duobus liquet. Primo ex hoc quod eius abſtractum cālitas eſt & conſequenter ſicut Album purā albedinẽ, ita cā purā cālitatem ſignificat. Scđò ex hoc ꝙ ea, q̄ cauſis ſermone formali attribuūtur a philoſophis de cālitatib. oportet & ſufficit verificari, ut pote ꝙ cā diſtinguitur in cauſam in actu, & cām in potentia, & ꝙ finis ẽ cā cārū &c. Cū igitur cām audiẽs nominari formaliter nomẽ contẽplare, & cālitatẽ ipſam conſiderās clariorẽ habebis aditū ad dicta penetrāda, & qđ dictū ẽ de cā, intelligẽdū ẽ proportionaliter de effectus, ſeu cāti noīe.

In his quæ ſunt & factis, & futuris, quomodo eadem ſit cauſa ſecundum ſubſtantiam.

Circa eandẽ primam concluſionem In particulari aduertenda ſunt duo. Primū eſt (ly eadem ſm ſubſtātiā) pōt. n. dupliciter accipi cām eſſe eandem ſecūdū ſubſtantiam. Vno modo accipiendo ſubſtantiam, vt diſtinguitur contra accidens & hoc modo cā dr̄ eadẽ ſecundū ſubſtātiam, quę eſt eadẽ quo ad rem q̄ cauſat, licet nō ſit eadẽ quo ad accidentia. i. operationẽ. ſicut dicimus quod multorū filiorū ex eodem patre eſt eadẽ cā ſm ſubſtantiam, licet non eadem generatio, & hic ſenſus iā excluſus eſt, qm̄ de cā formaliter, & non materialiter ſermo ẽ, & ultra hoc oporteret chimerizare ad ſaluandā hanc cōcluſionem, eclipſis nanque futuræ & præteritæ, qūo eadẽ cā erit hoc mō. Scđo ergo mō pōt intelligi accipiendo ſubſtantiam, ut diſtinguitur contra accidentale, vt ſic illorū cā dicatur eadẽ, quæ eſt eadẽ quo ad ſubſtantialia ſeu formalia, licet non ſit eadem quo ad accidentalia, & hic ſenſus eſt intentus ab Ariſt. oportet. n. eorundẽ effectuū ſm ſpēm, differentium tm̄ penes eſſe fieri fuiſſe & fore, eſſe cās eaſdẽ ſm ſpēm, differẽtes ꝓportionaliter penes eẽ & fieri &c. & (ut patet in exẽplis in litera poſitis) eclipſis n. præteritę cauſa ẽ interpoſitio terræ præterita, & futurę futura, conſtat autem quod oẽs interpoſitiones eædem ſunt quo ad ſubſtantialia, quoniam omnium eadẽ eſt diffinitio, licet non ſit eædem ſecundum numerum, & accidentia tpalia. ſ. prætериiſſe & fore. Secundum eſt (ly quę vere eſt in his quę ſunt.) Notanter. n. Ariſt. addit ly vere, non. n. vult quod quęcunque cauſa eſt cauſa eſſe rei, quod illa eadem ſecundum ſubſtantiam ſit cauſa fieri eiuſdẽ &c. quoniam hoc aperte falſum eſt, ut patet in cauſis remotis & partialibus, ſed uult, quod illa q̄ uere eſt cā eſſe rei, ſit illa quæ eadẽ ſm ſubſtantiā eſt cā fieri, & fore &c. q̄ aūt ſit uere cā eſſe rei, metaphyſici negocii eſt diſcutere, pro nunc ſufficiat, ꝙ eſt ſufficiens & propria cauſa.

Annot. Circa primam q̄ōnem notāda ſunt quatuor. ſ. diuiſio, qualitas diuiſionis, titulus, & cā. Inſinuat in primis Ariſtoteles mouendo hanc q̄ōnem diuiſionem talem, cauſarum quędam ſunt ſimul cū ſuis effectib. quædam nō ſunt ſimul, primæ ſunt, quas in præcedenti concluſione tractauimus, ſecūdæ ſunt, de quibus modo tractare intẽdimus, huius aūt diuiſionis ſenſus ex dictis facile percipi poteſt, qm̄ ex parte ly ſimul, nulla obſcuritas inuenitur, conſtat nanque quod de ſimultate tpis ſermo eſt, & quod ſimul tpe dicūtur illa, quæ ſunt coęqueua. Talia. n. ſunt quæ eodem tempore menſurantur. Ex parte autem (ly cauſarū) ambiguitas, quæ oriri poterat, iam locum non hẽt, poterat. n. dubitari an per iſtam diuiſionem intendatur, quod res cauſans q̄nque eſt ſimul cum effectu, & q̄nque non, nunc autem ex dictis liquet, ꝙ nō de re cāнте, ſed de cauſa formaliter loquimur, & ſimiliter de effectu, & ꝓpę ſenſus diuiſionis undique clarus eſt. Qualitas uero huius diuiſionis, quo ad hoc tantum nūc inſpicienda eſt, quod ſ. membra diuiſionis diuiſi rationem nō ęqualiter ſapiūt. Cauſa nanque quæ ſimul eſt cum effectu, uere cauſa eſt, ut ſupra dixit Ariſ. & neceſſario infert effectum, ut dicet hic, cauſa aūt, quæ non ſimul eſt cum effectu, nec uere cā eſt, nec neceſſario infert effectum, ſed occaſionis uel medii uel partialis, uel cauſæ remotæ, ſeu alicuius hmōi rōnẽ habet, & ideo non eſt mirum ſi non eſt ſimul cum eo cuius eſt cauſa, & ſic patent duo prima. Ad tituli autem euidentiam ſcire oportet, quod aliqua eſſe in continuo tempore nihil aliud eſt quam durationes eorum communicare in termino cōmuni, ſiue extrinſeco ſiue intrinſeco eis, ita quod unummet inſtans ſit finis durationis unius, & principium durationis alterius. Dixi ſiue extrinſeco ſiue intrinſeco, qm̄ duobus modis contingit aliqua eſſe in tpe continuo, quędam. n. ſucceſſiuā continuationem habent in ſeipſis, i. quia aliquid ſui cōtinuat ea ut pars prior & poſterior, eiuſdem motus cōtinuatur, & ſimiliter pars temporis & iſta habent terminum cōem intrinſecum. ſ. mutatum eſſe uel inſtans. Quędam uero in ſeipſis quidẽ diſcontinua ſunt, & non copulantur ad aliqđ ſui; cōe utrique habent tamẽ ſe ſic conſequenter, quod idem inſtans eſt finis durationis prioris, & principium durationis poſterioris, ut motus localis, & febris quandoque uel quicūque alii duo motus, ut dicitur 8. Phyſi. & iſta habent unū terminum communem extrinſecum, quoniam utuntur extrinſeco inſtanti, ut uno termino continuante utrunq;. Quia ergo ea, quæ non ſimul ſeu eodem tempore ſunt contingit continuari ſecundum tempus & non contingit non ſibi ſuccedere in tempore cōtinuo, ſed mora interiecta, & continuari ſecundum tempus pluribus modis contingit, ideo Ariſ. uocabulo communi ad utrūque modum vſus, quęſiuit an cauſa & effectus, quæ non ſimul ſunt, ſint in continuo tempore & non ſimpliciter, an habeant continuitatem. Cauſa autem queſtionis motæ nō eſt ut ipſa diſcutiatur abſolute, quoniā logicæ facultatis hoc non eſt, ſed ut eouſque uentiletur, quo innoteſcat, quomodo propter quid demonſtratur accipere poſſit in huiuſmodi, quoniam in his ſpecialis difficultas eſt in accipiendo propter quid, ut ex ratione S. Tho. declarabitur, propter quod Ariſt. in textu nunquam formaliter reſpondet huic quæſtioni, ſed ſtatim ad modum ſyllogizandi in hmōdi ſe transfert, & ea de hac queſtione dicit, quæ ſupradictæ intentioni neceſſaria credidit.

Circa ſecundam concluſionem aduertenda ſunt duo. Annot. Primum eſt quod Ariſt. volens determinare quæſtionẽ motam in ordine ad demonſtrationem, quoniam huiuſmodi cauſa & effectus non ſimul exiſtentes, ut inferius patebit, ſe habent ſicut duo facta eſſe, uel ſicut factum eſſe, & fieri &c. ideo inchoauit a modo demonſtrandi, qui inuenitur inter fieri & facta eſſe &c. Ex his. n. deſcẽdendo ſeu applicando dicta ad propoſitū facile patebit. quomodo propter quid ſumendum ſit in huiuſmodi cauſis. Secundum eſt, quod in concluſione iſta, loquamur de fieri & factū eſse formaliter & non materialiter, i. de fieri, ut fieri eſt in communi non ut tale fieri, & ſimiliter de factum eſse, ut ſic in cōmuni, & nō, ut de tali factum eſse ſicut & in phyſicis ſermo eſt de motu formaliter, ut motus eſt, & non ut in tali uel in tali ſubiecto, uel a tali cauſa &c. Notandum autem eſt hoc diligenter & ſemper hic præoculis habendum, quoniam apparebit quandoque falſa eſse, quæ dicentur recurrentibus ad exẽpla particularia propter hoc, quia accipiuntur fieri, & factum eſſe, ut ſunt ab agente infallibiliter & regulariter uel neceſſario &c. ut puta ſi ſol ortus eſt hora 12. occidet 24. & huiuſmodi, hæc enim omnia ſermo formalis de fieri & factum eſse diſsoluit, & oſtendit non eſse contra concluſionem poſitam.

Ann ot. Circa rationes adductas ad probandam ſecundam cōcluſionem aduertendum eſt primo quod Ariſ. reducit ta

neceſſario infertur prius, iuxta ſm quoque dixit duo. ſ. ꝙ facta eſſe & ſimiliter fieri & factum eſſe non ſunt continua, & ꝙ in vno fieri ſunt infinita facta eſſe. Quia ergo intulit, ꝙ intantum eſt de iſtis dictum inquantum ſic ſe hēt media cauſa in eo quod conſequenter fit. An ſimilitudo in oībus teneat ſupradictis ſcrutandum non immerito duximus. Quo ad modū arguendi, expreſſe in textu dř, ꝙ aſſimiliantur, quoniam vtrobique a poſteriori, & nō a priori arguendū eſt. Aſſumendo pro medio cāæ vere mediæ in eſſendo factū eſſe, & concludendo, ex vltimi effectus factū eſſe anterioris cāæ factū eſſe. Quo ad continuitatem aūt ſm aliquid facile, & ſm aliquid difficile & ſimilitudinem ſaluare, aut manifeſtare, Continuitatē dico ſm tp̄s non in ſe. Clarū quidem eſt, ꝙ ſicut duo facta eſſe, nec ſm ſe, nec ſcd̄m tp̄s continua ſunt, ita nec continua ſunt factū eſſe cāæ, & factum eſſe effectus poſterioris. Si. n. continua eſſent ſcd̄m ſe, fieri ex (factis eſſe) componerentur, qđ eſt impoſſibile, ut demonſtratur 6. Phy. Si aūt eſſent continua ſcd̄m tp̄s tm̄, hoc nonaliter imaginatur, niſi quia idē inſtans eſt cōe vtrique, & ſic cū facta eſſe ſint inſtantanea, eſſent ſimul: eodem. n. inſtanti adæquate menſurarentur, & ſic nō cōſequenter ſe haberent, ut ſupponimus. Clarum quoque eſt, ꝙ ſicut factū eſſe & fieri non ſunt continua, ita & factū eſſe cāæ, & fieri effectus conſequentis non ſunt continua in ſe, q̄m illud eſt indiuiſibile, & hoc diuiſibile, quæ continua dici nō poſſunt eo ꝙ continua oportet habere vltima, quæ ſint vnum, & indiuiſibile caret vltimo. Non tm̄ liquet, an ſicut ad factū eſſe abſque tp̄e medio ſequitur fieri, ſicut ad punctum linea, & ad inſtans tempus, ita ad factum eſſe cauſæ ſequatur fieri effectus poſterioris, ſeu cauſæ mediæ. v. g. an ſumptam medicinam immediate ſequatur fieri alterationem humoris contrarii, & alteratum homorem expelli & expulſum confortari, & confortatum ſanari &c. in hoc aūt pendet qō mota a principio, an. ſ. ea, quæ non ſimul ſunt, ſint in continuo tp̄e, puto aūt hoc non eſſe ab Ariſt. expreſſum, q̄m quo ad vim demonſtrandi nihil refert, an mediet tempus, an non, ut patet in artificialibus, quorum cāæ nō continuantur, & tamē eadē vis eſt argumenti in eis, & in his, quæ continuo tp̄e ſibi ſuccedūt, ut exempla literæ oſtendunt, & ex dicendis patet. Quid aūt ſit de hac difficultate tenendū, compertū mihi nō eſt rōne conuincente, q̄m nec motū augmentationis nec alterationis ſimpliciter concauitatem hře didici, & interpoſita quiete creſcunt aīata, nec diſpōnes medias ſeu motus diſpoſitiuos, ita ſeſe conſequi video, ut quies aliqua dari non poſſit. Opinor tamen pro nunc non eſſe mediū tp̄s inter prioris cāæ factū eſſe, & poſterioris fieri in naturalibus, quoniā nulla neceſſitas quietem mediā ponendi inter alterationes diſpoſitiuas uideo, & cām talis quietis neſcio conſiderare, & agens naturale cum ex neceſſitate & non libere agat, indeſinenter agat ſi pōt, & non potius tunc quam nunc, licet non ſemper idem faciat ſed potius diſponat &c. Accedit ad hæc rō S. Th. quam pro cauſa mouendæ quæſtionis dixit. ſ. quod niſi continuatio ſecūdum tempus inter huiuſmodi cauſas concedatur, erit aliquod inter eas tempus medium, & ſic erit aliqua cā media, & iterum cum illa propter eandem rationem nō ſuccedat continuo tempore erit media alia cauſa, et ſic in infinitum procedetur, et nūquam ad immediatū venietur, ſic nec demonſtratio erit. Quod ſi aliquis dixerit hāc rōnem non eſſe adductam a S. T. ad concludendum, ſed dubitandum, et reſponderit, ꝙ dabitur tempus mediū inter duas cauſas, ſed non cā media, ſicut inter deciſos lapides, & poſtmodum ad parietis conſtructionem procedere, inquiratur a ſic dicēte in naturalibus (de quibus loquimur) vbi actiones non ſunt liberæ, quare interponitur quies, & ſi quies interponitur quō fit connexio effectus cū ſua anteriori cauſa, teneat ergo ſimilitudo quoad omnia ſupradicta, quoniam & ſic Ariſtotelem quæſtioni motæ reſpondiſſe fatebitur affirmatiue, ꝙ. ſ. fieri cāæ continuum eſt in tempore cum fieri effectus ſuæ cauſæ poſterioris, & non neceſſario continuum eſt ſm ſe, & ꝙ factum eſſe cāæ & fieri effectus ſeu cāæ poſterioris mō dicto cōtinuātur. Quo ad vltimum vero, ſ. ꝙ in fieri ſunt infinita facta eſſe in potentia, ſimilitudo non tenet, loquendo de factū eſſe cauſæ & factum eſſe effectus, hæc. n. finita ſunt vt dicetur, & ideo poteſt in eis formari propoſitio immediata, vnde nec Ariſtoteles dixit illud tāquam principaliter intentum, ſed inſeruit inter dicendum, forte vt pararet locum obiectioni, quam poſtmodum excluſit, vbi hæc clarius patebunt.

Circa eiuſdem concluſionis declarationem dubitatur quoniam non videtur ſolui ſufficienter obiectio facta in litera. Cum. n. intendat ſaluare propoſitū ſcilicet, quod in hmōi primum & medium ſint immediata, & obiectio ſit ꝙ impoſſibile eſt duo facta eſſe, quorum alterum dicitur eſſe primum & alterum medium eſſe immediata, quoniā inter quælibet duo facta eſſe, quæ non ſunt ſimul, cadit fieri medium, & in quolibet fieri ſunt infinita facta eſſe. Reſponſio Ariſtotelis eſt quod oportet a medio incipere, & tunc primo, conſtat autem, quod niſi æquiuocemus per medium intellexit cauſam mediā, ſeu quod idē eſt effectum mediū & proximum vltimo, & per nūc primum intellexit effectum ultimum ab his enim inchoandum eſt tanquam a medio & primo &c. vel vt exponit S. Thom. intellexit effectū vltimum per vtrunque, quia oportet initium arguendi ſumere ab vltimo effectu, qui ē medium inferens oēs cauſas anteriores, & primum, ita quod a nulla earum infertur, eo ꝙ eſt in vltimo tunc, ꝙ primum dicitur, vel in ordine ſyllogiſtico, vel reſpectu tēporis futuri, vel reſpectu menſurationis ſeu notificationis præteriti, quod per approximationem ad ipſum certificatur, qualitercunque aūt intelligat licet ſufficienter dixerit ꝙ eſt dare primum a quo ſyllogiſmus exordium ſumat, non ex hoc liquet ꝙ ſit dare immediationē inter primum & medium & alterum extremum, dicam. n. ꝙ licet ſit dare ſanatum eſſe tanquam ultimum & principiū arguendi, non tamen poteſt ſumi vnum aliud factum eſſe pro immediato medio, quo ſanatū eſſe infert medicinam ſumptam eſſe, quoniam inter ſanatum eſſe & medicinā ſumptā eſſe ſunt infinita facta eſſe &c. Ad hoc dř, ꝙ rnſio Ariſtotelis intellecta, vt dicetur, ſufficienter difficultatem ſoluit. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt ꝙ ut tangit Boetius (cuius quæ vidi fragmenta) hoc in loco deſinunt in generationibus horum, quæ conſequenter fiūt, duo conſideranda ſunt, id. ſ. quod ſe tenet ex parte tēporis menſurantis, & id quod ſe tenet ex parte ipſarum cauſarum & effectuum conſequenter ſe habentium, ſi. n. conſideretur in eis tp̄s, cū illud ſit continuum, ut dictū eſt, nō inuenitur aliqđ factum eſſe conſequenter ſe habens, q̄m oīa, quæ ſunt ibi facta eſſe, ſeu inſtantia, ſunt in potentia & ſunt infinita, & inter quælibet duo ſunt infinita in medio, & conſequenter ſtando infra temporis limites, impoſſibile eſt accipere primū & mediū immediata &c. & ex hoc, & ſm hoc (ut Boetio placet), p̄cedit obiectio in litera facta. Si uero conſideretur in eis quæ cōſequenter fiūt id quod cauſæ & effectus connexio hēt, ſic duo inueniūt ſ. fieri ipſarum cārum vel effectuum, & facta eſſe eorundem q̄ in actu ſunt, quoniam termini actualiter ſunt factionum, & ſic inueniuntur in huiuſmodi duo genera ipſius factum eſſe, unum eorum, quæ actualiter terminant generationes, alium conſequenter ſe habentium, & iſta ſunt in actu, alterū eorū, q̄ in potētia ſunt in ipſis fieri et generari earundem cauſarum &c. Si conſiderentur iſta facta eſſe, quæ ſunt in potentia, ſyllogiſmus non hēt terminos immediatos in huiuſmodi, quoniam huiuſmodi infinita ſunt &c. vnde ex hoc quoque et ſm hoc procedit obiectio literæ, vt ex S. Thom. colligitur, ſi uero conſiderentur illa facta eſſe quæ ſunt in actu, talia immediata ſunt, quoniam ita conſequenter ſe habent quod nihil eſt medium eiuſdem generis, licet enim inter ex-

Quomodo accipiantur, immediata vel non immediata duo facta eē

habere cauſas diuiſe ſunt, vt qualiter propter quid in huiuſmodi ſumendum ſit inſinuaretur. Nec prætereundum eſt quod ex hoc loco expreſſe habetur ab Ariſtotele cōfirmatio eorum, quæ in primo libro diximus de vniuerſalitate, neceſſitate, ac ſempiternitate enuntiationum, quæ demonſtrationem conficiunt, quæ vtilia admodum ſunt claro intellectu eorum, quæ hic tradūtur, de his quæ fiūt ut frequenter.

## De venatione quod quid eſt. Cap. 10

*Quomodo autem oportet venari, quæ in eo quod quid eſt prædicantur, nunc dicamus. Eorum igitur, quæ inſunt ſemper vnicuique non nulla extenduntur in plus, non tamen extra genus. dico autem in plus ineſſe, quæcunque inſunt quidem vnicuique vniuerſaliter, at vero & alijs veluti eſt quiddam, quod omni ineſt trinitati, ſed & non trinitati, quemadmodum ens ineſt trinitati, ſed & non numero, ſed & impar ineſt omni trinitati & in plus ineſt, nam & quinario ineſt ſed non extra genus, quinarius enim eſt numerus, nihil autem extra numerum, & impar. Talia itaque accipiēda ſunt vſque ad hoc, quouſque tot accepta fuerint primū quorum vnumquodque quidem in plus inerit, omnia vero non in plus ſunt: hanc enim neceſſe eſt eſſe ſubſtantiam rei, vt trinitati ineſt omni numerus impar, primus vtroque modo, & vt non menſuretur numero, & vt non componatur ex numeris, hoc igitur iam eſt trinitas, numerus impar, primus & ita primus; horum enim vnumquodque alia quidem imparibus omnibus inſunt, vltimum vero & dualitati, omnia autem nulli. Quoniam vero declaratum eſt nobis in ſuperioribus, quod neceſſaria quidem ſunt quæ in eo quod quid eſt prædicantur, vniuerſalia vero neceſſaria ſunt, trinitati autem, & cuilibet alii ſic accipiuntur in eo quod quid eſt; quæ accipiuntur ſic, ex neceſſitate quidem eſſent vtique trinitas hæc, quod autem ſubſtantia ſit, ex his planum eſt, neceſſe enim eſt, ſi nō hoc eſſet trinitatis eſſe, vt genus aliquid eſſe, hoc aut nominatum aut innominatū erit, igitur in plus quam trinitatis inexiſtens: ſupponatur n. tale eſſe genus, vt inſit ſecundū potentiam in plus, ſi igitur nulli ineſt alii quam indiuiduis trinitatibus, hoc vtique eſſet trinitati eſſe, ſupponatur enim & hoc ſubſtantia vniuſcuiuſque eſſe, quæ eſt in indiuiduis vltima talis prædicatio: quare conſimiliter & alii cuicunque ita monſtratorum idem eſſe erit. Oportet autem, quando totum aliquid negotietur quiſpiā diuidere genus in indiuidua ſpecie, vt numerum in trinitatem & dualitatem: poſtea ſic illorum definitiones tentare accipere, ut recta linea & circuli, recti anguli, poſt hæc autem accipientem quid eſt genus, veluti utrum quantorum, aut qualium proprias paſſiones ſpeculari per communia prima, accidentia nanque iis, quæ componuntur ex indiuiduis ex definitionibus erunt plana, eo quod principium eſt omnium definitionum ipſum ſimplex, & ſimplicibus ſolis per ſe inſunt accidentia, aliis vero ſecundum illa. Diuiſiones autem quæ ſunt ſecundum differentias, vtiles ſunt ad ita pertranſeundum, ut tamen monſtrauit, dictum eſt in præcedentibus, vtiles vero eſſent ita ſolum ad ſyllogizandum ipſum quid eſt. Atqui videretur vtique nihil, ſed ſtatim accipere oīa, ac ſi quiſpiam a principio acciperet abſq; diuiſione. Differt autem aliquid primum & poſterius eorum quæ prædicātur prædicari, vt dicere, animal manſuetum bipes, aut bipes animal manſuetum, ſi enim oē ex duob. eſt, & unum quiddā eſt aīal manſuetum, & rurſus ex hoc & differentia, homo, aut quodcunque eſt quod vnum ſit, neceſſarium eſt diuidentem petere. Amplius vt nihil derelinquatur in eo quod quid eſt, ita ſolum contingit, quando enim primum acceptum ſit genus, ſi inferiorum quidem aliquam diuiſionem accipiat, non incidet omne in hoc, ut non omne animal aut integris aut ſciſſis pennis eſt, ſed pennatum animal omne, huius enim differentia, hæc prima vero differentia eſt animalis, in quam omne animal incidit, ſimiliter autem & aliorum vniuſcuiuſq; & extrinſecorum generum, & eorum, quæ ſub ipſo, ut auis in quam omnis auis, & piſcis in quam omnis piſcis, ita igitur procedenti eſt ſcire, quoniam nihil derelictum fuit, aliter autem & derelinquere neceſſarium, eſt, & non ſcire. Nihil autem oportet definientem & diuidentem omnia ſcire entia, quamuis impoſſibile dicunt eſſe aliqui differentias ſcire, quæ ſunt ad unumquodque non ſcientem unumquodque, ſine autem differentiis non eſſe unumquodque ſcire, a quo enim non differt, idem eſſe huic, a quo autem differt, alterum ab hoc. Primum quidem igitur hoc falſum eſt, non enim ſecundum omnem differentiam alterum eſt, multæ enim differentiæ inſunt eiſdem ſpecie, ſed non ſecundum ſubſtantiam neque per ſe. Poſtea, quando acceperit oppoſita & differentium, & quod omne incidit hinc aut inde, & acceperit in altero quod quæritur eſſe & hoc cognoſcat, nihil differt ſcire aut non ſcire, in quibuſcunque prędicantur alij differentiæ: manifeſtum enim eſt quoniam ſi ita procedens venerit in hæc, quorum non amplius eſt differentia, habebit rationem ſubſtantiæ, omne autem incidere in diuiſionem, ſi ſint oppoſita quorum non eſt medium, non eſt petitio, neceſſe eſt enim omne in altero ipſorum eſſe, ſiquidem illius differentia erit. Ad conſtruendam vero definitionem per diuiſiones, tria oportet coniectare, ut accipiantur, quæ prædicantur in eo quod quid eſt, & hæc ordinare quid primum aut quid ſecundum eſt, & quod hæc omnia ſint. Eſt autem horum unum primum per id, quod poſſumus, quemadmodum ad accidens ſyllogizare, quod ineſt, & per genus conſtruere, ordinare autem, ut oportet, erit, ſi primum acceperit hoc autem erit cum acceptum fuerit, quod omnibus ſequitur, illi autem non omnia, neceſſe eſt enim eſſe aliquid tale; hoc autem accepto iam in inferioribus idem modus eſt, ſecundum nanque aliorum primum erit, & tertium conſequentium, ablato enim ſuperiori, quod conſequitur aliorum primum erit, conſimiliter vero & in aliis. Quod autem omnia hæc ſint, manifeſtum eſt ex eo quod accepit, & primum ſecundum diuiſionem, quoniam oē aut hoc, aut hoc animal eſt, ineſt autem hoc, & rurſus huius totius differentiam, vltimi vero non amplius eſſe differentiam, aut & ſtatim cum vltima differentia à toto non differre ſpecie hoc, manifeſtum enim quod neque plus adiacet, omnia enim in eo quod quid eſt accepta ſunt horum, neque deficit ullum, aut enim genus, aut differentia utique eſſet, genus quidem igitur & primum, & hoc quod cum differentiis aſſumitur, differentię vero omnes habentur, non enim amplius ſunt poſteriora ſpecie, nanque differret vtique ipſum ultimum, hoc aūt dictum eſt non differre. Quærere vero oportet inſpicientem ad ſimilia & indifferentia, primum quid omne idem habent, poſtea rurſus in alteris, quæ in eodem quidem genere ſunt cum illis, ſunt autem ipſis quidem eadem ſpecie, ab illis autem altera quando autem in his acceptum fuerit aliquid omnino idem, & in aliis conſimiliter in acceptis omnino conſiderare, ſi idem quouſque ad vnam deuenerit rationem, hæc enim erit rei deffinitio, ſi uero non proceſſerit in unam, ſed in duas, aut plures, planum quod non eſſet utique unum aliquid quod quæritur, ſed plura. Vt dico, ſi quid eſt magnanimitas quæreremus, conſiderandum in quibuſdam magnanimis, quod ſcimus quid habent unum omnes inquantum tales, ut ſi Alcibiades magnanimus, aut Achilles, & Aiax, quid unum omnes, habent? non tolerare iniuria affecti, ille enim bellauit, iſte autem iratus eſt, hic uero interemit ſeipſum. Rurſus in alteris, ut Lyſandro aut Socrate, ſi utiq; indifferentes ſunt & bona & mala fortuna affecti, hæc duo capiens conſidero, quid idem habent, & non impaſſibilitas circa fortunas, & non tolerantia cum iniuriantur, ſi uero nihil, duæ utique ſpecies eſſent magnanimitatis,*

*micatis. Semper autem eſt omnis definitio vniuerſalis nõ enim alicui oculo dicit ſalubre Medicus, ſed aut omni aut ſpecie determinans, facilius autem eſt ſingulare definire, quam vniuerſale quapropter oportet a ſingularibus ad vniuerſalia transire, æquiuocationes etenim latent magis in vniuerſalibus, quam indifferentibus. Quemadmodum autem in demonſtrationibus oportet eſſe ipſum ſyllogizatum fuiſſe, ita & in definitionibus manifeſtum eſt, hoc autem erit, ſi per ea, quæ ſingulariter dicuntur ſit in vno quoque genere definire ſeorſum ut ſimile non omne, ſed quod coloribus & figuris & acutum, quod in voce, & ita in commune progredi obſeruantem, ne æquiuocatio incidat. Si vero neque diſputare oportet translationibus, planum, quod neque definire, neque translationibus, neque quæcunque dicuntur translationibus, diſputare enim neceſſe erit in translationibus.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

1. concluſio. DIffinitio ſubſtantialis rei conſtat ex his, quæ inſunt ſemper quorum quodlibet eſt in plus, non tamen extra genus, & tot quouſque omnia non ſint in plus. Declaratur primo tam ſecunda quam tertia particula tali diuiſione, eorum, quæ inſunt ſemper, quædam extendũtur in plus & quædam non: eorum autem, quæ extenduntur in plus, quædam extra genus, vt ens, quædam infra, ut impar reſpectu trinitatis &c. declaratur deinde exemplariter ipſa concluſio in numero trinitatis numero impare vtrobique primo &c. probatur tertio prima particula, quoniam prædicata in eo quod quid ſunt neceſſaria, & hæc ſunt vniuerſalia ſeu de omni &c. probatur demum ipſa concluſio. Quoniam ſi talis collectio vel oratio non eſt diffinitio trinitatis, & ſimiliter in aliis, ſequeretur, quod eſſet genus eius nominatum, aut innominatum, quoniam prędicatur in quid, & ſi ſic, ergo erit in plus quoniam genus ſecundum potentiam in plus eſt, ſed non eſt in plus, ergo eſt diffinitio.

2. concluſio. Cum aliquod totum diffiniendum eſt, congruum eſt hæc obſeruare. ſ. departiri genus in atoma ſpecie prima, vt numerum in trinitatem & dualitatem, poſtea ſic illorum diffinitiones tentare accipere, ut rectæ lineę & circuli, & recti anguli, poſt hæc autem accipientem quod genus ſit vtrum quantitatum, aut qualitatum, proprias paſſiones ſpeculari per communia prima &c. ꝓbatur, quoniam compoſitis ex atomis conuenientia ex diffinitionibus erunt manifeſta: probatur, quoniam principium omnium diffinitionũ eſt ꝙ ſimplex eſt, & ſimplicibꝰ inſunt conuenientia per ſe ſolũ, aliis autem ſm illa &c.

reſpõſio tacitæ q̃ſtni. Diuiſiones ſm dr̃ias vtiles ſunt ad colligendum quod quid eſt, non ad demõſtrandum ipſum &c. quoniam omnia accipiuntur ac ſi ſine diuiſione fierent &c.

3. concluſio. Differt quid prius & quid poſterius in diffinitione ꝑdicetur: probatur, qm̃ ſi oẽ ex duobus eſt, & vnũ aliquid animal manſuetum, & iterum ex hoc & dr̃ia eſt homo, neceſſe eſt diuidentem ordinate petendo incedere.

4. concluſio. Vt nihil relinquatur neceſſariorum ad quod quid ẽ, neceſſe eſt primũ acceptũ genus diuidere ꝑ primas dr̃ias, & ſic deinceps & non per dr̃ias alicuius inferiorũ. Declaratur quoniam in primam diuiſionem totum diuiſum incidit, & in alias non, & conſequenter ſemper incedendo ꝑ primas diuiſiones nihil eſſe derelictum ſcietur, aliter aũt non. declaratur in exemplo animalis &c.

5. concluſio. Non oportet diffinientem & diuidentem omnia ſcire quę ſunt.

Error. Quidam tamen dicunt oppoſitum huius, & probatur ſic, impoſſibile eſt aliquid ſcire ſine differentiis illius à cæteris omnib. quoniam a quo aliquid nõ differt, eſt idem, a quo autem differt eſt alterum, cognoſcere autem differentias, q̃ ſunt ad unumquodq;, impoſſibile eſt non cognoſcentem vnumquodque.

Reprehenſio. Dupliciter errant iſti. Primo qm̃ falſum eſt quod oẽ a quo aliquid differt ẽ alterũ, quoniã multæ ſunt differẽtię non ſecundum ſubſtantiam neque per ſe, quæ inueniuntur in eijſdem ſpecie. Secũdo quoniam nihil differt ſcire aut non ſcire illa, de quibus differentię prædicantur obſeruatis illis ſcilicet, quòd diuiſio fiat per oppoſita, & taliter quod oẽ diuiſum incidat hinc aut inde, & accipiatur in altero membro eſſe quod quæritur, & hoc cognoſcatur, probatur quoniam ſi ſic vadens veniat in atoma, habebitat rionem ſubſtantiæ.

reſponſio a ci. Tam diuiſum incidere in diuiſum in oppoſita immediata non oportet petere, probatur à priori, quoniam neceſſe eſt omne in altero ipſorum eſſe, probatur, quoniã per proprias illius differentias diuiſio facta eſt &c.

6. concluſio. Ad conſtruendam diffinitionẽ per diuiſionẽ tria ſunt obſeruanda. Primo vt ſumantur prædicata in eo quod quid eſt, ſecundo vt ordinetur quid eorum primum, aut ſecundum, tertio vt ſumantur omnia. Declaratur primo modus obſeruandi hęc, primũ horũ per methodum accidentis, & methodum generis fieri poteſt, per illam ꝙ inſit, per hanc ꝙ in eo quod quid, ſecundum autem obſeruatur præponendo ſemper id, à quo non conuertitur in exiſtendo conſequentia, hoc. n. ſemper prius eſt &c. tertium vero manifeſtum fit ex eo, qđ proceditut diuidẽdo primum genus per primas dr̃ias euacuantes totum, & accipitur id, quod quæritur eſſe ſub altero membro, & iterum illud membrum eodem modo diuiditur, & eius alterum ſumitur, & ſic procedendo donec veniatur ad differentiam vltimam, quæ tunc habetur, cum diffinitum nulla ſpecifica dr̃ia differt à tota collectione. Declaraẽ deinde, ꝙ hæc tria obſeruata ſufficiant ad conſtruendam diffinitionem, quoniã ſic nihil ſuperflui admittitur, vt patet ex primo. omnia enim accepta in eo quod quid eſt ſunt, & nihil neceſſarij deficit, quoniam neque genus deficit, vt patet ex ſecundo, quoniam genus primum cum propriis differentiis acceptum eſt, neque differentia aliqua deficit, vt patet ex tertio, quoniam poſt vltimam nulla reſtat, probatur, quoniam ſequeretur quòd ultimum ſpecie differet, cuius oppoſitum dictum eſt &c.

7. concluſio. Quæritur quod quid eſt intuendo ſimilia, & differentia hoc modo. ſ. quòd primo aſpiciatur id in quo communicant habentia illud inquãtum huiuſmodi; poſtea ſimiliter aſpiciatur in quo cõmunicant cętera eiuſdem generis cum prioribus, & ſpecies inter ſe non cum prioribus, poſtea ſimiliter intuendum eſt in quo cõmunicant vtraque hinc inde accepta, inquantum huiuſmodi, ſi idem ſit vtriuſque quouſque veniatur in vnam rationem, & illa erit diffinitio, & ſi non in vnam, ſed duas aut plures rationes peruenitur, non eſt vnum quod quæritur, ſed plura &c. Declaratur primo exemplariter inquirendo quid ſit magnanimitas, primo reſpiciendo quoſdam eadem ratione dictos magnanimos, quid commune habeant, & deinde alios ratione magnanimos, quid commune habeant, & deinde quid comune habeant vtrique, & ſic ſi illud eſt vnum, magnanimitas eſt vnum, & illud eſt eius diffinitio. Si autem magnanimitas vna natura non eſt &c. probatur ſecundo quod talis inueſtigatio ſit bona, & primo quoad terminum, quia omnis diffinitio eſt vniuerſalis, declaratur, quoniam medicus non diffinit ſanabile particulariter in quodam oculo, ſed aut in omni, aut in ſpecie denominans, ſecundo quo ad proceſſum ipſum ſcilicet à ſingularibus ad vniuerſalia dupliciter. Tum quia facilius eſt ſingulare diffinire quàm vniuerſale, probatur, quoniam æquiuocationes magis latent in diffinito, ſicut ꝙ demonſtratio, procedit ex certiori, hoc autem fit in propoſito ſeparatim, prædiffiniendo ſingula, & ſic in commune aſcendendo, quoniam ſic timor ęquiuocationis aufertur, declaratur in ſimilis & acuti venatione.

8. concluſio. Diffinitio neque metaphoras, neque quęcunque dicũtur in metaphoris aſſumere, aut inſpicere debet, probatur, qm̃ non eſt diſputandum metaphoris, & ſi diffinitio illis vteretur, oporteret de eis, & ex eis diſputare &c.

## Series autem hęc eſt.

Intendens oſtẽdere quomodo oporteat venari ipſum
quod quid eſt,tria facit.Primo qualia debent eſſe ea,quę
diffinitionem integrant,inſinuauit vnica concluſione.
Secundo ponit modum vnum venandi quod quid eſt,ſci
licet per diuiſionem ſex ſequentibus concluſionibus tali
ordine procedens,primo ſecunda cõcluſione.ipſum mo-
dum venandi ponit, & ſtatim reſpondet tacitæ cuidam
quæſtioni,quare.ſ.vtatur diuiſio proceſſu,cum ſupra im-
probatus fuerit, ſecundo in tertia concluſione ordinem
particularis diffinitionis tradit,tertio in quarta cõcluſio-
ne complementum earundẽ docet, quarto in quinta con
cluſione errorem ſequentem excludit, & eo excluſo ſta-
tim reſpondet quæſtioni tacitæ,quæ ex quarta concluſio
ne oriri pōt, an ſcilicet oporteat petere omne contẽtum
ſub diuiſo,includi in mẽbris primæ diuiſionis &c.quinto
& vltimo adunat totã traditã regulã,ordinans,declarans
ac probans eã,tertio principaliter ponit alium modũ in-
ueſtigandi qđ quid eſt,duabus cõcluſionibus,ſeptima ſci
licet & octaua, in quarũ prima ipſa via venandi ponit,
in ſecunda aũt quid cauendum ſit in illa declaratur &c.

Quis modus venandi definitiones a varijs expoſitoribus ex A-
riſto. accipiatur.

CIrca ſecundã concluſionẽ aduertendum eſt, ꝙ me-
thodus ibi tradita ad inueniendũ quod quid eſt, nõ
vniformiter ab illuſtribus expoſitoribꝰ intelligitur, pro-
pter quod decreui ſingulorum intellectus ponere, vt via
ad inueſtigandum quod quid eſt facilius ex diuerſis ad-
junctis vijs habeatur. Auerrois ergo & Albertus moti ex
illo verbo,totum,& diuiſione ſtatim facienda in atoma,
vnanimiter ſentiunt quod Ariſtoteles intendit hic trade
re viam uenandi quod quid eſt ſpecie ſubalterne, Diuer-
ſimode tamen illam interpretãtur. Auerroris ſiquidem
Auer.c. 18. quatuor obſeruanda accepit. Diuidendũ primo dicit ip-
ſum ſubalternum in ſpecies diffiniendas,deinde ſingulas
ſpecies accipiẽdum,deinde id,quod commune eſt in om
nibus diffinitionibus, & anteponendum demum genus
illius ſubalterni,& ſic habebitur difinitio ſubalterni. Vt
ſi,verbi gratia,lineæ quod quid eſt quæritur, diuidatur li
nea in ſuas ſpecies,puta rectam & circularem: & deinde
diffiniantur illæ ſpecies,dicendo linea recta eſt longitu-
do ſine latitudine,cuius medium non diſcrepat ab extre-
mis: linea circularis eſt longitudo ſine latitudine, à cuius
centro ad circunferẽtiam omnes lineæ ductæ ſunt æqua-
les: accipiatur deinde totum id,in quo communicant hæ
diffinitiones,puta longitudo ſine latitudine, & præpona
tur huic eius genus, puta quantitas, hoc erit diffinitio li-
neæ,ſcilicet quantitas longa ſine latitudine. Et addit A-
uerrois quod hæc via etſi facilior ſit q̃ via diuiſionis, &
ſit iter ſecundũ ordinem naturæ,quoniã genera ſunt cõ-
poſita & ſpecies ſimplices, Ariſtoteles tamen eã ſufficiẽ-
tem nõ reputauit, ſed dialecticos locos ad demonſtrati-
uam artem trahere oportet. Albertus autem Magnus ali
Albertus. qualiter diſſentit,q̄m ſex faciẽda cẽſet,primo diuidi vult
ipſum ſubalternum diffinibile, ſecundo diffiniri ſpecies
ſingulas ſecundum artem datam in præcedenti conclu-
ſione.tertio ſumi genus primum.quarto paſſiones, id eſt
differentias proprias,quinto quod in acceptione talium
differentiarũ à communioribus procedatur componen-
do vſq; ad atomas ſub illo ſubalterno.ſexto qđ aſſuma-
tur totum id, in quo conueniunt omnes illarum ſpecierũ
diffinitiones, & ſic ex illis diffinitionibus erit manifeſta
diffinitio ſubalterni. Exemplum aliud adducere nõ opor
tet, ſed vtere ſupradicto. Sanctus Tho. aũt non motus ex
S. Tho. illo verbo, cum totum aliquod &c. q̄m non eſt opus in-
telligere,per ly totum vniuerſale tale,quod habeat diffe
rentias formales,ſed ſufficit intelligere totum vniuerſa-
le & totum diffinibile, vt ſic & infima & ſuprema exclu-
dantur, & ſimiliter non mutatus ex diuiſione ſtatim in
atoma facienda,quoniam hoc,vt patebit,alienum ab in-
tento non eſt, Opinatus eſt quod Ariſtoteles abſolute lo
quatur & non magis de ſubalterni quod quid eſt,q̃ ſpe-
cialiſſimi. Et ſex ſecũdum ipſum obſeruanda accipi poſ-
ſunt.primo quod fiat diuiſio ſubalterni generis,ſecundo
ꝙ tententur diffinitiones ſpecierum, in quas facta eſt di
uiſio. tertio ꝙ accipiatur genus primum. quarto ꝙ pro-
priæ paſſiones illius,quod diffiniendum eſt aſpiciantur
ſecundũ ſe & earum cauſas.quinto ꝙ aſpiciẽdo tales paſ
ſiones debemus ad primum genus primo recurrere & in
eo inuenire cauſam paſſionis,& ſic ſexto deſcendere ob-
ſeruatis conditionibus inferius declarãdis. Eſt autem ſin
gulorum ſeruitium id quod nũc dicetur. Diuiſio ſubal-
terni in atoma extremorum ex inferiori parte cognitio-
nem parit,tentatio autem ad diffinienda ipſa extrema ac
cepta acceptionis generis primi, quæ tertio loco faciẽda
eſt,deſeruit. Tentare.n.diffinire nõ eſt diffinire,ſed con-
ditiones potius deſcriptiuas conſiderare, ex quibus pri-
mũ genus elicitur,& ſic ex vtraq; parte terminis ſtabili-
tis,facilior fit venatio mediorũ. Intuitus autẽ paſſionũ
differentiarum notiam facit,quoniã cauſæ paſſionũ ſunt
ipſæ formæ, à quibus dr̃iæ ſumuntur. Recurrere vero in
conſideratione paſſionum ad commune genus oportet,
quoniã vt in quinto capitulo primi libri dictum fuit, ſic
oportet inuenire ſubiectũ proprium ipſius vniuerſalis. T.c.14.
Deſcẽdere aũt poſtmodũ oportet,q̄m vt infra dicei,ni-
ſi ſic fieret, ſaltus in diffinitione accideret, qui vitandus
eſt. Quòd conformis quoq; ſit expoſitio illa textui,ex ip
ſo textu liquet, ꝙ præſertim ex quarto & quinto obſer-
uandis. Expreſſe ſiquidem in litera dr̃,quod oportet paſ
ſiones conſiderare per cõmunia prima, & aſſignatur hu
ius cauſa,q̄m ea, quæ cõueniũt compoſitis ꝑꝑ ſimplicia
ſeu atoma ex diffinitionibus compoſitorum fiunt mani
feſta,quoniam ſimplicia illa, quibus per ſe inſunt paſſio
nes,principia ſunt diffinitionum compoſitorum. Ex hoc In eo. cap.
enim clare habetur,quod quia ipſæ paſſiones ex diffini- Argyropylũ
tionibus manifeſtantur à priori,ab eis à poſteriori venã- vide.c.c.19.
dæ ſunt diffinitiones,& quòd primo ab atomis inchoan
dum eſt,quia principia aliorum ſunt &c.

Circa tertiã concluſionem aduerte ꝙ (vt ex alia tranſ
latione habetur) litera noſtra defectiua videtur, non tñ
variatur ſententia,ꝑꝑ quod poſuimus probationem con
cluſionis,vt ex alia trãſlatione habet̃. Et conſiſtit in hoc
ꝙ quia diffinitio ex duobus conſtat,genere.ſ.proximo,
& vltima dr̃ia,& ipſum genus proximum vnũ per ſe eſt,
ex ſuperiori genere & eius dr̃ia conſtitutum, & iterum
ex illo gènere proximo & dr̃ia vltima vnũ per ſe fit,ſpe-
cies.ſ.oportet colligentem diffinitionem per diuiſiones,
ordinate incedere à communioribus ad minus commu-
nia. Si enim præpoſtero ordine incedatur, non fiet vnũ
per ſe ex priori & poſteriori,ſicut ex propria potentia &
proprio actu,vt magis ex dicendis apparet &c.

Num tranſponere nomina in diffinitionibus liceat.

CIrca eadẽ concluſionẽ occurrit dubiũ, q̄m (in ſecun
do Perihermenias) dr̃, ꝙ tranſpoſita nomina idem
ſignificant. Si aũt idem ſignificatur cum dr̃, animal man
ſuetum,& cum dr̃ mãſuetũ animal,quo verum eſt, ꝙ dif
fert dicere aĩal manſuetum & manſuetũ aĩal. oppoſita
ergo vr̃ docuiſſe hic & ibi &c. Ad hoc dr̃, quòd quia ſer Cap.1.circa
mones accipiendi ſunt ſm ſubiectam materiã, & ibi de finem.
enuntiationis vnitate,hic vero de diffinitione ſermo eſt,
oportet diuerſimode intelligere ea,quæ in his locis dicũ
tur, Enuntiationẽ non variari ex tranſpoſitione nominũ
ibi docuit, eo ꝙ aliter ſequeretur ꝙ vnius affirmationis
eſſent duæ negationes, & econuerſo, ut clare deductum
eſt illic, diffinitiones uero & uiam & unitatem impediri
ex tranſpoſitione nominũ docet modo. Et in uia diuiſi-
ua quidem quantam dr̃iam faciat tranſpoſitio, manife-
ſtũ eſt. Multũ.n.refert,ſi animal ꝓpono,& diuido ipſum
per domeſticũ & ſylueſtre,& ſi econuerſo, domeſticum
ꝓpono, & diuido ipſum ꝑ animatũ & inanimatum &c.
Tranſmutat̃ ſiquidem ex tali trãſpoſitione genus in dif-

ferentiam & econuerſo &c. Vnitas autē diffinitionis, ꝙ impediatur ex tali tranſpoſitione, liquet ex eo ꝙ diffinitio debet explanare rem ordine naturæ à prima. potentia vſq. ad vltimum actum, ita ꝙ ſemper ex priori & poſteriori fiat vnum, ſicut ex potentia propria & actu proprio: hoc aũt, ſi poſt ponenda prępõnuntur, fieri nõ põt, qm̃ tali tranſpoſitione facta, poſterius non erit actus & perfectio prioris, ſed e conuerſo. Quia igitur enunciatio non tot exigit quod diffinitio, ideo tranſpoſitio enunciationi non nocet, ſed diffinitioni &c.

Ad rõnem in oppoſitum dr̃ ꝙ licet idem ſignificent; eſt aĩal manſuetum, & eſt manſuetum animal: ſicut, eſt homo albus & eſt albus homo, vt ibi dr̃, & per hoc non varietur enũtiatio tranſpoſito nomine, ex hoc tamē non ſequitur, ergo non differt in diffinitione, quid prius & quid poſt ponatur, qm̃ diffinitio non ſolum exigit ſignificata nominum & eorum vnitatem, ſed modum vnitatis. ſ. quod ex eis ſcd̃m naturæ ordinē fiat vnum per ſe, quod tranſpoſitio nominum uiolat, & ſimiliter ex identitate ſignificati non ſequitur, ꝙ via diuiſiua indifferenter poſsit tranſponere: quoniam oportet diuiſum præponere & diuidentia ſequi, & non indifferenter, hoc aũt illud diuiſiuum, & e conuerſo &c.

Oppoſita oportet immediata eſſe. Circa reſponſionem datam in textu cuidã tacitæ quęſtioni ante ſextam cõcluſionem immediate aduertendũ eſt, ꝙ oppoſita eſſe immediata, ſeu quibus nihil intereſt eſt intelligendum non ſolum de immediatione inter ſe, ſed etiam de immediatione inter ipſa & diuiſum: oportet ſiquidem oppoſita, in quæ fit diuiſio, & eſſe immediata inter ſe, ita ꝙ nihil inter ea cadat medium, aliter diuiſum non neceſſario euacuaretur per talia oppoſita, vt patet in diuiſione coloris per album & nigrũ: in tali nanq; diuiſione non eſt neceſſe ꝑtotum diuiſum euacuari &c. oportet quoque talia oppoſita immediate contineri ſub diuiſo, aliter idē accideret incõueniēs, vt patet ſi diuideretur q̃titas in parem & imparē, eſt ergo ſenſus, ꝙ quando fit diuiſio alicuius in oppoſita, qbus nihil intereſt, tã inter ſe, q̃ inter ſe & diuiſum, non eſt opus petere ꝙ totum diuiſum euacuetur, qm̃ hoc eſt neceſſarium, & hoc oſtendit probatio ſequēs, cũ dicit, qm̃ talis diuiſio fit per illius diuiſi dr̃ias & nõ ꝑ dr̃ias alicuius inferioris &c. Nec obſtat ſi ex hoc ſequatur quòd nullius generis habentis ſpecies plures duabus diuiſio per veras dr̃ias & proprias eſt ſufficiens ſi fiat bimembris. Fatendum eſt. n. quòd talis diuiſio bimembris eſt inſufficiens ſimpliciter & formaliter, poteſt m̃ eſſe aliquãdo ſufficiēs, ſi fiat diuiſio ꝑ veras differentias extremas, quoniam habendo extremas quodammodo habentur mediæ; quoniam mediæ differentiæ ex extremis conſtant, vt dicitur in 10. metaphyſicæ, & vniuerſaliter principijs habitis principiata quodammodo habentur. (T. c 3.)

Annot. Circa ſextam concluſionem nihil notandum occurrit niſi quod Ariſtoteles vocat genus & dr̃iam prædicatam in eo quod quid eſt, non quod opinetur dr̃iam prædicari in quid, ſed quoniã ingreditur, & eſt pars intrinſeca ipſius quod quid eſt, & ſubdit ꝙ per problema de genere vtrunque manifeſtum fiet, quoniam problema de differentia non ponit in numerum cum problemate de genere, vt in Topicis manifeſtandum eſt &c.

*Num facilius ſit deſinire ſingulare quam vniuerſale.*

Primo topicorum. Cap. 3. Circa ſeptimam cõcluſionem occurrit vnũ dubium, qm̃ ibi dicit̃ ꝙ facilius eſt ſingulare diffinire quàm vniuerſale, & ideo oportet ex ſingularibus in vniuerſalia aſcendere, videtur enim hoc eſſe contrarium & veritati, & ipſi Ariſtoteli, & S. Tho. Veritati quidem, quoniã impoſſibile eſt difinire ſingulare, id eſt minus vniuerſale, non prædiffinito magis vniuerſali, quoniã minus vniuerſale actu & intellectu includit vniuerſalius: ſi autem hoc eſt impoſſibile, qũo poteſt verificari ꝙ ſit facilius? Ipſi Ariſtoteli vero, qm̃ in procemio phyſicorum. expreſſe (T. c. 4.) dicit, ꝙ ex vniuerſalioribus tanquam ex notioribus nobis, in minus vniuerſalia procedendum eſt. S. Th. autem quoniam in procemio metaphyſicæ dicit, ꝙ magis vniuerſalia ſunt magis nota & faciliora ſecundum ſimplicē apprehenſionem: conſtat enim ꝙ ſimplex apprehenſio diffinitiuam cognitionem importat &c. (Lec. 2. in medio.)

Ad hoc dr̃ quòd ſecundum duplicem ordinem intellectualis cognitionis. ſ. ſecundum ſe, & quo ad nos, dupliciter loqui poſſumus de ordine procedendi, ſi loquamur ſecundum ordinem naturæ, & doctrinę ſecundum ſe, ſic oportet ab vniuerſalioribus inchoare, vt prima obiectio concludit, & Ariſtoteles in auctoritate adducta dicit: ſi aũt ſermo ſit ſ̃m ordinē noſtræ inueſtigationis ſic oportet à minus vniuerſalibus aſcendere ad magis vniuerſalia, qm̃ vnitas minus vniuerſaliũ (vt in litera dicitur) facilius inuenitur, dũ non oportet per tot vagari & vnius æquocationis interuenit &c. vnde primus ordo ex difficilioribus procedit, propter quod liber phyſicorum, qui primus eſt in philoſophia naturali, valde difficile intelligitur, & longe difficilius inuentus fuit, &c. Ordo autem ſecundus ex facilioribus procedit, & eum hic tradit Ariſt. primi tamen non oblitus. Duos enim modos venandi ꝙ quid eſt docuit: primus quorum ſecundum ordinem naturæ procedit à ſuperioribus diuidens, & nihil vſque ad atoma ꝑtermittens: ſecundus autē à nobis incipit, & à poſterioribus in priora procedit ex minus communibus magis communia quærens, vnde fit vt ille doctrinali proceſſui magis ſeruiat, hic inueſtigatiuo. (Cap. 21. circa me.) Ad id ergo, quod obijcitur de impoſſibilitate dicitur, quod (ſicut in primo dictum fuit) comparatio inter vniuerſale & minus vniuerſale non eſt accipienda inter ea, vt vnum claudatur in reliquo, quoniam eſſet fatua talis cõparatio, ſed diſtincta ſunt formaliter inter ſe. Vnde cum hic fiat comparatio inter ea ſecundum facilitatē diffiniendi, non dicitur facilius eſt diffinire minus commune, quàm magis commune, accipiendo minus commune vt includit in ſe communis & aliquid plus: ſed dicitur, ꝙ facilius eſt diffinire minus commune formaliter ſumptum &c. & hoc eſt verum, vt probatum fuit. Et ſi inſtetur contra hoc, quia in minus communi etiam formaliter ſumpto includitur cõmuni⁹, quoniam inferius nõ abſtrahit à ſuperiori: homo enim non poteſt intelligi ſine aĩali. Reſpondetur quòd quia minus commune formaliter ſumptum hoc in loco nihil aliud vocatur niſi ipſum inferius, ſecundum ſuum differentialem conceptum, ſecundum quē conſtat quòd non includit formaliter ſuperius, ideo falſum eſt in propoſito quod aſſumitur in ſtando. Poteſt quoque diſtinguendo dici, ꝙ inferius poteſt dupliciter ſumi formaliter, vno modo ſecundum totum id, quod formaliter eſt, & ſic includit ſuperius formaliter, quoniam quod quid eſt ſuperioris, eſt quod quid eſt inferioris, licet non conuertibiliter, vt in cap. 3. huius ſecundi dictum eſt, & ſic (Cap. 3.) modo non accipitur inferius formaliter. Alio modo ſecundum id quo formaliter conſtituitur, & diſtinguitur etiam à ſuperiori, & ſic non includit ſuperius, quoniam ſic accipitur ſecundum differentialem conceptum, qui expers eſt generis formaliter, vt in quarto Topicorum dicitur, & hoc modo loquimur hic de minus communi, vt ex textu conuincitur. Tum quoniam comparationem (Cap. 3.) Ariſt. facit inter vniuerſale, & minus vniuerſale, comparatio autē ſecundũ ea, in quibus diſtinguuntur intelligenda eſt. Tum quoniam id vnum, in quo communicant ſingularia, diffinitionē dicit eſſe, cõſtat autem ꝙ ex proceſſu ex ſingularibus, ſeu minus cõmunibus, puta huiuſmodi & illiuſmodi magnanimis, ſi ueniatur in vnum in omnibus magnanimis, illud vnum nihil aliud eſt quàm propria differentia magnanimitatis, ſiue aliquid circunloquens illam differentiam, & tunc ſiſtit proceſſus, quoniã tunc dicit Ariſt. haberi rõnem. Clarum eſt autem ꝙ genera magnanimitatis adhuc inueſtiganda remanent, & magna eſt difficultas ad venanda illa, qm̃ vniuerſaliora ſunt, vt in textu dicitur &c. Ad id ꝙ inducitur ex primo phy-

mo phyſici. dicitur, quòd Ariſt. loquitur ibi de proceſſu Tex.c.4. doctrinali ſecundum ſe, hic autem quo ad nos. Ad vltimum quòd ex S. Tho. adducitur, dicitur, quòd per ſimplicem apprehenſionem intelligitur apprehenſio terminorum, & non apprehenſio quidditatiua perſecte, vt ibidem declarabitur. Quoniam verba illa non facile omnibus patent &c.

Circa determinationem factam in hoc capitulo occurrit dubium, quoniam in proœmio de anima ab Auerroi, Auer.c.5. Alb. & S. Thom. attribuitur Ariſt. quòd via venandi quod com.Tho. quid eſt, ſit via compoſitiua. Platoni autem via diuiſi- Lec.1. ua, Hippocrati vero via demonſtratiua. In hoc autem capitulo vbi determinatur difficultas hæc, non apparet Ariſt. ponere viam compoſitiuam venantem quòd quid eſt, nec apparet, quod reprehendat viam diuiſiuam, ſed potius quod ipſam magnificet & amplectetur. Quomodo ergo hæc ſimul ſtant &c.

Com.18. Ad hoc dicitur ſecundum Auerroim quòd via poſita in ſecunda cõcluſione & ab ipſo expoſita, eſt via compoſitiua. Accipiuntur ſiquidem quatuor viæ ex hoc cap. dicentes ad quod quid eſt, prima ponitur in prima concluſione, ſecunda in ſecunda, tertia à tertia vſque ad ſextam incluſiue, quarta in ſeptima, & Prima quidem ſubiecti quod quid eſt venatur, ſecunda autem ſpeciei ſubalterne, tertia ſimpliciter ipſum quòd quid eſt, quarta paſſionis. Sed ſi hæc vera ſunt, quomodo ſecunda via eſt via cõpoſitiua, per quam Ariſt. differt à cæteris? illa nanque methodus non ducit, ſecundum eos niſi ad ſpeciem ſubalternam, & ſufficiens eſt ſecundum Auerroim &c. Aliter ergo dicitur, quòd vltima via eſt, quam Ariſt. docuit, & hæc compoſitiua & adunatiua eſt, quoniã à multitudine inchoat & adunando aſcẽdit. Sed contra hoc eſt quoniam vltima methodus non eſt methodus ſimpliciter, ſed quo ad nos. Quæſtio autem de modo venãdi, quòd quid eſt, quæſtio eſt de proceſſu ſimpliciter. Ideo dicendum mihi videtur quòd via poſita in ſecunda concluſione cum conditionibus ſuis vſque ad ſextam incluſiue, eſt Tex cõ.3. via compoſitiua, quam ponit Ariſto. Ad cuius euidentiã reducenda ſunt ad memoriam ſuperius dicta, examina- Tex.c.4. uit ſuperius Ariſto. quanta ſit vis demonſtratiui proceſſus ad habẽdum quod quid eſt, & vt patuit nec totaliter reprobauit, nec totaliter approbauit, & ſic opinionem Hippocratis pertranſiuim*. Examinauit quoque quantæ efficatiæ ſit proceſſus diuiſiuus, & determinauit quòd ad ſyllogizãdum inutilis eſt, & per hoc arbitror eum diſcuſſiſſe Platonis opinionem, ſaltem ſecundum ſonum ver- Scd̃m S.Th. borum, vt alibi conſueuit. Concludit tandem in hoc capitulo quòd congrua via ad venandum quod quid eſt, 3.metaphyſicæ. proceſſus eſt diuiſiuus, non ſyllogizando, quia hoc re- Tex cõ.15. prehendimus, ſed colligendo incipiendo à ſupremo genere cum cæteris conditionibus dictis, additis regulis ex problematibus topicis: & hæc eſt via compoſitiua. Licet enim diuiſiua dicatur, quoniam à diuiſione incipit & diuidendo incedat, efficatiam tamen ex compoſitione ſortitur, & nõ ex ui diuiſionis &c. Vnde notanter Ariſto. ſtatim poſt ſecundam concluſionem ſubiunxit, quòd diuiſiones vtiles ſunt ad colligendum quòd quid eſt, non ad demonſtrandum. Et ſic poſuit opinionem ſuam non extraneam omnino ab alijs, ſed vtentem aliquo modo vtraq; illarum, dum huic viæ & diuiſiones, & ſyllogiſmi ſecundum problemata diuerſimode ſeruiunt &c.

## De venatione propter quid &c. Cap. 11.

*AD hoc autem quod habeamus problemata, eligere oportet & deciſiones & diuiſiones, ita vero eligere ſupponentem genus commune omnium, vt ſi animalia eſſent, quæ ſpeculata ſunt, qualia omni animali inſunt: his antẽ acceptis rurſus reliquorum primo, qualia omnes ſequuntur: vt ſi hoc eſt auis, qualia omnẽ ſequantur auem, & ita ſemper proximo: planum enim quod habebimus iam dicere, propter quid inſunt conſequentia ijs quæ ſunt ſub communi, vt propter quid homini aut æquo inſunt, ſit autem animal, in quo A, B, vero conſequentia omne animal: in quibus autem C, D, E, aliqua animalia, planum igitur propter quid B, ineſt ipſi D, nanque per A, conſimiliter autem & alijs. Et ſemper in alijs eadem eſt ratio: nũc quidẽ igitur ſcd̃m tradita cõmunia nomina dicimus. Oportet autem non ſolum in his cõſiderare, ſed & ſi aliud quid viſum fuerit inexiſtens commune, excipientem poſtea quæ hoc ſequitur, & qualia hoc ſequũtur, vt cornua habentia habere erinaceum, & non vtrinque dentata eſſe; rurſus cornua habere, quæ ſequitur, planum enim propter quid illis inerit, quod dictũ eſt, propter enim cornua habere inerit. Amplius autem alius modus eſt ſecundũ proportionale eligere: vnum enim accipere non eſt idem, quod oportet vocare ſepeum, & ſpinam, & os, erunt autẽ conſequentia & his, tanquam vna quadam natura tali exiſtente. Eadem vero problemata ſunt, hæc quidem eo quod idem medium habent, vt quoniam omnia contra reſiſtentia, horum autem quædam genere eadem ſunt, quæcunque habent differentias eo quod aliorum, aut aliter ſunt, vt propter quid reſonat? aut propter quid apparet? & propter quid iris? omni enim hæc idem problema ſunt genere, omnia enim ſunt refrãctio, ſed ſpecie altera. Aliqua vero eo quod medium ſub altero medio eſt, differunt problemata, vt propter quid. Nilus decreſcente menſe magis fluit? quoniam hibernior decreſcens eſt, & propter quid hibernior decreſcens eſt? quoniam Luna deficit, hæc enim ita ſe habent inter ſe.*

## Summa huius capituli hæc eſt.

AD habendum propter quid, oportet deciſiones, diuiſioneſque eligere, & genus ſubiectum commune omniũ, & qualia inſunt omni generi &c. deinde reliquorum primo quali inhæreant, & ſic ſemper proximo &c. declaratur quoniam ſic manifeſtum ſit propter quid talia inhæreant his, quæ ſunt ſub illo communi, vt patet in terminis B, primo, C, D, E, ultimis, & A, medio applicatis ad propria animalis, quædam animalia & animal &c.

Oportet non ſolum in his conſiderare propter quid, Regula. ſed & ſi aliud aliqđ accipiatur eſſe cõe, & accipere quib* illud inhæreat, & qualia hæc ſequantur, declaratur excẽplariter, ad cornutum eſſe ſequitur habere duos ventres & carere dẽtibus ſuperioribus, inuenitur autem in boue, & hirco, declaratur, quoniam ſic manifeſtum ſit propter quod illis hæc inſunt, puta propter cornua &c.

Oportet aliquando analogum propter quid eligere, probatur à priori, quoniam quædam ſunt quæ ſequũtur Regula. analoga, tanquam ſi eorum natura vna, vt ſepion, ſpinã & os, vnum non ſunt, & ea quædam ſequuntur.

Eadem problemata ſunt, quæ idem habent medium, Propoſitio. vt puta antipariſteſin.

Horum quædam habent idem medium genere, & dif- Diuiſio. ferunt ſpecie, vt propter quid echon, idolum in ſpeculo, & iris &c. propter repercuſſionem diuerſarum ſpecierũ. Quædam habent medium ſubalternum, vt propter quid nilus magis fluit in fine lunæ, qa vernior eſt finis, ꝑpter quid autem vernior, quia Luna deficit &c.

## Series autem hæc eſt.

Intendẽs tradere modum inueſtigandi propter quid, duo facit, primo tres regulas dat, quarum prima propter quid vniuocum genus nominatum inueſtigiatur, ſecunda vero vniuocũ non tamẽ eſſentiale genus, aut nominatum in propter quid inuenitur, tertia autem non ſemper ad vniuocum propter quid recurrendum forte dicetur.

ſecundo non eſſe ſemper in diuerſis diuerſum propter quid inquirendũ, ſed q̃nque idem, diuerſimode tamen in diuerſis docet vnica propoſitione & diuerſione &c.

Contra Scot. Ex tertia regula habes Scotiſta unde errorem tuum deprehendas, dum putas ideo oportere ens & alios terminos metaphyſicales eſſe uniuocos, ut poſsint de eis & ex eis demonſtrationes fieri, aliter omnia in æquiuoco conſtitui. Ecce textus Ariſt. expreſſe dicens, quod analoga media ſumenda quandoque ſunt, quæ licet uniuoca non ſint, ſequuntur tamẽ ea, quædam ac ſi eſſent uniuoca, ut patet in ſpina &c.

## De tribus quęſtionibus circa propter quid. Cap. 12.

*DE cauſa vero et cuius cauſa dubitaret vtiq; aliquis, an quando eſt cauſatum & cauſa eſt. quemadmodũ ſi fluunt folia, aut deficit, & cauſa fluendi folia, aut deficiendi erit, veluti, ſi huius eſt lata folia habere, ipſius vero deficere, eſt terram in medio eſſe: ſi enim non eſt, alia quædam erit cauſa ipſorum, ſiue cauſa eſt ſimul & cauſatum, vt ſi in medio terra eſt, deficit, aut ſi latifolium eſt fluunt folia. Si vero ſic, ſimul vtique eſſent, & monſtrarentur per ſe inuicem. ſit enim folio fluere, in quo A: latifolium vero in quo B, vitis autem in quo C, ſi itaque ipſi B, ineſt A, omne enim latifolium fluit folio, ipſi vero C, ineſt B, omnis enim vitis eſt latifolia, ipſi C, ineſt A, & omnis vitis fluit folio, cauſa vero B, medium, ſed & quoniam latifolia eſt vitis, eſt per folio fluere demonſtrare. ſit enim D, quidem latifolium, E, vero folio fluere, vitis autem in quo F, ipſi itaque F, ineſt E, folio fluit enim omnis vitis, ipſi autẽ E, D, omne enim folio fluens eſt latifolium, omnis igitur vitis eſt latifolium: cauſa autem eſt folio fluere. Si vero non cõtingit cauſas eſſe ſibijnuicem, cauſa enim prior eſt eo, cuius eſt cauſa, & deficiendi quidem cauſa eſt in medio terrum eſſe: quod autem in medio terra ſit, non eſt cauſa ipſum deſficere, ſi igitur per cauſam quidem demonſtratio eſt propter quid, quæ vero non per cauſam ipſius quod, quod quidem terra in medio eſt, nouit, propter quid autem non, quoniam ipſum deficere non eſt cauſa, quod ſit in medio, ſed hoc ipſius deficere, manifeſtum eſt; in ratione nanque ipſius deficere ineſt eſſe in medio, quare planum quod per hoc, illud cognoſcitur, ſed non hoc per illud. An contingit vnius plures eſſe cauſas? ſi enim eſt idem de pluribus primum prædicari, ſit A, ipſi B, primo inexiſtens, & ipſi C, alij primo, & hæc ipſis D, F, inerit igitur A, ipſis D, E, cauſa vero eſt ipſi quidem D, B, ipſi vero E, C, quare cauſa quidem exiſtente, neceſſe eſt rem eſſe, re autem exiſtente, non neceſſe eſt omne eſſe quodcunque ſit cauſa, ſed cauſa quidem, non tamen omnis. Aut ſi ſemper vniuerſale problema eſt, & cauſa totum quiddam, & cuius cauſa vniuerſale, vt folio fluere toto aliquo determinato, licet ſpecies ipſius ſint, & his vniuerſaliter, aut plãtis, aut his plantis, quare & medium æquale oportet eſſe in his, & cuius cauſa, & conuerti, vt propter quid arbores folio fluunt, ſi itaque propter congelationem humidi, & ſi folio fluit arbor, oportet eſſe congelationem, & ſi congelatio ineſt non cuicunque, ſed arbori, eſt folio fluere. Vtrum autem contingit non eandem cauſam eſſe eiuſdem omnibus, ſed alteram, aut non? an ſi quidem per ſe demonſtretur, & non per ſignum, aut accidens? non poteſt fieri, nanque ratio extremi medium eſt, ſi vero non ita, contingit. Eſt autem & cuius cauſa, & cui conſiderare ſecundum accidens, non tamen videntur problemata eſſe. ſi vero non, ſimiliter habebunt medium, ſiquidem ſunt æquiuoca, æquiuocum medium eſt, ſi uero vt in genere, ſimiliter habebunt, vt propter quid & permutatim proportionale? alia enim cauſa eſt in lineis, & numeris, & eadem vtique, inquãtum quidem lineæ, alia, inquantum uero habent augmentum tale, eadem, ita, & in omnibus: huius autem ſimiliter eſſe colorem colori, & figuram figuræ, aliam alij, æquiuocum enim eſt ſimile in his; hic quidem fortaſſe proportionabiliter habere latera, & æquales angulos, in coloribus vero ſenſum unum eſſe, aut aliud aliquid tale; quæ vero ſecundum analogiã. eadem & medium habebunt ſecundum analogiam. Se habet autem ſic, conſequi, cauſa ſibinuicem, & cuius cauſa, & cui cauſa; ſingulum quidem accipienti, cuius cauſa in plus eſt, ut extrinſecos æquales eſſe quatuor in plus eſt, quàm triangulum, aut quadrangulum, omnibus uero æqualiter; quæcunque enim quatuor rectis æquales eſſe extrinſecos, & medium ſimiliter. eſt autem medium ratio primi extremi: quo circa omnes ſcientię per definitionem fiunt. ut folio fluere ſimul ſequitur uitem, & excedit, & ficum & excedit, ſed non omnes, ſed æquale eſt, ſi igitur acceperis primum medium, ratio folia fluendi eſt, erit n. primum quidem in altera medium, quoniam talia omnia ſunt poſtea huius medium, quoniam ſuccus congelatur, aut aliud aliquid tale, quid autem eſt folio fluere, congelari ſuccum in contractu ſeminis. In figuris uero ita aſſignabit, quærentibus aſſecutionem cauſa & cuius cauſa. ſit A, inexiſtens B, omni B, uero unicuique eorum, quæ D, in plus autem; B, utique uniuerſale eſſet ijs, quæ ſunt D, hoc enim dico uniuerſale, quod non conuertitur: primũ uero uniuerſale, cum quo unumquodq; quidem non conuertitur, omnia autem conuertuntur, & non excedunt; ipſis itaque D, cauſa eſt ipſius A, ipſum B, oportet igitur A, in plus quàm B, extendi; ſi uero non, quid magis cauſa erit hoc illius? ſi itaque omnibus E, ineſt ipſum A, erunt aliquid illa unum omnia aliud à B, ſi enim non, quomodo erit dicere, quod cui ineſt E, ipſum A, omni ineſt; cui uero A, non omni ipſum E? propter quid enim non erit aliqua cauſa, vt inſit omnibus D? ſed nunquid & quæ ſunt, E, erunt aliquid vnum? Conſiderare oportet hoc, et ſit C, contingit itaque eiuſdem plures cauſas eſſe, ſed non ijſdẽ ſpecie. vt quod longæua ſint, quadrupeda quidem, eo quia non habent bilem, volatilia vero eo quod ſicca ſunt, aut alterum quid. Si uero ad indiuiduũ non ſtatim ueniunt, non ſolum unum eſt medium, ſed & plura, & cauſę plures. utrum uero cauſa mediorum, quod ad vniuerſale primum, aut quod ad ſingulare, ſingularibus? planum itaque ea eſſe quæ proxima ſunt vnicuique, cui ſunt cauſa, primum enim ſub uniuerſali eſſe, hæc eſt cauſa. ut ipſi D, ineſſe ipſum C: ipſum A, ineſſe, eſt cauſa, ipſi igitur D, ipſum C, cauſa ipſius eſt A, ipſi uero C, ipſum B, huic autem idẽ. De ſyllogiſmo igitur ac demonſtratione, et quid utrunque eſt, & quomodo fit, manifeſtum eſt; ſimul uero & de ſciẽtia demonſtratiua, idem enim eſt.*

### Summa huius capituli hæc eſt.

NVnquid cum eſt cauſatum, & cauſa eſt, ut ſi folia fluant ſit habere lata folia, & ſi luna deficit, ſit interpoſitio terræ. prima quęſtio.

Cauſa & cauſatum ſimul ſunt, probatur dupliciter, primo quia ſi cauſa aſſumpta non ſequitur ad effectum, oportet illius cauſati eſſe aliquam aliam cauſam, ſiue cauſa & cauſatum ſint ſimul, ut eclipſis, & interpoſitio, ſiue non, ut lata folia & fluere. Si autem ſic eſt, ſimul utique erunt. Secundo, quia demonſtrat ſe inuicem, ut patet in terminis A, primo, C, tertio: & B, medio applicatis ad fluxum foliorum, uitem, & latum folium, quòd cauſa demonſtrat effectum, & in terminis D, primo, Z, tertio: & E, medio applicatis, ad latum folium. uitem, & fluxum folij. quòd effectus demonſtret cauſam. conclusio pro parte.

Demonſtrationum dictarum altera eſt per cauſam & propter quid, altera autem per non cauſam, & quia, probatur à priori, quoniam non contingit illa duo media eſſe Differẽtia.

dia eſſe

dia eſſe ad inuicem cauſas, quoniam cauſa prior eo cuius eſt cauſa, & alterum eorum eſt alterius cauſa, quoniam in diffinitione illius cadit. Declaratur exemplariter in eclipſi lunæ & interpoſitione terræ.

Concluſiones reſponſiuæ conditionaliter quæſtioni.

Si contingit unius plures cauſas eſſe, ad cauſam neceſſario ſequitur effectus, ex effectu autem nõ concluditur cauſa certa, ſed cauſa hæc, vel illa &c. Declaratur antecedens. Si contingat idem de pluribus primus prędicari, ut A, de B, & C, primis ſubiectis, & D, ſub B, & E, ſub C, liquet ſiquidem tunc quod B, & C, ſunt duæ cauſæ, quare A, inſit vltimis, ſcilicet D, & E.

Si autem ſemper vniuerſale propoſitum eſt, & cauſa totum quoddam eſt, & effectus vniuerſaliter ſumitur neceſſe eſt medium effectum æqualia eſſe & conuerti, declaratur exemplariter in fluxu folii vt effectu, & denſitate in arbore, vt cauſa vniuerſali, & tali planta, vt ſubiecto &c.

prima qõ.

Vtrum autem contingat eiuſdem effectus non eandẽ cauſam in omnibus, ſed diuerſis eſſe aut non.

Concluſiones reſponſiuę.

Quando demonſtratur per ſe non contingit eiuſdem eſſe diuerſas cauſas in omnib. probatur a priori, quoniã ratio vltimi eſt medium.

ſecũdæ quæſtioni.

Quando demonſtratur ſecundum ſignum, aut accidẽs contingit eiuſdem eſſe diuerſas cauſas &c.

Declaratio ſecundæ cõcluſionis.

Contingit cauſam & effectum, in quo ſecundum accidens, conſiderare, non tamen videntur propoſita eſſe, uel immo videntur problemata eſſe, &c.

Si nihil interuenit per accidens, ſimiliter, ſe habebit medium cum eo cuius eſt medium, ita quod æquiuoci æquiuocum, & generici genericum, & analogi analogum medium erit. Declaratur exemplariter, & primo quo ad generica, incommutata proportione & lineis & numeris &c. ſecundo quoad æquiuoca in ſimilitudine inter figuras inter ſe, & colores inter ſe.

Declaratio primæ.

Cauſa, & effectus, & ſubiectum ita ſe habent ſecundũ conſequentiam, quod particulariter acceptis ſubiecto & cauſa in plus eſt effectus quam ſubiectum & cauſa &c. vniuerſaliter autem ſumptis, omnia æqualia ſunt. Declaratur primo in habere angulos extrinſecos æquales quatuor rectis, ut effectu, & triangulo & quadrangulo, ut particularibus ſubiectis & omnibus talibus uniuerſali ſubiecto & medio ſeu cauſa vniuerſali, & quo ad cauſam, probatur, quoniam medium ẽ rõ primi termini, ex quo oẽs ſcientiæ ſunt per diſſinitiones &c. declaratur iterũ in naturalibus fluxu ſolii vt effectu, ficu, & vite, ut particularibus ſubiectis omnibus talibus, vt uniuerſali ſubiecto & ratione primi termini, vt uniuerſali medio, per quod ineſt omnibus, puta ſeminis ſucci denſatione in contactu &c. tertio declaratur primum ordinando formam ſyllogiſticam aſſumpto effectu cõmuni, & cauſis ſpecialibus, & ſubiectis particularibus illum effectum particularibus diuerſis inter ſe propter illas ſpeciales cauſas, in terminis generalibus A, effectu; B, cauſa ſpeciali, & D, ſubiecto particulari, & ex alia parte C, altera cauſa ſpeciali, & E, ſubiecto altero particulari applicatis ac naturalia, ſcilicet longam vitam reſpectu modicæ choleræ & quadrupedum ex alia parte reſpectu ſiccitatis, & volatilium.

Concluſio reſponſiua primæ quæſtioni.

Tertia concluſio ꝓ ſecunda quęſtione.

Contingit igitur plures cauſas eſſe eiuſdem, ſed non einſdem ſpeciei.

tertia quæſtio.

Si non ſtatim in atomum venitur, ſed plura media & cauſæ occurrunt eiuſdem, qualis eſt cauſa mediorum proxima vniuerſali, aut proxima ſingulari.

concluſio reſponſiua.

Magis proxima vnicuique cauſa ſumenda eſt. probatur a priori, quoniam hæc eſt primo cauſa, quod illud ſit ſub vniuerſali &c. declaratur in terminis A, primo B, ſecundo, C, tertio, D, quarto, inchoando enim ab ultimo &c. & gradatim aſcendendo, ſemper cauſa proxima pręinuenitur vſque ad atomum, ſeu immediatam &c.

## Series autem hęc eſt.

INTENDENS terminare tractatum de ipſo propter quid, tria facit ſecundum tres quæſtiones, quas mouet & determinat, ſed quoniam prima & ſecũda ſe interſecant, attendendum eſt, quod ſic procedit, mota prima quæſtione, duas rationes adducit ad partem affirmatiuã, & differentiam ſubdit inter aſſumptos proceſſus in ſecũda ratione, uel in idem redit, inter conſequentias determinatas. Deinde ſub diſiunctione duabus concluſionib: reſpondendo quæſtioni motæ eius categoricam ſolutionem ex alia quæſtione dependere ex ipſis concluſionibus oſtendit. Sicque ad ſecundam quæſtionem properat & motæ ſtatim duabus concluſionibus reſpondet, ſubdens declarationes earum prępoſtero ordine, & ſic reuertitur ad primam quęſtionem, & vnica illi concluſione plures partes habente ſatisfacit multipliciter declarando eam &c. & poſtremo tertiam concluſionẽ correlarie deductam reſponſioni ad ſecũdã quęſtionem addit &c. poſtremo tertiam mouet quæſtionem, & illi ſtatim ſatisfacit vnica concluſione &c. & epilogat &c.

Ad effectũ cauſa quomodo ſemꝑ ſequitur.

Circa primam rationem aduerte, quod textus ſententiam, quam in ſumma poſuimus, expreſſe habet & valde conformis eſt titulo quæſtionis, propter quod alietas forte tranſlationis cauſa fuit quod expoſitoribus cõformis non ſit. Differt ſiquidem ratio poſita ab interpretatione aliorum in hoc, quod nos aſſumpſimus conſequentiam primam abſque probatione, eo quod uerba illa, ſcilicet cauſa & cauſatum ſint ſimul, ut ad explanandum conſequentiam quod vniuerſaliter ſermo ſit inducuntur, ab aliis autem ad probandum conſequentiam inducuntur. Conſentaneam autem noſtram interpretationem quæſtioni eſſe duximus. Tum quia textus noſter & Boetii expreſſe ita habet, ſiue cauſa ſit ſimul & cauſatum, ut ſi in medio eſt terra, deficit, aut ſi latum foliũ eſt, folia fluũt, ex quibus uerbis patet, quod dicit ſiue cauſa & cauſatum ſimul ſint, ut interpoſitio & defectus, ſiue non ut latum folium, & fluxus. Tum quoniam ſic intellecta ut expoſuimus nos, titulus quæſtionis ab ipſomet Ariſtotele explanatus inuenitur & dubium quod poſteriores inuaſit, an ſcilicet cum hic quęritur, ſi eſt cauſatum, ſit cauſa, intelligatur de ſimultate temporis, an de ſimultate conſecutionis, ab ipſo Ariſtotele ſolutum accipitur in illis uerbis. Perſpicuum ſiquidem fit, quod de ſimultate conſecutionis quęſtio eſt ex eo quod dicitur, quod ſiue cauſa & cauſatum ſimul ſint ut interpoſitio &c. ſiue non, ut latũ folium &c. cõſiſtit igitur uis primæ rationis in hoc, quod ſi ad B, effectum non ſequitur A cauſa, ſiue ſimul tempore ſiue prius, oportet ipſius B, alteram eſſe cauſam quam A, & hęc conſequentia eſt manifeſta ex eo quod nullus effectus eſt, ad quem non ſequatur cauſa aliqua &c. & ſi ſic eſt ſcilicet quod ſit altera cauſa, erunt utique ſimul effectus & cauſa, licet non recte ſequatur, erunt utique ſimul effectus & cauſa hæc, nec inconuenit nihil plus concludi per hanc rationem, quoniam inueſtigando proceditur paulatim ad ueritatem a communioribus &c. ad ſpecialia quo ſequens ratio ducit &c. vel. Si autem ſic eſt, ſcilicet quod illa aſſumpta eſt vera, ſeu ſola cauſa ſimul vtique erunt effectus, & cauſa hæc. Nec putet aliquis hæc dicta eſſe, ut non imitetur S. Thom. expoſitionem, ſed quoniam textum eius non habeo, & noſtrum in hac parte forte meliorem ſaluare volumus, ab ipſius ſententia non diſcrepantes, quoniam talem eſſe quæſtionis titulum, ipſe expreſſe dicit explicans quod Ariſtoteles tacuit, ſcilicet quod de mutua conſecutione quæſtio agitur, an ſcilicet ad effectum cauſa, & econuerſo ſequatur &c.

Circa reſponſiuas concluſiones aduertenda ſunt tria. Primum eſt quod Ariſtoteles ſecundum ueritatem diſiũctiue eas format, ut patet per prępoſitam cuilibet earum

notam

bet earum notam diſiunctinnis, aut, ſed quoniã veritas illius diliunctiuæ vſque ad ſequentem quæſtionem pẽdet, & ab Ariſtotele prima pars ex quadam conditionali declaratur, & ſecundum veritatem cõditionalibus quàs formauimus æquiualet: ideo ad faciliorem perceptionẽ conditionales fecimus, nec propter hoc S. Tho. aduerſamur dicenti Ariltotelem determinare quæſtionem his concluſionibus. Ipſe enim ideo hoc dixit, quoniam vt ex dicendis patebit, vtraque diſiunctiuæ pars uera eſt, & ipſa deciſio eſt quæſtionis, nos autem deciſam quæſtionem non eſſe dicimus, quoniam veritas diliunctiuæ ex ſequenti dependet quæſtione &c.

. Secundum eſt, quòd conditionalis illa ſcilicet li contingit idem de pluribus primis prędicari, aſſumpta ad declarationem primæ concluſionis poteſt dupliciter intelligi. Vno modo de prædicatione per ſe in ſecundo modo perſeitatis, & lic illius categorica eſt impoſſibilis, quoniam quælibet paſsio habet unum tantum primo ſubiectum quod ponitur in eius deffinitione, conditionalis tamen ipſa eſt uera, ut patet. Alio modo intelligi poteſt de prædicatione eſſentiali in primo modo, & ſic non ſolum conditionalis, ſed categorica illa uera eſt, animal.u. & ſimiliter omne genus, de pluribus prædicat immediate &c. Multum autem intereſt quo iſtorum modorum accipiãtur uerba Ariſtote. quoniam, vt ex ſequẽtibus apparet, ipſe intendit per primam concluſionem peruenire ad hanc deciſionem, quòd quia contingit vnius effectus eſſe plures cauſas partiales, ſeu ſpeciales, ideo cum de illis ſermo eſt, dicitur quòd ad cauſam ſequitur effectus & ad effectum non ſequitur cauſa determinata &c. huic autem intentioni prima expoſitio exemplariter deſeruit, & nõ aſſertiue, quoniam falſum aſſumit &c. ſecunda uero expoſitio aſſertiue opitulatur, quoniam inter media genera, ſeu differentiæ ſunt cauſæ, ſeu rationes, quòd ſuperius inferioribus inlit, & quodlibet eorum infert ipſum genus, ad ipſum autem nullum eorum determinate ſequitur, ſed interminate hoc vel illud &c.

Tertium aduertendum eſt, quod vt membra iltius diſiunctiuæ ſeu conditionalis reſponſionis, ex oppoſito diſtincta, & euacuantiã quæſitum accipiamus ly vniuerſale propoſitum in ſecunda concluſione poſitum pro concluſione ſeu problemate quæſito exponi poteſt, & non de quacunque uniuerſalitate, ſed ea, ſecundum
c. 21. circa t. co. 29. quam demunſtratio uniuerſalis differt à particulari (ut in primo libro dictum eſt) ita quòd membra diuiſionis ſunt quòd quæſita aut ſunt particularia, aut uniuerſalia, & ſub aliis uerbis, aut habent plures cauſas, aut unam, & ſic exponendo totum reſiduum concluſionis declaratio & dearticulatio eſt antedicti. Poteſt quoque exponi pro ſubiecto ipſius quæſiti & uniuerſalitate eadem, & ſic non expoſitiue reliqua addita ſunt, ſed ut omnia enumerarentur, ſubiectum ſcilicet cauſa, & affectus, quę ad demonſtrationem concurrunt, & uniuerſalia proponerentur, habenturque nihilominus membra diffinitionis oppoſita, ut prius &c.

Quando demonſtratur accidens, eiuſdem plures eſſe cauſas contingit.

Circa ſecundæ quæſtionis titulum dubitatur, quid intelligat Ariſtoteles nomine cauſę: an ſcilicet cauſam in eſſendo, an communiter cauſam ſiue in eſſendo, ſiue in inferendo. Eſt autem ratio dubitandi hincinde ex multis. Conſiderantibus enim diuiſionem factam in textu reſpondendo huic quęſtioni, apparet cauſam communiter ſumi, quia diſtinguitur in cauſa in per ſe, & ſecundum ſignum ſeu accidens, conſtat autem quòd ſignum cauſa non eſt niſi illatiua. Amplius dum in textu ordinatur in figuris conſecutio cauſæ & effectus expreſſe dicitur, quòd ſi medium & primum eſſent conuertibilia; non eſſet maior ratio quare medium eſſet cauſa primi magis quam econuerſo, ex quo euidenter apparet, quod de cauſa illatiua ſermo eſt, de tali nanque verificatur, quod duorum conuertibilium, neutrum magis altero cauſa eſt, & de cauſa in eſſendo falſum eſt, quoniam ſubiectum eſt cauſa ſuæ paſſionis, & non econuerſo &c. Amplius de cauſa in eſſendo (in
primo li) dictum eſt, quod augentur demonſtrationes T.c.29.
non per media, vt quid ergo iterum de hoc dubitandum eſt? Intuẽtibus autem tractatus rationem, quod de cauſa in eſſendo ſermo tantum ſit uidetur, tum quoniam intẽtio præſentis negocii eſt de ipſo ꝓpter quid, & in littera expreſse excluditur ab ordine demõſtrationũ ꝓpter quid demõſtratio ab effectu & conuertibili, ut patet. Tum quoniam hæc quæſtio ad perfectionem primæ quæſtionis introducta eſt vt expreſſe ex textus ſerie liquet, adeo ut negare hoc ſit proteruire, conſtat autem quod prima quæſtio de cauſa in eſſendo loquebatur, & non communiter. Tum quoniam in toto proceſſu huius capituli, & dubitando, & reſpondendo, & exempla ponendo, de cauſa in eſſendo ſermo eſt. Tum quoniam quæſtio de cauſa illatiua non eſt poſterioriſtica, ſed prioriſtica vbi & determinata eſt quæſtio illa determinando conuerſionem concluſionis ad præmiſſas. & Ariſtoteles expreſſe ſuperius confeſſus eſt ſe circularem ſyllogiſmum determinaſſe in anterioribus, ideſt libro priorum, ut dicit idem Albertus & cætera. Ad hoc dubium dicitur quòd quæſtio eſt de cauſa in eſſendo, nec oportet aliter probare, quam per rationes vltimo adductas, ſunt enim efficaces & rationibus alterius partis facile eſt reſpondere. Ad primam namque dicitur quod per ly lignum aut accidens, non intellexit effectum, ſed cauſam ſpecialem, ut nunc dicetur. Ad ſecundam dicitur quod uerum eſt illa verba oportere intelligi de cauſa in inferendo, ſed nõ tantum. arguit enim ibi a poſteriori, ut ibi declarabitur. Ad tertiam dicitur quod in primo libro determinatum eſt quod unius vna eſt cauſa potiſſima, & nõ ſimpliciter quod unius una ſit cauſa in eſſendo, agebatur enim tunc de demonſtratione ſecundum eius ſummum etcætera. Nunc propter quid declaratur communiter et in demonſtratione uniuerſali, & particulari, et cætera.

. CIRCA eiuſdem quæſtionis titulum, aduertendum eſt, quod adhuc poteſt accipi ſecundum duos ſenſus. Primus ſenſus eſt, ut inquiratur hoc in loco, de cauſæ vnitate, et pluralitate ſimpliciter reſpectu eiuſdem effectus, propter demonſtrationem tamen etcætera, ita quod quæſtio ſit an contingat eiuſdem effectus eſſe cauſas plures, an unam tantum, et hic ſenſus eſt alienus a præſenti intentione, licet a curſim ſtudentibus approbetur propter abbreuiata uerba Ariſtotel. in reſponſione, et expoſitorum vnitatem, et pluralitatem cauſarum hic ſonantia. Alius ſenſus eſt, ut inquiratur de unius et eiuſdem effectus cauſæ unitate, & pluralitate non ſimpliciter, ſed in omnibus, in quibus inuenitur ille effectus, ita quod non eſt quæſtio, an vnius effectus ſint plures cauſæ, uel una tantum, ſed an vnus, et idem effectus in omnibus, in quibus inuenitur cauſatur ab eadem cauſa, ſiue una, ſiue plures cauſæ ad eundem effectum concurrant, an non ab eadem, ſed diuerſis, et eſt ſermo non de identitate, et diuerſitate numerali ſed formali etcætera. Quanta vero ſit inter hos ſenſus differentia exemplariter manifeſtatur. Iuxta primum eſſet quæſtio, an vnius effectus, puta domus, ſint cauſæ plures, an vna tantum etcętera. et tali quæſtioni diceretur quod eiuſdem effectus ſunt plures cauſę per ſe in naturalibus, quia materialis, et finalis, et formalis etcætera. Iuxta ſecundum vero ſenſum eſt quæſtio, an talis effectus unus, puta domus vbicunque inuenitur, proueniat ab eiſdem cauſis, an diuerſis, puta an domus ubique habeat pro cauſa materiali lapides cemẽtum etc. pro formali quadraturã, pro efficiẽte

artem

artem, pro finali habitatione an non, ſed alicubi domus habeat aliud efficiens, puta naturam, vel aliam materiã, puta ferrum &c. Et ſimiliter in ſimplicibus, an habere tres angulos æquales &c. conueniat omnibus per vnammet cauſam, an diuerſis per diuerſas &c. Et hic ſenſus eſt intentus ab Ariſto. qui breuiter ex multis declaratur, ne alicui videatur nouus, & inſipienter veritatem refutet, primo hoc patet ex verbis Ariſt. in titulo quæſtionis, ait enim, vtrum autem contingat non eandem cauſam eiuſdem in omnibus, ſed alteram, aut non, vbi ex ly in omnibus, & li eandem, & ly alteram, liquet quod dicimus, vt cuilibet exercitato facile eſt deducere.

Secundo ex eo ꝙ ſecundum hunc ſenſum intenta veritas de conſecutione cauſæ & effectus inter ſe habetur, & totus proceſſus Ariſt. clarus valde eſt. Iuxta primum autem, proceſſus inſufficiens & ſcrupuloſus inuenitur, & extorquenda veritas magis quàm elicienda ex eo eſſet. Tertio quoniam expreſſe Ariſto. in tertia concluſione determinat concludendo ex antedictis ad hanc quæſtionem, quòd licet vnius effectus contingat eſſe plures cauſas, non tamen hoc contingit, ſi effectus ille eſt vnus ſecundum ſpeciem, quæ concluſio eſſet manifeſte falſa, ſi de vnitate & pluralitate cauſarũ abſolute loqueretur, quoniam ſpecierum naturalium ſunt multæ cauſę per ſe, & eſt manifeſte vero loquẽdo d' vnitate & pluralitate in omnibus: quoniam ſicut effectus eſt indiuiſibilis ſecundum ſpeciem, ita & cauſæ atomę ſunt, & conſequenter in omnibus eędem &c. Eſt autem valde notandus ſenſus ſte, & prę oculis ſemper habendus in hoc capitulo, quoniam oportet omnia intelligere conformiter ad quæſitum. Et apparebunt impertinentes queſtiones de vnitate & pluralitate cauſę hic agitatę &c.

ꝙ varijs demonſtrationum generibus per cauſas procedentibus.

CIrca concluſiones reſponſiuas huic queſtioni, notanda ſunt quatuor. Primum eſt ꝙ Ariſto. non diſtinxit cauſam in per ſe, & per accidens &c. ſed diuiſit demõſtrationem, in demonſtrationem per ſe, & demonſtrationem ſecundum ſignum, aut accidens, vt patet in litera; quid autem intelligat per talis diuiſionis membra ipſemet declarat in ſequentibus duabus propoſitionibus. Demonſtrationem per ſe vocat, quando propriũ de ſuo adęquato ſubiecto, per propriam cauſam demonſtratur, & merito, quoniam tunc ſaluãtur in demõſtratione omnes modi prædicationis per ſe perfectę. Demoſtrationẽ uero ſecundum accidens vocat, quando aliquid prędictorum trium deficit, vt ſi cauſa inadęquata, vel ſubiectum inadęquatum, vel paſsio inadęquata ſumatur, hoc enim intendit in illis uerbis, contingit cauſam, & cuius eſt cauſa, & in quo ſecundum accidens conſiderare. Vocatur autem merito demonſtratio ſecundum accidẽs talis demonſtratio, eo quòd eſt ſecundum aliud & non per ſe in primo gradu perſeitatum, quotieſcunq; enim ſubiectum inadęquatum ſumitur, perſeitas ſecundi modi non niſi per alias ſaluatur, & ſimiliter de paſsione & cauſa inadęquati dicendum eſt, ut ex dictis in primo libro
Tex.ca. 14. & exemplis hic poſitis ab Ariſto. & S. Tho. patet, vocatur quoque prædicta demonſtratio ſecundum ſignum, non propterea quod per effectum demonſtret cauſam, quoniam vt dictum eſt, præſens ſermo eſt de cauſa in eſſendo, ſed quia in adęquatione ſupradicta interuenię̃te, non complete cognoſcitur paſsio in proprio ſubiecto; quod demonſtratio quærit, ſed ſignum eius habetur, ſciendo enim volatilia longę vitæ eſſe, ſignum ducens, ad notitiam ampliorem diuturnę vitę accipimus: ſiue propria cauſa aſſumatur pro medio, quoniam proprium ſubiectum ex tali proceſſu non ſcitur, ſed ſignum eius, inferius ſcilicet, &c. ſiue per ſpecialem cauſam ſciatur, quoniam tũc non per cauſam propriam, ſed per ſignum cauſæ proprię ſcitur paſsio &c. Eadem ergo demonſtratio vocatur ſecundum ſignum, aut accidens diuerſis rationibus, & ſic diuiſio Ariſto. bimembris ſecũdum rem eſt, trimembris autem attentis diuerſis rationibus vnius membri &c. nec demonſtrationem ex his quæ ſunt per accidens poſuit, nec nouam diuiſionem demonſtrationis induxit, ac ſi inſufficienter in primo libro demonſtratio diuiſa fuiſſet, patet enim ex dictis quòd diuiſio iſta reducitur ad illam qua diſtincta eſt demonſtratio in vniuerſalem & particularem. primo hui°. Tex.co. 39. Secundum notandum eſt, quòd licet quæſtio ſit de cauſa & cauſato, demonſtrationem tamen diſtinguere placuit Ariſto. eo quia non agitur de cauſa niſi in ordine ad demonſtrationem, ita nihilominus demonſtrationem diuiſit, vt cauſæ diuiſionem immiſceret. Accipitur ſiquidem hinc, quòd cauſa in eſſendo eſt duplex, quædam adæquata effectui, & quædam exceſſa ab effectu, quæ vocatur cauſa ſpecialis, & partialis, non eo modo quo quilibet trahentium nauem eſt cauſa partialis, per modum partis integralis, quoniam talis cauſa partialis non infert effectum, quia non eſt cauſa ſufficiens: ſed potius per modum partis ſubiectiuæ, quæ ſufficiens eſt ad illationem ſui totius &c. tales enim de quibus loquimur, cauſę ſpeciales ſufficienter ſingulæ cauſant & inferunt effectum, ſed nulla earum eſt vniuerſalis ſeu adæquata cauſa illius, vt in exemplis textus, in mathematicis & naturalibus patet. Sunt autem hæ cauſæ ſigna non effectuum, ſed propriarũ cauſarum, & cauſæ ſecundum accidens, quia cauſæ ſunt ſecundum aliud, ſecundum propriam ſcilicet, & adæquatam cauſam, ad quam reducuntur.

Tertium notandum ad claritatem doctrinæ eſt ſenſus ipſarum concluſionum, poteſt enim ſenſus earum diſtingui ſicut & quæſtionis ſenſus diſtinctus eſt, vt iuxta primum ſit ſenſus quòd quando aliquid demonſtratur per ſe, ideſt per adæquatam cauſam &c. vnicum eſt medium, & quòd vnius effectus vnica eſt cauſa per ſe, ideſt adæquata &c. in adæquatæ vero plures, & hic ſenſus licet in ſe aliquo modo verificari poſsit, vel potius aliqualiter tolerari, recurrendo ad immediationem & perfectionem ſeu complementum cauſarum, alienus tamẽ eſt ab Ariſtotelis intentione, vt ex titulo patet, quoniam nihil refert in hac quæſtione, an vnius effectus ſint plures cauſæ vel vna tantum. Iuxta ſecundum autem ſit ſenſus quòd quando aliquid demonſtratur per ſe, modo expoſito eiuſdem effectus in omnibus eadem eſt cauſa, & non eſt in iſtis cauſa illius effectus altera à cauſa illius effectus in alijs. Quando vero demonſtratur ſecundum accidens modo expoſito eiuſdem effectus in omnibus plures ſunt cauſæ & non vna & eadem, & hic ſenſus directæ quæſtioni & eius fini ſatisfacit, quoniam ex hoc habemus, quòd duplex eſt cauſa (vt diximus) ſcilicet per ſe, ideſt adæquata, & ſecundum accidens, id eſt ſpecialis, & ſi de illa loquamur, vnius effectus in omnibus eadem eſt cauſa, ſiue vna, ſiue plures ſint illæ cauſæ, ſi autem de cauſa ſpeciali ſermo ſit, nõ eſt eadem in omnibus, ſed plures in diuerſis vt exempla dicta manifeſtant &c. Quartum autem notandum eſt probatio primę concluſionis, ratio enim vltimi eſt medium, nomine ſiquidem vltimi accipi poteſt ipſa paſsio, quæ ſuperius & inferius vocatur primum diuerſis rationibus, vltimum quidẽ dici poteſt, quia in eſſendo vltimum eſt, qm̃ effectus eſt ſubiecti & medii, primum autem dicitur, quoniam primum locum tenet in demõſtratione, qm̃ maior extremitas eſt, & ſecundum hoc quoniã ratio vltimi .i. paſsionis dicens ipſius propter quid eſt, medium proprium includitur, ꝙ eiuſdem eadẽ eſt in omnibus cauſa, qm̃ talis paſſionis ratio vnica eſt, id eſt, nõ diuerſificatur in diuerſis, qm̃ diffinitio cuiuſq; vnius rei, ſiue genericam, ſiue ſpecificam, ſiue analogam habeat vnitatem, illam retinet in quibuſcunque inueniatur. Poteſt quoque vltimi nomine ſubiectum ipſum accipi quod quia minor extremitas eſt, vltimum

eſt, vltimum vocatur in demonſtrationis ordine reſpectu primi & medij,& ſecundum hoc quia ratio vltimi,id eſt ſubiecti eſt proprium medium ad quod oportet tandem reſoluendo venire, & à quo oportet componendo inchoare, ideo vnius effectus in omnibus vna cauſa concluditur, quoniam rationem eiuſdem ſubiecti primi & proprij, in omnibus eius paſsio inuenitur. Vtrunque autem horum intelligi abſque diſſonantia pốt, quoniam propoſitio declaritiua huius primę concluſionis,vtrunque comprehendit,dicens identitatem effectus & cauſę per ſe ſemper proportionaliter ſe comitari &c. ita quòd ſi effectus in omnibus eſt vnus ſpecie, cauſa p ſe non quęratur eadem genere, ſed ſpecie:ſi effectus eſt vnus genere, cauſa per ſe erit vna in omnibus generice: & ſi effectus eſt unus analogia, cauſa inquiratur vna in omnibus analogice &c. hæc ſiquidem, & de diffinitione propter quid paſsionis, & de diffinitione ſubiecti veritatem habent &c.

Vera ſubiecti & cauſæ formalis conſecutio.

CIrca concluſionem reſponſiuam primę quæſtioni, aduertenda ſunt duo. Primum eſt, quòd concluſio illa tam ex uerbis textus qui ex ſenſu habetur,oportet ſiquidem,vt verbaliter ex textu habeatur ſic gloſare(accipienti vnumquodque)ideſt,ſubiectum particulariter(& cauſa ) ſupple propria particulari ſubiecto accepta cuius eſt cauſa,id eſt,effectus in plus eſt,ſcilicet illis: vel ſic,cauſa & cuius eſt cauſa,id eſt,ſubiecto ſecundú vnumquodque.i.particulariter acceptis in plus é ſupple effectus &c. Poteſt autem dici ſubiectum cuius eſt cauſa,eo ꝙ eius ét eſt cauſa vt in quo ſuſtentatur, vel ſaltem ut in quo cauſat ſuú effectum, & forte uitio ſcriptorum,aut tranſlationis hoc accidit &c. ſenſum enim concluſionis exempla ſubdita clare oſtendunt, & S.Tho. accepit. Poſſet aliter formari concluſio,vt Albertus dicit, & nihilominus eadem ſententia rediret, & textus integer ſaluaretur. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd quando aliquis effectus,puta diuturna vita, habet unam cauſam adęquatam,puta tardam paſsibilitatem, & diuerſas in diuerſis inadæquatas,puta in quadrupedibus choleram, & uolatilibus ſiccitatem, dupliciter poteſt fieri demonſtratio talis effect⁹ de ſubiecto particulari. Vno modo per cauſam adæquatam Alio modo per cauſam ſpecialem tenentem ex ſe partem illius particularis ſubiecti. Et ſecundum hunc duplicem modum demonſtrandi dupliciter formari poteſt præſens concluſio. Vno quidem modo, ſicut forma eſt, & tunc accipitur tam ſubiectum, quam cauſa particulariter, & vt dictum eſt uerba textus noſtri aliqualiter diſſona ſunt. Alio modo formatur ſic. Cauſa effectus & ſubiectum ita ſe habent ſecundum conſequentiam,quòd vnumquodque accipiéti, id eſt,ſubiecto particulariter accepto, tam effectus quàm cauſa in plus eſt &c. & tunc accipitur cauſa adæquata, & hoc magis conſonat uerbis textus, nec exempla ab hoc aliena ſunt ſenſu,ſed ut clare liquet primum exemplum fauet huic. Secundum uero cum ordinatione in figuris fauet primo ſenſui. Amplectere igitur utrunque, & faciliorem habebis ad alia progreſſum, & ſiue iſte, ſiue ille, ſiue uterque accipiatur ſenſus, conſecutionem inuentam, inter cauſam,effectum & ſubiectú habemus, quòd quia ex eo, quod eſt in plus nó ſequitur quod eſt minus,ſed econuerſo conſecutio conuertibilis erit ſi tria illa vniuerſaliter ſumantur, & ex illa parte deficiet, ex qua aliquid vniuerſalius ſumetur, ſiue illud ſit cauſa cum paſsione,ſiue paſſio ſola, quoniam tunc particulare ſequetur vniuerſalius & non ecóuerſo. Et ſic patet quid dictum ſit ad primam queſtionem,ſcilicet, quòd cum cauſatum eſt,cauſa eſt,& econuerſo, ſi ſermo ſit de cauſa per ſe (modo expoſito) quoniam hanc in omnibus in quibus inuenitur effectus ille eſſe oportet,quoniam eadem eſt in omnibus, & hoc eſt ſumere cauſam & effectum vniuerſaliter &c. Si auté ſit ſermo de cauſa ſcđm accidens,cum cauſa eſt, cauſatú eſt: ſed non econuerſo,cum cauſatum eſt, talis cauſa eſt, ſed hæc vel illa, quoniam cauſa ſm accidens non eadem ſed altera in diuerſis eſt,& hoc eſt ſumere effectum vniuerſalem, & cauſam particularem &c. Scđm notandum eſt,ꝙ quia Ariſt. probans A,ideſt,effectum in plus extédi ꝗ̈ B,cauſam ſpecialem illius ex eo probat, quia ſi non eſt in plus non magis B,erit cauſa ipſius A,quàm ecóuerſo,& exponitur de cauſa inferendo, quoniã ſi conuertibilia eſſent,neutrum alterum magis infert, ex hoc ſuperius arguebatur,ꝙ de cauſa in inferẽdo ſermo eſſet. Sed hoc non moueat,qm̃ tripliciter reſponderi poteſt. Primo ꝙ ſubtiliter Ariſto. à poſteriori declarauit cauſam ſpecialem in eſſendo in minus extendi quàm ſuus effectus extédatur,ita quòd ſermo eſt ſemper de cauſa in eſſendo &c. proceſsit.n.ſic,B,eſt cauſa propria ꝙ A,effectus communis,ſit in D,particulari ſubiecto,ergo A, eſt in plus ꝗ̈ B, probatur à deſtructione conſequentis, qm̃ ſi A,non eſſet in plus ꝗ̈ B,ſed conuerteretur,non magis B,eſſet cauſa propria ꝙ A,ſit in D, particulari ſubiecto ꝗ̈ econuerſo A,eſſet cauſa qđ B,ſit in D,particulari ſubiecto,quod eſt contra hypotheſim, tenet cóſequẽtia iſta vltima,qm̃ duorum cóuertibiliú neutrum eſt magis propinquú particulari ſubiecto &c.& conſequenter neutrum eſt magis altero cauſa propria, ꝙ alterum particulari ſubiecto inſit, & ſic ex hoc concluditur cauſam propriam ſubiecto particulari quòd inſit ſibi effectus vniuerſalis,eſſe in minus in ipſo effectu,& conſequenter ex hoc non habetur, quod ſermo ſit de cauſa in inferendo. in hoc cap.

Secundo dici poteſt quòd non inconuenit, quòd ſermo vltimus ſit de cauſa in inferendo, quoniã cauſis ſpecialibus,de quibus eſt ſermo iſta duo conuertibiliter inſunt.ſ.quòd ſint cauſę incóuertibiles in eſſendo,& ſimiliter ꝙ ſint inconuertibiles in inferendo, & propterea à poſteriori declaratú eſt prius tali ſenſu, B,eſt cauſa propria in eſſendo quòd A,ſit in D,particulari ſubiecto, ergo A,eſt in plus quàm B,tenet conſequentia,quia niſi eſſet in plus,non magis B,eſſet cauſa inferens A,ꝗ̈ ecóuerſo, ex hoc autem interius ſpeculãdo cauſæ propriæ illius effectus in particulari ſubiecto propietates cognoſcuntur,& non excluduntur. Tertio poteſt dici quòd non inconuenit ꝙ tota iſta ratio loquatur de cauſa in inferẽdo, & ſit à poſteriori, qm̃ de ordine ſyllogiſtico cauſarú ſpecialium & effectus cóis agitur hic. Et propterea alienum non eſt ſi ex proprietatibus logicis eorú hic arguat,phyſicas proprietates præ ſe ferentibus. Ex hoc autem non habetur ꝙ de cauſa in inferendo queſtio ſit, ſed ꝙ ex natura illationis cauſas in eſſédo declarauerit ſpeciales &c. Vltimæ rñſiones antiquis expoſitoribus conformiores ſunt:prima autem Ariſto. profunditati atteſtatur.

Circa vltimã queſtionem breuiter notãdum eſt, ꝙ vt dictum non fuit,qñ cóis paſsionis ꝓ ꝓ quid quæritur & illud nó habetur adhuc, quod in omnibus cauſa illius eſt, quod atomum dr̃. Tum quia unum & idem eſt in omnibus ut dictum eſt. Tum quia irreſolubile eſt in ſuperius propter quid. Sed hõr plura & particularia ſubiecta, & ſunt plures partiales cauſæ illius,tunc dubitatio eſt, qualis eſt cauſa mediorum. Quod poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ſecundum ordinem inueſtigãdi,ut ſit ſenſus qualis cauſa de numero mediorú(quælibet enim huiuſmodi eſt medium ſufficiens) præinquirenda eſt, proxima uniuerſalia,aut ꝓxima ſingularia. Alio modo ſecúdum ordinem cauſalitatis ipſarum ( ut ſit ſenſus ) qualis cauſa eſt uere cauſa,ꝙ illa paſsio ſit intermediis, ideſt ſubiectis particularibus,quę media ſunt inter ſingularia infima & uſ͛ ſummum. Et reſpóſio eſt utrique ſenſui deſeruiens,ꝙ cauſa proxima unicuique,ideſt particulari,& præcipienda eſt,& magis propria cauſa eſt, ꝙ illa paſsio ſit in particulari ſubiecto licet non abſolute. Cauſa ſiquidem magis remota à particularibus,quę proxima eſt uniuerſali effectui, uere propria & prima cauſa eſt abſolute illius paſsionis &c. huius autem rñſionis juxta primú ſenſum ratio

ſumi ratio ſuperius habita eſt, quoniam ſcilicet ex particularibus facilior eſt via &c. & in textu datur alia quæ ẽt deſeruit huic reſponſioni iuxta ſenſum ſecundum, quoniam ſcilicet proximum particulari eſt propria cauſa particulari, quòd participet vniuerſalem effectum &c. vt ſatis patet in terminis &c.

## De cognitione principiorum demonſtrabilium. Cap. 13.

*De principijs vero & quomodo fiunt nota, & quis cognoſcens habitus, hinc eſt planum addubitantibus primum, quod quidem igitur nõ contingit ſcire per demõſtrationẽ non cognoſcenti prima principia immediata, dictum eſt prius. Immediatorum vero cognitio vtrum eadẽ ſit, aut non eadem, dubitare poſſet aliquis, & utrum ſciẽtia utriuſque, aut non, aut huius quidem ſcientia, illius uero alterum quid genus, & uerum non inexiſtentes habitus innaſcantur, aut inexiſtentes latuere, ſi itaque habemus ipſos, abſurdum eſt, contingit enim certiores habentes cognitiones demonſtratione latere, ſi vero accipimus non habentes prius, quomodo vtique cognoſceremus, & diſceremus ex non praexiſtente cognitione? impoſſibile nanque quemadmodum & in demõſtratione dicebamus. Manifeſtum igitur, quoniam neque habere poſſibile eſt, neque ignorantibus, & nullũ habentibus habitum innaſci. Neceſſe igitur haberi quidem aliquam potentiam, nõ talem autem habere, quæ eſt his honorabilior ſecundum certitudinem. Apparet autem hoc vtique omnibus inexiſtens animalibus, habent enim congenitam potentiam iudicatiuam, quam vocant ſenſum, inexiſtente autem ſenſu, in alijs quidem animalium fit permanſio ſenſati, in alijs vero non fit, in quotcunque igitur non fit, aut omnino, aut circa quæ non fit, non eſt his cognitio extra ipſum ſentire, in quibus vero ineſt ſentientibus habere vnum quiddam in anima, cum multa talia fiant, iam differentia quædam fit, ut his quidem fiat ratio ex talium permanſione, his uero non. Ex ſenſu quidem igitur fit memoria quemadmodum dicimus, ex memoria uero, quæ plerunque eiuſdem fit, experientia. multa nanque memoria numero experientia una eſt, experientia autem aut ex omni quieſcẽte uniuerſali in anima, aut vno propter multa, quod utiq; in omnibus unum ſit illis idem, eſt artis principium & ſcientia, ſi circa generationem quidem artis, ſi uero circa ens ſcientiæ. Neque itaque inſunt determinati habitus, neque ab alijs habitibus fiunt notioribus, ſed a ſenſu, ut in pugna verſione facta uno ſtãte, alter ſtetit, poſtea alter quouſque ad principium uenit, anima uero eſt talis, ut poſſit pati hoc. Quod autem dictum quidem fuit pridem, non manifeſte uero dictum fuit, rurſus dicamus. Cum enim ſteterit indifferentium unum, primum quidem in anima uniuerſale eſt, ſentitur etenim ſingulare, ſenſus uero ipſius uniuerſalis eſt, ut hominis, ſed non Calliæ hominis, rurſus in his ſtatur, quouſque ad impartibilia ſteterint & uniuerſalia, ut tale hoc animal, & in hoc conſimiliter, planũ itaque, quod nobis prima inductione cognoſcere neceſſarium eſt, ſenſus etenim ſic uniuerſale facit. Quoniam vero habituum, qui circa diſcurſum ſunt, quib. verificamus, aliqui ſemper ueri ſunt, alij uero ſuſcipiunt falſum, ut opinio & ratiocinatio, uera autem ſemper ſunt, ſcientia & intellectus, & nullũ ſcientia genus aliud certius eſt, quã intellectus, principia uero demõſtrationum notiora ſunt, ſcientia autem omnis cum ratione eſt, principiorũ quidẽ ſcientia utique non erit, quoniam uero nihil contingit eſſe uerius ſcientia, quam intellectum, intellectus utique erit principiorum, & ex his conſiderantibus, & quoniam demonſtrationis principium non eſt demonſtratio, quare neque ſcientię eſt ſcientia, ſi igitur nullum aliud præter ſcientiam genus habemus uerum, intellectus utique erit ſcientiæ principium, & principium quidem principij utique erit, ſi autem omnis, conſimiliter ſe habens ad omnem rem.*

### Summa huius capituli hæc eſt.

Principia quomodo cognoſcantur, & quo habitu dicendum eſt, probatur a priori, quoniam non cõtingit ſcire per demonſtrationem non cognoſcentem immediata principia &c. — Prima concluſio.

Vtrum immediatorum principiorum eadem ſit cognitio, aut non eadem. — Qõ prima.

Vtrum utriuſque ſcientia ſit, aut non, aut huius quidẽ ſcientia, illius autem alterum cognitionis genus. — Qõ ſecũda

Vtrum habitus principiorũ fiat in nobis de nouo, aut inditi ſint & lateant &c. — Qõ tertia.

Habitus principiorum non eſt inditus, probatur, quoniam inconueniens eſt certiſſimas cognitiones latere demonſtrantem. — contra ſecũdam partẽ tertię cõcluſionis.

Habitus principiorum non eſt de nouo acquiſitus. probatur, quia impoſſibile eſt dicere niſi ex præexiſtenti cognitione, &c. — contra primam partem.

Habitus principiorum neque determinati, neque ab alijs habitibus fiunt notioribus, ſed quadam potẽtia ignobiliore ſecundum certitudinem, i. a ſenſu &c. Declaratur, quoniam principium artis & ſcientiæ, fit ex omni vniuerſali quieſcente in anima uno præter multa, & uno in omnibus, & experimento, experimentum autem fit ex multis memoriis, quoniam multæ memoriæ experimentum eſt unum numero. Memoriæ autem ex ſenſu. Declaratur poceſſus iſte quadrupliciter præmiſſis duabus diuiſionibus. Prima diuiſio eſt, animalium quædam habent memoriam ſeu retinent ſpeciem ſenſibilem, quædam non. Secunda eſt, animalium habentium memoriam quędam habent rationem, quædam non. Secundo ſubiũcto exemplo reparationis pugnæ. Tertio, quoniam ſtante uno indifferenti vniuerſale primũ eſt in anima, ſenſus autem vniuerſalis eſt, licet ſentire particularis ſit. Quarto, quoniam prima neceſſe eſt cognoſcere inductione, ſenſus autem ſic facit uniuerſale. — concluſio reſpõſiua tertiæ quæſt.

Habitus principiorum non eſt ſciẽtia, ſed intellectus. probatur tripliciter pręmiſſa diuiſione habituum intellectualium, quod ſcilicet alii ſunt quibus verum & falſum dicimus vt opinio &c. Alii ſemper veri, ut ſcientia & intellectus. primo quo ad partem negatiuam, quia ſcientia omnis cum ratione eſt, principia autem ſunt notiora, ſeu certiora ratione. Secundo quo ad ſecundam partem, quia principia ſunt veriora concluſionibus, nihil autem eſt uerius ſcientia, quam intellectus. Tertio quo ad utranq; ſimul, quoniam habitus principiorum cauſat ſcientiam, ſcientia autem non eſt principium ſcientiæ, ſicut nec demonſtratio demonſtrationis. Et quia nullus verus habitus reſtat niſi intellectus, intellectus ergo erit habitus principiorum & principium ſcientiæ & principium principii, &c. — concluſio reſponſiua primis quæſtionibus.

### Series autem hęc eſt.

Terminaturus doctrinam de demonſtratiuo ſyllogiſmo, declaratis demonſtrationis natura, conditionib. mẽbris, & medio, principiorum eiuſdem notitiam, ut res exigit, tradere intendit, ut ſic complete docuerit propoſita in principio primi. Facit autem quatuor in capi. hoc primo oſtendit neceſſitatem tractatus huius. ſecundo quæſtiones tractandas proponit. tertio ultimam quæſtionẽ diſputat & determinat, tali ordine, qm̃ primo determinat præexiſtentem potentiã, & cognitionem, ex qua fit habitus principiorũ pertinere ad ſenſum, & hęc ex duabus diuiſionib. cum membrorum differẽtiis deducit. Deinde concluſionem inductam exemplo declarat, ex quouis multorum ſingularium, ut ex eis fiat principium ſciẽtiæ in proportionato paſſibili aperitur, unde habeat ſenſus tan-

ſus tan-

ſus tantam efficaciam deinde ſubdit,& ultimo modum quo generatio iſta perficitur ponit,&c. Quarto principaliter ſatisfacit ſimul primis quæſtionibus,&c.

Num ad notitiam primorum principiorum exigatur experimẽtum, uel ſola ſufficiat ſenſitiua interior cognitio, & qua ratione.

CIrca concluſionem reſponſiuam primæ quæſtioni occurrunt duo dubia ſimul pertractanda ꝓpter eorum connexionem. Primum eſt,an ad generationem habitus principiorum præexigatur neceſſario experimẽtum,vel non,ſed ſufficiat cognitio ſenſitiua interior. Secundum eſt,an habitus principiorum præexigat experimentũ ratione cognitionis terminorũ, an rõne cõplexionis eorundem. Ad hanc ultimã dubitationem, a qua ordiendum arbitror, quoniam ex fine ſumitur ratio eorũ quę ſunt ad finem,

Ant. An primo metaphyſi.q.5.

Antonius Andreas in quęſtione quinta primi metaphiſicę dicit,quod experimentum non requiritur neceſſario ad hoc vt fiat in nobis cognitio cõplexa principiorum,ſed ſolum ad hoc quod fiat in nobis cognitio incomplexa terminorum. Secundum horũ non aliter probat quam ex eo quod cognitio intellectus dependet ex ſenſu,ita quod phantaſma factum intelligibile in actu eſt,id quod mouet intellectum ad cognitionem incomplexam,&c. Primum autem probat,quia intellectus ex ſe ipſo poteſt conceptos terminos componere,& diuidere,& conſequenter cognoſcere principia, quoniam cognitio complexa principiorum ex ſolis terminis cum lumine intellectus agentis reſultat.

T.c. 6.

Vnde(& in primo huius)dicitur,quod principia cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimus. Sed (ut mihi videtur)opinans prædictus a veritate declinauit, dum dixit, quod ad complexam cognitionem principiorum nõ eſt neceſſaria experimentalis cognitio. Hoc enim contra Ariſtotelem & rationem videtur. Contra Ariſtotelem quidem, quoniam experimentum eſt cognitio complexa,cum ſit collatio multorum particularium( vt dicitur

In prohœmio.

in primo metaphyſicę.) Habetur enim ibi explicite quod experimentalis cognitio eſt cognoſcere quod hæc herba contulit huic morbo,& ſyllogiſmis illi,&c. ergo experimentalis cognitio complexa eſt,& complexę cõſequenter deſeruit cognitioni intellectus. Vnde & ibi ſubditur,quod ex experimentali cognitione huius & illius herbę fit univerſale complexum, omnis talis herba eſt curatiua talis morbi. Secundo quoniam Ariſtote. hic dicit cognitionem principiorum fieri ex ſenſu via inductionis,inductio autem(clarum eſt)quod ex particularibus complexis ad complexum tendit. Contra rationem autem,quoniam oportet ponere aliquod motiuum & determinatiuum intellectus ad talem complexionem faciẽdam.

Secundo.

Termini autem accepti, licet ſi componerentur haberent ex ſe euidentiam,non ſufficiunt tamen ad mouendum & determinandum intellectum ad hanc compoſitionem potius quam illam. Experimur nanque continue in nobis ipſis,quod habemus diu multorum terminorum conceptus abſque notitia principiorum complexorum,quæ ex illorum terminorum coniunctione conſtat. Fateor enim me cognouiſſe quid æquale,quid demere,& quid remanet,deſciuiſſe tamen hoc principium. Si ab æqualibus æqualia demas,quæ remanent ſunt æqualia,& ſimilis ratio eſt in aliis,oportet ergo ultra conceptus terminorum incomplexorum ponere aliquod determinatiuum ſeu motiuum intellectus ad talem compoſitionem faciendam, tale autem motiuum oportet eſſe ſenſum,quoniam ante cognitionem principiorum Ariſtoteles nullum motiuum intellectus nouit niſi ſenſum, ergo neceſſario cognitio complexa principiorum præexigit ſenſitiuam experimentalem.

Et confirmatur quoniam cum ex eiſdem terminis variæ poſſint fieri compoſitiones ut manifeſtum eſt,niſi cognitio experimentalis determinet intellectum ad hanc compoſitionem,non erit maior rõ,quare intellectus acquirat hanc cognitionem complexam (quam vocamus principium) ex illis terminis magis,quam aliam &c.

Inde ſenſu & ſenſato.

Prætereacum particularia extra animam ſint in uno extremo & uniuerſalis cõpleꝫio intellectus ſit in altero extremo,& in huiuſmodi ſecundum Auerroim in lib. de Senſu & ſenſato,& non fiat tranſitus de extremo ad extremum niſi per media,oportet pertranſiri media antequam ad cognitionem uniuerſalem perueniatur. Conſtat autem quod unum imo ultimum & ſupremum mediorum ad cognitionem complexam principiorum eſt cognitio experimentalis eorundem, ergo experimentũ præcedere oportet. Fatendum eſt igitur quod ad generationem habitus principiorum pręexigitur experimentũ (ratione complexæ cognitionis)quoniam eſt proprium motiuum ſeu determinatiuum intellectus ad hoc,& quoniam eſt medium eſſentialiter ordinatum ad hoc.

Nota modũ hunc ſingularem quo in nobis principiorũ notitia gignitur.

Sed ut clarior pateat ſupradictorum,& materię huius intellectus,notandus eſt modus,quo Ariſto. hoc in loco putat ex ſenſus cognitione generari cognitionem principiorum. hoc.n. plurimum proderit. Cum vidiſſet Ariſto. ꝙ intellectus non mouetur niſi ab intelligibili in actu, & res intelligibiles(prout ſunt in particularibus ſenſibilibus)eſſe intelligibiles(in potentia valde remota) eo ꝙ plurimum materialitatis habeant,poſuit ipſas res intelligibiles deferri primo ad ſenſus,ut in eis poſitę ſine materia magis appropinquent ad hoc,ꝙ fiant intelligibiles actu deinde quia in ſenſibus exterioribus & cõi poſitę multas habent conditiones materiales poſuit eas poni in cogitatiua,ut ſpiritualiores ſint & magis proximæ intelligibilitati,& quoniã ſimplex cogitatiua operatio nõ ſufficit uniuerſaliter ad hoc ut res per eam cognita ſit tantę ſpiritualitatis,ut poſſit actione intellectus agentis fieri actu intelligibilis poſuit frequentem conuerſionem & operationem cogitatiuæ circa eãdem rem. diſponere rem illam ut cogitatam,ad hoc ut proxima ſit intelligibilitati in actu, & habilis ſit ut eã transferar intellectus agens in ordinem intelligibilium in actu. Habent autem uim taliter diſponendi huiuſmodi actus frequentati pro quãto habent uim collectiuam,& adunatiuam particulariũ in vnum quaſi uniuerſale,quod eſt obiectum experimentalis habitus qui ex frequentia talium actuum generatur, cum enim terminus ultimus iſtius proceſſus ſit cognitio vere uniuerſalis,conſentaneum eſt,ut id,quod ultimum medium & ſimillimum termino eſt, ſit quaſi uniuerſale (quod vniuerſale confuſum poſſumus appellare.)Sic autem res diſpoſita & reducta ad tantam ſpiritualitatem, operatio intellectus agentis fit uere uniuerſalis,& intelligibilis in actu,& mouet conſequenter intellectum poſſibilem ad ſui cognitionem &c. hic eſt modus ab Ariſtotele hic poſitus &c. ut patet. Tum ex eo quod dicit quod ex experimentali cognitione fit cognitio uniuerſalis, cõſtat enim experimentum ex frequentibus memoriis fieri ut in textu dicitur. Tum ex eo quod uniuerſalem cognitionem quieſcentem in anima fieri addit,non enim eſt dubium,quod de quiete a uarietate inuenta in particularibus loquatur,ad quam omnimodam quietem rei cognitę non poteſt ex particularibus tumultibus veniri immediate, ſed mediante experimentali cognitione in qua res a varietate plurimum recepit,& iam quaſi quieta eſt per priuationem exteriorum mutationum. Tum ex eo quod comparet rem ſemel phantaſiatam uni pugili,qui principium pugnæ eſſe non poteſt,rem autem frequenter cogitatam in diuerſis &c. multitudini,quæ principium pugnę eſt. Tum ex eo quod ad declarandum quo modo ex ſenſitiua cognitione fit cognitio uniuerſalis principiorum explicite aſſumit, quod ſenſus cognoſcit quodammodo uniuerſale &c. Tum quoniam per modum inductionis cognitionem uniuerſalem ex ſenſu veri aſſerit. Dicendum eſt ergo ad primum dubium,

quod

quod ad generationem habitus principiorum nõ ſufficit quæcunque cognitio ſenſitiua interior etiam cogitatiuæ: ſed requiritur frequens actus cogitatiuæ circa idem formaliter &c. vt probatum fuit, & ſignis pluribus apparet. Primo in pueris, in quibus (non quia careant actu cogitatiuæ, ſed quia propter multitudinem humidi fluentis, nõ figitur cogitatio) impeditur vſus intellectus. Secundo in nobis experimur & multa cogitantes aciem intellectus figere non poſſumus, vt uniuerſale limpidum habeamus. Tertio quia ab omnibus philoſophis vnanimiter conceditur quod ob meliorem vel peiorem diſpoſitionẽ phantaſmatum, in hoc & in illo, & in eodem (diuerſis temporibus) melius uel peius intelligere fit, ſunt enim hæc omnia ſigna quod oportet phantaſmata diſponi & ſpiritualiora reddere, ut poſſint intellectui offerri, & actu intelligibilia fieri, quod frequentia actuum facit adunando, vt dictum eſt &c.

Ad ſecundum vero dubium dicitur quod ad cognitionem incomplexam terminorum primorum principiorũ experimentum non proprie dictum exigitur, ſed multiplicata apprehenſio illius termini in parte ſenſitiua ſufficere videtur, quoniam cognitio incomplexa terminorũ, requiſita ad cognitionem primorum principiorum non eſt notitia completa quid rei terminorum. Sed eſt notitia confuſa, & parum vel nihil excedens cognitionem quid nominis. Ad talem autem cognitionem habendam quia uniuerſalis eſt & quieſcens, oportet frequentem cognitionem ſenſitiuam adunantem procedere, quia vero confuſa cognitio eſt, experimentum proprie dictum quod collationem & complexionem ſonat exigi non video &c.

Ad cognitionem vero complexam principiorum, quæ proprie cognitio principiorum actualis vel habitualis dicitur, præexigitur, ut dictum eſt, experimentalis cognitio illius complexionis. oportet enim non ſolũ conceptus terminorum vniuerſales generari, ſed etiam compoſitionem eorum, quę ita ſe habet ad complexionem experimentalem, ſicut cognitio terminorum ad frequentem apprehenſionem ſenſitiuam illorum. Ad rationẽ autem Antonii Andreæ in oppoſitum dicitur, quod principia ſunt euidentia ex propriis terminis, ſic iam cõpoſitis, vel (& idem eſt) ſi taliter componantur eorum termini ab intellectu, ſed taliter componi nequeunt abſque experimento determinatiuo intellectus ad hoc &c. Vnde quando dicitur quod principia ex ſolis terminis lumine intellectus cognoſcuntur non excluditur adminiculum ſenſus, ſed tantummodo termini medii, ſic enim principia cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimus, quia abſque alio medio termino complexum illud quod principium eſt, euidens eſt, & non quia abſque experimentali complexione compoſitio intellectus fiat, & cætera. Ex his autem quæ diximus, nullus arbitretur, meæ opinionis eſſe, quod omnem compoſitionem intellectus oporteat præcedere compoſitionem experimẽtalem ſimilem illi &c. hoc enim non teneo, neque ſequitur ex dictis: ſermo enim noſter verſatus eſt circa generationem illius compoſitionis intellectus, quæ non fit ex præexiſtenti habitu, & non circa omnem, quare et cętera.

*Quomodo habitus primorũ principiorũ ſint a natura. Cap. 1.*

Circa eandem concluſionem notandum eſt, quod habitus primorum principiorum, neque eſt pure naturalis, neque pure acquiſitus, ſed partim ab intra & partim ab extra, ut enim dicitur in ſecundo Ethicorum. Virtutum ſemina a natura ſunt in anima noſtra, ipſæ autem virtutes in actu ex actibus noſtris ſunt, ſed inter virtutẽ, qua bene intellectus noſter ſe habet circa principia, & alias tantum intereſt, quod cum omnes virtutum habitus ideo aliqualiter a natura ſint, quia in nobis a natura congenitum eſt tam principium paſſiuum quam actiuũ earum, cæteræ virtutes a principiis naturalibus non oriuntur immediate & proxime, ſed mediis virtutibus ſuperioribus: principiorum autem habitus, ipſa naturalia principia tanquam proximas cauſas ſibi vendicat. Quia igitur cognitio principiorum a lumine intellectus agentis proxime emanat, & ſenſuum cognitio non niſi ut determinatiua paſsiui principii, id eſt intellectus ad talem cognitionem concurrit. Ideo Ariſto. dixit, quod habitus principiorum neque ab aliis habitibus fiunt ſicut cæteræ uirtutes, neque ita a natura quod determinati omnino ſint, ſed in potentia proxima tam paſſiua quam actiua ſunt inditi ad perfectionis terminum reducendi ſeruitio ſenſuum experientiam determinatiuam miniſtrantium, ut ſic non ſolum inchoatiue, ſed radicaliter ſint a natura, complectiue autem ab extra &c. Nec mireris ſi pluraliter Ariſt. habitus principiorum nominat, quoniã ſpeculabilium & agibilium non ſunt eadem prima principia &c.

Circa eandem concluſionem notandum eſt quomodo ſenſus ſit vniuerſalis, ſentire uero particularis, ut perfecte intelligas propoſitiones has, diligẽter inſpicias gloſam S. Tho. in hoc loco, & addito ea quę in 23. ca. primi libri diximus de hac re. Ex his enim illuceſcit quomodo operatio partis ſenſitiuæ attingere poteſt uniuerſale &c. & quomodo non &c. *Nota.* *primo huius c. 23.*

Num ſenſus ſit minoris certitudinis quam intellectus.

Circa eandem concluſionem dubitatur, quoniam ibi dicitur quod ſenſus eſt incertior intellectu, hoc enim non videtur verum, quoniam cognitio illa, quæ eſt principium omnis noſtrę cognitionis, & in quam reſoluitur eſt certior cæteris. Cognitio autem ſenſitiua eſt, & a qua omnis noſtra intellectualis notitia ortum habet (ut in textu dicitur) & ad quam omnis noſtra cognitio reſoluitur. Tum quoniam primum in compoſitione eſt ultimum in reſolutione. Tum quia (ut in tertio cœli dicitur) notitia tam practica quam ſpeculatiua, cuius iudiciũ non peruenit uſque ad ſingularia, unde incœpit, perfecta nõ eſt, &c. Ad hoc breuiter dicitur quod abſque dubio intellectualis euidentia eſt certior ſenſitiua. Tum quia intellectus operationes ſunt immateriales, & per hoc a varietate, quæ cauſa eſt incertitudinis, remotæ ſunt. Tum quia lumen intellectus agentis efficacius & in ſe eſt, & operatur in intellectu principiorum, quam quodcunque medium in ſenſu. Nec eſt verum quod cognitio ſenſitiua ſit prima in componendo notitiam intellectiuam, licet ſit prima ordine originis. Ad hoc enim quod aliquid ſit primum in componendo (niſi æquiuoce loquamur) exigitur quod ingrediatur compoſitum, conſtat autem quod cognitio intellectiua non integratur ex ſenſitiua, ſed fit ex illa in genere cauſæ efficientis miniſtratiue, &c. Similiter auctoritas Ariſtotelis nihil obſtat, quoniam aliud eſt notitiam ſenſitiuam eſſe, principium in quod reſoluitur intellectiua, & aliud eſt eam eſſe principium ad quod oportet terminari cognitionem intellectiuam. Primum enim negamus, quoniam nimis vilificat intellectum, & magnificat ſenſum. Sequeretur enim ſenſum eſſe cauſam principalem intellectiuę certitudinis & euidentiæ, quod intellectus agentis opus eſt. Secundum autem (ſecundum ſententiam peripateticam quam ſequimur) verum eſſe oportet, quoniam ſine phantaſmate, nec accipere nec exercere intellectiuam cognitionem poteſt anima. Et ut in loco allegato dicitur, ſicut iudicium artis, quod non extendit ſe uſque ad ſingularia imperfectum eſt (eo quod finis practici intellectus opus eſt) ita iudicium ſpeculatiuum niſi uſque ad naturas rerum in ſingularibus exiſtens, per ſenſus repreſentatas pertingat, perfectum non eſt, eo quod philoſophia non quæritur ut loquamur in aere, ſed ut rebus realibus quas uniuerſum integrate cernimus cognitionem habeamus, propter quod ligatis ſenſibus ſumno uel infirmitate, aut paſſione iudicium intellectus impeditur,

tur,&c. Quare autem ab hoc anima humana liberari in hac uita non poteſt, alterius negocii eſt. Et ſic ſit preſentis operis finis, in quo ſi qua falſa ſint, omnes cuiuſcunque ordinis viros rogo (ut paſſionibus reiectis) dũ ſuperſtes ſum, aut verbis aut ſcriptis arguant, gratiſſimũ enim mihi erit ab errore reuocatum eſſe, & opiniones meliores amplecti. Si autem veritati conſona deprehendent, ob diui Thomæ gloriam pro qua hoc onus ſuſcepimus dilatent. Gratiaſque mecum agant Saluatori noſtro Ieſu Chriſto, qui opus hoc in cõuentu Brixienſi, Anno Chriſtianæ ſalutis Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto, In die ſacratiſſimæ natiuitatis ſuę conſummari conceſſit, &c.

Commentariorum Thomæ de Vio Caietani ſuper Prædicabilia Porphyrii, Ariſtotelis Prædicamenta, & libros Poſterioriorum Analyticorum Finis.

## *L E C T O R I,*

*Quæ hactenus opuſcula eiuſdem Tho. de Vio Caietani ſuper libellum de Ente, & Eſſentia S. Thomæ, & de Analogia nominum, & de Cambijs, cum acutiſſima de Naturalis Philoſophiæ ſubiecto Quæſtione, cum his ædita legebantur, iure omiſimus, proprijs locis inſerenda, naturalis, ſcilicet Philoſophiæ, & Metaphyſicis libris, ſcilicet Sancti Thomæ.*

Series Chartarum,

A B C D E F G H I K L M N.

Omnes ſunt quaterniones, pręter N quinternio.
Tabula per ſe patet.

1605·140

BIBLIOTECA